OPERIS CHRONOLOGICI TOMVS ALTER:

RERVM PER VNIVERSVM ORBEM GESTARVM SEDEM, BREVEMQVE A CHRISTO AD ANNVM VSQVE M. D. C. XVII. NARRATIONEM, complectens.

AVCTVS ET RECOGNITVS.

AVCTORE

R. P. IACOBO GORDONO LESMOREO Scoto, Societatis IESV Doctore Theologo.

Reliqua dat pagina ſequens.

AVGVSTORITI

PICTONVM,

Ex officina Antonij Meſnerij Regis & Academiæ Typographi.

QVÆ HOC ALTERO CHRONOLOGIÆ *Tomo Continentur.*

ILLVSTRISSIMO DOMINO

ROBERTO BELLARMINO S·R·E· CARDINALI,

IACOBVS GORDONVS.

QVÆ duæ res (Cardinalis Illustrissime) ad vitæ rationes meliores nos erudiunt; Historia vitæ magistra; & imago Seculorum Chronologia: eæ mihi videntur ambæ ita comparatæ, vt quantum vtilitatis ex ipsis percipitur, dum legũtur; tantum adsit molestiæ, & laboris, dum literis consignantur. Quis enim tam rudis est, qui non facilè intelligat earum rerum consideratione, quas nuntia veri loquitur Historia, admirabilem lucem in mente oboriri, conformari mores, & rerum humanarum imperitos, dum aliena sic fruuntur insania, in reliqua vita fieri cautiores? Nimirum quid hoc aliud est, quàm, velut ex alta specula, eorum, qui ante nos vixerunt tristes casus, & instabiles rerum vices contemplando, illustribus exemplis ad saniora consilia capessenda erudiri? Tunc verò ad hoc tantum bonum accessio fit maxima, cùm temporis ordinata series accedit, & annorũ notatio singulorũ: ex qua temporum distinctione lucem Historia tueatur suam; & vtilitatem retineat nulli confusionis uitio obnoxiã. Verùm res humanæ ferè omnes, quò excellentiores sunt, eò difficiliores esse deprehenduntur. Ita planè se habet scribendi negotium, quod aggredimur: & consignatio ista temporum, quæ syluam rerum historicarum cum annorum notatione componit. Atque vt de ea parte, quæ historica est, quam in hoc opere ὡς ἐν παρόδῳ vtcunque attingo nunc quidem taceam; de altera, quam ex professo tractandam proposui, verè hoc dici videtur, eam sua magnitudine & difficultate maximorum virorum ingenia exercuisse diu, & superasse. Non eo inficias Chronologorum quorũdam vitio, perplexam magis euasisse harum rerum commẽtationẽ: ex quorum diuturnis sudoribus, præter opiniorum pugnam, & contentiones, vix iam aliud posteris relictum est. Sed

habet etiam suas in hoc Chronologico sudore partes, suamq; molestiam, ipsamet de seculorum finibus disquisitio. Quis enim, vel leuiter in ijs versatus, nescit priora illa tempora esse obscurissima, & vix aliter quàm per immensam caliginem conspicienda proponi. Hæc verò Secula, quæ propiora sunt, ac penè nostra, rẽ planè lubricam continere, si discutiantur, satis superque comprobant grauiores admodũ lapsus, qui apud tẽporũ Scriptores passi reperiuntur: vt nihil dicam de leuioribus illis προχρονισμοῖς, μεταχρονισμοῖς, *& tot falsis epocharũ initijs, quæ intra veros fines tẽpora cõtineri nullo modo patiuntur. Demũ, ne quid ad huius molestiæ deesset cumulũ, adeò de tota annorũ ratione ineunda recẽtioribus Chronologis placet digladiari; vt etiã cum odio ad præliãdũ cõpositi videãtur. Ego certè annosas has lites ex instituto non suscipio cõponendas: sed neq; per hoc tenebricosũ iter, cursum inoffenso pede mihi polliceor. Quin potius ingenuè fateor, non esse humanæ industriæ, vt Chronologus omni difficultate superior euadat. Quid igitur? fecisse pretiũ operæ fortassis videbor; si vera certaq; qua diligẽtia, quo iudicio possũ, inuestigauero: aut illa, si nõ semper occurrant, saltẽ probabiliora, eaque inter se cõsentientia protulero in lucem: ac demùm, si ex tot discrepantibus sententijs, optimas sequutus, eas breuitate perspicua, & conueniente methodo tradidero confirmatas. Id ego, si ad studiosorum vtilitatem hîc effecero; finem, quem mihi proposui, sum consequutus. Ac de his in præsentia quidem satis. Sed cur te potissimũ (Cardinalis Illustrissime) hæc compellauit oratio? Nimirum istud accepti est à te beneficij qualiscũq; recordatio. Triginta enim iã & amplius, anni sunt, ex quo Romã ad Theologicas tuas & Suarez nostri prælectiones audiendas superiorum iussu vocatus, vidi aliquoties inter tuas versari manus, & liberaliter, te annuente, etiam perlegi, quas tu Chronologicas notas in priuatum vsum tibi collegeras. Et quanquam tunc quidem nec animus mihi esset, nec otium, ad vllam earum rerum vel exiguam commentationem; tamen, vt prona sunt in mutationem nostra consilia, eò me post annos aliquot impulerunt, tum illius tuæ lucubrationis iugis apud me, & non iniucunda recordatio, tum literariæ occupationes, quibus subinde distinebar, quæ sine hoc præsidio dignitatem tueri suam vix posse videbantur: tandẽque effecerunt, vt in hanc meditationem, (iucundamne dicam, an molestam?) conatu aliquo incumberem: & succiciuis horis, quantæ homini satis occupato dabantur, hæc, quæ de re Chronologica vides Syntagmata, in Opusculum, labore non facili lucubratum, congererem; quod demum in conspectum se daret tuum, illa, quæ recensui, agnoscens beneficia. Accipe igitur (Card. Illustrissime) hanc non ingrati animi post tot annos significationem: & quo soles semper rem literariam, hunc etiam laborem fauore prosequere.*

PRÆFATIO
Ad Lectorem.

PRIOR Chronologiæ tomus, qui à conditu orbis ad Christum annos complectebatur: vt remotissima à nobis tempora continet; ita difficiliores habet ad explicandum quæstiones: & pars temporũ est perobscura, in qua Chronologorum industria vel maximè desudare debet. Qua in re, quæ fuerit instituti mei ratiò, & quid effectum sit, non est quod hic denuò repetam. Hoc solum lectori renuntio, non potuisse nisi à paucissimis viris eruditis, satis intelligi & comprehendi, prolixiores illas de re Chronologica disceptationes, sine varia, quæ ibi adiecta fuit, historiarum synopsi: quam proindè rudioribus saltem necessariam fuisse, nemo est qui prudenter dubitet. addo etiam (quod tomo primo vt opinor persuasi) ægrè posse accuratam institui Chronologiam, quæ dignitatẽ, vt par est, tueatur suam; sine cognatæ historiæ frequenti, & satis ampla mentione. Sed de his alias. In hac tandem parte posteriore, habes, non quidem lucubratam illam de annis commentationem, quæ allatis dissentientium authorum opinionibus prolixè sit ventilata (quæ enim necessitas, in hac aut viciniore nobis, aut etiam clariore temporum serie id postulabat?) sed annorum & rerum quæ à Christo huc vsque acciderunt, non inutilem vt spero collectionem. in qua, si sub hac summa quam vides narationis breuitate, nihil intactum relinquimus, & simul damus citatos, singulis annis authores, vnde quilibet prolixiorem rerum narrationem petere poterit, erit fortasse aliquid quod probes, & quo denique, in quauis re literaria facile, nec infœliciter vti possis. Sed dum in hac ipsa instituti ratione, quod probabilius est in medium produco, breuitérque confirmo: illud tacere non possum, nullam vel à me, vel à quouis temporum emendatore ἀπόδειξιν. expectandam, nullas citra omnem controuersiam demonstrationes. Nam vt omittam, hactenus à nemine potuisse Christi Seruatoris initia, ad annum orbis aut Iulianum certum, & sine hæsitatione dirigi, ne quidem ex illa, à quibusdam tanti æstimata temporum methodo: vt prioris tomi capite primo, satis à nobis explicatum est: quis porrò quantumuis in his leuiter versatus ignorat, plerasque alias temporum Epochas tam esse in ambiguo, tamquę dissentientibus scriptorum opinionibus ventilari: vt benè cum illo actum putetur: qui è multis, tres interdùm in eadem sententia probatos authores, consentientes secum habere posit. nec mirum. Nam in hac post Chri-

ſtum ſubducenda temporum ratione, ante omnia pro comperto habere oportet, primæ Olympiadis tanquam communis fundamenti fixam ſedem, ſiue orbis annos, ſiue Iulianam periodum eligas. Verùm cum Eratoſthenes, aliique qui rectè ſentire volunt, à clade Ilii, aliiſque rerum incertiſsimis caſibus ad caput Olympiadum annos numerãdos pronuntient, hoccine firmiſsimum erit harum rerum inueſtigatori firmamentũ? Hic quoque faſtorum habenda ratio vel maxima eſt. & tamen diuerſi diuerſa ſectantur Palilia. Imo (vt res lubrica eſt) idem aliquando ſcriptor Palilia Catoniana ſecutus, tandem ad Varroniana transfugit: vt de ſuo Onuphrio queritur *S*caliger. aut certè ſi conſtantes ſunt in eadem faſtorum ratione, ſaltem, dum in medio ſæpe curſu, ab his addi, ab aliis demi conſules reperiunt, quam quæſo efficient ἀπόδειξιν. In proximis vero celebrioribus *E*pochis, primo Cyri principatu, Alexandri initio & exceſſu, Machabæi encæniis, & *Æ*ra Hiſpanica, ſi quis ab his ineat temporis rationem, æqua pænè incertitudo. Quare cũ tẽporũ iſtæ definitiones, ab vltima antiquitate & minus certis Epochis ſint repetendæ, nobis ſatis erit, ſi in primo hoc Chriſti anno ſignãdo, & aliis quibuſcumque rebus, demus in medium, quod probabilioribus nixum præſidiis, illuſtrium ſcriptorum authoritate magis comprobatum eſt: facta inquirendi poteſtate, & magna, ſi quod ſperant inuenerint, habita gratia illis, qui vel noua ſua & Catholica vt vocant Cyclorum methodo, vel aliundè, putant ſe quicquid opinantur accuratiſſimè demonſtraſſe. Diſſenſionem, (quod aliud hìc malum eſt) & contentioſum funem eſſe trahendum ſatis præuideo. quid his facies? diſſidentes opiniones ſunt. euenire poteſt alterum, vt earum nulla; alterum nullo modo, vt plus vna vera ſit. ſa nè vt ridiculum eſſet omnium ſententiis velle adhærere: ita rectè ſentientem, à pleriſque diſſentire neceſſe eſt. Ex his en tibi obiter aliqua. De Epocha Martyrũ Diocletianæa, ipſoque Diocletiani initio, ſatis nos quidem ad annum Chriſti 284. & 302. *E*x quo tamen diſſentiendi principio, Ioſephus Scaliger, paſſim *B*aronio atq; aliis ἀναχρονισμοὺς obiecit. De excidio item Hieroſolymitano ampla diſſentio eſt. minutiora ſunt quæ ſequũtur, ab illo tamen authore reprehẽſa in Baronio: de Martyrio Fructuoſi Epiſcopi, Andreæ militis ac ſociorũ, de Epiſtola Vigilii Epiſcopi Tridentini ſcripta anno 460. de Vigilii Papæ Epiſtola ſcripta anno 572. & demùm de obitu *SS*. Martini & *B*enedicti. cũ enim acta prodant feriam, inde inuento Cyclo, prodibit etiam annus ex methodi, tabulis Scaligeranis, diuerſus biennio vel triennio, à ſede quam his rebus & perſonis alii deſignant. *S*ed fateri imprimis oportet, minoris momenti hæc eſſe, ſi conſtant Epochæ maiores, & à quibus propria temporum ratio pendet. Deinde qui in his diceret erratum eſſe in danda feria, ex qua tota illa confutatio petita eſt, haberet ille abundè, ex quo aduerſariis ſilentium indiceret. Omitto pleraque alia, quæ idem autor colligit ſibi, ex feria & Neomeniis quas dat ſolus Ioſephus Iudæus. quo præſidio nixus Scaliger, ſe quidem demonſtrare, reliquos ſcriptores hariolari putauit. Inter grauiores vero quæſtiones ſunt illæ de conſulibus, de imperatorum initiis, de indictionũ origine, Danielis hebdomadibus quẽ habeant illæ Chriſti ſæculo finẽ & Epilogiſmũ, quis demũ annus Chriſti naſcẽtis, ba-

ptizati, & patientis sit recipiendus. Nos quidem hanc de Christo disceptationem in ipso hoc apparatu discutimus. Cætera suis locis, quantum instituta breuitas patietur, tractanda, eruendaque (vt hoc iterùm adiiciam) ex veterum optimorumque scriptorum placitis, qui propius ab his rebus gestis abfuerunt, & certiora sentiendi principia, vt opinor, secuti sunt. Nam vt verum fatear, suspectus mihi semper calculus illorum est, qui toti sunt in cœlestibus characteribus rimandis, vt inde Epochas eruant prioribus sęculis ignotas. falluntenim authores non rarò (inquit huius artis amator ipse Scaliger) cum defectus luminũ qui nunquam fuerunt, referunt. sic inquit Dio & Seruius in cæde Cæsaris: Aurelius victor vulgaris in obitu Neruę. Zosimus in pugna Theodosij & Eugenii Tyranni: Tarrutius Mathematicus celeberrimus in conceptu Romuli, & palilibus vrbis, aliquando etiam caliginem, solis defectum esse putant. Hæc ille, monens ne temerè scriptoribus de Syderum defectibus assentiamur*, & iis quæ de feriis similibúsque indiciis pronuntiant. Prudenter monet vir huius periculi gnarus. Sæpe enim feria ab historicis notata, habet in notatione aut authoris, aut librarii errorem. Sæpe etiam nobis marmora vetera, diem & feriam mentiuntur: vt idem author agnoscit. ac denique, quod molestius est, sępe nouæ methodi & prolixi operis molitores isti, implicantur mirificé, non modo tot Epocharum concursu: sed maximè, si inuentus character feriæ aut deficientis astri, ducẽdus est per menses Harpaleios, Methonicos, Calippicos: si componendus cum externis Epochis Nabonassari, Neuruz, Hegiræ: si cum antiquitate vt defendantur pugnandum. cum tamen in hoc longo incertoquè labore, nec Palilia, nec Olympiadem, vel annum Christi, nobiliores Epochas omittere liceat. Quare mirum non est, si quos ex Iosepho Iudęo, Iosephus Scaliger, huius generis characteres ad nouam methodum formandam assumpsit, posthabiti sint ab Eusebio, Hieronymo, & alijs, qui sine his indicibus, veriores vt puto Epochas inuestigarunt. Ego certè, si in hoc nouæ methodi genere alicui placet philosophari: aut paucis & sobriè philosophandum suadeo, aut ea saltem Iudicij æquitate, vt longe ablegata demonstrationum mentione, τὴν σκάφην σκάφην εἶναι meminerit.

PROLEGOMENA DE

annis recte putandis, in tres partes diuisa.

Putabam me in opere hoc chronologico, vbi ingens solet esse discrepantium scriptorum numerus, fecisse satis ingenijs etiam paratioribus ad pugnam, & minus quietis. Sed quia hoc assequi, vt video, difficile est: succurrendum illis fuit hac noua auctaque editione: si forte pleraque minus rectè sunt assequuti: atque etiam occurrendum, ne ex erratis Typographi, aut apice aliquo captent victorias. Si pacem deinceps spirabunt, grata erit: si contentionem & λογομάχιας, videant Sisyphi ne saxum voluant. Intereà legant primùm, sed æquo animo, quæ toto hoc apparatu in medium veniunt: eaque si possunt confutent, sed solidè. Euertant deinde, necesse est constantem annorum rationem à palilibus & prima Olympiade, ad Christi vsque baptismum productam. Inchoare eos oportet confutationem altius quàm à calce sumpto principio, & solidas annorum series, primasque chronologiæ radices conuellere. & cum hæc fecerint, adhuc stabit pugna, an fallacibus Neomenijs credendũ sit & ferijs, potius quàm optimis antiquitatis testibus.

PARS PRIMA

De rectè consignando anno Nascentis, Baptizati, & Patientis Christi.

De Varijs Chronologijs iuxta quas firmanda est hac annorum consignatio.

CAPVT PRIMVM.

QVOD in his prolegomenis, velut in apparatu ad expansorũ annorum seriem firmandam instituto, nunc agitur: præcipuum illud est, vt de anno ortus obitusque Christi, vnde hæc subsequentia tempora exordium ducent, liquido constet. Constare autem alia ratione chronologica non potest, nisi explicando euincendoque, in aliquem definitum orbis & vrbis annum, in hos Consules, atque in certam receptissimarum Epocharum periodum, incidisse diuinum hoc dati redemptoris beneficium. Et quidem de iis quæ post natum Christum institutæ sunt temporum notationes, nihil at-

tinet dicere in præsentia. in quo genere sunt Imperatorum explorata & notata initia, agones, triumphi, ludi sæculares, & Ægyptiorum Epocha Diocletianæa, Æra Persica posterior. Othomannica, ac celebris illa Saracenorum Hegira, de cuius initio, ad annum Christi 622. Quamuis enim posset non frustra ostendi; quanto interuallo, has anteueniat Epochas annus natalis Domini: atque hac noua arte notari: satius tamen & satis est, receptis ante Christi aduentum chronologiis rem nostram firmare: ex qua demùm sic stabilita, facile cuiuis erit, per annos nostros deinceps expansos hæc posteriora interualla designare. Sed neque priores illæ chronologiæ omnes certam natalis Domini sedem pollicentur, vtpote incertæ ipsæ, & de quarum initiis adhuc certatur egregiè. Sæpe quidem indicatum à

2 ... tria Chronologia. nobis est, varias reperiri in consignãdo tempore ante natum Christum chronologias. Habebant suam Hebræi, habebant Græci per Olympiadas, ac deniq; Romanis propria erat ratio putandi tempora, à Palilibus per annos vrbis conditæ, à Regifugio per Cõsules, & demùm producta per annos Imperatorum. qui modus postea communis fuit aliis Imperiis & Rebusp. quæ per proprias αὐτονομίας aut Regum annos, tempora signarunt. quod Tomo 1. cap. 19. num. 29 non obscurè explicatum fuit. Apud Hebræos, modus putandi annos (... Hebræorum.) multiplex quidem reperitur. vel enim numerant ab orbe condito, vel à diluuio, ab exodo, ab ædificato templo, à Cyro & soluta captiuitate, aut instauratione secundi templi. aliquando etiam per Iubilæos, quorum quilibet 50 habebat annos: nonnumquam denique per annos externorum principum tempore Machabæorũ. Est porrò peculiaris apud Hebræos ratio temporum, & quæ titulo Chronologiæ insignita circumfertur: Sed sine dubio conficta magna ex parte: ac ad arbitrium Rabinorum ex Thalmudicis scriptis deprompta. Falsa continet pleraque: imò & fabulosa de annis Cyri. nec tamen defuerunt qui eam amplecterentur, vt vides in Lyrano. cap. 1. Esdræ. cap. 1. Danielis. Posset & alia à Moise ad Christum institui per Pontifices, eorumque annos: verùm vt ostendi cap. 8. & 16 prioris tomi, nec de Pontificibus satis constat: neque durarunt posteriores legitimè vsque ad Christum: vt de incertis multorum annis nihil dicam.

(margin: ...deto 1. c. 15. ...m 13.)

Atque hæ iam sunt priorum temporum periodi: cum quibus in hoc apparatu primos Christi annos componere & comparare oportet, quamquam quæ minus certæ sunt, cum minori periculo omitti possunt. talis est illa Hebræorum chronologia propria, in qua, nihil subsidii est ad annum Christi ritè designadum. Propriam dico. Nam per communes illas quas priori tomo recensui periodos computatio, nihil habet quod in cõmuni Chronologia per annos expansos non contineatur. talis quoque videri potest Aera Hispanica quæ ab anno orbis 3963, hoc est 38 annis ante Christum natum; putatur sumpsisse initium vt ex variis Visigothorum regum annis, catologis, & eo tempore habitis conciliis plerique colligunt. a

(margin: a Æra. Mariana 3. cap. 24. ...ſtor. Hispa. ...liger Emen... lib. 5. poste... ...ris editionis.)

3 ... rodis anni. Sed neque ad veros Christi annos inueniendos possunt multùm iuuare anni Herodis. sunt enim in controuersia positi, & reuera incerti. consentiunt ferè authores regnasse Herodem annis 37 saltem inchoatis, ex Iosepho lib. 18. antiq. c. 3. at dissentiunt de Herodis initio, deque eius excessu, Egesippus lib. 1. c. 47. & Iosephus lib. 17. Antiquitatum c. 10. numerant Herodis 37 annos ab eius Regno Romæ inchoato. cui dedimus annum orbis 3965. & vrbis 714. sicque desiisset regnare anno quo natus est Christus mense martio. quinetiam Mercator (anno 3927) protraxit ad triennium.

Scaliger Iosepho adhærens, excessum Herodis incidisse putauit in annum 45 Iulianum. idque Eclipsis notatione, more suo, confirmat, præfat. de emend. Ex hoc, similibusque Solis, & Lunæ defectibus, tot ille volui esse in Baronio dissentiente Anachronismos, quot anni sunt, ab initio operis vsque ad tempora Nicenæ Synodi. Seuetè quidem satis, vt cætera omittam Sed qui priori modo numerat Iosephus Iudæus, addit obiisse propè Pascha Herodem, aut sub finem Martii. & quidem si ille notasset initium Herodis persequentes consules, Censorinum, & Caluisium, qui occuparunt annum vrbis 714, & orbis inchoatum 3966: videri posset produxisse vitam Herodis ad annum vrbis 751 ineuntem, mense Aprili, post natum Christum, quem nos vocamus annum mundi 4002, & Christi secundum, numerando à conceptione, vel primum absolutum. Sic inquam haberemus etiam ex Iosepho natum Christum sub Herode adhuc viuente, & anno Iuliano 44, iuxta eam quam sequimur Christi Epocham.

Sed nihil ab his authoribus probabile, aut Euangelistis consentaneum profertur, si ex initio quod dant Herodi, sequatur excessum eius antecessisse, aut Christum natum, aut infanticidium: quod quidem (vt noto ad annum nascentis Christi) non potuit accidisse ante exeuntem annum primum integrum à Christo nato.

Alii ergo hos 37 Herodis annos putandos existimãt ab Actiaca victoria qua ratione *Baronius* in suo apparatu sequutus Eusebium (qui exilium Archelai, cum vltimo Augusti anno componit) obseruat vixisse Herodem, ad nonum vsque Christi annum, & Augusti imperantis 48. natumque Christum anno Herodis 29. atque ita ducendũ potius existimat Herodis regnum ab Actiaca victoria, anno vrbis conditæ 722 & consulibus ibi notatis, anno Iuliani 15. vnde ob vltimum hoc beneficium ab Augusto, cui hostis erat acceptum, suadebat ratio, vt regni annos numeraret suos Herodes: non autem ab anno, quo vel Senatu primùm renunciatus rex est, sic vero si ad annum vrbis 722 excurrentem, addas inchoatos illos annos Herodis 37. exibit annus vrbis circiter 758, & Christi octauus. eritque proinde nascentis Christi annus (vt hoc obiter nunc dicam) componendus cum anno ferè 28 Herodis, si quis vti velit hac Herodis senioris chronologia, in tot dissentientium scriptorum opinionibus satis ambigua.

Aliam, & vt existimo non improbandam, de Herodis annis iniere rationem *Onuphrius, Mercator, Vignerius,* & quidam alij, qui Herodis excessum notant ad tertiũ Christi annum, & Iulianum 46 inchoatum. sic sanè locus erit infanticidio, imò & Iudææ procuratoribus, quos post nonum Archelai annum dedit Iosephus. Verùm in hac opinandi ratione; nõ debet initium regni Herodis, peti statim à die quo rex à Senatu Romæ dictus est: sed vt facit Onuphrius post exactum biennium, quando vel iussu Antonii pulso Antigono per Sosiam Syriæ præsidem: vel captis Hierosolymis (quod tertio anno accidit à decreto Senatus) missus est in plenam regni possessionem. hoc varium regni Herodis initium, bellè expressit notatis Coss. *Baronius in suo Apparatu. num.* 113. 114. *&* 115. quamuis ipse nec à Senatus decreto, nec ab adepta regni possessione annos Herodis 37 existimet numerandos. Cæterùm vt fatear quod sentio, est hæc Onuphrii sententia minoribus obnoxia incommodis. sed infra ad annos expansos 3. 8. 11. 14. & 16. de ea dicendum. hic satis sit, rationem huius chronologiæ attigisse ambiguam.

Alia temporum ratio est per Olympiadas. de quarum vsu, origine, & quomodo à Solstitio æstiuo initium sumant, dixi *tomo* 1. *cap.* 10 Hac chronologia vel maximè vti solent scriptores, ad annũ, tum aliarum rerum, tum natiuitatis consignandum. quamuis de Olympiadis anno quo natus est Christus, variè (vt mox dicam) sentiant. 4 *Olympiades.*

Restat chronologia Romana per consules, & annos vrbis: sanè non inutilis, ad annum natiuitatis designandum, & à profanis historicis dum rerum gestarum annos consignant in primis etiam vsitata. Initium annorum vrbis est à mense Aprili: & Consules solebant Romæ creari Kalend. Ianuar. Saltem ab anno vrbis 600. Hi vero ad certum aliquem à conditâ vrbe annum notati, chronologiam faciebant. Sed nec ista demùm chronographia caret sua ambiguitate, dum Consules à quibusdam positi prætermittuntur ab aliis. Imò sæpe prius vel posterius, vno, duobus, vel tribus interdùm annis collocantur: vt iam præfatus sum, & passim ac diligenter *Onuphrius* in Fastorum Commentariis expressum reliquit. nos Tomo 1. ad an. 3495, aliqua huius inconstantiæ chronologicæ exempla protulimus. Superest nunc vt de anno Natiuitatis, ex probabilioris chronologiæ canone atque vsu aliquid statuatur. *Romana.*

ASSERITVR ANNVS NATIVITATIS iuxta certiores illas chronoligias

CAPVT II.

MANET iam, tantum per Olympiadem, Romanam aliquam chronologiam, & annos orbis: vtiliter posse, & vero communiter solere consignari annum nascentis Christi. Inchoando autem hanc temporis notationem ab Olympiade, est recepta sententia Christum natum Olymp. 194. ita *Eusebius in Chronico*: & eandẽ fastis suis adiecerunt probatissimi authores. Sed quo anno huius Olympiadis, dissentio magna est. Placet quibusdam incidisse in annum 2 illius Olympiadis. hoc sequutus est *Baron. in suo apparatu.* Ratio hæc afferri potest. Christus natus est Cornelio, Lentulo & Messala Coss. hi autem inierunt consulatum hoc 2 anno: Verùm hæc satis infirma videtur probatio, dum non rectè componit Comitia consularia cum Olympiade. nam vt iam dixi cap. 1. tunc *Per Olympiades.*

temporis inibant Romani Consulatum Kal. Ianuarii. Annus vero Olympicus, vt superius notaui, inchoatur à solstitio æstiuali: & Christus natus est mense Decembri. Iam si illi fuerunt consules creati anno 2 illius Olympiadis; & post sex menses mutatus est annus Olympiadum, certe Christus qui altero semestri post mutatam Olympiadem natus est, nasci debuit anno 3 Olympiadis. Dicet aliquis fuisse illos
2 Coss. creatos anno primo illius Olympiadis, ac sic Christum natum illis consulibus; & tamen anno 2. Respondeo apud huius sententiæ anthores receptum esse, consules hos fuisse creatos anno 2. Et eo anno Olympiadis accidisse. Kal. illas Ianua-
nno 3. rij. vnde sequetur Christum natum anno 3 illius Olympiadis. & sané non pauci
ymp. 194. qui de fastis cum laude scripserunt, eos componunt aliter cum Olympiade, & creatos volunt anno ilius 2. Secunda sententia & probabilior est, natum Christum anno 3. Olympiadis 194. Ita vt illius Olympiadis superessent tantùm annus vnus & sex menses, quando Christus mense Decēbri natus est. Sequitur ex confutatione prioris sententiæ. ita porro *Beda de sex ætatibus. Et Eusebius in Chron.* consentit *Sylburgij* collectio ex fastis Capitolinis. Denique si (quod iam demonstrabitur) consentit hic annus cum consulibus & anno vrbis, opinio hæc certa manebit.
Proxima ergo iam sit Romana Chronologia per coss. & annos vrbis. Et quidem ab V.
tem Chro. C. ad Christum, aliqui ex recentioribus (vt ab his ordiar) numerant annos 750. Ita Mercator. Alij 751. sic *Baronius in apparatu*, secutus vt profitetur collectionem Varronianam. Alij ponunt natum Christum anno vrbis 752. ita *Pererius lib. 11. in Daniel. q. 5.* Rursus non est minor de Coss. dissentio, imo & in ipsa Consulum cum annis vrbis copula.
Consules. Seuerus Sulpit. *lib. 2. sacræ histor.* scribit Christum natum Sabino & Rufino Coss. qui aliter dicti sunt *Caluisius*, & *Passienus*. Horū Consulatum incidisse in annum vrbis 750, habes ex *Dione lib. 55.* Secunda de Consulibus opinio est, Christum natum Augusto 13. & Marco Plautio Syluano Coss. ita *Onuphrius in fastis Rom.* recenset *Sigonius* hos, ad annum 751. Tertia est, natum Lentulo *&* *Messala Coss. quæ* opinio veteribus quibusdam magis placet,
3. & in ea cum plerisque neotericis conquiescit Baronius quantum ad consules spectat. Certè his Coss. natum Christum est sententia *Cassiodori*, viri & Romani, & eruditi. In eadem sententia est *Cuspinianus in Cassiodorum*; & ante eum *Marianus Scotus. Hieronymus in Isaia c. 2. & Dan. 9. Irenæus contra hæreses lib. 3. cap. 25.* Cæterum anno vrbis 750, creati ponuntur hi consules, Lentulus & Messala, ex *Cassiodoro & fastis capitolinis.* Et idem annus vrbis incidit partim in 2. partim in annum 3. Olymp. 194.

Hæc sunt de ista satis controuersa quæstione, dissentientes opiniones. vbi debet primùm tolli ambiguitas illa annorum expansorum, de qua hic ad finem cap. 6. Deinde distinguenda quæstio est, de primo Christi anno integro, ab illa altera de præciso tēpore & mense natiuitatis. Nam sicut primus Christi annus integer, qui initium habet Decembrem à die 25: respondet ex parte duobus annis chronologiæ, tum græcæ tum latinæ: ita nunc loquendo de hoc eodem anno primo integro, ambæ illæ de Consulibus opiniones secunda & 3. veræ sunt. Pars enim (licet exigua) primi anni integri, habet Consules Messalam & Lentulum. Et hanc nos vocamus annum orbis exeuntem 4001. Pars etiam posterior habuit Consulem Augustum 13. & complectitur annum orbis 4002. Pari etiam modo de anno Olympiadis dicendum est. quod contingit ob varia horum annorum initia. Cæterum si agatur de præciso mense & die natiuitatis; ille solum obtinet priorem huius anni integri partem, habetque proinde consulatum Messalæ pene finitum, & annum orbis 4001, vrbis 750 inchoatum à nouem mensibus, & Olympiadis 194 tertium annum, à quinque mensibus excurrentem. Tamen infra ad initium chronologiæ, vbi integros annos expansos notamus, posuimus (habita ratione maioris partis) primum Christi annum (nempe integrum) habere Consulem Augustum; & esse annum orbis 4002. sicque omnia rectè constant. Sanè cum tot sint dissentientium authorum opiniones, possumus in hac eorum conciliatione quæ sequitur, probabiliter conquiescere.

	Mense quo natus est Christus	*Primo Christi anno integro.*
Consules.	*Lentulus & Messala Coss.*	*Augustus 13. & Syluanus*
Annus V. C.	750 *inchoatus à 9 mensibus.*	751.
An. Olymp.	*Olymp.* 194. *an.* 3. *inchoatus à* 5. *mensibus.*	*Olymp.* 194. *an.* 3.
An. Orbis.	4001. *exiens.*	4002.

Si enim quod iam ostensum est, mensis nascentis Christi occupat annum 3. Olym. 194. sanè cum excurrant eodem mense Decembri Consulatus Messalæ, & annus vrbis 750 (quod etiam docent initia Iphiti & paliliorum supra firmata) omnino relinquitur rectissimè consignari, & cum triplici hac chronologia rite sic componi natiuitatis mensem. Quæ si quis porro diligenter obseruet; non hærebit, dum annum 3 illius Olymp. videt componi cum anno vrbis 750. Dixi autem hanc esse mensis consignationẽ. nam quòd primus Christi annus integer alium habeat vrbis annum, aliosque Consules, & quàm etiam hæc quæ iam dixi aptè cohæreant, reliquus hic apparatus satis ostendet.

Iam de anno mundi, mirum non est si dissentiant authores etiam graues. Niceph. *lib.1.hist.c.19*, numerat ab orbe condito ad Christum annos 5500. Rex Alphonsus 6984. Euseb. in Chron. 5199. Isidorus *lib.5. Originum*, 5210. D. Cyprianus suo tempore numerabat à creatione 6000. *in libro de exhortatione Martyrum*. Hieron. vero in Epistolam ad Titum, & August. lib. 12. Ciuit. c. 10. scribunt suo sæculo vix completa esse sex millia annorum. Romanum martyrologium, proponit annos 5199, à creatione ad Christum. Nobis iam hac in parte non est laborandum. Nam priori tomo chronologiæ, deduximus per nouem periodos, esse ab orbe condito ad Christum annos 4001 vel 4002. prout exeuntem vel ineuntem annum Christi notaueris; & consonum hoc est datis iam chronologiis. Nam Olympiades vsque ad Natiuitatem notatæ faciunt annos 775. quos addendo annis 3227, (quando inchoatæ sunt Olympiades) efficies nobiscum natum Christum anno orbis fere 4002. Ille enim tertius annus Olympiadis 194. partem habet vtriusque anni, scilicet 4001, & 4002. Et idem resultat ex nostro anno vrbis assignato, vt iterum apparebit in fine cap. 6. *Annus mund.*

Restat adhuc Augusti annus consignandus in Christi natiuitate. quâ in re plurium sententia est natũ Christũ anno 42 Imperii Augusti. ita quidem Martyrologium Romanum, à triumuiratu numerando. ita quoque Euseb. *in Chron.* Epiph. *Hæresi* 51. Orosius *lib. 7. c. 2.* Et Beda *lib. de ratione temporum*. Sed hi omnes annum 42 labentem intelligunt; qui solet à quibusdam recentioribus vocari 41 completus. si tamen horũ aliqui sint (vt forte ex tot authoribus vnus esse posset) qui intelligant numerandos esse illos 41 annos; non à triumuiratu, sed à cæde Cæsaris: tunc sequetur ex horũ sententia, vix esse 40 annos à triumuiratu. Sed iam alia & secunda opinio est, natum Christum anno Augusti 41. hoc scripsit Tertul. *lib. 1. aduersus Iudæos* (sed ibi loco Cleopatræ substituendum esse triumuiratum omnes norunt) idẽ dixit Hieron. *Isaie 2.* de quo tamẽ vide animaduersionem Scaligeri *ad annum Euseb.* 2016. consentit Irenæus *lib. 3. cap. 25.* & ex recentioribus Baron. *in apparatu*, scribens natum Christum anno 41, ab inito triumuiratu. Cassiodorus denique videtur habere annum 41. Et tamen si annum 41 labentẽ intelligãt, consequens est eos tantùm per aliquot menses dissidere à proximè sequẽte opinione, si numeres à consulatu. imo tantùm per vnum fere mẽsem, si numeres præcise à triũuiratu; quippe qui contigit exeunte Nouembri. Sigon. *ad annum* V. C. 710, lapidem nobis exhibet, in quo extabat initum fuisse triumuiratũ ante quintũ Kal. Decemb. Tertia demum sententia habet natũ Christum anno 40, à triumuiratu: vel si mauis à consulatu. Sunt qui Cassiodorum citant pro hac opinione. Sed in Cassiodori Chro. Rom. Consulum, multi codices notant ortum Christi incidisse in annũ 41 principatus Augusti. Cæterũ ex his opinionibus, nos secundã & 3 probamus libenter. Non enim dissentiũt, vt c. 6 ostendam; ac proinde vtrouis modo loqui licebit; probèque hoc consentit cum annis nostris expansis, & tabula chronologica Augusti infra data.

5 *Augusti annus.*

6

Numerati porrò solent anni natiuitatis ab Actiacâ victoria. Hanc victoriam incidisse in annum vrbis 723, signatur ex consulibus apud Dio. *lib.* 50. quod enim initio libri 51 dicit de anno vrbis 725, forte intellexit de confirmato iam imperio; vt certè varia hic sumi possunt initia: scilicet à die victoriæ, à capta Alexandria, & à triumpho. solum enim anno 724 Augustus triumphauit de Cleopatra. Communiter tamen & rectius videtur signari vrbis annus 722. vt pote excurrenti tunc Olympiadi, & datis hic consulibus ritè consentiens. lege Sigon. *anno vrbis* 722. contigit victoria mense Septembri, consulibus, Augusto 3. & Messala. Et quidẽ Consules illius belli anno, fuisse Augustũ & Messalã, omnes fere notant. Dio. *lib.* 50. Fasti capitolini Sylburgii. Scaliger *lib* 5. & alii. Iam ab hoc anno actiaco ad Christum, licet aliqui numerent 30 annos; tamen verius est, solum esse, 28. saltem non sunt plures completi. ita Euseb. *lib. 1. hist. cap. 5.* & Clemens Alexand. *lib. 1. Stromatum. Augusti, inquit anno 28, natus est, Dominus, cum primum iusserunt censum descriptione fieri, tempore Augusti.* Deducitur idem, ac demum tota hæc actiaca chronologia, ex his

7 *Actiaca victoria.*

quæ in hoc anno natiuitatis designando, dicta sunt de anno vrbis 750.& de anno 3. Olymp.194. Et quamuis aliquot mensibus discordaret annus mundi ab anno vrbis, res est exigui momenti: siue quia, vt sæpe dixi, illorum annorum diuersa sunt initia; siue quia anni mundi fere pro integris accipiuntur, neglectis sæpe factionibus. *Nulla iam de anno* Iuliano potest superesse controuersia: hi enim 28 anni ab actiaca pugna, fasti item consulares, Olympiadũ ratio, & quæ secunda ac tertia parte huius apparatus dicentur euincunt annum Iulianum 43, consignandum esse natiuitati. De quo iterum *c.* 10. *&*
8 17.§.*de anno* 240. Et hæc de Chronologia.

Census. Solum quærendum restat an cẽsus ille Romanorum sub Cyrino, seu, vt habet textus Græcus, Cyrenio habitus, consentiat etiã his quæ dicta sunt. De hoc cẽsu agitur Lucæ 2. *Exiit inquit Lucas, edictũ vt describeretur πᾶσα οἰκουμένη, vniuersa habitata*, scilicet Terra. Vbi Euangelista maximam orbis tunc reperti partem appellat vniuersum orbem. At quomodo hæc descriptio dicitur prima; cum Iudæi diu antea per Pompeium facti sint vectigales, *to.*1.*qq.c.*16.*num.*33, à quo tempore cœperunt capite censeri. quin etiam, cum Dione plures notant habitũ prius sub Augusto; sanè exhausto ærario, cum designabatur qui esset appretiator substãtiæ vniuscuiusque, seu vt ait Ioseph. *Τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενόμενος* saltẽ in Italia. Respõdeo vocari adhuc primã, forte quia fuit prima ista descriptio, qua Iudæi à Romano Imperatore descripti sunt; vel quã Romanũ Imperium totum cõclusum est: vel fortè etiam de soluendo didrachmo, de quo Matth. 17. *vers.* 25. Scaliger ad annum Eusebii 2016. vult vocari primam; quia (inquit ille) ab eodem Cyrino bis misso in Iudæam, duæ habitæ sunt descriptiones. Quod attinet ad chronologiam, Iosephus *lib.* 18.*cap.*1.*&* 3. refert hanc orbis *ἀπογραφὴν*, ad annum Augusti minus congruentem huic supputationi allatæ, & veræ chronologiæ. quod ei euenire necesse fuit, ex Herodis, Archelai & procuratorum annis malè subductis, quem proindè lapsum esse, obseruant inter alios Baron. *in appar.* & Maldonatus *Lucæ* 2. Sed errauerit Iosephus. Rectius Lucas retulit illam orbis *ἀπογραφὴν*, ad annum natiuitatis Christi. Cæterum peractus est hic census inquit Lucas, sub Syriæ præside. non enim habuit Iudæa præsidem proprium ante Archelai exilium. Notat ergo Syriæ præsidem, quia tunc nascente Christo Iudæa ad Syriam pertinebat.

Asseritur annus quo Baptizatus est Christus.

CAPVT III.

CIrca annum Baptizati Christi duo certa sunt. Primũ venisse Christũ ad Baptismũ excurrente anno 15 Tiberii, vt habetur expresse Lucæ 3. successit quidẽ Tiberius Augusto sine vllo interregno, ac proinde ipso mense Augusti quo alter obiit. Secundum est, Christũ Dominũ fuisse baptizatũ circa trigesimũ ætatis annũ, quia vt ait idẽ Lucas, *& ipse* IE-
2 SVS *erat incipiens quasi annorũ triginta*. Sed quia hæc verba variã admittũt expositionẽ; hinc variæ sunt natæ opiniones. vna quidem refert baptismum Christi ad annum ætatis 29. Ita quidem Caietanus *in cap.*3.*Lucæ*. Sed nullus veterum ita sentit. Volunt alii baptizatum fuisse anno ætatis 30. Suares qui (*tertia p. to.*2.*disp.*25.*sect.*2) huius opinionis est, citat in hanc sententiam præter D.Thom.& Scholasticos, etiam Hieronymum *Ezechiel.*1. *August. lib.*3.*de memorabilibus sacræ Scripturæ c.*5. Origenem *Homil.*1. *in Ezech.* ac denique Eusebium *lib.*1.*hist.cap.*10. consentiunt recentiores hi; Pererius *lib.* 1.
3 *q.*6.*in Daniel.* & Barrad. *to.* 2. *lib.* 1. *cap.* 12. inserens consequenter annum vnum inter baptismum (quem rectè vult accidisse 6.Ian.) & nuptias in Cana, seu primum miraculum. Sed certè Christum toto anno post baptismum nihil egisse, multis pro absurdo habetur; refutaturque à Salmerone, Baronio *ad annum* 31. & Peretio *citato q.* 7. Habent autem hi authores suam peculiarem illorum verborum Lucæ 3 explicationem. Est enim ille locus fundamentum ex quo colligere oportet annum ætatis Christi. Sed nostra opinio est cæteris vt puto verior, Christum baptizatum anno ætatis 31, per dies aliquot inchoato. Hæc est sine dubio sententia Ignatii. *Epist. ad Trallianos*, cum ait Christum baptizatum expletis tribus annorum decadibus, καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν-πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου. Et paulo post, *vbi triennium prædicauit in-*

dicatus est. Lege Baron. *anno* 31. *& in apparatu*. Prolixus est in hac asserenda sententia Salmeron. *Proleg*.38 *de ætate Christi*. Ignatium sequutus est Chrisost. *homil*.10 *in Math*. Itē Euthimius *in Math.c*.3. Beda *de ratione temporis cap*.45. & Bernard. *serm*.1.*de Epiph*. cum autem dicant hi grauissimi authores baptizatum Christum expletis 30 annis; certè nō debent hæc verba aliò detorqueri; quamuis id vt fiat, aliqui laborent. Illa vero cessatio per annum de qua in 2 opinione, videri debet penè absurda. quis enim Christum in baptismo, voce Patris & diuino præconio declaratum Messiam, permansisse adhuc in silentio per annum integrum facilè probabit? quod late post alios attigit Salmeron *proleg*.39. Et satis nota res est ex stabilita semel nostra opinione; quam probant insuper, quæ citantur ex D. Luca pro contraria sententia. *erat* inquit *annorum quasi* 30. vbi si genuinus verborum sensus recipitur, particula (*quasi*) fauet nobis. Iam enim, per 12 dies excesserat annum 30, quando hoc suum inchoauit munus, seu quando erat incipiens, *vt ait Euangelista*. Nam illud (*incipiens*) iuxta Origenem, distinguitur interpunctione à præcedentibus. Et sic constat verborum sensus perfectus iuxta interpretationem quam suggessit Ignatius. Eundem verborum sensum prolixè tuetur Scaliger ex vi textus Græci, *lib*.3. *Can.p*.2.*nu*.102. Denique ab hoc ipsum comprobandum sic licet ratiocinari, *ex eodem* D. *Luca*. Christus baptizatus est anno 15 Tiberii currente, qui secundum historicos suscepit Imperium mox post Augustum. Obiit vero Augustus anno Christi 16 excurrente, & 19 die mensis Augusti; quo proinde die inchoati sunt illi 15 anni Tiberii, hinc iam sequitur Christum baptizatum anno ætatis 30 completo, & inchoato sequenti anno ætatis per 12 dies. Si quis autem aliquid requirat de Olympiade & anno vrbis, colligi id potest ex anno natiuitatis cap. 2. & Passionis anno cap. sequenti. vide de Olympiade infra ad annum Christi 31.

Dubitari tamen adhuc potest de die primi miraculi, an fuerit etiam dies Baptismi? certè nihil est quod conuincat eodem die, illa duo accidisse, vt satis declarant quæ de rebus à Christo gestis anno 31 narrabuntur. Putauit quidem Epipha. hæresi 51, accidisse hoc miraculū 6 Ianuarij. quod ægrè admitti potest. si enim Christus *Baptizatus* est, vt ponimus expleto anno 30 & inchoato 31. vt supra notatum est: Et post baptismum excurrerunt 40 dies & amplius, vsque ad primum miraculum, vt hic colligimus ex Euangelistis: oportet saltem incidisse in Februarium hoc primum miraculum. & postea sequutū est primū pascha à baptismo, ex 4 illis quæ numerātur hic cap. 4. Si hic obiicias ritum Ecclesiasticum aliud habere: facile respondetur, Ecclesiam, cum non constaret de die nuptiarum, voluisse simul coli memoriam miraculi in Cana, cum die baptismi: ob conuenientiam rerum, & temporis non magnam distantiam. Nec solet Ecclesia designando sic festa, definire esse talē diē: sed sequitur ac proponit solū, opinionem in his rebus celebriorem. Et quis scit transfigurationem pro certò incidisse in 6 diem Augusti. lege Barrad. *to*.2.*lib*.1.*c*.12.§. *nonnullis tamen*. 4 *Cana*.

Ad caput 3. De baptismi die.

INCIDIT CRISTI baptismus in annum ætatis 31 iam inchoatum, vti satis hoc capite est probatum. an vero in primum Ianuarij diem, vel potius eiusdem mensis sextū inciderit, fateor vderi ambiguum, cum neque ratione quæ conuincat, nec certo calculo chronologico id possit definiri. Quia tamen communiter iā receptus est sextus Ianuarii; & vsus in Ecclesia idem ferè obtinuit: sanè sextum Ianuarii dandum esse baptismo nunc tandem libentius probo; præsertim cum id fiat sine vlla aliarum rerū, aut verioris Chronologiæ mutatione. Solū enim inter diē natiuitatis & baptismum, numerandi sic sunt dies circiter 12, & cōponendus Baptismus cum annis Tiberii, mutatione 5 dierum, hoc modo.

Baptizatur Christus 6. Ianuarii, sub hac annorum comparatione quam subiicio.

Vixit cum Augusto, annos	15. menses	7.	dies 25.
Baptizatur Tiberii an.	14.	4.	17.
Ergo baptizatur anno ætatis	30.	0.	12.

Componi insuper possunt horum Cæsarum anni cum tota Christi ætate. sed tunc cōstare benè oporteret, de mensis die in quem incidit passio: an in Martiū, an in Martii diem 25, aut 26 (qui dies anno Christi 34, dat feriam 6) aut denique in Aprilis diem 2, qui etiam dat feriam 6. sed hæc res quàm incerta sit infra dicendum.

Statuitur de anno Passionis.

CAPVT IV.

QVÆSTIO hæc eſt, quot omninò annis vixerit Chriſtus, & quando paſſus ſit. de qua re varias, ac præſertim 4 opiniones, vt penitus improbabiles omitto. Videri illæ poſſunt apud Suarem *tom. 2. de Incar. diſp.* 40. *ſect.* 1. Sunt duæ aliæ magis receptæ. Prior eſt mortuum Chriſtum anno ætatis 32 expleto, & 33 inchoato per 3 menſes. Hanc ſequutus eſt noſter Pererius *lib.* 11. *in Dan. poſt Euſebium.* Altera veriorque opinio eſt, mortuum Chriſtum anno ætatis 34 inchoato per tres menſes. ac primùm Ignatius, *citata epiſt. ad Trallia.* (qui Chriſtum vidit vt ſcripſit ipſe ad Polycarpum) huius noſtræ ſẽtẽtiæ author eſt. vide Hieron. *de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 26. ita etiam Beda *lib. de ratione tẽporũ cap* 45. Onuphrius, *in faſtis prolixè ad annũ vrbis* 786. quos ſequuti ſunt Genebrard. *in Chro.* Baro. *ad annum* 34. Salmeron, *prolegomen.* 38. *Conclu.* 11. & alii. Euincitur denique ex cap 3. Chriſtus enim baptizatus eſt anno 31 inchoato, menſe Ianuario: quando immediatè, hoc eſt eodem anno cœperunt numerari 4 paſchata ſequentia, & notata ab Euangeliſtis, vt toto illo cap. oſtenſum eſt. Ergo mortuus eſt anno 34 inchoato, in quarto paſchate. Idem explicatur ratione Olympiadum, quæ incipiunt à ſolſtitio æſtiuali. Nam vt antea probauimus Chriſtum natum anno 3, Olymp. 194. menſe Decẽbri, hoc eſt exacto quinto menſe illius anni Olympici: ſic communis certiorque ſententia eſt, mortuũ Olympiadis 202, anno 4, menſe Martio vel Aprili, quarti illius anni Olympici. Ita Euſebius *in Chro.* quoad annum: & conſtat ex eclipſi illa mirabili quæ tunc contigit; de qua Areopagita epiſt. ad Polycarpum. Hæc eclipſis ſecundum omnes incidit in paſſionem Chriſti. contigit autem illo anno 4, Olymp. 202. vt apud Euſebium author eſt Phlegon inſignis Olympiadum ſupputator. Iam vero à menſe Decembri anni 3, Olymp. 194: vſque ad menſem Martium, vel Aprilem anni 4, Olymp. 202; ſunt 33 anni, & tres circiter menſes. Scio hic quoſdam hæſitare, exiſtimantes non rectè componi aut conuenire iſta cum anno Chriſti 34, ſed de Mathematicorum horum Chronologia & Epocha, ad quam ſuas metiuntur eclipſes, dicam p. 2 huius apparatus. Cæterũ quod de menſe Romano dictum eſt, fateor non eſſe indubitatum, & ſunt nonnulli qui notant menſem ſemper Martium, quæ quorumdam patrum antiquorum ſententia eſt. ex quibus aliqui diem Martii proferũt 25, vt *Tert. & Aug.* alii 22, alii 20, vt Epiphan. Paulus Sempronieſium Epiſcopus colligit diem 30. Onuphrius 26, quin etiam aliqui mẽſem Romanum Aprilem fuiſſe volunt, & diem 3. ita Ioan. Lucidus, & Abulenſis 2 parte defenſorii. demùm aliqui dant Martii diẽ tertiũ, feriã ſextam, Cyclo ſolis 14, aureo numero 15. Iſta opinio eſt Scaligeri, *tum alibi, tum ad annum Euſeb.* 2044. quamuis hæreat ſemper eius hac de re calculus in 5 paſchatibus; vt ſic facilius paſſionis feriam & Cyclos cœleſtes ſibi fauentes inueniat. Da vero, quod ſẽper hic ponimus paſſum Chriſtum anno ætatis 34: ſoli illi ex tot authoribus, feriam dare ſextam paſſioni reperient; qui Martii 26 diem, aut Aprilis ſecundum dederunt. & quæ proinde duæ ſententiæ, ſi luna 15 conſentiret, non carerent ſua probabilitate: & præſertim illa de Martio. ſed de hoc redibit ſermo capite proximo, vbi de menſe & menſis die ex profeſſo dicendum.

Olymp.

2 *Menſis Romanus.*

Euſebius.

Nũc explicãda paucis sũt quę nobis obiici poſsũt ex Euſebio, quę pro hac noſtra sẽtẽtia produximus. quãuis enim Euſebius proferat ex Phlegõte quartũ annũ Olymp. 202. tamen ipſe ſignat annũ tertium; quia notat paſſionem ad annum 18 Tiberii, qui annus apud Euſebiũ concurrit cũ illo tertio Olympiadis. Deinde ex initio Tiberii, quale ipſe ponit, videtur ſequi paſſionem incidiſſe in annũ 19 Tiberii. Verum conſtare primũ debet apud omnes, paſſionem incidiſſe in annum Tiberii 18, vti infra dicetur. ſicut reuerà incidit etiam in annum 4 Olympiadis 202. Et hoc totum ibidem Euſebius expreſſit conceptis verbis. Dices, ergo ſecum ipſe pugnabit, dũ locat paſsionem ordine colũnarum, ad annum 3 Olymp. 202, & tamen addit ex Phlegonte ſuaque ſententia annum 4, qui iuxta collũnas Euſebii, eſt etiam decimus nonus Tiberii annus. Reſpõdẽt aliqui excuſari Euſebium ex cõfuſione anni Romani cum Olympiade, reliquum iudiciũ lectori relinquunt. Certè facile hic potuit irrepere error in ordine numerorum, & paragraphis diſponendis. Scaliger, *ad annum Euſebii* 2044, clarè profitetur mendoſos eſſe Codices omnes. Poterat autem hæc comparatio numerorum, & columnarum inæqualis cõpoſitio pro-

3

sitio, progressu temporis contingere: vel ipsi etiam Eusebio (vt in huiusmodi minutiis sæpe fit) excidere. Sanè de eius sententia non possumus dubitare, cùm verba quæ adnotantur continentque historiam, clarè habeant annum 18 Tiberii, & quartum annum Olymp. 202. solent porrò nonnulli ex annis Augusti aliquid obiectare contra hunc annum passionis stabilitum. Sed de hoc cap. sexto: vbi de ætate Christi componêda cum annis Augusti & Tiberii. atque de anno hactenus.

Proximum est passionis lunam attingere, illiusque anni Paschalem ritum. qua in re, est imprimis ponendum, Christum mortuum esse luna 15. & contigisse pascha. luna 14 mensis Nisan ad vesperam. Certe Dionysius Eclipsim illam in plenilunio accidisse testatur. de feria etiam sexta, cõstat ex traditione Ecclesiastica perpetua: & Euangelista ait diem mortis Christi fuisse parasceuen Sabbathi. *Ioan. cap. 19. vers. 31.* idemque apertè scribit Dionysius Areopagita, *Epist. 11. ad Apollophanem.* vnde etiam Iudæi erant solliciti de corpore deponêdo de cruce. Sed de paschate illo quod celebrauit Christus, an fuerit legale & commune cum Iudæis, multa varii scribũt. præsertim recêtiores, Baron. *anno 34.* nostri quoque, Maldonatus *in cap. 26. Math.* Pererius *in Dan. lib. 11. q. 7.* & prolixè Tolet. *in Ioan. c. 13.* Noto hic breuiter, fuisse quidem lege statutum, *Deuteronomii 16. Exod. 12. Leuitici 23. & Num. 28. vt Lunâ 14*, ad vesperam celebraretur Pascha. paschalis autem solemnitas, (in memoriã primogenitorum Ægypti) licet institutione esset diuersa, ab illa solemnitate Azimorum, quæ erat in memoriã liberi exitus ab Ægypto, tamen eodê die celebrabatur: eodê inquam legali. nam dies decimus quintus quo contingebat solemnitas Azymorum, inchoabat suam solênitatê à Vespere diei 14. quãdo etiã comedebatur pascha. & cõgruit mysterium, vt scilicet ver agnus ipso paschatis die immolaretur. Iam ob difficultatê conciliandi Ioannê cum reliquis Euãgelistis, varia authores excogitarũt de hoc paschate in quod incidit passio. aliqui enim nescio quã paschatis immutationem eo anno factam volũt. alii aliud. Verùm vt paucis rê attingã, nec dissentiũt Euangelistæ si benè intelligantur: nec Christus tũc paschã suũ anticipauit (vt putat Epiph. *heresi 15.* & Græci nunc arbitrantur, qui reiiciũt in lunã 13, & proinde fermêtato vtũntur) nec intercisum fuit, scilicet solum agno comesto, & dilata feriatione, (vt Rupertus putat *lib. 2. in Leuit. c. 36.*) Neq; demũ fuit totũ trãslatũ in sabbatũ à Iudęis (vt putant Paulus Burgêsis & Lucidus.) satisque hanc trãslationê paschatis refutat citatus Tolet. §. *at vt Iudæos ipsos.* docent enim Euangelistæ Iudæos egisse festum paschatis feria 6. vt hinc videas morem transferendi pascha à feria 6 in sabbathum, non fuisse in vsu tempore Christi. Restat ergo Christum eo anno pascha cõmune celebrasse cum aliis, à quibus nulla facta est immutatio. Nihil enim nos cogit ad talem immutationem faciendam, vt dum soluentur obiecta iam patebit.

242	1	965	941	234	191
	2	966	942	235	192
	3	967	943	236	193
	4	968	944	237	194
243	1	969	945	238	195
	2	970	946	239	196
	3	971	947	240	197
	4	972	948	241	198
244	1	973	949	242	199
	2	974	950	243	200
	3	975	951	244	201
	4	976	952	245	202
245	1	977	953	246	203
	2	978	954	247	204
	3	979	955	248	205
	4	980	956	249	206
246	1	981	957	250	207
	2	982	958	251	208
	3	983	959	252	209
	4	984	960	253	210
247	1	985	961	254	211
	2	986	962	255	212
	3	987	963	256	213
	4	988	964	257	214
248	1	989	965	258	215
	2	990	966	259	216

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	3	991	967	260	217
	4	992	968	261	218
249	1	993	969	262	219
	2	994	970	263	220
	3	995	971	264	221
	4	996	972	265	222
250	1	997	973	266	223

Grati & Seleuci Consulatus. Dictus Cæsar Alexander Mammææ, imperabit proximo Februario.

	2	998	974	267	224
	3	999	975	268	225
	4	1000	976	269	226
251	1	1001	977	270	227
	2	1002	978	271	228
	3	1003	979	272	229
	4	1004	980	273	230
252	1	1005	981	274	231
	2	1006	982	275	232
	3	1007	983	276	233
	4	1008	984	277	234
253	1	1009	985	278	235
	2	1010	986	279	236
	3	1011	987	280	237
	4	1012	988	281	238
254	1	1013	989	282	239
	2	1014	990	283	240

Vlpio & Pontiano coss.

	3	1015	991	284	241
	4	1016	992	285	242
255	1	1017	993	286	243
	2	1018	994	287	244
	3	1019	995	288	245
	4	1020	996	289	246
256	1	1021	997	290	247
	2	1022	998	291	248
	3	1023	999	292	249
	4	1024	1000	293	250
257	1	1025	1001	294	251

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	2	1026	1002	295	252
	3	1027	1003	296	253
	4	1028	1004	297	254
258	1	1029	1005	298	255
	2	1030	1006	299	256
	3	1031	1007	300	257
	4	1032	1008	301	258
259	1	1033	1009	302	259
	2	1034	1010	303	260
	3	1035	1011	304	261
	4	1036	1012	305	262
260	1	1037	1013	306	263
	2	1038	1014	307	264
	3	1039	1015	308	265
	4	1040	1016	309	266
261	1	1041	1017	310	267
	2	1042	1018	311	268
	3	1043	1119	312	269
	4	1044	1020	313	270
262	1	1045	1021	314	271
	2	1046	1022	315	272
	3	1047	1023	316	273
	4	1048	1024	317	274
263	1	1049	1025	318	275
	2	1050	1026	319	276
	3	1051	1027	320	277
	4	1052	1028	321	278
264	1	1053	1029	322	279
	Probi an. 2. & Antiochenus 325. ex Eusebio.				
	2	1054	1030	323	280
	3	1055	1031	324	281
	4	1056	1032	325	282
265	1	1057	1033	326	283
	2	1058	1034	327	284
	Diocletianus capessit Imperium.				
	3	1059	1035	328	285
	4	1060	1036	329	286
266	1	1061	1037	330	287
	2	1062	1038	331	288
	3	1063	1039	332	289
	4	164	140	333	290

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
267	1	1065	1041	334	291
	2	1066	1042	335	292
	3	1067	1043	336	293
	4	1068	1044	337	294
268	1	1069	1045	338	295
	2	1070	1046	339	296
	3	1071	1047	340	297
	4	1072	1048	341	298
269	1	1073	1049	342	299
	2	1074	1050	343	300
	3	1705	1051	344	301
	4	1076	1052	345	302
270	1	1077	1053	346	303
	2	1078	1054	347	304
	3	1079	1055	348	305
	4	1080	1056	349	306
271	1	1081	1057	350	307
	2	1082	1058	351	308
	3	1083	1059	352	309
	4	1084	1160	353	310
272	1	1085	1061	354	311
	2	1086	1062	355	312
	3	1087	1063	356	313
	4	1088	1064	357	314
273	1	1089	1065	358	315
	2	1090	1066	359	316
	3	1091	1067	360	317
	4	1092	1068	361	318
274	1	1093	1069	362	319
	2	1094	1070	363	320
	3	1095	1071	364	321
	4	1096	1072	365	322
275	1	1097	1073	366	323
	2	1098	1074	367	324
	3	1099	1075	368	325
	4	1100	1076	369	326
276	1	1001	1077	370	327
	2	1102	1078	371	328
	3	1103	1079	372	329
	4	1104	1080	373	330

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
277	1	1105	1081	374	331
	2	1106	1082	375	332
	3	1107	1083	376	333
	4	1108	1084	377	334
278	1	1109	1085	378	335
	2	1110	1086	379	336
	3	1111	1087	380	337

Constantinus moritur mense Maio.

	4	1112	1088	381	338
279	1	1113	1089	382	339
	2	1114	1090	383	340
	3	1115	1091	384	341
	4	1116	1092	385	342
280	1	1117	1093	386	343
	2	1118	1094	387	344
	3	1119	1095	388	345
	4	1120	1096	389	346
281	1	1121	1097	390	347
	2	1122	1098	391	348
	3	1123	1099	392	349
	4	1124	1100	393	350
282	1	1125	1101	394	351
	2	1126	1102	395	352
	3	1127	1103	396	353
	4	1128	1104	397	354
283	1	1129	1105	398	355
	2	1130	1106	399	356
	3	1131	1107	400	357
	4	1132	1108	401	358
284	1	1133	1109	402	359
	2	1134	1110	403	360
	3	1135	1111	404	361

Iulianus Imperat.

	4	1136	1112	405	362
285	1	1137	1113	406	363
	2	1138	1114	407	364

Valentiniani initium. 5 Kal. Mar. an. Bissext.

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	3	1139	1115	408	365
	4	1140	1116	409	366
286	1	1141	1117	410	367
	2	1142	1118	411	368
	3	1143	1119	412	369
	4	1144	1120	413	370
287	1	1145	1121	414	371
	2	1146	1122	415	372
	3	1147	1123	416	373
	4	1148	1124	417	374
288	1	1149	1125	418	375
	2	1150	1126	419	376
	3	1151	1127	420	377
	4	1152	1128	421	378

Valens perit incendio.

289	1	1153	1129	422	379
	2	1154	1130	423	380
	3	1155	1131	424	381
	4	1156	1132	425	382
290	1	1157	1133	426	383
	2	1158	1134	427	384
	3	1159	1135	428	385
	4	1160	1136	429	386
291	1	1161	1137	430	387
	2	1162	1138	431	388
	3	1163	1139	432	389
	4	1164	1140	433	390
292	1	1165	1141	434	391
	2	1166	1142	435	392
	3	1167	1143	436	393
	4	1168	1144	437	394
293	1	1169	1145	438	395
	2	1170	1146	439	396
	3	1171	1147	440	397
	4	1172	1148	441	398

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
294	1	1173	1149	442	399
	2	1174	1150	443	400
	3	1175	1151	444	401
	4	1176	1152	445	402
295	1	1177	1153	446	403
	2	1178	1154	447	404
	3	1179	1155	448	405
	4	1180	1156	449	406
296	1	1181	1157	450	407
	2	1182	1158	451	408
	3	1183	1159	452	409
	4	1184	1160	453	410
297	1	1185	1161	454	411
	2	1186	1162	455	412
	3	1187	1163	456	413
	4	1188	1164	457	414
298	1	1189	1165	458	415
	2	1190	1166	459	416
	3	1191	1167	460	417
	4	1192	1168	461	418
299	1	1193	1169	462	419
	2	1194	1170	463	420
	3	1195	1171	464	421
	4	1196	1172	465	422
300	1	1197	1173	466	423
	2	1198	1174	467	424
	3	1199	1175	468	425
	4	1200	1176	469	426
301	1	1201	1177	470	427
	2	1202	1178	471	428
	3	1203	1179	472	429
	4	1204	1180	473	430
302	1	1205	1181	474	431
	2	1206	1182	475	432
	3	1207	1183	476	433
	4	1208	1184	477	434
303	1	1209	1185	478	435
	2	1210	1186	479	436
	3	1211	1187	480	437

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	4	1212	1188	481	438
304	1	1213	1189	482	439
	2	1214	1190	483	440
	3	1215	1191	484	441
	4	1216	1192	485	442
305	1	1217	1193	486	443
	2	1218	1194	487	444
	3	1219	1195	488	445
	4	1220	1196	489	446
306	1	1221	1197	490	447
	2	1222	1198	491	448
	3	1223	1199	492	449
	4	1224	1200	493	450
307	1	1225	1201	494	451
	2	1226	1202	495	452
	3	1227	1203	496	453
	4	1228	1204	497	454
308	1	1229	1205	498	455
	2	1230	1206	499	456
	3	1231	1207	500	457
	4	1232	1208	501	458

Annus est Antiochenus 503. *& posterioris terraemotus.*

309	1	1233	1209	502	459
	2	1234	1210	503	460
	3	1235	1211	504	461
	4	1236	1212	505	462
310	1	1237	1213	506	463
	2	1238	1214	507	464
	3	1239	1215	508	465
	4	1240	1216	509	466
311	1	1241	1217	510	467
	2	1242	1218	511	468
	3	1243	1219	512	469
	4	1244	1220	513	470
312	1	1245	1221	514	471
	2	1246	1222	515	472
	3	1247	1223	516	473
	4	1248	1224	517	474
313	1	1249	1225	518	475
	2	1250	1226	519	476

Olympiades.			vrbis.	Iuliani.	Christi
	3	1251	1227	520	477
	4	1252	1228	521	478
314	1	1253	1229	522	479
	2	1254	1230	523	480
	3	1255	1231	524	
	4	1256	1232	525	
315	1	1257	1233	526	
	2	1258	1234	527	
	3	1259	1235	528	
	4	1260	1236	529	
316	1	1261	1237	530	
	2	1262	1238	531	
Dionysius cyclum exorsus putatur vide an.284 in Chronologia.					
	3	1263	1239	532	
	4	1264	1240	533	
317	1	1265	1241	534	
	2	1266	1242	535	

Si qui forté anni vrbis aut Iphiti, occurrant in hoc opere, aliter quàm hic ostensum est, Typographi vitio inter se compositi, (quod tamen vix continget) facile peritus lector & candidus, ad normam huius tabulæ locum restituet.

MODVS EXPANDENDI RELIQVOS Olympiadum annos, & comparandi cum annis V. C.

DVplex iniri ratio potest, per quam cùm opus est, poterunt implicati in suis quadrienniis Olympiadum anni, reduci ad annos expansos: vt sic melius deindè componatur cum annis epocharum: ac præsertim V. C. vna quidem est, quæ ex tabula iam data sponte sese offert. Et quidem si tabula integra esset, nihil aliud requiretur. quam tamen quisque iuxta canonem supra datum, vtrinque augere, versus principium vel finem progrediendo potest.

Totus autem hic comparandorum annorum modus fundamentum habet in ipsis epochis tomo 1 firmatis. incidisse enim monui & probaui prima palilia mense Aprili, in exeuntem ferè annum Iphiti 25. Atque ita subductis 24 vt supra dixi, à dato quouis anno Iphiti, prodibit annus Iphiti respondens anno vrbis illius temporis, & sic dari potest initium totius illius tabulæ si quis eam velit ab initio ordiri, subducendo nempe semper 24 hoc modo qui sequitur.

Iphiti annus	25	subduc 24.	1	vrbis annus.
	26		2	
	27		3	
	28		4	
	713		689	
	714		690	

Posteriores hi anni dant principium tabulæ supra descriptæ, vt sic videas omnia ex vno eodemque fundamento constare. Et hæc de priore ratione.

Altera ratio expandendi hos annos Olympiadum posset sumi ex Diagrammate quod sequitur.

Olympiadæ	5	Dant annos expansos.	20
	10		40
	20		80
	50		200
	100		400

Ex quo diagrammate poterunt dinumerari fracturæ annorum, nullo negotio. Postremò expandi possent quiuis anni implicati, multiplicatione arithmetica per 4.

PARS TERTIA.

Notæ ad sequentis chronologiæ annos aliquot.

Hoc solum restabat ad hunc apparatum & prolegomena adijciendum, quod his paucis capitibus continetur: vt hinc satis fiat exquirentibus aliquam rationem eorum quæ interdùm hic succinctè sunt à me, vti institutum petebat, tractata.

CAPVT XIII.

AD CHRISTI ANNVM PRIMVM.

DVm vrbis annum 750 hic compono cum anno 3 Olympiadis 194: non hærebit lector peritus, si ex tabula quam hic nouam dedi, obseruet iuxta veras horum annorum epochas, annum Iphiti sub anno 43 Iuliano esse exeuntem, & annum vrbis ineuntẽ. Sic enim reperiet eodem anno 43, exire annum Olympiadis secundum & incipere tertium, ac proinde ex parte aliqua concurrere tertium hunc annum, cum anno V.C. 750. Sit satis de hoc semel monuisse incautum lectorem in tota reliqua annorum sequentium serie. Fallit hic aliquos epocharum varietas, dum annos Iulianos & Antiochenos tantùm metiuntur ex epocha cycli Dionisiani; existimantes non esse dandam aliam Christi epocham, & sibi persuadentes ferè ex hoc fundamento, Christi natiuitatem incidisse in annum Iulianum 46. & Antiochenum 48. Sed & parum loquuntur probabiliter dum hanc solã epocham admittunt; & errant, dum sedemonstrationibus id firmare existimant. Coegit demùm hæc res quosdam Mathematicos in ratione annorum Christi ineunda, & cùm sua notant φαινόμενα, abesse interdum biennio, ab aliorum authorum calculo: quandoquidem annum Christi primum coniiciunt cum Dionysio, in annum Iulianum 46, & Baptismi annum hinc statuunt esse Dionysij annũ 30. vel 31: cùm tamen verus Christi annus primus discordet (vt plurium sententia est) biennio vel triennio, aut iuxta quosdam toto quadriennio ab anno primo æræ Dionysianæ, seu vulgaris epochæ Christi anorum.

CAPVT XIIII.

AD ANNVM CHRISTI. 8.

IN hunc Christi annum 8, colligit ex Eusebii de Archelao sentẽtia Baronius, incidisse Herodis excessum. & quantum ex Herodis annis (quos incertos esse nemo eruditus ignorat) apparet; non caret sententia hæc probabilitate sua. proferetur fortassis ad eam improbandam Herodis testamentum, quo 50 talenta legasse dicitur filiis Augusti? quos tamen constat ante trienniũ clausisse diem. Verùm, præterquam quòd varia condita sint ab Herode testamenta, certe Zonaras scribit factũ hoc legatum Cæsari tantum, & vxori Liuiæ. De filiis ne verbũ quidem. Deinde quicũque diceret Augusto, Iuliæ, liberisque factũ legatũ, cur non intelligi potest de aliis quàm de Caio & Lucio liberis. Habuit enim Augustus Iuliã filiã, Tiberiũ quem ipse adoptauit, & alium quem Tiberius adoptare coactus est: Qui liberorum nomine in ea Augusti familia censeri possunt. Sed vt mox subiiciam §. sequenti; non est tanti Iosephus, quem aliis præferamus autoribus, quem constat in variis rebus sæpe lapsum, etiam scribentem historias sui temporis, & quem ideo perstrinxit meritò Baron. in appar. nu. 115. At Caius sedisse dicitur Iudex cum ageretur de Herodis testamento, ex Iosepho lib. 2. de bello. c. 1. & lapide Ancyrano *apud Sueton. in Augusto. & Dio.*

D 2

libro 54. Sed de Iosepho iam dixi. fuit vero à Senatu potestas facta Caio vt interesset publicis consiliis:idquè per aliquot annos ante Caii consulatum. nec aliud habetur ex illa inscriptione.fuisse ergo præsidentiam illam in consiliis dilatam ab Augusto per tot annos, nempe vsque ad hunc Herodis obitum,seu Christi annum 8,est confictum ab his qui non rectè putant Herodis annos. In quo genere sunt alia pleraque,in hunc eundem de Herodis annis excogitata finem. quæ præter incertas coniecturas nihil proferunt in medium. Nam quòd Iulia de qua iam dixi, dicatur relegata Augusto 13 Consule(qui nobis est annus Iulianus fere 43) Et Caius(qui Lucii ætatem biennio putatur superasse) breui postea in Syriam missus.ex Paterculo *libro 2.historiæ*: hoc inquam,nihil habet contra locatum Herodis excessum,ad annum Christi 8.Contra vero,erronea est ea sententia,quæ siue à Senatus decreto de regno Herodis,siue aliunde,ita eius annos 37 numerat: vt indè sequatur obiisse Herodem ante cæsos infantes. Probabilius omnino loquentur de Herodis anni illis qui(*vt cap.1. huius apparatus nu.3. subindicaui*)initium regni statuunt à die quo plenam regni possessionem adeptus est. sicque tertius à Christo nato annus excipiet Herodis excessum, & vndecimus Archelai casum; posthabita Eusebii sententia, quæ meo iudicio grauiores patitur difficultates.

CAP. XV.

AD CHRISTI ANNVM. 16.

DE procuratorum annis in Iudæa, aliorum interdum retuli opiniones. Ideo autem meam ea de re sententiam nusquam interposui, quòd quæstionem viderem planè incertam. Ac proinde ad an.16.conclusi, si quis procuratoribus sedem posset commodam dare, (quam ego iuxta Eusebii opinionem non inueni) sic recipi posse Eusebij sententiam de Archelai exilio. Illud vero asserui, & recipio (quod ad rationem annorum ineundam confert) pulso Archelao, datum primum procuratorem,quicunque ille fuerit. Cui rei qui Eusebium sequitur debet consignare annum Augusti vltimum , & Christi 16. quicquid sit de annis propriis & nominibus procuratorum, quos ego pro caractere temporis mihi nequaquam proposui. vti tomo hoc 2. cap. 1. de tota Iudæorum Chrolonogia; & iterum ad annum Christi 16 de his ipsis procuratoribus satis professus sum: Quod si nunc tandem aliquid definiendum sit, pronuntio cum Baronio ad annum Christi 16, numero 4, Iosephum ex malè exhibitis procuratorum annis, confudisse tempora ac res tunc gestas: & non abesse ab hoc periculo, qui Iosepho adhærent. Nec mirum; cùm etiam, vt sæpe monui,in Cyrini censu,& non raro alias, in ratione temporis familiare sit Iosepho aberrare à scopo. Si cui vero placet ab Eusebio discedere,habet vti iam insinuaui,quod sanè probabiliter sequi posit,reiiciendo casum Archelai in annum Christi vndecimum. ita vt primus Archelai annus,qui nouem tantùm annis principatum tenuit, sit tertius à Christo nato;quando nempe obiit diem Herodes. quam ego de his Herodianis annis sententiam,nequaquam existimo reiiciendam.

CAPVT XVI.

AD ANNVM CHRISTI 36.& 44.

PEccant hic aliqui putando annos à conuersione Pauli ad eius vsque passionem. Sed iam solenne plerisque esse video, ob paucos menses annum vel addere,vel detrahere. Expende quæ mox ad annũ 69 notãtur hic c.17.

Bellè porro sibi videntur sic ratiocinari. Fuit Nero belli Iudaici anno secundo in Achaia. ergo non potuit eodem etiam anno esse Romæ. friuola cõsecutio est. At mense inquies septembri missi sunt milites ex Iudæa ad Neronem: Adde etiam missos in Achaiam,quid inde?tam vastum tibi videtur Ionium mare vt non potuerit Romanus Imperator dũ aduentant ex Iudæa milites, in Italiam ex vicina Achaia penetrare. Rectius sanè ista attigit Baronius; qui rectè probat

maturè satis ad hanc necem rediisse ex Achaia Neronē. Friuola æquè sunt quæ de aliis Apostolis à quibusdam afferuntur. Petrus, inquiunt non sedit in Oriente annis 12 integris antequam secundo anno Claudii Romæ cathedram figeret. Quid porrò? Nihil hoc habet contra antiquitatem. Decepit fortè hos annus Iulianus malè consignatus. Discant Christi annum 44 esse secundum Claudii annum, & tunc fluxisse vndecim à passione annos. Si mensem fortè excurrentem hi inuenerint; ex hoc illi, more suo annum efficient integrum: noua & potestate, & in rebus chronologicis licentia. Sed inquient si vera hæc sunt, Apostolorum diuisionem non esse factam anno secundo Claudii, & duodecimo anno à Christi passione? inepta prorsus consecutio est & secum pugnās. De Paulo autem si quis dubitet, illud recipiendum de eius Romam aduentu, venisse Romam tertio Neronis anno: cœpisse ire anno secundo.

AD ANNVM CHRISTI 49 & 50.

REceptū est Claudio 4, & Vitellio 3 coss. sextos ludos sæculares datos à Claudio. mirū vero non est dissentire authores de vrbis anno. vt pote quem aliqui cum Varrone, aliqui cum Catone dāt variū; iuxta enim hæc varia initia exibit his coss. annus vrbis 798. 799. vel 800. vnde etiam prodibit varie annum vrbis componi & cōparari cum anno Christi. nos probabilem Christi annum damus 49. & quem supra hic c. 12, in tabula de connexione annorum, magis expressimus. nec etiam illud omitto, eundem Christi annum cum duobus vrbis annis ex parte componi debere. sed satis sit hic per Consules de quibus minor nunc controuersia est, ludorum hoc tempus consignasse.

CAPVT XVII.

AD ANNVM CHISTI 63.

TEstes martyrii Iacobi, sunt Eusebius & Hieronymus. sub Anano Pontifice (typographus in prima editione Adrianum malè posuit) res peracta est. Cæterùm in hoc Iacobi anno signando, fracturæ annorum aliquos fallunt, ducuntque in metachronismum. nos cum probatis authoribus, Episcopatum eius dedimus ab anno Christi 34, vsque ad Maium anni 63, qui est Neronis septimus authore Hieronymo.

AD ANNVM CHRISTI 69.

MAlè aliqui putant hic detractum esse laboribus Apostolorum annum integrum. Nisi fortè passos velint sub Vespasiano, contra omnem historiarum veritatem. Ineant annorum mensiumque rationem, & passos videbunt extremo Neronis anno. Quod asseruit Hieronymus de scriptoribus Ecclesiasticis capite 26. An non erit Neronis annus vltimus & decimus quartus, ille qui excurrit à decimo Iunii anni 69, vsque ad 10 Iunii, anni 70. Atqui intra hoc spatium obierunt Apostoli. Caueant qui dissentiunt, ne labentes annos pro integris putent. vide quæ noto ad an. 34. litera E. de Petri principatu.

CAPVT XVIII.

AD ANNVM CHRISTI 223.

HVnc annum rectè consignatum esse, & habere Grati consulatum, aliaque quæ hic recensentur, supra declaratum satis est in hoc apparatu. c. 10.

AD ANNVM CHISTI 240.

HVnc Christi annum rectè in chronologia composui cum consulatu Vlpii & Ponticiani. item cum anno 1014 à prima Olympiade vt loquitur Censorinus. estque secundus exiens Olympiadis 254. Quem annorum consensum, magis etiam expressit tabula data c. 12 huius apparatus; componens cum his iam datis annis, Iulianum annum 283. quem nominatim dedit Censorinus, & quo vno argumento probatur; rectè à me datum esse nascenti Christo annum Iulianum 43. quòd vero Censorinus det illis consulibus annum vrbis 991, est quia profitetur se sequi Varronem.

AD ANNVM CHRISTI 277.

MAneo in sententia, rectè huius anni notari consules. vide in chronologia an. 240, & 276. de aliorum consulum sede controuersa, lege quoque Tom. 1. an. 3495.

AD ANNVM CHRISTI 279

ESt secūdus Probi annus, quem Eusebius rectè facit Antiochenum 325. Adde enim Christi anno 279 (qui est Probi secundus) annos fere 46 Antiochenos, qui sunt ante Christum, exibit annus Antiochenus 325. Imò cum rectè constet, annum Probi

secundum, esse Christi 279. inferre satis inde licebit, æram Antiochenam tantum 45 aut 46 annis priorem esse primo Christi anno.

CAPVT XIX.

AD ANNVM CHRISTI. 312 & 337.

CVm ad annum 312, exquiritur indictionum origo litera F. irrepsit error in numeros. ergo ibi lege 45, & 356. hunc etiam locum deprauatum, facilè restituet lector ex aliis vtriusque tomi locis, præsertim Tom. 1. c. 19. nu. 29. & To. 2. ad annos 117 & 458.

Ad an. 337. lege an. 3. olym. 278. vt habet tabula supra c. 12. error typographi fuit in vno charactere.

AD ANNVM CHISTI 364.

HIc annus nobis est Iulianus 407. Cum autem Sextus Ruffus numerat à cæde Cæsaris (qui est secundus Iulianus) ad Iouianum Principem, qui hoc anno regnat, annos Iulianos 407: numerat extremos annos. quod facile fuit, & frequenter contingit: notantque plures factum esse à vetere chronologo apud Clementem libro primo strom. Cum numerat 114 annos à pugna Actiaca ad annum Iulianum 131.

AD ANNVM CHRISTI 458.

DE anni Antiocheni epocha dixi paulò superiùs. de qua nihil hic addendum occurrit. neque ego in anno Iphiti hic dando muto sententiam, & res satis ex ipsis Antiochenis annis quos hic attingo deducitur. vide an. 117, & 458. nec mirum si dissentiat, qui communiores annorum permutat Epochas.

	Annus mundi à Ianuario incipit	Annus V. C. Aprili mense incipit.	Olympiades à Iulio.	Mensis.	Consules.	Augusti ætas.	Anni ante Christum communes.
August⁹ natus.	3941	690 Inchoatus à quatuor circiter mensibus.	Exibat annus 714, & sequens inibat à solstitio æstiuo.	Septẽbri mẽse Dio & Suetoni⁹ qui diem notat 23	Cicero & Antonius.	Annus primus Augusti.	60
Cædes Cæsaris.	3960	709 Iniens ab Aprili.	733 Excurrebat vsque ad Iuliũ.	Martio mense.	Iulius Cæsar quintum. substituitur Dolabella.	An. 19 inchoatus per 6 menses.	41
Hircius & Pansa Coss. Augustus primùm à Septembri.	3961 Inchoatus mense Ianuarii	710	734	Ianuario mẽse. Septembri mense.	Hirtius & Pãsa, Augustus primùm.	An. 20 exiens ipso die Consulatus.	40
Triumuiratus.				Nouembri mense, die 25, aut 22.		An. 20 finitus cum duobus circiter mensibus.	40
Actiaca victoria.	3973 Vel 3974	722	746 747	Victoria Septẽbri 4. nonas.	Augustus tertium & Messala Coss.	Annus 32 tunc completus.	28
Natiuitas Christi.	4001 Exiens.	750	194 anno tertio. anni sunt 775 inchoati à Solstitio æstiuo.	Decembri, die 25	Messala & Lentulus	An. 60 completus cum tribus mensibus	Christus natus.
Primus annus integer.	4002	751	775 Excurrit.		Augustus 13		1
Augusti mors.	4018	766 Ab Aprili, init.	790 Exierat à Iulio.	Augusti die 19. 14 Kalendas Septembris.		Annus 76 minus diebus 15. Suetonius & Velleius.	Christi 16
Tiberius.	4018			Augusto mense.			Christi 16
Baptismus Christi.	4032 Inchoatus.	781	805	Ianuarii die 6.		Annus 15 Tiberii inchoatus per 4 menses & dies aliquot.	Christi trigesim⁹ primus inchoatus à diebus 11.
Passio Christi.	4035	784	808 qui est quartus Olymp. 202.	Martio mense, luna 15. feria 6.		Annus 18 Tiberii inchoatus per 7 menses, & dies aliquot.	Christi inchoatus 34

Vix poterant anni mundi cum aliis Chronologiis exactius componi.

more maiorum, sumendum principium numerãdi annos Christi, potius quàm vel à 25 Decemb. (ad vitandas temporum fracturas molestas) vel, quod fecit Dionysius exiguus à mense verbi incarnati.

Anni Christi.	Anni Augusti.
1	41 Augusti.

Rerum gestarum series.

Consules.

HIC ille est primus Christi annus integer nominandus, & iniens à Ianuario, ad cuius mensis Kalendas consignãda est Christi Domini Circumcisio Luc 2, quem primum mensis & anni diem, atque à Natali octauum, voluit humani generis redemptor, velut futuri temporis sanctioris primitias, fuso sanguine, inditoque nomine IESV salutifero consecrare. De hoc feliciore Christianorum temporum initio, praeclarè S. Maximus Taurinensis. S. Petrus Chrysologus *serm.* 155. Ambro. *serm.* 11. *de Kal. Ian. edit. Rom.* Chrysost. *homilia in Kalendis habita.* & post hos D. Bernard. In eodem quo natus est Christus loco peractum mysterium est, cùm lex templum non praescriberet.

Augustus 13. & Syluanus si annum mundi eligas 4002. Circumcisio.

Magi ab oriente Veniunt stella ducente ad Christum adorandum. Historiam descripsit Matheus Euang. c. 2. Reges fuisse παντοπαράδοτον est, & pia antiquitatis sententia. Ex quo loco orientis venerint, in opinione est. *Aurum. Thus. Myrrham, Regique, hominique Deoque, dona ferunt.* Iuuencus. De his vaticinium extat Psal. 71. & Numer. c. 24. Epiphaniam hanc, & incarnati verbi reuelatum gentibus mysterium, celebrat ecclesia, die post natalem Christi duodecimo. in quem post annos 30 incidit baptismus. *ex c. 3. apparatus.* De hac Epiphania plura S. Maximus Taurinensis. S. Augusti. *sermonibus de tempore* & Nazianzenus, qui *orat. in sancta lumina*, vocat festum sanctorum luminum; ob Christi baptismum (qui etiam illustratio dicebatur) incidentem in eundem Ianuarii diẽ sextum.

Magi.

Circumcisionis diem excepit praesentatio Christi & Deiparae in templo, die 40 à Christo nato, 2. Februari, Luc 2. *vers.* 22. huius diei celebritas variis apud Graecos & Latinos nominibus insignita reperitur. Purificatio vulgo solet vocari, aliquando festum Annae & Simeonis. à Graecis occursus ὑπαντὴ & ὑπαπάντη. nota sunt verba ὑπαντάω & ὑπαντομαι: celebrari coepta est Cõstantinopoli sub Iustiniano Imp. vt ait Niceph. *lib.* 17. *c.* 28. & Sigeber. *in chro. an.* 542. de eius cultu in occidentali Ecclesia lege Baron. in Martyrol. 2. feb. habentur D. Bernardi de hoc festo die sermones tres. eiusque meminit concilium Moguntinum sub Carolo magno celebratum c. 36.

Praesentatio.

Habuit idem annus fugam Christi cum matre in Aegyptum Math. 2. & patratũ iubente Herode Infanticidium, *ibidem vers.* 13. huius Herodianae crudelitatis mentionem etiam fecit Macrob. 2. *Satur. c.* 4. solennitatis Innocentium meminit Origen. *hom.* 3. *in Matheum.* Martyres quoque appellat Ireneus, *aduersus haereses lib.* 3. *c.* 18. lege Augustinum *Epist. ad Hieronymum* 28. *de natura & orig. animarum.* vbi expendit cur infanti, nomen martyris deferatur. Extant eiusdem S. Augustini duo sermones de hac celebritate, & duo Petri Chrysologi 152, & 153. Debet vero consignari haec solennitas ad Decemb. ac demùm ex probabiliori sententia, ad primum Christi annum integrum sed exeuntem, si numeres annos, vt vsus habet, à Iãuario, qui natiuitatem proximè sequutus est: aut certè ad annum Christi secundum, à triduo inchoatum, si numeres à die nascentis Christi. licet Eusebius in Chron. putet non nisi post biennium occisos infantes.

Fuga. *Infanticidiũ.*

Hoc anno putat Baron. occisũ Zachariã inter tẽplũ, & altare, & hũc fuisse patrẽ Ioannis. tamen Hieronymus hoc refert ad tẽpora regis Ioas *(ad Math. c.* 23.) sed id nos attigimus satis *to.* 1. *an.* 3101. Nunc inter Iudaeos, extitit Iudas ille Gallilaeus, qui prohibebat solutionem tributi, de quo Gamaliel actorũ 5 vers. 37. *in diebus professionis* inquit Lucas. nempe sub Cyrino, vti locum

Iudas.

git: hoc est Herodi Antipæ, Transiamnana regio cum Galilæa. Philippo Bathanea cum Traconitide & Auranitis. Cæterùm Archelaus rogātibus Iudęis, non Rex sed Tetracha dictus est. *Ioseph. lib.* 17. *cap.* 13. malè ista recensuit Eusebius in Chro. tres tantum Herodis filii ex testamento succedunt paterno, tribus aliis occisis ante Herodis obitum: Antipatro scilicet (quem iussit occidi quinto ante mortem suam die) & duobus ex Mariamne (plures enim habuit vxores) susceptis filiis Alexandro & Aristobulo: quos morti addixit *ex Iosepho lib.* 16. *antiq. c. vltimo.* Reliquit tamen Aristobulus ex Berenice Salomes filia, exceptis filiabus inter quas fuit Herodias, tres filios: ex quibus, fuit Herodes Rex Chalcidis, & Agrippa dictus senior, de quo ad annum Christi 38. Germanicus Tiberii ex fratre Druso nepos, & à Tiberio iam ante adoptatus, mittitur ab Augusto ad promouendum cum Tiberio bellum Germanicum. *Dio lib.* 51. & quidem in Pannonia ac Dalmatia fœliciter res cessit Romanis. Sed infœlicissimè ad Rhenum, vt Variana clades anno Christi 10 ostendet. A B

9 | 49 | Post Archelai principatus initium reducitur Iesus in Palestinam, idque vel post annum ætatis tertium, vt ibidem subindico; vel certè hoc anno nono, iuxta varias nimirū quas recēsui de obitu Herodis opiniones. rediisse enim post mortē. Herodis, ex Matheo omnes cōueniūt. rediit 7 Ianuarii, idque vt nunc asserimus ipso initio anni subsequentis mortē Herodis, *ex Martyrol. Rom. Beda, Vsuardo & aliis.* atque hinc cōiice de mora Christi in Aegypto, quanta nempe esse potuit inter primum Christi annum integrum (post quem cæsi mox sunt infantes) & tertium vel octauum Christi annū, quo monitus fuit Ioseph de reditu. Rediens ex Aegypto, secessit in partes Galilææ, & habitauit in vico Nazareth ad montem Thabor. vnde Nazareus vocatur *Math.* 2. *vers.* 22. Domuncula in qua ibi conceptus & educatus fuit, miraculose postea translata est in Italiam. Vide tamen Canisiū in Mariali lib. 5. cap. 25. Et historiam Lauretanam Tursellini. De duplici Galilæa alibi dictum est. Hæc de qua in præsentia, erat in tribu Zabulon circa Tiberiadem & stagnum Genezareth. Quod ad res huius anni Romanas spectat, consules inuertit Epiphanius. damus tamen magis receptos. durat bellum Germanicum, quod narrant *Dio. lib.* 55. *& Paterculus*, Tiberium in toto hoc bello Germanico sequutus. Varus è Syria vocatus ad Rhenum, à Tiberio constituitur, contra Arminium regem; qui tunc inferiorem Germaniæ partem (fortè Saxoniam iam dictam) tenebat. — *Licinius Nerua, & Cacilius Metellus.*

Quintilius ergo Varus post Syriam administratam, parti Germaniæ & Rheno, à Tiberio præfectus; dum Prouinciam in seruitutem redigere tentat, opressus est cum toto ferè exercitu. *Dio lib.* 56. hac clade accepta trepidatum est Romæ, & per Italiam. circa hoc tempus Varianæ cladis, nascitur inter Samnites Vespasianus, quinquennio integro ante obitum Augusti, mense Nouembri. *Sueton. in Vespasiano cap.* 2. *Tacitus* tamen dat ei solum sexaginta annos cum Imperator factus est. Biennii discrimen est. Verus hic aliquibus videtur annus Iudæ illius Galilæi, de quo (& rectius vt puto) dixi ad primum Christi annum. ab hoc Iuda orta est secta Galilæorum, vnde Christus & Apostoli vocati sunt in huius sectæ suspicionem, *Matth.* 22. Contra hanc sectam Paulus *ad Rom.* 13. mandat subiici potestatibus sublimioribus. de qua lege Iosephum *lib.* 18. *antiq. cap.* 2.

10 | 50 August. — *Furius Camillus & Sextus Nonius.*

Si, quod supra cum Onuphrio & aliis probabile omninò iudicaui, mors Herodis incidit in annum Christi tertium, hic Christi annus nunc excurrens erit Archelai nonus, & proindè vltimus. nempe quo exulare iussus est ab Augusto quo tempore missus sic dicetur in Iudæam Coponius procurator, & alii suo tempore qui subsecuti sunt procuratores, vt latius commemoro ad annum Christi 16, quem huic exilio annum alii dare consueuerunt. Arminius Rex post Varianam cladem non est prosequutus victoriam vltra Rhenum, quem vicissim Romani non valde infestarunt, relinquentes Rhenum esse Imperii terminum. *Paterc. Dio. lib.* 56.

11 | 51 — *Poppæus Sabinus & Camerinus.*

Iesvs ductus Hierosolymam ad festum Paschatis remansit insciis parentibus: ac triduò quæsitus, tandem inuenitur in templo audiens & inter-

12 | 52 — *Dolabella & Silanus.*

rogans doctores *Lucæ 2. vers. 42.* solebant ibi, & in Synagogis de lege disserere. *Act. 24.* hinc illud *Matth. 22. Amant primas Cathedras in Synagogis.* Post hanc peregrinationem, breui putatur obiisse Ioseph. *Epiph. heresi* 78. Certè cum 80 annorum esset, quando ei tradita est beata virgo, *ex eodem Epiph.* non est probabile vixisse post resurrectionem, vt ait Augustinus de tempore serm. 81. extabat eius sepulchrum in valle Iosaphat prope tumulum S. Simeonis senis. *ex Beda de locis sanctis c. 6.* huius Patriarchæ vitam habes descriptam à nostro Rabadinera 18 *Martij.*

13 53 *August.* Substitutus putatur Aemilio consuli Cassius Longinus post sex menses, quod præter cætera habet vetus inscriptio Narbone inuenta quam refert Vignerius. *Aemilius Lepidus & Statilius Taurus.*

14 54 *August.* Qui putant cum Onuphrio nunc, aut anno Christi 13, Coponium (quem misit Augustus Præsidem in Iudæam) reuocatum Romam substituto Ambiuio, sunt illi qui obitum Herodis locant ad annum Christi tertium, & facile deinceps locum procuratoribus reliquis inueniunt, quos capite 7 apparatus recensui. sub insequentis anni consulibus Silio & Munatio, tertius Iudææ procurator designatur Annius Rufus *ex collectione Onuphrii.* Triumphat hoc anno Romæ Tiberius. & Tiberio Germanico nunc Consuli decernitur Germania. *Paterculus.* Germanici filius, Caius Cæsar, dictus Caligula, nunc nascitur vt ait *Suetonius.* de hoc Caio *vide an. 39.* *Tib. Iulius. Germanicus Cæsar & Fonteius Capito.*

15 55 *August.* Augustus hoc anno scribit testamentum, *ex Dione & Suetonio.* qui etiam narrant his consulibus, & consentiente Augusto, restitutam Tiberio Tribunitiam dignitatem. quod si verum est, non semper ea, est certus character annorum Imperii. *Vide Suetonium in Tib. cap. 11.* Adde *Suet. in Vesp. c. 2.* qui scribit noluisse eum, Tribunitiam potestatẽ quando imperabat nisi serò accipere. Veteres etiam inscriptiones de Tito habent TRIBVNIC. POTEST. X. qui tamen tertium Imperii annũ à morte patris non absoluit. *C. Silius & Munatius Plancus.*

16 56 *August.* Magna est authorum dissentio, an hic locandum sit Archelai exiliũ, quãdo ille Tyrannidis accusatus, relegatus est ab Augusto Viennam Galliæ, vbi obiit. Eusebius *in Chro.* notat vltimum Augusti annum. Iosephus *de bello lib. 2 cap. 6.* dat quidem principatus Archelai annum nonum: tamen *lib. 17. antiq cap. 15,* dat annum principatus decimum. Et Dio (qui sub Seuero vixit) *lib. 56.* sequutus Iosephum, refert casum Herodis Palestini (sic enim Archelaum vocat) ad Consulatum Lepidi & Aruntii, qui notantur ad annum Christi 8. sed metachronismus est sine dubio, & hallucinatio. sic enim ex sede his coss. data, obiisset Herodes pater ante natum Christum, cum Iosephus det Archelao decennium. Onuphrius, Vignerius & plures alij (quod supra vt probabile recepi) aiunt contigisse anno Christi 11, & sic quidem locus erit procuratoribus Iudææ. (de quibus supra c. 7.) Coponio primo Iudææ procurarori, Ambiuio, & aliis, *ex Iosepho lib. 18 antiq. c. 3.* Quid ergo statuendum? Sanè si his primis Coponio & Ambiuio procuratoribus commodus locus, reperiatur, probabilior cæteris redderetur sententia illa Eusebii. qui in hunc vltimum Augusti annum reiecit casum Archelai; Vacillauit enim iam aliquoties in hac materia Iosephi fides. idque non tantum in procuratorum, sed etiam ipsius regis Herodis annis colligendis. Et demus Iosepho ambos hos fuisse Iudeæ procuratores: ambos porrò missos ab Augusto: sanè si quod anno proximè sequenti indico, Gratus tantum sesecundo anno Tiberii missus est in Iudæam: habere saltem potuerunt hi duo biennium integrum à primo die quo Augustus misit Coponium, vsque ad illud tempus sub 2 anno Tiberii, quo præses est designatus, Gratus. adde quod Iosephus ipse *lib. 18. c. 3.* perexiguum tempus tribuere videatur Coponio. at ante Gratum fuit Rufus? ita quidem Iosephus. quin etiam c. 1. & 3 his miscendo censum Quirini, planè omnia confundit. Imo Gratum numerauit ipse quintum præsidem. sed de Iosepho iam satis, qui hæc tempora non vidit vtpote natus sub Caio. *Sextus Pompeius & Sextus Apuleius.*

Fateor tamen hic probabilius esse, non quod somniauit Iosephus, ex cuius calculo oportet obiisse Herodem ante infanticidium: sed quod ex Onuphrio & aliis supra probaui, Herodis regnum cœpisse à plena regni possessione

sione adepta: ac proindè casum Archelai incidisse in annum Christi vndecimum, & sic facilem patere, vt sæpe iam indicaui, temporis commodã sedem Iudææ procuratoribus.

His etiam consulibus & hoc eodem Christi anno labente, obiit Augustus quod in apparatu satis explicatum est, idque decimo quarto Kal. sept. eodem die Tiberius Imperium capessit, *ex Tacito, Dione, & Suetonio*, annũ ætatis agens 55, aut 56. B

Nunc Herodes Antipas Tiberiadem condidit in gratiam Cæsaris, ad oram lacus Genezareth. *Iosephus citato cap.* 3, *lib.* 18 *antiquitatum.* de aliis sub Tiberio erectis ciuitatibus, scilicet Iuliade & Cæsarea Philippi ex Paneade vico. *vide an.* 26. *& Iosephum lib.* 16 *antiquit. cap.* 4. *& de bello Iudaico lib.* 2. *cap* 8. Est hæc Cæsarea sita ad fontes Iordanis, postea dicta Neronia. alia est Cæsarea Maritima vrbs nobilis, quam ex turri Stratonis senior Herodes dedicauit Augusto. *de qua to.* 1. *an.* 3996. *& Iosep. lib.* 1. *de bello c.* 16. Tiberii modestiam initio principatus describit Suet. *in vita eius cap.* 27.

Anno sexto à clade Variana, Germanicus Cæsar expeditionem mouit in Chattos & Arminium; de quo ad annum 9 & 10. quando reliquias legionum Vari insepultas tumulo condidit, *ex Tacito lib.* 1. Condidit etiam Coloniam Agrippinam, cui nomen ab Agrippina vxore imposuit. Imperium à militibus delatum recusat. eius crebra victoria, non tã gratiã quam inuidiam promeruit à Tiberio; qui proindè breui Drusum illi substituet. Pollio celebris orator, postea Tiberio iubente occisus, nunc floret. *Euseb.* C

17 | 1 Tiber. Gratus (vt notat Onuphrius) missus procurator in Iudæã putatur his coss. & rectè, si exiliũ Archelai, vndecimum Christi annũ occupauit, ex cuius & Iosephi sententia, iam paulo ante Rufum admisimus inter procuratores. Drusus missus à Tiberio in Pannoniam, legiones seditionem molientes continuit in officio. de hoc Druso Tiberii adoptiuo filio, *lege Velleium, Dio. & Tacitum.* Iam à morte Drusi senioris (*de quo ad annum vrbis* 3995. fluxèrunt anni viginti. — *Drusus Cæsar & Norbanus Flaccus.*

18 | 2 Tiber. Tiberius varia eaque præclara edicit, de Serica veste non vtenda, de aureis vasis extra sacra prohibendis: item aliqua contra Magiam & diuinationem; *Suetonius à cap.* 16. *& Tacitus lib.* 2. *Dio. lib.* 57. cum Germanicus parta insigni victoria contra Chattos & Arminium, potuisset breui totum bellum Germanicũ conficere, vocatur Romam à Tiberio specie Triumphi, & Drusus mittitur ei successor, *ex Tacit. citato lib.* 2. Orientis res turbatæ hoc anno in Syria. Nam Vonones ex Arsacidarum familia datus obses Augusto à Phrahate Parthorũ rege, nunc repetitur à Parthis vt esset illis rex. Sed breui ab iisdem eiectus est, substituto Artabano etiam Arsacidarũ è sanguine. Eò destinandus est Germanicus post insequẽtis anni triumphũ Romæ de Cheruscis, Cattis & Angrinariis. Terræ mot⁹ in Asia 12 ciuitates asũpsit — *Statilius Taurus & Scribonius Libo.*

19 | 3 Tiber. Gratus Iudææ procurator (de quo, anno 17) dat Sacerdotiũ Iosepho, qui dictus est Caiphas: *Ioseph. antiq. lib.* 18. *cap.* 3. Tiberius mittit Germanicum adoptiuum filium cùm hoc anno triumphasset in Syriam, ad res componendas. *Tacit lib.* 2 & libros Sybillinos examinat, *ex Tacito ibidem.* — *Calius Rufus & Pomponius Flaccus.*

20 | 4 Tiber. Hunc Cõsulatũ iniit Germanicus apud vrbẽ Achaiæ Nicopolim quo venerat, Adriatici & Ionii maris aduersã nauigationẽ perpessus. interim C. Piso Germanicũ per Cycladas & maris cõpendia apud Rhodũ assequitur, præuenitque, & legiones attingẽs castra cõplet ambitu & corruptione inter hæc Germanicus res in Syria cõponit, à quo Zenõ cõstituitur Armeniæ rex, & Artaxias nouo nomine vocatur. pacẽ etiã firmat cũ Parthis. Sed obiit Germanicus subsequẽti cõsulatu in Ægypto extinctus veneno, vt iussit Tiberi⁹. qui deinceps metu solutus in dies euadit deterior. *Tac. et Dio.* — *Tiberius Augustus 3. & Germanicus 2.*

21 | 5 Tiber. Tiberius ob quorundam facinus comprimit Iudæorum Ceremonias: & mox fictis criminibus, accusante Seiano Iudæos vrbe pellit; ac 4000 eorum, specie quidem militiæ, sed reuera vt cœli grauitate perirent amandat in Sardiniam. *Suet. cap.* 36. *& Tacit.* 2. *Annal.* qui addit hoc cõtigisse sub huius anni Coss. hic notatis. quare errat Iosephus scribens, id diu postea acci- — *Iunius Silanus. & Norbanus.*

E

Anni Christi.	Anni Imp.		Consules.
		disse. hoc demum anno Tiberius suasore Seiano pessimus euadit. *Suet. & Tacitus citati. Dio lib.*57.diem claudunt Liuius Historicus &Ouid.*ex Euseb.* imo & Salustius ille Crispus.*Tacit. lib.* 3. historici hic est ex sorore nepos.	
22	6 Tiber.	Arminius anno duodecimo,tum regni, tum à clade Variana, occiditur à domesticis: strenuus bello princeps. Merobodnus rex Sueuiæ pulsus regno à suis,sedem Rauennæ accepit ab Imperatore; alij etiam eiusdē gentis homines duce Cathualda sedes acceperunt prope Austriam, dato illis rege Varimero. Quadus hic erat natione.	*Valerius Messala & Aurelius Cotta.*
23	7 Tiber.	Sub his huius anni consulibus consignata erant falsa illa Pilati acta in Christum dominum, conficta à Maximino Imperatore; quæ facilè redarguuntur ab *Eusebio lib.* 1.*cap.* 9. quòd adhuc Pilatus nondum iuisset in Iudæam: sed tantummodo Tiberii anno 12. vt ibidem notamus. Romani Numidas compescunt,& Gallos rebellantes. *Tacitus lib.*3.hoc eodem anno Tiberii septimo, exiit edictum quod vocatum est Tiberianum, ne damnati ad mortem occiderentur ante diem decimum. *Dio lib.*57.*& Sueton. in vita Tiberii.cap.* 75. Alterum vero edictum,tribuens his damnatis dilationem 30 dierum, fuit Theodosii, *ex Sesom.lib.*7.*cap.*24. quod Sidonius malè adscripsit Tiberio *lib.*1.*Epist.* 8.*in fine.* Hunc quartum Tiberii consulatum cum septimo Imperii anno coniungit Eusebius *lib.* 1. *c.*10.*hist.*	*Tiberius 4. & Drusus.*
24	8 Tiber.	Tacfarinas Rex Numidiæ, iam tertio Africam turbans, vincitur à Romanis. *Tacitus lib.* 3. Iunia soror Bruti,vxor Cassii hoc anno moritur. Neptis fuit Catonis Vticensis. *Tacitus lib* 3. vide hic an.27.	*Sulpitius Galba, & Materius Agrippa.*
25	9 Tiber.	Drusus de quo ad annum 17. his consulibus veneno periit dolo Seiani. *Tacit.lib.*4.*& Dio.*Hos consules cum nono Tiberii anno, & V. C. 775. anno coniunxit qui nunc viuebat Plinius, *lib.*33.*c.*2. qui est Olympiadis 200, annus tertius.	*Asinius Pollio, & Antistius.*
26	10 Tiber.	Tiberius celebrat Decennalia.*Dio.* nunc ferè,Philippus Itureæ Tetrarcha Cæsaream,dictam Philippi ædificat:& Bethsaidam facit vocari Iuliadem.*Euseb.* vt attigit anno Christi 16. rem narrat Iosep.*lib.* 18. *antiq.c.* 3	*Cornelius Cethegus & Vitellius Varro.*
27	11 Tiber.	*Tacitus lib.*4. videtur hos Consules reiicere in annum 70, à morte Bruti & Cassii: nempe post sex annos. *vide tom.*1.*ad annum* 3962.	*Cossus Corn. & Asinius Agrippa.*
28	12	Traces rebellant, sed breui iterum domiti à Pompeio Sabino. *Tacit.lib.* 4. in Iudæa Valerio Grato succedit Pilatus. *Euseb.*Sanè *Iosephus*,qui notat venisse 12 anno Tiberii,ait decem annis ibidem permansisse. *antiq.lib.* 18. *c.* 3 *& de bello lib.*2.*c.*8 de cuius procuratoris corruptis moribus, & superba crudelitate, *vide Philonem de lega.ad Caium.*hic vexat Iudæos illatis in vrbem auratis clypeis. *Philo ibidem.*	*Lentulus Getulicus, & Caluisius Sabinus.*
29	13 Tiber.	Circa hunc annum vel sequentem,putatur Herodes Antipas rapuisse Herodiadem vxorē fratris sui Philippi,repudiata filia Aretæ regis Arabū. *ita Iosephus*, qui etiam *lib.* 18.*cap.*7.*&* 9. testatur Herodiadem fuisse Agrippæ sororem. de quibus actum est anno 8. Herodiadem fuisse vxorem Philippi, *ait Marcus cap.*6.raptam vero fuisse viuente adhuc Philippo,est certè (licet dubitet Augustinus)probabilius, *ex Hieronymo Math.* 15. Item *ex Iosepho.lib.* 18.*cap.* 6. Philippus obiit anno Tiberii 20. Ioannes autem in carcere fuit,primo anno prædicationis Christi, quam exorsus est anno Tiberii 15. Et licet defuncti fratris vxorem duxisset Herodes, adhuc habebat quod argueret Ioannes *Marci* 6.quia *ex Leuitici* 18.& 20, non licebat fratris etiam defuncti vxorem accipere: nisi forte (quòd permittitur *Deuter.*25) sine liberis decessisset. Philippus autem filiam reliquerat. *Vide Barradium tom.*2. *lib*4.*cap.*8. Romæ totus Cœlius mons conflagrauit,& apud Fidenas collapsum amphitheatrum oppressit 50 millia hominum, *ex Tacit. lib.* 4.	*Licinius Crassus & Calfurnius Piso.*
30	14 Tiber.	Narrat *Tacitus lib.* 4. Romanum exercitum hoc anno profligatum in Frisia, quem ducebat L. Apronius, rebellante illa gente ob Romanorū auaritiam. hic potius est annus raptæ Herodiadis.	*Iunius Silanus et Silius Nerua.*
31	15 Tiber.	Aretas ob repudiatam filiam ab Herode Antipa, armis Galilæā inuasit, & ingentem ibi edidit stragem. hanc Iudæi cladem interpretati sunt Dei vindictam, ob decollatum Ioannem Baptistam,*ex Ioseph.*sed sic oporteret hanc Aretæ expeditionem reiicere in annum sequentē. Scribit Cedrenus se inuenisse hunc consulatum concurrere, cum anno 1 Olymp. 202. &	*Rubellius & Fusius Gemini Ambo.* A

proindè passio Christi continget eiusdem Olymp. an. 4. quod nos supra probatum reliquimus. hunc eundem annum Luc. c. 4. acceptabilem, & Esaias c. 61 placabilem vocant: nimirum Christi baptismo, prædicatione & miraculis percelebrem, vt habet quæ sequitur synopsis. Huic baptismi anno respondet annus vrbis 781, & Iulianus 74. quod satis euincunt quæ supra in apparatu capite 3. & 12 sunt notata. A

RES HVIVS ANNI A CHRISTO gestæ, seruato rerum gestarum ordine.

Baptizatus Christus. B

HVius prædicationis & anni primordia hæc fuerunt, annos 15 Tiberii Ioannes Christi aduentum prædicat, paratque viam, pœnitentiæ prædicatione, & baptismi administratione. *Math.c.3.vers.*1.*Luc.c.3.vers.*1. *Ioan. cap.* 1. *vers.*8.6.7.15. Iesus exacto ætatis anno 30, inter alios offert se Ioanni baptizandum. *Math.c.3.vers.*13.*Mar.* 1.*vers.* 9.*Lucæ* 3.*vers.* 21. 23.baptizatus mox in desertum secedit, vbi 40 diebus vacat ieiunio,& exercetur tentationibus.*Math.cap.*4.*vers.* 1.*Marci cap.* 1.*vers.* 12.*Lucæ* 4.*vers.* 1.Interim Iudæorum legatio ad Ioannem destinatur: negat se esse Christum,præconem se fatetur. *Lucæ* 3. *vers.* 15. *Ioan.cap.* 1. *vers.* 19. postridie illius legationis (exactis 40 diebus) IESVS redit è deserto ad Ioannem. monstratur Ioannis digito,& declaratur agnus Dei promissus.*Ioan.*1.*vers.*29.die insequente,idem repetit testimonium Ioannes, & IESVM subsequuntur duo ex Ioannis discipulis;vnus erat Andreas *Ioan.* 1.*ver.* 35. Andreas adducit postridie Simonem fratrem ad IESVM *Ioan.* 1. *vers.* 41. proximo die ingrediens IESVS iter in Galilæam, vocat Philippum, *Ioannis primo,vers.*43. Philippus breui attrahit Nathanaelem legisperitum, *Ioan primo.vers.* 45. quem inter Apostolos ascitum (quòd esset legis doctor) negat Augustinus *tractatu* 17. *in Ioan.* licet *Iansenius* putet fuisse Bartholomeum.

Ioannes.

Ioannis testimonium.

Andreas, & alij. C

in Cana.

IESVS die 3 ex quo discessit è Iudæa interfuit nuptiis in Cana Galilææ, cum discipulis illis: & primum edidit miraculum, *Ioan cap.* 2.*vers.* 1. Vide quæ dicta sunt in apparatu cap. 3. Postea discessit Capharnaum cum suis, *Ioan. cap.* 2.*vers.* 12. Capharnao venit Hierosolymam ad Pascha *Ioan.* 2. *v.* 13.

Pascha

Hoc primum Pascha est post baptismum,eiecit è templo negotiatores, *Ioann.cap.* 2.*vers.*14. & multa faciebat signa, *inquit Ioan.cap.*2. *ver.* 23. & *c.* 4. *vers.* 45. Tunc Nicodemus noctu venit ad Christum,& docetur mysteria fidei, *Ioan cap.*3.*vers.primo.* indè Christus in campestrem Iudææ regionem profectus concionatur ipse quidem, & per discipulos baptizabat.*Ioan.cap.* 3. *vers.*22. & *cap.* 4. *vers.* 2. Eodem adhuc tempore Ioannes baptizat. Vnde zelant eius discipuli *Ioan.cap.* 3. *vers.*25. sed Ioannes iterùm confitetur Christum.tunc baptizati sunt Apostoli: Petrus quidem à Christo; à Petro Andreas & Ioannes,ab his alii, *inquit Euodius apud Niceph. lib.* 2.*cap.*2. Vide August. Epist. 108, contra eos qui negant baptisma Apostolorum. accidit ergo baptismus antequam vocarentur, saltem omnes ad Apostolatum: de quorum electione anno sequenti.

Nicodemus.

Baptismus Apostolo. D

Carcer Ioannis

Breui posthæc Ioannes mittitur in carcerem ab Herode *Math. cap.* 14. *vers.* 3. *Mar. cap.*6.*vers.* 17. *Lucæ cap.* 3. *vers.* 19. hoc cum audisset IESVS, è Iudæa proficiscitur in Galilæam. *Math.cap.* 4. *vers.* 21. *Marci cap. primo vers.* 14. *Ioannis cap.* 4. *vers. primo.* & 3.

Samaritana.

Putatur autem Christus hoc anno mansisse in Iudæa vsque ad Nouēbrē, Nam inde transiens per Samariam,pronuntiat esse quatuor menses ad messē.*Ioan.*4.*v.*35. In hoc itinere docet Samaritanā, & populū per biduū

Ioan. cap. 4. vers. 4. & 5. Veniens in Galilæam honorificè excipitur, ob signa Hierosolymis patrata. *Ioannis cap. 4. vers.* 45. rediens in Canam Galilææ sanat filium Reguli febricitantem Capharnaum, vbi & habitationem delegit, *Mathæi cap. 4.* vers. 13. Postea obiuit totam Galilæam, prædicans inquit Euangelista & sanans omnem langorem. *Math. cap.* 4. *vers.* 17. & 23. *Marci cap. primo, vers.* 15

E

Vocatio apost. Ac primùm (fortè exeunte Decembri mense) ad mare docet turbam, edit miraculum captorum piscium. vocatque Symonem, Andream, Iacobum, & Ioannem, qui piscabantur, vt essent piscatores hominum. *Math.* 4. *vers.* 18. *Marci cap. primo, vers.* 16. *Lucæ cap. primo, vers.* 1. Sabbato ingressus Synogogam Capharnaum, eiicit spiritum immundum. *Marci cap.* 21. *Lucæ cap* 4. *vers.* 33. Egressus synagogam, venit in domum Petri, cuius socrum sanat *Math. cap* 8. *vers.* 14. *Marci cap. primo, vers.* 29. *Lucæ cap.* 4. *vers.* 38. Vesperi ad ianuam sanat infirmos, & dæmoniacos. *Mathæi cap.* 8. *vers.* 16 *Marci cap. primo vers.* 32. *Luc. cap.* 4. *vers.* 4. Postridie manè petit desertum ad orandum: Vnde profectus, incipit peragrare Galilæam prædicans & sanans, *ex Marco cap.* 1. *vers.* 35. *Luc. cap.* 4. *vers.* 42. oppressus à multitudine parat traiicere, *Math.* 8. *vers.* 18. qui se Christo comitem offerebat reiicitur, *ibidem v.* 19. excitatus tempestatem sedat, *vers.* 24. *Marci cap.* 4. *vers.* 27. *Lucæ c.* 8. *v.* 23. Venit nauigio in regionem Gerassenorum ex opposito Galilææ; obuios sanat duos dæmoniacos. dæmones ingrediuntur porcos. *Math. c.* 8. *vers.* 28. & 32. *Marci cap.* 5. *vers.* 1. *Lucæ cap.* 8. *v.* 26. rediens nauigio in Galilæam, venit Capharnaum, & curat Paralyticum demissum per tectũ.

G

Mathæus. *Math. cap.* 9. *vers.* 1. & 2. *Marci cap.* 2. *vers.* 1. *Luc. cap.* 5. *vers.* 18. Indè exiens ad mare, Mathæum è Telonio vocat. *c.* 9. *v.* 9. *Marci cap.* 2. *v.* 14. *Luc. cap.* 15. *v.* 27. Vocatus à Iairo principe Synagogæ sanat in itinere Hæmorrhoissam, *Math.* 9. *v.* 20. & in domo Iairi filiam eius resuscitat. *Math.* 9. *v.* 25. *Marci c.* 5. *v.* 22. *Luc. c.* 8. *v.* 41. hinc egressus curat duos cæcos & dæmoniacum mutum. *Math.* c. 9. vers. 27. & 32. Fama Christi hoc anno diuulgata est per Syriam. *ex Math. c.* 6. *vers.* 25. hinc illa ad Christum Epistola Abagari Regis Edessæ ciuitatis in Syria, *de qua Euseb. lib.* 1. *cap.* 13. quam tamen putat Baronius non hoc anno scriptam. Hæc à Christo acta vsque ad secundum Pascha.

32 | 16 Tiber. | Vinucius Quartinus & Longinus.

Nunc floret Philo natione Iudæus, Alexandriæ natus, & alter Plato habitus suo tempore. Velleius Paterculus produxit historiam vsque ad hunc Tiberii annum sub quo vixit Quæstor, & ad hunc consulatum Vinucii quem notat sub initium prioris libelli, incidisse in annũ vrbis conditæ 782. quod non abest à nostra annorum ratione. occisus putatur Velleius cum Seiano publicus Seiani fautor & laudator, de *quo ad annum* 33. Iulius Africanus *apud Eusebium lib.* 8 *cap.* 2. *demonstrat. Euang.* componit hunc Tiberii annum 16 cum anno 2 Olym. 202. eundemque Olympiadis annum nos in apparatu cap. 12 composuimus cum Christi anno 32 & vrbis 782. vide infra annum Christi 223. Scribit Plutarchus *lib. de exilio*, Tiberium hos reliquos septem Imperii sui annos subsequentes, ignauiter consumpsisse in illo suo Capreēsi secessu. καὶ ἡ τῆς οἰκουμένης ἡγεμονικὸν ἱερὸν, ὥσπερ εἰς καρδίαν συνηγμένον, οὐδαμοῦ τοσοῦτον χρόνον μετέστη & illud (inquit) Imperiale totius orbis Sacellum, quasi in cor aliquod coarctatum, tandiu alio nusquàm migrauit.

RES HVIVS ANNI A CHRISTO gestæ, seruato rerum gestarum ordine.

Pascha. 2

INCHOAMVS res huius secundi anni à Christo gestas à secundo paschate, *de quo Ioannis 5. vers.* 12. quando veniens è Galilæa Hierosolymam, sanauit Paralyticum ad probaticam piscinam. *Vide Irenæum lib.2.cap.*20. Hoc festum, de quo citatus Ioannes, esse pascha; latè probat *Baronius* contra putantes esse Pentecosten. Christus Pharisæos, intentos discipulis spicas sabbato vellentibus refellit. *Mathæi cap.* 12. *vers.* 2. *Marci* 2. *vers.* 23. *Lucæ sexto. vers.* 1. hoc sabbatum cur à Luca vocetur δευτερόπρωτον latè expendit *Scaliger lib.6.de emendatione, cap. de interuallo à Baptismo ad quartum Pascha*; quod tunc inquit esset ἑβδομὰς δευτερόπρωτος à Paschate, non autem δευτεροδεύτερος, vel δευτερότριτος. Eosdem Pharisæos iterum refellit Christus post sanatam in Sabbato manum aridam. *Mathæi* 21. *ves.* 9. *Marci* 3. *vers.* 1. *Luc* 6. *vers.* 6. Declinans ab Herodianis (hi Herodem Messiam dicebant) ad mare docet turbam è nauicula, & multos sanat. *Math.* 12. *vers.* 15. *Marci* 3. *vers.* 7. Relictis turbis ascendit in montem, pernoctat in oratione, & manè accersitis discipulis eligit duodecim Apostolos. *Marci* 3. *vers.* 13. *Lucæ* 6. *vers.* 12. Descẽdens de monte habet ad eos, & ad turbam sermonem illum celebrem, *Math.* 5. *vers.* 1. *Lucæ* 6. *vers.* 17. & accedens ad agrum oppidi Capharnaum, mundat leprosum. *Math.* 8. *vers.* 1. *Marci* 1. *vers.* 40. *Luc* 5. *vers.* 12. Ingressus oppidum curat à Paralysi Centurionis seruum. *Math* 8. *vers.* 5. *Lucæ* 7 *vers.* 1. deindè ad oppidum Naim, viduæ filium resuscitat. *Lucæ* 7. *vers.* 11. his auditis Ioannes mittit è carcere discipulos suos ad IESVM, vt ab illo instituerentur. *Math.* 11. *vers.* 2. *Lucæ* 18. qui post eorum regressum Ioannem laudat; alios illius ætatis taxat, ob reiectam pœnitentiam. *Matth. cap.* 11. *Lucæ cap.* 7. *vers.* 24. Prandens apud Simonem Pharisæum, peccatricis peccata remittit. *Lucæ cap.* 7. *vers.* 37. receptior opinio est hanc esse Magdalenam. *lege Baronium.* IESVS Capharnaum curat dæmoniacum cæcum & mutum, *Mathæi cap.* 12. *vers.* 22. *Lucæ c.* 11. *vers.* 14. horum miraculorum calumniatores refellit. *Matthæi cap.* 12. *vers.* 24. *Marci cap.* 3. *vers.* 22. *Lucæ cap.* 11. *vers.* 15. Interim adsunt eius cognati è Nazareth, vt eum cõprehendant, & custodiant tanquã furiosũ. *Marc. cap.* 3. *vers.* 21. & 31. Respondet, *Ecce* inquit, *mater mea, & fratres mei*, (illis scilicet præferens audientes Verbum Dei, & custodientes illud.) *Math.* 13. *vers.* 46. *Marci* 3. *vers.* 31. *Lucæ cap.* 8. *vers.* 19. Egressus ad mare docet turbam, parabolis allatis de Semine, Zizanijs, Synapi, Fermento, Thesauro, Margarita, & Sagena. *Math.* 13. *vers.* 1. *Marci* 4. *vers.* 1. *Lucæ.* 8. *vers.* 4. Inde veniens in patriam Nazareth, concionatur in Synagoga: sed ciuitate eiicitur. *Matthæi cap.* 13. *vers.* 54. *Marci cap.* 6. *vers.* 1. *Lucæ cap.* 4. *vers.* 6. peragrat vicinos vicos docendo. *Marci c.* 6 *v.* 6. Pergit Galilææ loca peragrare cum 12 Apostolis, & mulieribus (quas sanauerat) ministrantibus vitæ necessaria. *Luc. c.* 8. *v.* 1.

Δευτερόπρωτον. — Apostoli electi. — Peccatrix. — B — C — D

Apostolos duodecim, mittit binos ad prædicandum. *Math. c.* 10, *Marci cap.* 6. *vers.* 7. *Lucæ c.* 9. *v.* 1. missi prædicant, dæmonia eiiciunt, vngunt oleo, & sanant. *Marci* 6. *v.* 12. *Lucæ* 9. *v.* 6. interim pergit IESVS Galilæam peragrare. *Mathæi* 11. *v.* 1. his auditis, Herodes suspicatur Ioannem resuscitatum. *Mathæi c.* 14. *vers.* 1. *Marci cap.* 6. *v.* 14. *Luc. c.* 9. *vers.* 7. Ioannes enim occisus videtur circa hoc tempus *Math. c.* 14. *v.* 6. *Marci cap.* 6. *vers.* 21. nisi velis in tempus vastatæ Galilææ hoc reiicere, *de quo anno* 31. *litera A*: aut certè expeditionem Aretæ tantùm nunc contigisse. Ioannem Baptistam, vitæ Monasticæ principem vocant, *Hierony. epist.* 22. *ad Eustochium. & Chrys. Hom.* 1. *in Marcum. & Hom. de Ioanne Baptista.* IESVS cum reuersis Apostolis secedit trans mare Galilææ in desertum Bethsaide, & pascit quinque millia virorum quinque panibus, & duobus piscibus. *Math.* 14. *v.* 13. *Marci* 6. *v.* 30. *Lucæ.* 9. *v.* 10. *Ioan.* 6. *v.* 1. Iubet discipulos inde transfretare, ipse maturus fugit in montem. *Math.* 14. *v.* 2, *Marci* 6. *v.* 45. *Ioann.* 6. *v.* 15. Vidensè monte

Apostolorum missio. — Ioannis mors.

discipulos nocte laborantes ob tempestatem venit quarta vigilia ad eos, ambulans super mare: & idem miraculi genus Petro concedit, sedatque tempestatem. *Math.* 14.*vers.*25. *Marc.* 6.*vers.*48. *Ioan.*6.*vers.*18. descendens è naui in terram Genezareth, ægros sanat fimbriæ tactu. *Math.* 14.*vers.* 34. *Marci* 6.*vers.*53. indé ingressus Synagogam Capharnaum, inuenit quos refecerat in deserto, docetque prolixè se esse panem vitæ, & carnem suam esse cibum. *Ioan.* 6.*vers.*14. *& deinceps.* E

33. | 17. *Tiberij.* Rectè contra Eusebium, in hunc annum incidisse probat Baronius Seiani casum, Tiberio quintùm Consule, quo memorabili exemplo declaratur humanarum rerum inconstantia. *ex Dione lib.* 58. *& Tacit. lib* 5. in eundem annum consentit *Scal. ad Eusebium.* Addit *Dio* fuisse Tiberij consuetudinẽ, vt quos habuit in Consulatu socios, eosdem posteà mulctaret morte. nec aliud habent hi anni memorabile inter Romanos, præter continuatam in viros principes Tiberij crudelitatem. *Tiberius quintùm, & seianus.*

RES HVJVS ANNI A CHRISTO *gestæ, seruato rerum gestarum ordine.* B

Pascha. Rectè hoc anno ponitur tertiũ Pascha: ad quod Festũ non ascendit Christus Hierosolymam, quia quærebant Iudæi eum interficere. *Ioan* 7.1. cùm ergo in Galilæa ageret, Scribæ, qui Hierosolyma ad eum venerant, disputant cum eo de seniorum traditionibus *Math.* 15. *vers.* 1. *Marc.* 7. *v.* 1. Venit è Galilæa in partes Tyri & Sydonis, vbi filiam Cananææ liberatã dæmonio. *Mat.* 15.*vers.*21. Reuersus ad mare Galilææ, sanat debiles, & quendam mutum ac surdum. *Math.*15.*vers.*29. *Marci*.7.*vers.*32. tunc etiam saturat 4000 virorum 7 panibus & paucis pisciculis. Supersunt septem sportæ. *Math.* 15. *vers.*32. *Marci* 8.*v.*1. Mox traiicit mare, veniẽs in partes Magedan & Dalmanatha. *Math.*15.39. *Marc.* 8.10. ibi rogatus à Pharisæis signum de cœlo reiicit eos, & rursus transfretat, monens discipulos cauere à fermento Pharisæorum. *Math.*6.*v.*1.&. *Marci* 8.*v.*11.13.15. & veniens Bethsaidam, visũm cæco restituit extra vicum educto. *Marci* 8.22. C

Promissio Petro. Illinc pergens ad partes Cæsareæ Philippi, tentata fide Petri, promittit super eum, vt Petram, ædificaturum se Ecclesiam. *Math.* 16.*v.*13. *Marc.*8.27. *Lucæ* 9.18. nec est humile hoc fundamentum. manet enim Christus basis. 1. *Corinth.*3. statim mortem & passionem suam prædicit Hierosolymis subeundam. abhorrentem Petrum redarguit, docens cuique ferendam esse crucem, qui vult esse saluus. *Math.*16.*ver.*21. *Marc.*8.31. *Lucæ* 9.22. die 8 à Petri confessione transfigurat se in monte, discipulis dans specimen gloriæ à cruce expectandæ. *Mat.*17.1. *Luc.* 9.28. postridie post descensum è monte ad turbas, curat lunaticum, eiecto dæmonio, quod discipuli non potuerãt eiicere. *Math.*17.14. *Marci* 9.13. *Lucæ* 9.37. *Transfiguratio.*

Didrachmum. Inde iter faciens per Galilæam, iterum passionem & resurrectionem prædicit. *Math.*17.22. *Marci* 9.29. *Lucæ* 9.22. ingressus Capharnaum, iubet solui exactoribus didrachmum, pro se vnum, pro Petro alterum: (tantus enim erat inuenti stateris seu sicli valor) ne vlli esset scandalo. *Math.* 17. *vers.* 24. & 27 ibidem, & domi reprimit discipulorum ambitionem, qui in itinere contendebant de primatu *Math.* 18.1. *Marci.*9.23. *Lucæ* 9.46. docet cauẽda scandala, corripiendum peccantem fratrem, condonanda in nos peccata. *Math.*18.6. *Marc.*9.41. *Luc.*17.1. D

Instante Festo Scenopegiorum, seu Tabernaculorum, cognatis ambitiosé vrgẽtibus, vt iret in Iudæam ad diem Festum, non obtemperat. Post tamen eorum discessum, eò iuit quasi in occulto. *Ioann.* 7.2. (de hoc Festo, in memoriam deserti, & sublatæ seruitutis instituto ad diem 15 mensis septimi, *vide Leuit. cap.* 23. *vers.*34. *Deut.*16. *Exodi* 23) in itinere noluit vlcisci negatum à Samaritanis hospitium, quod tamen volebant discipuli, quin po-

tius Samaritanum leprosum obuiã sibi curauit,& laudauit. Luc. 9.51 & c. 17. vers. 11. Ex Samaria venit in fines Iudææ. Math. 19.1. Marc. 10.1. Vnde veniens Hierusalem ad dies festos, docet in templo mediante festo (hoc est, cùm medium festi esset) Ioan. 7.14. Vespera nouissimi diei festi exiuit in montem Olİueti Ioan. 8.1. Postridie reuersus in templum, dimittit liberam adulteram. Ibidem vers. 2 tunc quis esset ostendit, & cum vellent Iudæi eum lapidare, exiuit de templo, Ioan. 8. à. vers. 12. ad finem capitis. & præteriens sanat à natiuitate cæcum luto, idque die Sabbati. Ioan. 9. vers. 1. Postea differens de mercenario, se bonum ostendit Pastorem Ioan. 10.1.

Relinquens Hierusalem, peragrat ciuitates & vicos Iudææ. præmissis 72 discipulis, & binis. Luc. 10 1. reuersos septuaginta duos discipulos, docet submissè de se sentire, actis Deo Patri gratijs. Luc. 10. vers. 17. Math. 11.25. Scribam tentatorem superbum, docet ex Parabola Samaritani, quis sit proximus, quem diligere debeat. Luc. 10. v. 25. hospitio exceptus in Bethania præfert otium Mariæ sanctum, Marthæ ministerio solicito. Luc. 10. 38. surgens ab oratione, rogatus docet discipulos orandi formulam: PATER NOSTER &c. (qualem in sermone in monte docuit discipulos, & turbam anno prædicationis secundo) Luc. 11. docet in oratione perseuerandum. Luc. 11.5. & c. 1.18. Vocatus ad prandium aliquando à quodam Pharisæo, inuehitur libere in vitia Pharisæorum, Luc. 11.37. Sumens occasionem ab eo qui volebat cum fratre hæreditatem diuidere, dehortatur ab auaritia, & temporalium cura. Luc. 12. v. 13. accepto nuntio de occisis à Pilato Galilæis, inuitat homines ad pœnitentiam. Luc. 13.1. Erigit Sabbato mulierem contractam ab annis iam octodecim, & Archisynagogum reprimit obmurmurantem Luc. 13, 10.

Maria Mag. otium, & contemplatio.

Perambulans Iudææ loca, pergensque Hierosolymam, & rogatus, an pauci sint saluandi? monet per angustam portam esse ingrediendum. Luc. 13 22. eodem die monitus, vt caueret ab Herode, respondit sibi esse moriendum Hierosolymis. Luc. cap. 13. 31. inuitatus ad prandium à Principe Pharisæorum die Sabbati, contactu curat hydropicum, ostendens id licere. Luc. 14. vers. 12. docet in itinere turbas, qualis debeat ipsius esse discipulus. Luc. 14. v. 25. & 26. hortatur ad eleemosynam, exemplo Villici iniqui, & Epulonis diuitis. Luc. 16. Murmurantes Pharisæos & Scribas, quòd reciperet peccatores, refellit similitudine de oue, drachma, & filio perditis. Luc. 15. Reuersus Hierosolymam hyeme ad Encænia, disputat cum Iudæis in porticu Salomonis. Ioan. cap. 10. v. 22. Sed dum non proficit, subducens se, abit trans Iordanem in fines Iudææ, vbi Ioannes solebat baptizare. Ioan. c. 10 40. vbi docet & sanat. Ioannis c. 10. v. 41. Math. c. 19. v. 2. Marc. c. 10. v. 1. disputat ibidem cum Scribis de diuortio, præsertim post celebratum matrimonium. Math. 19 3. Marci 10. v. 2. paruulos non vult à se repelli, sed eos benedicit. Math. 19. vers. 13. Marc 10. v. 13. Luc. 18. v. 16. adolescens diues paupertatis mentione absterretur à sequendo Christum. Math. c. 19. vers. 16. Marc. 10 v. 17. Luc. 18. v. 18. hac occasione explicat impedimentum salutis ex diuitiis. Mat. 19. v. 23. Marci 10. v. 23 Luc. c. 18. v. 24. minimos apud mundum maximi fieri apud Deum, docet ex parabola conductorum ad vineam, omnibus diei horis. Math. c. 20.

Diuortium.

E

I

F

In finibus Iudææ accipit nuntium de Lazari infirmitate. Ioan. c. 11. v. 1. veniens Bethaniam reuocat Lazarum ad vitam, c. 11. v. 17. Multis inde conuersis, Pontifices concludunt de Iesu interficiendo. Ioan. 11. v. 46. redit ergo inde in fines Iudææ iuxta desertum. Ioannis c. 11. v. 54. post aliquot dies instante Pascha veniens Hierosolymam, iterum suos monet de Passione. Math. c. 20. v. 17. Marci c. 10. v. 17. cap. 3. Luc. 18. v. 31. & tamen filii Zebedæi (sibi persuadentes, quòd ad regnandum iret Hierosolymam) primas in regno petunt. Math. cap 20. vers. 21. Marci 10. vers. 35. In itinere, in ciuitate Iericho excipitur hospitio à Zachæo. Luc. 19 v. 1. ille hinc digrediens duos cæcos curat in itinere. Math. 20 v. 29. Marci 10. v. 46. Luc. 18. v. 35.

Sex dies ante Pascha

Tandem appulit Bethaniam ante sex dies Paschæ: id est, die Parasceues, seu Veneris, ante Pascha. Ioan. 12. vers. 1. Ibidem prostridie, id est, die Sabbati, cœnat in domo Simonis Leprosi, præsẽtibus Lazaro, & sororibus:

quando Maria vnguentum effudit in caput & pedes. *Math.* 25. *vers.* 6. *Marci* 14. *vers.* 3. *Ioannis cap.* 12. *vers.* 2. Indignans Iudas, castigatur cum aliis. *Mathei* 26. *vers.* 8. *Marc.* 14. *vers.* 4. *Ioannis cap.* 12. *vers.* 4. Postridie, id est, die nostro Dominico, venit Bethphage ad montem Olíueti, & illinc Hierosolymam, vbi excipitur strata ramis arborum via. *Mathæi. cap.* 21. *vers.* 1. *Marci* 11. *vers.* 1. *Luc* 19. *vers.* 29. *Ioan.* 12. *vers.* 12. Proximus Hierosolymis fleuit, prædicens excidium. *Luc.* 19. *vers.* 41. purgat templum negotiantium insedibus, & multos sanat. *Math.* 21. *vers.* 12. *Marc.* 11. *vers.* 15. *Luc.* 19. *vers.* 45. indignantibus Iudæorum Principibus, glorificatur voce populi. *Math.* 21. *vers.* 15. *Luc.* 19. *vers.* 39. *Ioann.* 12. *vers.* 13. Vesperi it in Bethaniam. Postridie, hoc est, die Lunæ, manè rediens maledicit ficui infructuosæ, docétque in templo. iterum vesperi redit Bethaniam. *Math. cap.* 21. *v.* 17. *Marci* 11. *v.* 11.

Die Martis, manè rediens in vrbem, ex occasione ficus arefactæ, quam aspiciebant discipuli, multa docet de fide & oratione. *Math. cap.* 21. *vers.* 20. *Mar.* 11. *vers.* 20. mox in templo, Principes Sacerdotum interrogantes, qua potestate hæc faceret, refellit, & excidendos prædicit. *Matthæi* 21. *vers.* 23. *Marci* 11 *vers.* 27. *Lu.* 20. *vers.* 1. Illi timentes populum, continent se: tamē eum aggrediuntur quæstionibus captiosis, de Censu, Resurrectione, & maximo Mandato. *Mathæi cap.* 22. *vers.* 15. *Marci cap.* 12. *vers.* 13. *Lucæ cap.* 20. *vers.* 20. illis solutis, proponitur quæstio de duplici natura Christi, & sic illis os obturatur. *Mathæi cap.* 22. *vers.* 41. *Marc.* 12. *vers.* 35. *Luc. cap.* 20. *vers.* 41. inuehitur in eorum hypocrisin, & vitia. *Math. cap.* 23. *vers.* 1. *Marci cap.* 12. *vers.* 38. *Luc. cap.* 20. *vers.* 42. sedens deindè iuxta Gazophylacium, præfert munus pauperculæ Viduę. *Mathæi ca.* 12. *vers.* 41. *Luc. cap.* 21. *vers.* 1. Egressus templo prædicit ruinam. *Mathæi cap.* 24. *vers.* 1. *Marci cap* 13 *vers.* 1. *Luc. cap.* 21. *vers.* 5. Ille hinc digressus, sedens in monte Olíueti ex aduerso templi, & interrogatus de aduentu suo, dat varia signa consummationis, & templi, & sæculi. *Mathæi cap.* 24. *vers.* 3. *Marci. cap.* 13. *v.* 3. *Luc. cap.* 21. *vers.* 7. pronuntiat tamen diem aduentus incertum esse: propterea vigilandum. idque explicat exemplo decem virginum, & serui pigri. *Mathæi cap.* 24. *vers.* 36. *Marci cap.* 13. *vers.* 32. *Luc. cap.* 21. *vers.* 34. tandem describit extremi Iudicii formam. *Mathæi cap.* 25. *vers.* 31. I

Ita differens vsque ad mediam noctem: id est, ad initium diei Mercurii; subdit se crucifigendum post biduū, scilicet ipso die Paschæ. *Mathæi cap.* 26. *vers.* 1. & die Mercurii manè, Iudas in concilio Sacerdotum paciscitur de proditione Domini. *Mathæi* 26. *vers.* 14 *Mar. cap.* 14. *vers.* 1. & 10. *Luc. c.* 22. *v.* 1. die Iouis ante meridiem Christus mittit duos discipulos ad parandum Pascha, in domo illis ignota. *Math.* 26. *vers.* 17. *Mar.* 14. *vers.* 12. *Luc.* 22; *vers.* 7.

Ahenobarbus & Vitellius. A

34 | 18 *Tiberij.* — Consules huius anni ponuntur varii: nam pro Vitellio, quem ponit *Onuphrius*, Scribonianum locant *Tacitus & Dio.* Alii Aruntium, *ex Suetonio.* de Tiberio sæuiente nunc in ordinem Senatorum, *lege Tacitum lib.* 5.

DE REBVS CHRISTI A quartò Paschate ad Pentecosten.

Pascha. 4.

Cœna & Eucharistia.

Apostoli sacerdotes.

QVÆ per hos quinquaginta dies à Christo gesta, *narrātur ab Euangelistis, & initio lib. Act.* sunt feré hæc, quæ sequūtur. IESVS instante hoc quarto Paschate, Hierosolymis, sub noctem, die Iouis, comedit cum discipulis Paschalē agnum. *Math.* 26. *vers.* 20. *Mar.* 14. *vers.* 17. *Luc.* 22. *vers.* 14. *Ioan.* 13. *vers.* 2. Post esum agni & cœnam vulgarem, lauit pedes Apostolorū. *Ioan.* 13. *v.* 4. Mox succedit secūda cœna, in qua instituit Euchariſtiā: & Apostolos (quibus præcepit hoc sacramētū in sui memoriā) fecit sacerdotes, vt Apostoli, Patres, & Traditio testātur. Itaq; Christus illis tribuit corp⁹ & sāguinē sub specieb⁹ panis & vini, iubēs, *inquit Lucas*, id perpe- B

34 | 18 Tiberii.

tuò fieri. *Math.* 26.*verſ.*26.*Marc.* 14.*verſ.*22. *Luc.* 22.*verſ.* 19. Poſt aperit ſe prodendum ea nocte ab vno eorum, *ex citatis Euangeliſtis, & Ioa.*13. *verſ.*21. Iudas poſt bucellam egreditur ad proditionem. *Ioan.* 13. *verſ.* 26. ſequitur tentatio diſcipulorum de primatu. *Luc.*22.*verſ.*24. Commendat illis IESVS humilitatem & dilectionem; promittens honorem vitæ æternæ. *Luc.* 22. *verſ.*29. *Ioann.*13.*verſ.*14. Inculcat mortem, & Petro prophetat negationem trinam. *Luc.*22.*verſ.* 31. *Ioan.* 13. *verſ.*36. Mox habet ſermonem conſolatorium prolixè, poſtea pergit in montem Olíueti.

DE PASSIONE CHRISTI.

SCribunt citati Euangeliſtæ, quæ de Chriſti comprehenſione & paſſione, ſubſecuta ſunt. de Anna, qui princeps erat Concilii Synedrin, & cuius erat de Propheta iudicare. item de Caipha Pontifice, Pilato, Herode, Iudæorumque conſiliis. An tunc Anna Pontifex eſſet cum Caipha, ſeu vicibus alternis, vt colligunt aliqui *Ex Ioan.* 18. *verſ.* 19. quæſtio eſt ſatis dubia. *Vide Nicep. in Chron.* cæterùm quæ tempore Paſſionis geſta ſunt ſic ſe habent. Poſt hymnum dictum, exierunt in Olíueti montem. *Mathæi* 26 *& Marci* 14. *Lucæ capite* 22. *Ioannis* 18. Chriſtus in horto mœſtus. *Math.*26. *Marci capite* 14. orat in horto. *Mathæi* 26. *Marci* 14. *Lucæ* 22. redit ad dormientes diſcipulos. *Mathæi* 26. *Marci* 14. redit ad eoſdem poſt tertiam orationem. *Ibidem*, & *Lucæ* 22. *Ioannis* 18. proſternuntur à Chriſto hoſtes. *Ioannis* 18. Chriſti comprehenſio, & Malchi percuſsio. *Mathæi* 29. *Marci* 14. *Lucæ* 22. *Ioannis* 18. res geſtæ apud Annam, *Ioannis* 18. reſponſio Chriſti & alapa. *Ibidem*. geſta apud Caipham, *Mathæi* 26. *Marci* 14. *Lucæ* 22. Petri negationes, *Mathæi* 26. *Marci* 14. *Lucæ* 22. *Ioannis* 18. Concilium Iudæorum, *Mathæi* 26. *Marci* 15. *Lucæ* 22. ager figuli emptus, *Mathæi* 27. accuſatur apud Pilatum Chriſtus, & mittitur ad Herodem, *Mathæi* 27. *Marci* 15. *Lucæ* 22. *Ioannis* 18. res geſtæ in domo Herodis, *Lucæ* 23. nuntius ab vxore Pilati, & Barrabas liberatus, *Mathæi* 27. *Marci* 15. *Lucæ* 23. *Ioannis* 18. Chriſti flagella, *Mathæi* 27. *Marci* 15. *Ioannis* 19. Dominus ſpinis coronatus oſtenditur populo, *ibidem*. Pilatus iterùm populo Chriſtum oſtendit, *Ioan.* 19. Iudæis tradit crucifigendum, *Math.*27. *Marci* 15. *Lucæ* 23. *Ioannis* 19. ducitur in montem Caluariæ, veſtium diuiſio, & crucis titulus, *Ibidem*. verba Chriſti in cruce prolata, *ibidem*. eclipſis ſolis, *Math.*27. *Marci* 15. *Luc.*23. alia prodigia in morte Domini *Mat.* 27. *Marci* 15. *Luc.*23. latus apertum, *Ioan.*19. ſepultura. *Mat.*27. *Marci* 15. *Lucæ* 23. *Ioannis* 19. cuſtodia ſepulchri, *Math.* 27. Sepulto Domino veſperi ante initium Sabbati, ſeu altera die, quæ eſt poſt Paraſceuem, Iudæorum Principes ſepulchro adhibuerunt militum cuſtodiam, *citato ca.*27. *verſ.*12. veſperi finito Sabbato mulieres parant aromata. Summo diluculo diei ſequentis (quem Iudæi primam Sabbathi, nos Dominicum diem vocamus) eunt ad ſepulchrum, vt corpus vngant. *Mat. capite* 28. *verſ.*1. *Marci cap.*16. *verſ.*1. *Lucæ ca.*24. *verſ.*1. *Ioannis cap.* 20. *verſ.* 1. in iis erat Magdalena. diſcunt reſurrexiſſe Chriſtum, *Math.* 28. *verſ.* 5. cuſtodes ſepulchri pecunia corrupti. *Matth.*27.

Apparitiones. Apparitiones Chriſti variæ ſubſecutæ ſunt. Prima Diuæ Magdalenæ facta, *Marci c.*19. *verſ.* 9 *Ioa.c.*20. *verſ.*11. Secunda aliis mulieribus ſociis, *Mathæi cap.*28. *verſ.*9. Tertia Petro, *Lucæ* 24. *verſ.*34. Quarta euntibus Emauntem, *Lucæ* 24. *verſ.*13. *Marci* 16. *verſ.*12. Quinta diſcipulis, abſente Thoma,

Remiſsio peccatorum. quando data poteſtas eſt remittendi peccata. *Ioan.c.*20. *verſ.*22. hanc poteſtatem promiſerat Chriſtus, *Mathæi c.*18. *verſ.*18. Sexta facta eſt iiſdem diſcipulis, iam præſente Thoma. *Ioan.c.* 20. *verſ.* 24. Septima piſcantibus ad

Primatus. mare Tiberiadis diſcipulis. *Ioan.c.*21. *verſ.*1. iuerant enim in Galilæam, vti iuſsit Chriſtus, *Mathæi* 28. *verſ.*10. Datus in ea apparitione eſt primatus Petro *Ioa.*21. *verſ.*16. & 17. extat apud Mathæum *cap.*28. *verſ.*16. apparitio in mõ-

C

D

te Galilææ(Thabor montem aliqui interpretantur) facta quidem vndecim discipulis, vt habet Euangelista. Sed(quod probabile est) multis insuper aliis: fuitque celebris hæc apparitio, in qua & forma Baptismi tradita, & Trinitatis mysterium perspicuè enuntiatum. hæc meritò à plerisque putatur illa apparitio, de qua 1 Cor. 15. cùm dicitur apparuisse Christus plusquàm quingentis fratribus. *lege Iustinianum nostrum in eum locum: & Barradium, to. 4. lib. 9. cap. 6. sub initium*. Cæterùm ex *Marco* certum est, eam esse vltimam apparitionem, & quæ describitur Marci 16. *vers.* 14. *vsque ad finem capitis*. *Lucæ* 24. *vers.* 50. *Actorum* 1. *vers.* 3. quando die quadragesimo illis spectantibus ascendit in cœlum, duasque singulares dotes reliquit Ecclesiæ, donum nempe miraculorum, *Marci* 16. *vers.* 19. & Scripturarum intelligentiam *Lucæ* 24. *vers.* 45.

Dotes Ecclesiæ.

Sed hic iam ante Pentecosten & post Ascensionem locanda est Mathiæ in Iudę proditoris locum subrogatio ad Apostolatum, Petro authore, per sortes, *Actorum* 1. *vers.* 15. quando adhuc erant in Cœnaculo Apostoli. Sors erat fortassis datis in vrnam tesseris. illud saltem constat, non fuisse hanc sortem vetitam seu diuinatoriam, aut consultoriam, qua quis ex fortuna euentum expectat: sed qua, cùm vrget necessitas rebus incertis, præmissaque oratione, expectatur reuerenter à Deo oraculum, ipso Deo ad hoc inspirante. *lege August. Epist.* 99. *c.* 20. *& Epist.* 180.

DE PENTECOSTE.

TRia erant Iudæorum Festa, quibus tenebantur se Domino sistere: *ex Leuit. Deuter. & Exod.* & à templo condito ascendebant Hierosolymam. sunt autem hæc Festa, Phase, Pentecoste, & inchoante hyeme, τὰ σκηνοπηγία seu Tabernaculorum Festum, quod fiebat in memoriam deserti seu sublatæ seruitutis. Et quidem in illa veteri lege numerandi erant dies *Pentecostes* (*vt habetur* Leuit. 23. *& Exod.* 16) ab altero die Paschæ, quo offerebatur manipulus, data metendi facultate. *lege Iosephum Antiq. lib.* 3. *c.* 10. Cæterùm, *vt notaui cap.* 4, anno illo passionis, proximus Paschati dies erat Sabbatum, prohibitum autem erat speciali lege *Exod.* 34. metere die Sabbati. ac proindè tunc in diem nostrum Dominicum incidit metendi exordium. de quo die Dominico agunt *Aug. Serm.* 154 *de Tempore, &* Leo *Epist* 8. *c.* 1. *ad Dioscorum*. Mosaica ergo lege Pentecostes seu quinquaginta dierum initium, est Feria secunda *Paschatis*, seu δευτέρα τοῦ πάσχα, à qua numeratur πεντηκοστή. Ab illo itaque die secundo per Sabbatum non impedito, seù à 16 Nisan, incipiebat Lex septem septimanas numerare vsque ad Pentecosten. alio nomine hebdomadarum Festum vocabant Græci πεντηκοστήν. Sed iam, & mutatum Sabbatum est in diem Dominicum, & Christiani omnes, Latini, ac Græci, interuallo, à Dominica Resurrectionis ad diem *Pentecostes*, has numerant hebdomadas, celebrantque sic aduentum Spiritus sancti. Cæterùm licet multorum sit illa. & sanè probabilior sententia, principium Pentecostes tempore *Passionis*, ob occurrens vt dixi Sabbatum, fuisse eum diem, qui nobis est Dominicus: tamen sunt etiam, qui 7 illas plenas hebdomadas eo anno incœptas interpretantur planè ordinario modo, & iuxta Legem: nempe quæ iuberet incipere à secundo die Azymorum, sed exclusiuè, vt illi exponunt. Etenim sic complebuntur 49 dies in Sabbato: & sequens dies erit Dominicus: quoniam *Passionis* tempore secundus dies Azymorum fuit Sabbatum. Sed de huius Festi anno, & die consignandis, hæc pro instituto sufficiunt: quando per dispertitas linguas seu sectili forma apparentes (in Græco est διαμεριζόμεναι γλῶσσαι) Spiritus sanctus apparens, afflauit discipulos, & cœperunt illi variis linguis loqui. an autem sic essent variæ, vt loqui possent

E

ipsi distinctis linguis: aut certè vnius linguæ voces formando, à diuersarum linguarum hominibus intelligerentur, quæstio est adhuc sub iudice. Licet plures propendeant in plurium linguarum cognitionem Apostolis datam.

Petri Principatus.

IN hunc annum Christi incidit Petri Principatus, cui annos 36 inchoatos saltem rectè dedere historici, Horum annorum hæc ratio est. Quinque numerantur à passione ad sedem Antiochenam, quam constituit Petrus anno Christi 39. Indè vero putari solent 7 anni vsque ad Christi annum 45, qui est Claudii tertius, & Apostolicæ Romanæ sedis initium. Incidit demum Petri Martyrium in annum Neronis vltimum (vti in apparatu c. 17 satis est demõstratum) quando excurrebat annus 36 Principatus Petri; à mensibus iam tribus exactis, & diebus fortè aliquot; si numerus ineatur à passione.

DE REBVS RELIQVIS HOC anno gestis per Apostolos.

COmpletis, *vt ait Lucas*, diebus Pentecostes, & accepto Spiritu sancto, *Act. 2.* Petrus 1 concione, ebrietatis calumniam purgans. differit de Christo: & tria hominum millia ad Christiana sacra conuertit, qui Baptizantur in nomine Christi, *Act. 5. 14.* interim perseuerant discipuli in doctrina Apostolorum, & fractione panis, seu Euchari- *Eucharistia.* stia, vt habet Syrus, *Act. 2. vers. 42.* atque ita fractionem panis interpretatur *Communia bona, & religiosi instituti fundamenta.* Eucharistiam *D. Paul. 1. ad Cor. 10. vers. 16.* consentientibus antiquis Patribus. habebant credentes omnia communia. *Act. 2. vers. 44.* Vnde eruunt Monasticæ vitæ fundamenta. *Basilius Reg. 19. ex fus. August. Epist. 109, & Hieron. Epist. 8.* De sanato claudo à D. Petro, ad horam orationis nonam, stupentibus Iudæis; & de eiusdem Petri secunda concione, *habes Actorum cap. 3. vers. 1. & 12.* augentur credentes ad 5000. Petrus & Ioan. in carcerem coniiciuntur, sed liberantur. *Act. 4. vers. 3. & 21.* dum fideles omnia in commune conferunt (*Actorum c. 4. vers. 32.*) Ananias & Saphyra puniuntur, *cap. 5. vers. 9.* Petri vmbra sanat infirmos. *Act. c. 5. vers. 15.* Apostoli incarcerantur. *versiculo* 17. liberantur miraculosè, *vers. 19.* Eorum mortem G prohibet Gamaliel, *vers. 34.* differens de Theoda, & Iuda, *de quo supra ad annum Christi primum.* *Schisma.* Exoritur Græcorum credentium contra Hebræos contentio & murmur, de ministerio, *vt narrat* Lucas *Act. c. 6.* Nempe post persecutionem succedunt hæreses & schismata, vt vel sic etiam crescat Ecclesia. Erat hoc ministerium circa mensarum seruitutem, vel, *vt ait* *Diaconatus.* *Chrysost.* circa Eleemosynarum distributionem, atque hinc Diaconorum collegiũ, & electio, *vers. 3.* nec tamẽ in hoc solo cõsistit Diaconatus, sed est sacer Ordo, *vt præter alios, testis est* Ignatius *Epist. 5. & ex eodem* Luca *constat vers. 6.* scilicet per manuum impositionem Diaconis adhibitam, quâ sine *Stephanus.* dubio datur gratia, *ex prima ad Timot. vers. 14 & Act. cap. 8, vers. 17.* Post hæc, Stephanus certat, *Act. c. 6.* & concionatur prolixè, *ca. 7.* hæc Stephani concio habita in Concilio, & pereruditа, habet aliqua obscuriora de Abrahæ profectione, & ratione temporis, *quæ explicata satis dedimus Tom. 1. cap. 5. nu. 8. & capite 6 initio.* tandem Stephanus fit Protomartyr, *Act. 7.* curatur eius funus. *ca. 8. vers. 2.* Saulus custos vestium, ab Ecumenio, patruelis S. Stephani perhibetur. Lapidatus est extra portam Aquilonarem. Passus est *Iacobi Episcopatus.* septimo mense ab Ascensione Christi, 26 Decemb. *Ex August. Fulgentio, & Nysseno de inuentione Stephani, & Rom. Martyrol.* Hoc etiam anno 34 Christi Iacobus minor à Petro ordinatur Episcopus Hierosolymorum, *ita*

Anni Christi	Anni Imp
34	18 Tiberii

Chrysost. Homil. 87. *in Ioan.* idque die 27 Decembris, *ex Beda in Martyrol.* hāc eandem ordinationem *ex Clemente docet Eusebius lib.* 2. *Hist. cap.* 1. *lege Epist. Anacleti ad Episcopos Italiæ Tom* 1 *Conciliorum.* vbi de ordinatione Episcopi à tribus Episcopis facienda, exemplo hoc Petri differitur. Cæterùm omissum fuit hoc à Luca, vt multa alia, *teste Hierony. in cap.* 2. *Epist. ad Galatas.*

DE FESTIS DIEBVS NVNC *per Apostolos institutis.*

MEntiuntur Centuriatores, *Cent.* 2. *c.* 6. *Col.* 119. asserentes nullam festorum dierum tempore Apostolorum, & vix etiam primis Ecclesiæ sæculis extare mentionem. Nam de instituto Paschatis die festo ab Apostolis, fidem faciunt *Clem. lib.* 8. *Constit. Apost. cap.* 33. *& Can. Apost.* 68. *& August. Epist.* 118. *ad Ianuar.* imò de Octaua Paschatis *Clem. lib* 5. *constit. Apost. c.* 18. quo etiam loco, *& lib.* 8. *c.* 33, dat festum ascensionis, vna cum Augustino Epist. iam citata. Ex apostolicis porrò constitutionibus prodiisse solemnitatem Pentecostes habemus *ex Augustino eadem Epist. Clemente lib* 5. *constit. Apost. c.* 18. *vide Tertul. lib. de Coro. mil. c.* 3. *& Iustinum lib. qq. à gentibus positarum. q.* 115. posteriora tempora plena sunt testibus huius veritatis.

Anni Christi	Anni Imp
35	19 Tiberii

Galba, & Cornelius Sylla.

A

In hunc annum post Resurrectionem, incidit Epistola à Pilato missa ad Tiberium de Christi miraculis, rebusque ab eo gestis. quam rem testantur *Tertul. in Apol. cap.* 5 *&* 21. *Orosius lib.* 7. *cap.* 4. *Greg. Turonensis lib.* 1. *Hist. cap.* 24 *& alii.* an tamen illa ipsa sit Epistola non mutata, quam refert *Egesippus in sua Anacephaleosi de morte Christi,* meritò dubitauit grauis scriptor *Cardinalis Baronius.* tunc Christianum nomen displicuisse Senatui, & placuisse Tiberio, narrat *idem Tertull.* addens comminatum Cæsarem periculum, accusatoribus Christianorum. Certè hoc eodem anno ita grassatum Tiberium in Senatorium ordinem, vt vix suppeterent Senatores, testantur *Tacitus lib.* 5. *& Dio lib.* 58. Lapidato Stephano, oritur persecutio Ecclesiæ. *Act.* 8. *vers.* 1.

Dispersi sunt discipuli (præter Apostolos) per regiones Iudææ & Samariæ. *Act.* 8. *vers.* 1. & per Phœniciam, Cyprum, & Antiochiam. *Act. cap.* 11. *vers.* 19. crescente nimirum per huiusmodi persecutiones Ecclesia. Philippus Diaconus concionatur in Samaria, magnis editis miraculis. Vbi inter alios baptizatur Simon Magus. *Act. c.* 8. *vers.* 5. 7. 9. *&* 13. ideò mittuntur eò Petrus & Ioan. hoc est, rogati sunt, velut primarii, *ibidem vers.* 14. nec tamen ideo Petrus cæteris minor est: sicut nec Filius est minor Patre, quia missus, vt putauit Arrius, sed venit ex communi & concordi voluntate, cum connotatione originis, *vt loquuntur Scolastici.* In hac ad Samaritanos missione, dabatur Spiritus Sanctus per manuum impositionem. *Actorum c.* 8. *vers* 17. quo loco Confirmationis Sacramentum agnoscunt Catholici interpretes, post *Cyprianum Epistola* 73 *ad Iubaianum*, *Hieronymus libro contra Luciferian. & tandem Concilia Florentinum & Tridentinum.*

Missio Petri.

Confirmationis Sacramentum.

Nascitur Prima Hæresis Simoniacorum de emptione Spiritualium. *Act. c.* 8. *vers.* 18. *&* 20. à Simone Mago nomen accipiens: quòd primus in lege Euangelica id attentauerit. alioquin ante eum Giesi etiam venditor fuit. hic verò & emptor & venditor esse voluit. damnatur hæresis hæc à Petro, vt à capite. *Actorum* 8. *vers.* 20. Hæresis in hoc videtur fuisse, quòd existimaret Simon gratiam diuinam prætio æstimabilem.

Heresis prima.

B

Redeunte Petro Hierosolymam, remansit Philippus Diaconus, qui Angeli monitu Eunuchum instruxit, & baptizauit: *Act. c.* 8. *vers.* 26. hunc fuisse Proselytum ferè receptum est. Ille suis Euangelium postea egregiè annuntiauit. *Irenæus lib.* 3. *c.* 12. *Dorotheus in Synopsi* Martyrem facit. Cæterùm è

Philippus Diaconus.

rum è Samaria versus Gazam, quò dirigebatur Philippus, iter rectà est ad meridianum. Erat Gaza (cum Azoto) vna è celebrioribus Palæstinorum vrbibus, in via è Iudæa in Ægyptum, & Æthiopiam Eunuchi Patriam, & Candacis regnum, quam tempore Tiberii regnasse *scribit Stra. l.17.* Philippus hic non Apostolus, sed Diaconus erat. qua in re à multis erratum est, qui & hos duos confundunt, & quatuor Philippi Diaconi filias Apostolo adscribunt. *lege Lorinum nostrum Act. 9. vers.* 40. Hoc eodem anno facta dispersione, putantur Magdalena & socii iuisse Massiliam, & Ananias Damascum. *Consule Baronium* hunc Ananiam, qui Paulum postea baptizabit, *Oecum. in Act. & Dorotheus in synopsi*, scribunt fuisse vnum è 70 discipulis: imò & Damasci Episcopum *addit Dorotheus: vide Martyrol. Rom.* 26. *Ian.*

Magdalena, & Ananias.

DE PRIMIS ECCLESIÆ CONCILIIS.

QVamuis non desint qui primum Ecclesiæ Christianæ cōcilium dent. illud quod habuerunt Apostoli anno Christi 51, vti ibidē recenseo: priores tamen Apostolorū cōuentus, aliqui concilia dixerunt. Ex his, primum putatur illud de quo *Actor. c.* 1. vbi præsentibus Apostolis & 120 discipulis, statim post Ascensionem Hierosolymis decernitur de Mathia eligendo Apostolo. Alterum refertur *ex Act. c.* 6. Hierosolymis similiter habitum (inter Christi ascensum in cœlos & Pauli conuersionem) de electione septem Diaconorum, in quibus erat Stephanus. vtriusque concilii meminit *Baronius anno* 34. *nu.* 237. & 283. Sed in his conciliis de personis tantum actum videtur; non vero de rebus fidei definiendis. *vide similia ad an.* 548. Tertium dicitur illud habitum (vt recensui anno Christi 51) Hierosolymis, ad decernendum essetne Christianis necessaria circumcisio, & legalium obseruatio conuersis ad fidem gentilibus. De qua re D. Lucas *Act. c.* 15. & *Gal.* 2. Hæc aduersus Cerinthum est agitata quæstio, qui Petro restitit, & circumcisionem cum Baptismo, ac Iudaismum cum lege Christiana miscebat. *ex Epiph. Her.* 28. Quartum denique refertur ex *Act. c.* 21, habitum anno Christi 58. de quæstione an saltem ad tempus expediret permittere vsum legalium, vt sic cum honore sepeliretur synagoga. *de qua re Baron. an.* 58. *nu.* 118.

Cæterùm si omnes Apostolorum conuentus ad definiendum aliquid habiti, debent vocari concilia; sanè plura quàm quatuor reperientur. Nam anno 44 Christi, conuenerunt antequam discederent in prouincias ad Symbolum edendum, vti ad eum annum obseruo. An vero etiā tunc editi sint canones Apostolorum, vt putauit Genebrardus; an potius in concilio illo tertio, *ex Act. c.* 15, variæ sunt sententiæ. hoc posterius scripsit Onuphr. initio Catalogi ad Platinam. *vide Turrianum lib.* 1. *pro Canon. Apost. c.* 25 *in fine*. De constitutionibus porrò Apostolorum tunc editis, quas octo libris complexus est Clemens Romanus, *vide Genebrar. in Petro.* Profert denique citatus Turrianus canones concilii Antiocheni habiti ab Apostolis, quod Innocentius 1. *Epist.* 18. *ad Alexandrum*, vocat celeberrimum.

36. | 20 *Tiberii.*

Paulus Fabius, & Vitellius.

His Consulibus apparuit in Ægypto phœnix auis, *vt Scribit Tacitus l.* 6. *Annal.* licet *Solin. c.* 36. referat ad Plautii & Papirii Consulatum. quo eodem Consulatu exhibitam Romæ in comitiis (alii in theatro) notat *ex Cornelio Valeriano Genebrardus*, hanc auē describēs. Hoc anno Tiberii 20, *vt testatur Iosephus l.* 18 *Antiquitatum*, obiit Philipp. Iturææ & Trachonitidis Tetrarcha, sine liberis, aut certè filiam tantùm habuit. ex quo eius Tetrachia adiuncta est Syriæ, *apud Lucam Actorum* 9. sequitur historia de conuersione Pauli vel Sauli. de quo in primis nomine, magna est Scriptorū dissēsio, an in Baptismo mutato nomine dictus sit Paulus,

Pauli & baptismus & nomen.

quod significat Ambrosius Sermone 31 editionis Ro. an verò ante Baptismum, vtrumque illi nomen esset: Sed Saulus voce Patria & apud Hebræos, Paulus apud Romanos, & Græcos, aliqua fortè vocis corrupta prolatione, vt probabiliter suspicatur Toletus c. 1. Epist. ad Rom. colligens non duo, sed vnum idemque esse nomen. Cæterùm Saulus pergens Damascum, (vrbs hæc caput est illius Syriæ, in latere montis Libani sita) diuinitus conuertitur, & ab Anania baptizatur. Act. cap. 9. vers. 2. & 18. Die 25 Ianuar. ex Martyrol. Rom Baronius ad hunc annum putat fuisse tunc annorum 35. & illud νεανίας. Act. 7. vers. 58. audacem exponit. Sed de Pauli ætate Lorinus prolixè ad caput illud septimum.

37 | 21 Tiberii. | Nascitur hoc anno Persius Flaccus, insignis Poeta Satyricus, ex Eusebio. Artabanus Parthorum Rex inuasit Armeniam, imò & Cappadociam. Sed dum Artabanus Armeniam tuetur contra Mitridatem, & infeliciter pugnat, Tiridates missus à Tiberio, Artabani regnum occupat. Tacitus lib. 5. Dio. l. 58. Vitellius superioris anni Consul, & nunc Syriæ Proconsul, honorificè exceptus à Iudæis, illis fauet impensè hoc anno. Et permisit stolam Pontificiam seruari in templo, quæ ab aliquot annis in Antonia turri seruabatur, quam olim Hircanus primus extruxerat iuxta templum. Iosephus l. 19 Antiq. c. 6. Idem Vitellius iam tandem Caipham Pontificatu amouit. Ioseph. ibidem. breui Caipham mortē sibi intulisse, notat Clemens Romanus constit. Apost. lib. 8. ca. 1. Paulus post conuersionem, proficiscitur hoc anno in Arabiam, & iterùm reuertitur Damascum, nec nisi post triennium à conuersione venit Hierosolymam: vt ipse ait ad Galatas cap. 1. vers. 17. Malè ergo aliqui scribunt statim post conuersionem iuisse Hierosolymam: sicut nec hoc anno contigerunt illæ Iudæorum insidiæ, de quibus Actorum cap. 9. vers. 23. Profectionem in Arabiam omisit Lucas, vt rem minoris momenti. | Cestius Gallus, & Seruilius Rufus.

38 | 22 Tiberii. | Nascitur hoc anno Domitius Nero, successor Claudii. Sueton. viuebat nunc Appion Grammaticus Alexandrinus, Iudæis infensissimus, in quem scripsit Iosephus; & quem Tiberius cymbalum mundi vocitabat, homo erat, inquit Plinius, sui æstimator supra omnem modestiam. Cappadoces aliqui rebellant, sed mox eos cohibuit Vitellius. Tacitus. Artabanus regnum Parthorum recuperat, pulso Tiridate. Agrippa filius Aristobuli, nepos Herodis senioris, Romæ vinculis mancipatur, quod Caio Imperium esset precatus, & mortem Tiberio. Ioseph. lib. 18 Antiq. c. 8. Agrippa enim hæserat Romæ in officiis, prius quidem Drusi dum viuebat, & nunc Caii. Ex Ioseph. citato. Pilatus accusatur apud Vitellium, Syriæ Proconsulem, crudelitatis & patratæ cædis in Samaritanos. Quare illi amoto, missoque Romam, substituitur Marcellus. Sed antequam Romam veniret, Tiberius obiuit. Ioseph. lib. 18. cap 5. | Plautius, & Papinius seu Papirius.

39 | 1 Caii. | Obiit Tiberius, ætatis anno 78, die 16 Martii, Regni anno 22. M. 7. minus 4 diebus. Succedit, fauore præsertim militum, Caius, ex patre Germanico, neglecto Tiberii testamento, qui alium designauerat. Tacit. Dio, & Suetoni. c. 73. Eodem anno Caius Consul renuntiatur. Sed quia suffectus, ideo hic primus eius Cōsulatus nō ponitur in Fastis. Caius Agrippam soluit è vinculis, & regem constituit, data illi Tetrarchia Philippi (de quo ad annū 36) & altera Lysaniæ. Ioseph. Antiq. lib. 18. cap. 7 & 8. Paulus hoc 3 à conuersione sua anno venit Damasco Hierosolymā. ad Galatas c. 1. vers. 18. idque ad Petrū, velut ad maiorem & seniorem, inquit Chrysost. ibidem. Damasco euasit per fenestram. 2. Corinth. capite 11 in fine, ob insidias in eum, quas narrat Lucas Act. cap. 9. vers. 23. accidisse post dies multos: hoc est triennio à conuersione. Sed en Hierosolymis secundam in Paulum machinationem mortis, Actorum 9. vers. 29. quare post quindecim exactos ibi dies, à fratribus Cæsaream Philippi deducitur, & Tarsum dimittitur. Act. 9. vers. 30. Petrus, reddita pace Ecclesiæ, visitat passim Ecclesias. Act. 9. vers. 31. & Antiochenam Ecclesiam fundat, quam tenuit cathedram ad annum vsque septimum. Eusebi. in Chronico. quod (vt pleraque alia ex Hieronymo supra anno 34) omisit Lucas. Erat Antiochia | Proculus, & Pontius Nigrinus, Ordinarii.

triumphauit. *Tacit.lib.12. Zonaras, Dio lib.* 60. *& Polyd. Verg. initio lib.* 12. Druidæ in Gallia (*de quorum doctrina & Iustitia Cæsar, Mela, & Strabo lib.* 4.) olim humanas hostias litabant. Sed hic ritus ab Imperatoribus Augusto, Tiberio, & nunc etiam à Claudio sensim sublatus est. Iacobus Apostolus filius Zebedæi, Ioan. frater, inter Apostolos protomartyr, occiditur circa tempus Paschale ab Agrippa Herode Rege, *act.* 12. *vers.* 1. quòd ille prædicauerit in Hispania traditio est. Translatio corporis in Hispaniam multorum scriptis est confirmata, *lege Marianam, Vasæum, Moralem, & alios.* idem habent literæ Leonis 3, & Calisti 2. accessit in confirmationem celebritas peregrinationis ab anno Christi præsertim 1120. Petrus coniectus ab eodem Agrippa in carcerem, miraculo liberatur, *Act.* 12. Apostoli ob Agrippæ persecutionem mox dispergendi in Prouincias, nunc putantur Symbolum composuisse, velut vnitatis & fidei Tesseram. *Leo Epist.* 15. *& Ruff. in Præfatione Expositionis Symboli.* Petrus interim visitat Ecclesias. *de cuius peregrinatione lege Metaphrastem die* 29 *Iul. tom.* 3 *Surii.* Cæterùm idem Petrus hoc anno Romam venit. Est ea communis omnium sententia, *post Euseb. in Chro. & Hieron. de Scriptoribus Ecclesiasticis.* qui notant etiam hunc ipsum annum. nec rei huius veritatem negare potuit *Scaliger ad annum Euseb.* 2058. Fames ingens hoc vel sequenti anno Orbem vexat: prædicta ab Agabo Propheta anno præcedente. *Act.* 11. *vers.* 28. quem *Dorotheus in Synopsi* putat vnum è septuaginta discipulis. *Dio lib.* 60, famem hanc refert ad annum Vrbis 795. circa 3 nempe Claudii Consulatum. *Euseb. in Chronologia, & Orosius lib.* 7. *cap.* 6. indicant 4 annum Claudii. Alii 2. nos hic ad inchoantem Claudii annum tertium, sedem ei damus probabilem. De hac fame plura *Iosephus li.* 20. *& Scal. ad annum Euseb.* 2060. hoc tempore collecta Antiochiæ facta est pro Christianis Palestinæ. *Act.* 11. 29. fuitque hæc prima collecta, vnde consuetudo postea Romæ indicendi Collectas. *Leo. Serm.* 2. *& alibi.* De his solicitus est Paulus, *prima Corinth.* 16. Regrediuntur Hierosolymis Antiochiam Paulus & Barnabas, cum Ioanne, qui cognominatus est Marcus, *Act.* 2. *vers.* 25. de hoc Marco *vide infra anno* 45. *&* 46. hoc eodem anno contigit raptus Pauli, de quo ipse *secundæ ad Corinth.* 2. quam scripsit anno Christi 58. ait enim raptum se ante quatuordecim annos.

B

C

Apostolorum Prouinciæ & Martyrium.

SOrtiti prouincias sunt suas, præter eos quos iam recensui, Apostoli etiam reliqui. & quamuis quo potissimum anno plerique eorum fuerint Martyrio coronati incertū sit; sicut etiam inter res præclarè ab illis gestas, notat Baronius *in Martyrol. & ad an.* 44, aliqua referri Apocripha: tamen quæ certiora sunt, aut etiam omninò certa, collegit post alios noster Rabadinera, in libro piè & eruditè edito de vitis Sanctorum. Hic pauca quæ pro instituti ratione subiicio sufficient.

Thomas Apostolus post varias peragratas prouincias, *quas in martyrologio* 21 *Decemb. idem recenset Baronius*: cùm in Indias peruenisset, lanceis confixus Calaminæ martyrium consummauit.

Philippus peragrata Scythia, tandem Hierapoli in Phrygia cruci suffixus obruitur lapidibus. *Martyrol.* 1 *Maii, & citati authores.* In Galliis quoque fuisse aliqui scripserunt.

Bartholomæus post publicatum Indis Euangelium, reuersus in maiorem Armeniam, viuus à barbaris decoriatus capite plectitur. *Martyrol.*

quod significat Ambrosius Sermone 31 *editionis Rō.* an verò ante Baptismum, vtrumque illi nomen esset: Sed Saulus voce Patria & apud Hebræos, Paulus apud Romanos, & Græcos, aliqua fortè vocis corrupta prolatione, *vt probabiliter suspicatur Toletus c.*1. *Epist. ad Rom.* colligens non duo, sed vnum idemque esse nomen. Cæterum Saulus pergens Damascum, (vrbs hæc caput est illius Syriæ, in latere montis Libani sita) diuinitus conuertitur, & ab Anania baptizatur. *Act. cap.* 9. *vers.*2 *&* 18. Die 25 Ianuar. *ex Martyrol. Rom. Baronius ad hunc annum* putat fuisse tunc annorum 35. & illud *νεανίου*. *Act.* 7. *vers.* 58. audacem exponit. Sed de Pauli ætate *Lorinus* prolixè *ad caput illud septimum.*

37 | 21 *Tiberii.* Nascitur hoc anno Persius Flaccus, insignis Poeta Satyricus, *ex Eusebio.* Artabanus Parthorum Rex inuasit Armeniam, imò & Cappadociam. Sed dum Artabanus Armeniam tuetur contra Mitridatem, & infeliciter pugnat, Tiridates missus à Tiberio, Artabani regnum occupat. *Tacitus lib.* 5. *Dio l.* 58. Vitellius superioris anni Consul, & nunc Syriæ Proconsul, honorificè exceptus à Iudæis, illis fauet impensè hoc anno. Et permisit stolam Pontificiam seruari in templo, quæ ab aliquot annis in Antonia turri seruabatur, quam olim Hircanus primus extruxerat iuxta templum. *Iosephus l.*19 *Antiq. c.* 6. Idem Vitellius iam tandem Caipham Pontificatu amouit. *Ioseph. ibidem.* breui Caipham mortē sibi intulisse, notat *Clemens Romanus constit. Apost. lib.* 8. *ca.* 1. Paulus post conuersionem, proficiscitur hoc anno in Arabiam, & iterùm reuertitur Damascum, nec nisi post triennium à conuersione venit Hierosolymam: *vt ipse ait ad Galatas cap.* 1. *vers.* 17. Malè ergo aliqui scribunt statim post conuersionem iuisse Hierosolymam: sicut nec hoc anno contigerunt illæ Iudæorum insidiæ, *de quibus Actorum cap.* 9. *vers.* 23. Profectionem in Arabiam omisit *Lucas*, vt rem minoris momenti. *Cestius Gallus, & Seruilius Rufus.*

38 | 22 *Tiberii.* Nascitur hoc anno Domitius Nero, successor Claudii. *Sueton.* viuebat nunc Appion Grammaticus Alexandrinus, Iudæis infensissimus, in quem scripsit Iosephus; & quem Tiberius cymbalum mundi vocitabat, homo erat, *inquit Plinius*, sui æstimator supra omnem modestiam. Cappadoces aliqui rebellant, sed mox eos cohibuit Vitellius. *Tacitus.* Artabanus regnum Parthorum recuperat, pulso Tiridate. Agrippa filius Aristobuli, nepos Herodis senioris, Romæ vinculis mancipatur, quod Caio Imperium esset precatus, & mortem Tiberio. *Ioseph. lib.* 18 *Antiq. c.* 8. Agrippa enim hæserat Romæ in officiis, prius quidem Drusi dum viuebat, & nunc Caii. *Ex Ioseph. citato.* Pilatus accusatur apud Vitellium, Syriæ Proconsulem, crudelitatis & patratæ cædis in Samaritanos. Quare illi amoto, missoque Romam, substituitur Marcellus. Sed antequam Romam veniret, Tiberius obiuit. *Ioseph. lib.* 18. *cap* 5. *Plautius, & Papinius seu Papirius.*

39 | 1 *Caii.* Obiit Tiberius, ætatis anno 78, die 16 Martii, regni anno 22. M. 7. minus 4 diebus. Succedit, fauore præsertim militum, Caius, ex patre Germanico, neglecto Tiberii testamento, qui alium designauerat. *Tacit. Dio, & Suetoni. c.* 73. Eodem anno Caius Consul renuntiatur. Sed quia suffectus, ideo hic primus eius Cōsulatus nō ponitur in Fastis. Caius Agrippam soluit è vinculis, & regem constituit, data illi Tetrarchia Philippi (de quo ad annū 36) & altera Lysaniæ. *Ioseph. Antiq. lib.* 18. *cap.* 7 *&* 8. Paulus hoc 3 à conuersione sua anno venit Damasco Hierosolymā. *ad Galatas c.* 1. *vers.* 18. idque ad Petrū, velut ad maiorem & seniorem, *inquit Chrysost. ibidem.* Damasco euasit per fenestram. 2. *Corinth. capite* 11 *in fine*, ob insidias in eum, quas narrat *Lucas Act. cap.* 9. *vers.* 23. accidisse post dies multos: hoc est triennio à conuersione. Sed en Hierosolymis secundam in Paulum machinationem mortis, *Actorum* 9. *vers.* 29. quare post quindecim exactos ibi dies, à fratribus Cæsaream Philippi deducitur, *&* Tarsum dimittitur. *Act.* 9. *vers.* 30. Petrus, reddita pace Ecclesiæ, visitat passim Ecclesias. *Act.* 9. *vers.* 31. & Antiochenam Ecclesiam fundat, quam tenuit cathedram ad annum vsque septimum. *Eusebi. in Chronico.* quod (vt pleraque alia ex *Hieronymo supra anno* 34) omisit *Lucas.* Erat Antiochia *Proculus, & Pontius Nigrinus, Ordinarii.*

triumphauit. *Tacit.lib.12.Zonaras,Dio lib.* 60.*& Polyd. Verg. initio lib.* 12. Druidæ in Gallia(*de quorum doctrina & Iustitia Cæsar, Mela, & Strabo lib.* 4.)olim humanas hostias litabant. Sed hic ritus ab Imperatoribus Augusto, Tiberio, & nunc etiam à Claudio sensim sublatus est. Iacobus Apostolus filius Zebedæi,Ioan.frater, inter Apostolos protomartyr, occiditur circa tempus Paschale ab Agrippa Herode Rege, *act.* 12. *vers.* 1. quòd ille prædicauerit in Hispania traditio est. Translatio corporis in Hispaniam multorum scriptis est confirmata, *lege Marianam, Vasæum, Moralem,& alios.* idem habent literæ Leonis 3, & Calisti 2. accessit in confirmationem celebritas peregrinationis ab anno Christi præsertim 1120. Petrus coniectus ab eodem Agrippa in carcerem, miraculo liberatur, *Act,*12. Apostoli ob Agrippæ persecutionem mox dispergendi in Prouincias,nunc putantur Symbolum composuisse,velut vnitatis & fidei Tesseram. *Leo Epist,*15.*& Ruff.in Præfatione Expositionis Symboli.* Petrus interim visitat Ecclesias. *de cuius peregrinatione lege Metaphrastem die* 29 *Iul. tom.* 3 *Surii.* Cæterùm idem Petrus hoc anno Romam venit. Est ea communis omnium sententia, *post Euseb. in Chro.& Hieron. de Scriptoribus Ecclesiasticis.*qui notant etiam hunc ipsum annum.nec rei huius veritatem negare potuit *Scaliger ad annum Euseb.* 2058. Fames ingens hoc vel sequenti anno Orbem vexat: prædicta ab Agabo Propheta anno præcedente. *Act.*11. *vers.*28. quem *Dorotheus in Synopsi* putat vnum è septuaginta discipulis. *Dio lib.*60,famem hanc refert ad annum Vrbis 795. circa 3 nempe Claudii Consulatum. *Euseb.in Chronologia, & Orosius lib.*7.*cap.*6.indicant 4 annum Claudii.Alii 2.nos hic ad inchoantem Claudii annum tertium,sedem ei damus probabilem.De hac fame plura *Iosephus li.*20.*& Scal.ad annum Euseb.* 2060. hoc tempore collecta Antiochiæ facta est pro Christianis Palestinæ. *Act.* 11.29.fuitque hæc prima collecta, vnde consuetudo postea Romæ indicendi Collectas, *Leo. Serm.* 2.*& alibi.* De his solicitus est Paulus, *primæ Corinth.*16. Regrediuntur Hierosolymis Antiochiam Paulus& Barnabas,cum Ioanne,qui cognominatus est Marcus, *Act.*2. *vers.*25. de hoc Marco *vide infra anno* 45.*&* 46. hoc eodem anno contigit raptus Pauli, de quo ipse *secundæ ad Corinth.* 2. quam scripsit anno Christi 58. ait enim raptum se ante quatuordecim annos.

Apostolorum Prouinciæ & Martyrium.

SOrtiti prouincias sunt suas, præter eos quos iam recensui, Apostoli etiam reliqui. & quamuis quo potissimum anno plerique eorum fuerint Martyrio coronati incertũ sit; sicut etiam inter res præclarè ab illis gestas, notat Baronius *in Martyrol.& ad an.* 44, aliqua referri Apocrypha: tamen quæ certiora sunt, aut etiam omninò certa, collegit post alios noster Rabadinera, in libro piè & eruditè edito de vitis Sanctorum. Hic pauca quæ pro instituti ratione subiicio sufficient.

Thomas Apostolus post varias peragratas prouincias, *quas in martyrologio* 21 *Decemb. idem recenset Baronius*: cùm in Indias peruenisset, lanceis confixus Calaminæ martyrium consummauit.

Philippus peragrata Scythia, tandem Hierapoli in Phrygia cruci suffixus obruitur lapidibus. *Martyrol.*1 *Maii, & citati anthores.* In Galliis quoque fuisse aliqui scripserunt.

Bartholomæus post publicatum Indis Euangelium, reuersus in maiorem Armeniam, viuus à barbaris decoriatus capite plectitur. *Martyrol.*

quod significat Ambrosius Sermone 31 *editionis Ro.* an verò ante Baptismum, vtrumque illi nomen esset: Sed Saulus voce Patria & apud Hebræos, Paulus apud Romanos, & Græcos, aliqua fortè vocis corrupta prolatione, *vt probabiliter suspicatur Toletus c.*1. *Epist. ad Rom.* colligens non duo, sed vnum idemque esse nomen. Cæterùm Saulus pergens Damascum, (vrbs hæc caput est illius Syriæ, in latere montis Libani sita) diuinitus conuertitur, & ab Anania baptizatur. *Act. cap.* 9. *vers.* 2 & 18. Die 25 Ianuar. *ex Martyrol. Rom Baronius ad hunc annum* putat fuisse tunc annorum 35, & illud *νεανίου. Act.* 7. *vers.* 58. audacem exponit. Sed de Pauli ætate *Lorinus* prolixè *ad caput illud septimum.*

37 | 21 Tiberii. | Nascitur hoc anno Persius Flaccus, insignis Poeta Satyricus, *ex Eusebio.* Artabanus Parthorum Rex inuasit Armeniam, imò & Cappadociam. Sed dum Artabanus Armeniam tuetur contra Mitridatem, & infeliciter pugnat, Tiridates missus à Tiberio, Artabani regnum occupat. *Tacitus lib.* 5. *Dio l.* 58. Vitellius superioris anni Consul, & nunc Syriæ Proconsul, honorificè exceptus à Iudæis, illis fauet impensè hoc anno. Et permisit stolam Pontificiam seruari in templo, quæ ab aliquot annis in Antonia turri seruabatur, quam olim Hircanus primus extruxerat iuxta templum. *Iosephus l.*19 *Antiq. c.* 6. Idem Vitellius iam tandem Caipham Pontificatu amouit. *Ioseph. ibidem.* breui Caipham mortē sibi intulisse, notat *Clemens Romanus constit. Apost. lib.* 8. *ca.* 1. Paulus post conuersionem, proficiscitur hoc anno in Arabiam, & iterùm reuertitur Damascum, nec nisi post triennium à conuersione venit Hierosolymam: *vt ipse ait ad Galatas cap.* 1. *vers.* 17. Malè ergo aliqui scribunt statim post conuersionem iuisse Hierosolymam: sicut nec hoc anno contigerunt illæ Iudæorum insidiæ, *de quibus Actorum cap.* 9. *vers.* 23. Profectionem in Arabiam omisit *Lucas*, vt rem minoris momenti. | *Cestius Gallus, & Seruilius Rufus.*

38 | 22 Tiberii. | Nascitur hoc anno Domitius Nero, successor Claudii. *Sueton.* viuebat nunc Appion Grammaticus Alexandrinus, Iudæis infensissimus, in quem scripsit Iosephus; & quem Tiberius cymbalum mundi vocitabat, homo erat, *inquit Plinius,* sui æstimator supra omnem modestiam. Cappadoces aliqui rebellant, sed mox eos cohibuit Vitellius. *Tacitus.* Artabanus regnum Parthorum recuperat, pulso Tiridate. Agrippa filius Aristobuli, nepos Herodis senioris, Romæ vinculis mancipatur, quod Caio Imperium esset precatus, & mortem Tiberio. *Ioseph. lib.* 18 *Antiq. c.* 8. Agrippa enim hæserat Romæ in officiis, prius quidem Drusi dum viuebat, & nunc Caii. *Ex Ioseph. citato.* Pilatus accusatur apud Vitellium, Syriæ Proconsulem, crudelitatis & patratæ cædis in Samaritanos. Quare illi amoto, missoque Romam, substituitur Marcellus. Sed antequam Romam veniret, Tiberius obiuit. *Ioseph. lib.* 18. *cap* 5. | *Plautius, & Papinius seu Papirius.*

39 | 1 Caii. | Obiit Tiberius, ætatis anno 78, die 16 Martii, Regni anno 22. M. 7. minus 4 diebus. Succedit, fauore præsertim militum, Caius, ex patre Germanico, neglecto Tiberii testamento, qui alium designauerat. *Tacit. Dio, & Suetoni. c.* 73. Eodem anno Caius Consul renuntiatur. Sed quia suffectus, ideo hic primus eius Cōsulatus nō ponitur in Fastis. Caius Agrippam soluit è vinculis, & regem constituit, data illi Tetrarchia Philippi (de quo ad annū 36) & altera Lysaniæ. *Ioseph. Antiq. lib.* 18. *cap.* 7 & 8. Paulus hoc 3 à conuersione sua anno venit Damasco Hierosolymā. *ad Galatas c.* 1. *vers.* 18. idque ad Petrū, velut ad maiorem & seniorem, *inquit Chrysost. ibidem.* Damasco euasit per fenestram. 2. *Corinth. capite* 11 *in fine*, ob insidias in eum, quas narrat *Lucas Act. cap.* 9. *vers.* 23. accidisse post dies multos: hoc est triennio à conuersione. Sed en Hierosolymis secundam in Paulum machinationem mortis, *Actorum* 9. *vers.* 29. quare post quindecim exactos ibi dies, à fratribus Cæsaream Philippi deducitur, & Tarsum dimittitur. *Act.* 9. *vers.* 30. Petrus, reddita pace Ecclesiæ, visitat passim Ecclesias. *Act.* 9. *vers.* 31. & Antiochenam Ecclesiam fundat, quam tenuit cathedram ad annum vsque septimum. *Eusebi. in Chronico.* quod (vt pleraque alia ex *Hieronymo supra anno* 34) omisit *Lucas.* Erat Antiochia | *Proculus, & Pontius Nigrinus, Ordinarii.*

B

triumphauit. *Tacit.lib.12.Zonaras,Dio lib.* 60.*& Polyd. Verg. initio lib.* 12. Druidæ in Gallia(*de quorum doctrina & Iustitia Cæsar, Mela, & Strabo lib.* 4.)olim humanas hostias litabant. Sed hic ritus ab Imperatoribus Augusto, Tiberio, & nunc etiam à Claudio sensim sublatus est. Iacobus Apostolus filius Zebedæi,Ioan.frater, inter Apostolos protomartyr, occiditur circa tempus Paschale ab Agrippa Herode Rege, *act.* 12. *vers.* 1. quòd ille prædicauerit in Hispania traditio est. Translatio corporis in Hispaniam multorum scriptis est confirmata, *lege Marianam, Vasæum, Moralem,& alios.* idem habent literæ Leonis 3, & Calisti 2. accessit in confirmationem celebritas peregrinationis ab anno Christi præsertim 1120. Petrus coniectus ab eodem Agrippa in carcerem, miraculo liberatur, *Act,*12. Apostoli ob Agrippæ persecutionem mox dispergendi in Prouincias,nunc putantur Symbolum composuisse,velut vnitatis & fidei Tesseram. *Leo Epist.*15.*& Ruff.in Præfatione Expositionis Symboli.* Petrus interim visitat Ecclesias. *de cuius peregrinatione lege* Metaphrastem *die* 29 *Iul. tom.* 3 *Surii.* Cæterùm idem Petrus hoc anno Romam venit. Est ea communis omnium sententia, *post Euseb. in Chro.& Hieron. de Scriptoribus Ecclesiasticis.*qui notant etiam hunc ipsum annum.nec rei huius veritatem negare potuit *Scaliger ad annum* E*useb.* 2058. Fames ingens hoc vel sequenti anno Orbem vexat: prædicta ab Agabo Propheta anno præcedente. *Act.*11. *vers.*28. quem *Dorotheus in Synopsi* putat vnum è septuaginta discipulis. *Dio lib.*60,famem hanc refert ad annum Vrbis 795. circa 3 nempe Claudii Consulatum. E*useb.in Chronologia, & Orosius lib.*7.*cap.*6. indicant 4 annum Claudii. Alii 2.nos hic ad inchoantem Claudii annum tertium,sedem ei damus probabilem. De hac fame plura I*osephus li.* 20. *& Scal.ad annum* E*useb.* 2060. hoc tempore collecta Antiochiæ facta est pro Christianis Palestinæ. *Act.* 11. 29.fuitque hæc prima collecta, vnde consuetudo postea Romæ indicendi Collectas, *Leo. Serm.* 2. *& alibi.* De his solicitus est Paulus, *primæ Corinth.*16. Regrediuntur Hierosolymis Antiochiam Paulus& Barnabas,cum Ioanne,qui cognominatus est Marcus, *Act.*2. *vers.*25. de hoc Marco *vide infra anno* 45.*&* 46. hoc eodem anno contigit raptus Pauli, de quo ipse *secundæ ad* C*orinth.* 2. quam scripsit anno Christi 58. ait enim raptum se ante quatuordecim annos.

C

Apostolorum Prouincia & Martyrium.

SOrtiti prouincias sunt suas, præter eos quos iam recensui, Apostoli etiam reliqui. & quamuis quo potissimum anno plerique eorum fuerint Martyrio coronati incertũ sit; sicut etiam inter res præclarè ab illis gestas,notat Baronius *in Martyrol.& ad an.* 44, aliqua referri Apocripha: tàmen quæ certiora sunt, aut etiam omninò certa, collegit post alios noster Rabadinera, in libro piè & eruditè edito de vitis Sanctorum. Hic pauca quæ pro instituti ratione subiicio sufficient.

Thomas Apostolus post varias peragratas prouincias, *quas in martyrologio* 21 *Decemb. idem recenset Baronius*: cùm in Indias peruenisset, lanceis confixus Calaminæ martyrium consummauit.

Philippus peragrata Scythia, tandem Hierapoli in Phrygia cruci suffixus obruitur lapidibus. *Martyrol.* 1 Maii, *& citati anthores.* In Galliis quoque fuisse aliqui scripserunt.

Bartholomæus post publicatum Indis Euangelium,reuersus in maiorem Armeniam, viuus à barbaris decoriatus capite plectitur. *Martyrol.*

quod significat Ambrosius Sermone 31 *editionis Rō.* an verò ante Baptismum, vtrumque illi nomen esset: Sed Saulus voce Patria & apud Hebræos, Paulus apud Romanos, & Græcos, aliqua fortè vocis corrupta prolatione, *vt probabiliter suspicatur Toletus c.1. Epist. ad Rom.* colligens non duo, sed vnum idemque esse nomen. Cæterùm Saulus pergens Damascum, (vrbs hæc caput est illius Syriæ, in latere montis Libani sita) diuinitus conuertitur, & ab Anania baptizatur. *Act. cap. 9. vers. 2. & 18.* Die 25 Ianuar. *ex Martyrol. Rom. Baronius ad hunc annum* putat fuisse tunc annorum 35 & illud *νεανίου. Act. 7. vers. 58.* audacem exponit. Sed de Pauli ætate *Lorinus* prolixè *ad caput illud septimum.*

37 | 21 Tiberii. — Nascitur hoc anno Persius Flaccus, insignis Poeta Satyricus, *ex Eusebio.* Artabanus Parthorum Rex inuasit Armeniam, imò & Cappadociam. Sed dum Artabanus Armeniam tuetur contra Mitridatem, & infeliciter pugnat, Tiridates missus à Tiberio, Artabani regnum occupat. *Tacitus lib. 5. Dio. l. 58.* Vitellius superioris anni Consul, & nunc Syriæ Proconsul, honorificè exceptus à Iudæis, illis fauet impensè hoc anno. Et permisit stolam Pontificiam seruari in templo, quæ ab aliquot annis in Antonia turri seruabatur, quam olim Hircanus primus extruxerat iuxta templum. *Iosephus l. 19 Antiq. c. 6.* Idem Vitellius iam tandem Caipham Pontificatu amouit. *Ioseph. ibidem.* breui Caipham mortē sibi intulisse, notat *Clemens Romanus constit. Apost. lib. 8. ca. 1.* Paulus post conuersionem, proficiscitur hoc anno in Arabiam, & iterùm reuertitur Damascum, nec nisi post triennium à conuersione venit Hierosolymam: *vt ipse ait ad Galatas cap. 1. vers. 17.* Malè ergo aliqui scribunt statim post conuersionem iuisse Hierosolymam: sicut nec hoc anno contigerunt illæ Iudæorum insidiæ, *de quibus Actorum cap. 9. vers. 23.* Profectionem in Arabiam omisit Lucas, vt rem minoris momenti. — *Cestius Gallus, & Seruilius Rufus.*

38 | 22 Tiberii. — Nascitur hoc anno Domitius Nero, successor Claudii. *Sueton.* viuebat nunc Appion Grammaticus Alexandrinus, Iudæis infensissimus, in quem scripsit Iosephus; & quem Tiberius cymbalum mundi vocitabat, homo erat, *inquit Plinius,* sui æstimator supra omnem modestiam. Cappadoces aliqui rebellant, sed mox eos cohibuit Vitellius. *Tacitus.* Artabanus regnum Parthorum recuperat, pulso Tiridate. Agrippa filius Aristobuli, nepos Herodis senioris, Romæ vinculis mancipatur, quod Caio Imperium esset precatus, & mortem Tiberio. *Ioseph. lib. 18 Antiq. c. 8.* Agrippa enim hæserat Romæ in officiis, prius quidem Drusi dum viuebat, & nunc Caii. *Ex Ioseph. citato.* Pilatus accusatur apud Vitellium, Syriæ Proconsulem, crudelitatis & patratæ cædis in Samaritanos. Quare illi amoto, missoque Romam, substituitur Marcellus. Sed antequam Romam veniret, Tiberius obiuit. *Ioseph. lib. 18. cap 5.* — *Plautius, & Papinius seu Papirius.*

39 | I Caii. — Obiit Tiberius, ætatis anno 78, die 16 Martii, Regni anno 22. M. 7. minus 4 diebus. Succedit, fauore præsertim militum, Caius, ex patre Germanico, neglecto Tiberii testamento, qui alium designauerat. *Tacit. Dio, & Suetoni. c. 73.* Eodem anno Caius Consul renuntiatur. Sed quia suffectus, ideo hic primus eius Cōsulatus nō ponitur in Fastis. Caius Agrippam soluit è vinculis, & regem constituit, data illi Tetrarchia Philippi (de quo ad annū 36) & altera Lysaniæ. *Ioseph. Antiq. lib. 18. cap. 7 & 8.* Paulus hoc 3 à conuersione sua anno venit Damasco Hierosolymā. *ad Galatas c. 1. vers. 18.* idque ad Petrū, velut ad maiorem & seniorem, *inquit Chrysost. ibidem.* Damasco euasit per fenestram. *2. Corinth. capite 11 in fine*, ob insidias in eum, quas narrat *Lucas Act. cap. 9. vers. 23.* accidisse post dies multos: hoc est triennio à conuersione. Sed en Hierosolymis secundam in Paulum machinationem mortis, *Actorum 9. vers. 29.* quare post quindecim exactos ibi dies, à fratribus Cæsaream Philippi deducitur, & Tarsum dimittitur. *Act. 9. vers. 30.* Petrus, reddita pace Ecclesiæ, visitat passim Ecclesias. *Act. 9. vers. 31.* & Antiochenam Ecclesiam fundat, quam tenuit cathedram ad annum vsque septimum. *Eusebi. in Chronico.* quod (vt pleraque alia ex *Hieronymo supra anno* 34) omisit *Lucas.* Erat Antiochia — *Proculus, & Pontius Nigrinus, Ordinarii.*

B

triumphauit. *Tacit.lib.12. Zonaras, Dio lib.* 60. *& Polyd. Verg. initio lib.* 12. Druidæ in Gallia (*de quorum doctrina & Iustitia Cæsar, Mela, & Strabo lib.* 4.) olim humanas hostias litabant. Sed hic ritus ab Imperatoribus Augusto, Tiberio, & nunc etiam à Claudio sensim sublatus est. Iacobus Apostolus filius Zebedæi, Ioan. frater, inter Apostolos protomartyr, occiditur circa tempus Paschale ab Agrippa Herode Rege, *act.* 12. *vers.* 1. quòd ille prædicauerit in Hispania traditio est. Translatio corporis in Hispaniam multorum scriptis est confirmata, *lege Marianam, Vasæum, Moralem, & alios.* idem habent literæ Leonis 3, & Calisti 2. accessit in confirmationem celebritas peregrinationis ab anno Christi præsertim 1120. Petrus coniectus ab eodem Agrippa in carcerem, miraculo liberatur, *Act.* 12. Apostoli ob Agrippæ persecutionem mox dispergendi in Prouincias, nunc putantur Symbolum composuisse, velut vnitatis & fidei Tesseram. *Leo Epist.* 15. *& Ruff. in Præfatione Expositionis Symboli.* Petrus interim visitat Ecclesias. *de cuius peregrinatione lege Metaphrastem die 29 Iul. tom.* 3 *Surii.* Cæterùm idem Petrus hoc anno Romam venit. Est ea communis omnium sententia, *post Euseb. in Chro. & Hieron. de Scriptoribus Ecclesiasticis.* qui notant etiam hunc ipsum annum. nec rei huius veritatem negare potuit *Scaliger ad annum Euseb.* 2058. Fames ingens hoc vel sequenti anno Orbem vexat: prædicta ab Agabo Propheta anno præcedente. *Act.* 11. *vers.* 28. quem *Dorotheus in Synopsi* putat vnum è septuaginta discipulis. *Dio lib.* 60, famem hanc refert ad annum Vrbis 795. circa 3 nempe Claudii Consulatum. *Euseb. in Chronologia, & Orosius lib.* 7. *cap.* 6. indicant 4 annum Claudii. Alii 2. nos hic ad inchoantem Claudii annum tertium, sedem ei damus probabilem. De hac fame plura *Iosephus li.* 20. *& Scal. ad annum Euseb.* 2060. hoc tempore collecta Antiochiæ facta est pro Christianis Palestinæ. *Act.* 11. 29. fuitque hæc prima collecta, vnde consuetudo postea Romæ indicendi Collectas. *Leo. Serm.* 2. *& alibi.* De his solicitus est Paulus, *prima Corinth.* 16. Regrediuntur Hierosolymis Antiochiam Paulus & Barnabas, cum Ioanne, qui cognominatus est Marcus, *Act.* 2. *vers.* 25. de hoc Marco *vide infra anno* 45. *&* 46. hoc eodem anno contigit raptus Pauli, de quo ipse *secundæ ad Corinth.* 2. quam scripsit anno Christi 58. ait enim raptum se ante quatuordecim annos.

C

Apostolorum Prouinciæ & Martyrium.

SOrtiti prouincias sunt suas, præter eos quos iam recensui, Apostoli etiam reliqui. & quamuis quo potissimum anno plerique eorum fuerint Martyrio coronati incertũ sit; sicut etiam inter res præclarè ab illis gestas, notat Baronius *in Martyrol. & ad an.* 44, aliqua referri Apocripha: tamen quæ certiora sunt, aut etiam omninò certa, collegit post alios noster Rabadinera, in libro piè & eruditè edito de vitis Sanctorum. Hic pauca quæ pro instituti ratione subiicio sufficient.

Thomas Apostolus post varias peragratas prouincias, *quas in martyrologio 21 Decemb. idem recenset Baronius*: cùm in Indias peruenisset, lanceis confixus Calaminæ martyrium consummauit.

Philippus peragrata Scythia, tandem Hierapoli in Phrygia cruci suffixus obruitur lapidibus. *Martyrol.* 1 *Maii, & citati authores.* In Galliis quoque fuisse aliqui scripserunt.

Bartholomæus post publicatum Indis Euangelium, reuersus in maiorem Armeniam, viuus à barbaris decoriatus capite plectitur. *Martyrol.*

34 | 18 Tiberii

Chrysost. Homil. 87. *in Ioan.* idque die 27 Decembris, *ex Beda in Martyrol.* hâc candem ordinationem *ex Clemente docet Eusebius lib.* 2. *Hist. cap.* 1. *lege Epist. Anacleti ad Episcopos* Italiæ *Tom* 1 *Conciliorum.* vbi de ordinatione Episcopi à tribus Episcopis facienda, exemplo hoc Petri differitur. Cæterùm omissum fuit hoc à Luca, vt multa alia, *teste Hierony. in cap.* 2. *Epist. ad Galatas.*

DE FESTIS DIEBUS NUNC *per Apostolos institutis.*

MEntiuntur Centuriatores, *Cent.* 2. *c.* 6. *Col.* 119. asserentes nullam festorum dierum tempore Apostolorum, & vix etiam primis Ecclesiæ sæculis extare mentionem. Nam de instituto Paschatis die festo ab Apostolis, fidem faciunt *Clem. lib.* 8. *Constit. Apost. cap.* 33. *& Can. Apost.* 68. *& August. Epist.* 118. *ad Ianuar.* imò de Octaua Paschatis *Clem. lib* 5. *constit. Apost. c.* 18. quo etiam loco, *& lib.* 8. *c.* 33, dat festum ascensionis, vna cum Augustino Epist. iam citata. Ex apostolicis porrò constitutionibus prodiisse solemnitatem Pentecostes habemus *ex Augustino eadem Epist. Clemente lib* 5. *constit. Apost. c.* 18. *vide Tertul. lib. de Coro. mil. c.* 3 *&* I*ustinum lib. qq. à gentibus positarum. q.* 115. posteriora tempora plena sunt testibus huius veritatis.

35 | 19 Tiberii | Galba, & Cornelius Sylla.

In hunc annum post Resurrectionem, incidit Epistola à Pilato missa ad Tiberium de Christi miraculis, rebusque ab eo gestis. quam rem testantur *Tertul. in Apol. cap.* 5 *&* 21. *Orosius lib.* 7. *cap.* 4. *Greg. Turonensis lib.* 1. *Hist. cap.* 24 *& alii.* an tamen illa ipsa sit Epistola non mutata, quam refert *Egesippus in sua Anacephaleosi de morte Christi*, meritò dubitauit grauis scriptor *Cardinalis Baronius.* tunc Christianum nomen displicuisse Senatui, & placuisse Tiberio, narrat *idem Tertull.* addens comminatum Cæsarem periculum, accusatoribus Christianorum. Certè hoc eodem anno ita grassatum Tiberium in Senatorium ordinem, vt vix suppeterent Senatores, testantur *Tacitus lib.* 5. *& Dio lib.* 58. Lapidato Stephano, oritur persecutio Ecclesiæ. *Act.* 8. *vers.* 1. A

Dispersi sunt discipuli (præter Apostolos) per regiones Iudææ & Samariæ. *Act.* 8. *vers.* 1. & per Phœniciam, Cyprum, & Antiochiam. *Act. cap.* 11. *vers.* 19. crescente nimirum per huiusmodi persecutiones Ecclesia. Philippus Diaconus concionatur in Samaria, magnis editis miraculis. Vbi inter alios baptizatur Simon Magus. *Act. c.* 8. *vers.* 5. 7. 9. *&* 13. ideò mittuntur eò Petrus & Ioan. hoc est, rogati sunt, velut primarii, *ibidem vers.* 14. nec tamen ideo Petrus cæteris minor est: sicut nec Filius est minor Patre, quia missus, vt putauit Arrius, sed venit ex communi & concordi voluntate, cum connotatione originis, *vt loquuntur Scolastici.* In hac ad Samaritanos missione, dabatur Spiritus Sanctus per manuum impositionem. *Actorum c.* 8. *vers.* 17. quo loco Confirmationis Sacramentum agnoscunt Catholici interpretes, post *Cyprianum Epistola* 73 *ad Iubaianum*, *Hieronymus libro contra Luciferian. & tandem Concilia Florentinum & Tridentinum.*

Missio Petri.

Confirmationis Sacramentum.

Nascitur Prima Hæresis Simoniacorum de emptione Spiritualium. *Act. c.* 8. *vers.* 18 *&* 20. à Simone Mago nomen accipiens: quòd primus in lege Euangelica id attentauerit. alioquin ante eum Giesi etiam venditor fuit. hic veró & emptor & venditor esse voluit. damnatur hæresis hæc à Petro, vt à capite. *Actorum* 8. *vers.* 20. Hæresis in hoc videtur fuisse, quòd existimaret Simon gratiam diuinam prætio æstimabilem. B

Heresis prima.

Redeunte Petro Hierosolymam, remansit Philippus Diaconus, qui Angeli monitu Eunuchum instruxit, & baptizauit: *Act. c.* 8. *vers.* 26. hunc fuisse Proselytum ferè receptum est. Ille suis Euangelium postea egregiè annunciauit. *Irenæus lib.* 3. *c.* 12. *Dorotheus in Synopsi* Martyrem facit. Cæterùm è

Philippus Diaconus.

rum è Samaria versus Gazam, quò dirigebatur Philippus, iter rectà est ad meridianum. Erat Gaza (cum Azoto) vna è celebrioribus Palæstinorum vrbibus, in via è Iudæa in Ægyptum, & Æthiopiam Eunuchi Patriam, & Candacis regnum, quam tempore Tiberii regnasse *scribit Stra. l.17.* Philippus hic non Apostolus, sed Diaconus erat. qua in re à multis erratum est, qui & hos duos confundunt, & quatuor Philippi Diaconi filias Apostolo adscribunt. *lege Lorinum nostrum Act. 9. vers.* 40. Hoc eodem anno facta dispersione, putantur Magdalena & socii iuisse Massiliam, & Ananias Damascum. *Consule Baronium* hunc Ananiam, qui Paulum postea baptizabit, *Oecum. in Act. & Dorotheus in synopsi*, scribunt fuisse vnum è 70 discipulis: imò & Damasci Episcopum *addit Dorotheus: vide Martyrol. Rom.* 26. *Ian.*

Magdalena, & Ananias.

DE PRIMIS ECCLESIÆ CONCILIIS.

QVamuis non desint qui primum Ecclesiæ Christianæ cōcilium dent. illud quod habuerunt Apostoli anno Christi 51, vti ibidē recenseo: priores tamen Apostolorū cōuentus, aliqui concilia dixerunt. Ex his, primum putatur illud de quo *Actor. c.* 1. vbi præsentibus Apostolis & 120 discipulis, statim post Ascensionem Hierosolymis decernitur de Mathia eligendo Apostolo. Alterum refertur *ex Act. c.6.* Hierosolymis similiter habitum (inter Christi ascensum in cœlos & Pauli conuersionem) de electione septem Diaconorum, in quibus erat Stephanus. vtriusque concilii meminit *Baronius anno* 34. *nu.* 237. & 283. Sed in his conciliis de personis tantum actum videtur; non vero de rebus fidei definiendis. *vide similia ad an.* 548. Tertium dicitur illud habitum (vt recensui anno Christi 51) Hierosolymis, ad decernendum essetne Christianis necessaria circumcisio, & legalium obseruatio conuersis ad fidem gentilibus. De qua re D. Lucas *Act. c.* 15. & *Gal.* 2. Hæc aduersus Cerinthum est agitata quæstio, qui Petro restitit, & circumcisionem cum Baptismo, ac Iudaismum cum lege Christiana miscebat. *ex Epiph. Her.* 28. Quartum denique refertur ex *Act. c.* 21, habitum anno Christi 58. de quæstione an saltem ad tempus expediret permittere vsum legalium, vt sic cum honore sepeliretur synagoga. *de qua re Baron. an.* 58. *nu.* 118.

Cæterùm si omnes Apostolorum conuentus ad definiendum aliquid habiti, debent vocari concilia; sanè plura quàm quatuor reperientur. Nam anno 44 Christi, conuenerunt antequam discederent in prouincias ad Symbolum edendum, vti ad eum annum obseruo. An vero etiā tunc editi sint canones Apostolorum, vt putauit Genebrardus; an potius in concilio illo tertio, *ex Act. c.* 15, variæ sunt sententiæ. hoc posterius scripsit Onuphr. initio Catalogi ad Platinam. *vide Turrianum lib.* 1. *pro Canon. Apost. c.* 25 *in fine.* De constitutionibus porrò Apostolorum tunc editis, quas octo libris complexus est Clemens Romanus, *vide Genebrar. in Petro.* Profert denique citatus Turrianus canones concilii Antiocheni habiti ab Apostolis, quod Innocentius I. *Epist.* 18. *ad Alexandrum*, vocat celeberrimum.

36. | 20 *Tiberii.*

His Consulibus apparuit in Ægypto phœnix auis, *vt Scribit Tacitus l.* 6. *Annal.* licet *Solin. c.* 36. referat ad Plautii & Papirii Consulatum. quo eodem Consulatu exhibitam Romæ in comitiis (alii in theatro) notat *ex Cornelio Valeriano Genebrardus*, hanc auē describēs. Hoc anno Tiberii 20, *vt testatur Iosephus l.* 18 *Antiquitatum*, obiit Philipp. Ituræ & Trachonitidis Tetrarcha, sine liberis, aut certè filiam tantùm habuit. ex quo eius Tetrachia adiuncta est Syriæ, *apud Lucam Actorum* 9. sequitur historia de conuersione Pauli vel Sauli. de quo in primis nomine, magna est Scriptorū dissēsio, an in Baptismo mutato nomine dictus sit Paulus,

Paulus Fabius, & Vitellius.

Pauli & baptismus & nomen.

B

triumphauit. *Tacit.lib.12.Zonaras,Dio lib.* 60.*& Polyd. Verg. initio lib.* 12. Druidæ in Gallia(*de quorum doctrina & Iustitia Cæsar*, *Mela*, *& Strabo lib.* 4.)olim humanas hostias litabant. Sed hic ritus ab Imperatoribus Augusto, Tiberio, & nunc etiam à Claudio sensim sublatus est. Iacobus Apostolus filius Zebedæi,Ioan.frater, inter Apostolos protomartyr, occiditur circa tempus Paschale ab Agrippa Herode Rege, *act.* 12. *vers.* 1. quòd ille prædicauerit in Hispania traditio est. Translatio corporis in Hispaniam multorum scriptis est confirmata , *lege Marianam*, *Vasæum*, *Moralem,& alios.* idem habent literæ Leonis 3, & Calisti 2. accessit in confirmationem celebritas peregrinationis ab anno Christi præsertim 1120. Petrus coniectus ab eodem Agrippa in carcerem, miraculo liberatur, *Act,*12. Apostoli ob Agrippæ persecutionem mox dispergendi in Prouincias,nunc putantur Symbolum composuisse,velut vnitatis & fidei Tesseram. *Leo Epist.*15.*& Ruff.in Præfatione Expositionis Symboli.* Petrus interim visitat Ecclesias. *de cuius peregrinatione lege Metaphrastem die* 29 *Iul. tom.* 3 *Surii.* Cæterùm idem Petrus hoc anno Romam venit. Est ea communis omnium sententia ,*post Euseb. in Chro.& Hieron. de Scriptoribus Ecclesiasticis.*qui notant etiam hunc ipsum annum.nec rei huius veritatem negare potuit *Scaliger ad annum Euseb.* 2058. Fames ingens hoc vel sequenti anno Orbem vexat: prædicta ab Agabo Propheta anno præcedente. *Act.*11. *vers.*28. quem *Dorotheus in Synopsi* putat vnum è septuaginta discipulis. *Dio lib.*60,famem hanc refert ad annum Vrbis 795. circa 3 nempe Claudii Consulatum. *Euseb.in Chronologia*, *& Orosius lib.*7.*cap.*6.indicant 4 annum Claudii.Alii 2.nos hic ad inchoantem Claudii annum tertium,sedem ei damus probabilem.De hac fame plura *Iosephus li.*20. *& Scal.ad annum Euseb.* 2060. hoc tempore collecta Antiochiæ facta est pro Christianis Palestinæ. *Act.* 11. 29.fuitque hæc prima collecta, vnde consuetudo postea Romæ indicendi Collectas. *Leo. Serm.* 2. *& alibi.* De his solicitus est Paulus, *prima Corinth.*16. Regrediuntur Hierosolymis Antiochiam Paulus& Barnabas,cum Ioanne,qui cognominatus est Marcus, *Act.*2. *vers.*25. de hoc Marco *vide infra anno* 45.*&* 46. hoc eodem anno contigit raptus Pauli, de quo ipse *secunda ad Corinth.* 2. quam scripsit anno Christi 58. ait enim raptum se ante quatuordecim annos.

C

Apostolorum Prouinciæ & Martyrium.

SOrtiti prouincias sunt suas, præter eos quos iam recensui, Apostoli etiam reliqui. & quamuis quo potissimum anno plerique eorum fuerint Martyrio coronati incertũ sit; sicut etiam inter res præclarè ab illis gestas, notat Baronius *in Martyrol.& ad an.* 44, aliqua referri Apocripha : tamen quæ certiora sunt, aut etiam omninò certa, collegit post alios noster Rabadinera, in libro piè & eruditè edito de vitis Sanctorum. Hic pauca quæ pro instituti ratione subiicio sufficient.

Thomas Apostolus post varias peragratas prouincias , *quas in martyrologio* 21 *Decemb. idem recenset Baronius*: cùm in Indias peruenisset, lanceis confixus Calaminæ martyrium consummauit.

Philippus peragrata Scythia, tandem Hierapoli in Phrygia cruci suffixus obruitur lapidibus. *Martyrol.*1 *Maii, & citati anthores.* In Galliis quoque fuisse aliqui scripserunt.

Bartholomæus post publicatum Indis Euangelium, reuersus in maiorem Armeniam, viuus à barbaris decoriatus capite plectitur. *Martyrol,*

24 Aug. *Baron. ibid. & Hierony. Catal. in Bartolomaeo.* De eius corpore vide infra anno 1000.

De Andrea Apostolo vide an. Christi 69. De Barnaba vide *an.* 41. 51. & 485. *Martyrol. Rom.* 11 *Iunii & authores alios citatos.*

Iudas Apostolus, dictus etiam Thadaeus frater Iacobi minoris scripsit Epistolam, de qua ad an. 68. post enunciatum in Macedonia Euangelium venit in Persidem ibi Simoni Apostolo occurrit; & ambo post mira edita, & disseminatam Christi fidem, martyrii gloriam adepti sunt. *Martyrol.* 28 *Octob. Baron. ibid.*

Mathias Apostolus vt Martyrologia referunt, martyrio etiam coronatus est *Baron.* 24 *Feb. Rabadin. & idem Baron. an.* 44. *nu.* 41.

Mathaeus scripsit Euangelium primus, anno Christi 41, vt ibi noto. *Iren. lib* 3. *c.* 1. *Athana. in Synopsi. & Euseb. hist. lib.* 6. *c.* 19. Hic Hirtaci regis iussu, dum missam celebraret, occubuit pro fide. *Martyrol.* 21. *sep. Baron. Rabadin.*

De reliquis Apostolis Iacobo Minore, Ioanne Euangelista, Petro & Paulo, prolixiorem damus narrationem. quam vide suis locis, & annis quos dat index.

APOSTOLICAE SEDIS
Romanae initium.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Consules
45.	1 Petri.	3 Claudii	Claud. 5. & Vitellius 2.

PEtrus Romanam instituit Ecclesiam, & Sedē Pontificiam ibidem erigit decimo octauo Ianuarii. *Euseb in Chro. Hierony. in Catal. & praeter Romanum Martyrol. Patrum de hac re conciones fidem amplissimam faciunt.* Cathedra lignea adhuc Romae est in honore, nobilitata miraculis. Sic ergo Sedem ibi firmat, Christi, non quidem successor (non enim habet successorem, cum aeternum maneat eius Sacerdotium) sed vicarius Petrus. atque ita, nemine dempto, sensit tota antiquitas. Meritò porrò Romae, vnde Ecclesia, vel sic, appareret magis Catholica seu vniuersalis: nempe indè aliquando imperans, vbi esset Vrbs illa Orbi communis, & Orbis Epitome, *vt loquitur Dio*: ac vt ibi sedem praecipuam haberet Euangelium (secundum hoc, generale, & vltimum remedium contra Idololatriam & peccata) vbi Idololatriae & Sathanae sedes primaria, dominatum obtinebat. Petrus nunc quoque Euodium, Antiochenum Episcopum plenè fecit. *Euseb. in Chro. & Nicephor.* Scribit praeterea hoc anno primam suam Epistolam. Nam mentionem facit Marci adhuc secum commorantis, *de quo anno sequenti.* & scripta putatur Romae, *vt indicat caput* 5. Vbi per Babylonem omnes Romam intelligunt. Idem Marcus, vnus certè ex septuaginta duobus discipulis, Petri socius & interpres, scribit Euangelium Romae, quod Petrus probans, tradit Ecclesiis, *Euseb. lib* 2. *hist. c.* 14. Ex *Papia* Graecè scriptum, putat *Hierony. Epist.* 123 alii Latinè. Romae scriptum, *ait Athanasius in Synopsi*: & secundùm quòd acceperat Marcus à Petro, *ait Euseb. lib.* 3. *cap. vlt.* Nunc tantùm obiisse aliqui putant Titum Liuium Historicum. florebant eodem tempore Domitius Afer, & Messala Oratores, Lucanus, Palaemon Grammaticus, & Seneca Poeta Tragicus & Philosophus, institutor Neronis.

A

B

Orientis metropolis,& metiebantur adhuc Ecclesiarum sedes iuxta prærogatiuas prouinciarum. Syria autem erat Orientis prima præfectura. Vnde sedes Alexandrina postea instituta cœpit præferri: quia erat in præfectura Augustali. *Vide Hieron. Epist.* 61. Solet aliquando Euodius vocari primus Antiochenus Episcopus: sed hoc intellige post Petrum. Inepta est Vignerii coniectura ad annum Christi 39, fundatam hanc sedem à Barnaba & Paulo, quód eò primi venissent. Rei huius veritatem testantur qui sequuntur, *Eusebii in Chronico.* Accedunt *Damas. in Pontificali, Greg. l.* 6. *Epist.* 17. *& alii.* Errauit sanè *Onuphrius*, qui non nisi post Romanam sedem putauit fundatam Antiochenam.

40 | 2 Caii. | *Caius 2. & Apronius. Ordinarii.* A

Hos Consules Baronius ex Dione transponit in sequentem annum. tamen ad hunc Caii annum secundum eos referunt per multi. *lege Frontinum l.* 2. *& quæ dixi Tom.* 1. *in præfat. ad Fastos Coss.* Soemus, Arabum rex constituitur à Caio; & Cotys Darii filius, Rex minoris Armeniæ, ac demùm Polemon Rex Ponti, *Dio l.* 59. Germaniæ pòpuli post auditam Tiberii mortem inuadunt Pannoniam, Mœsiam, & Galliam. Petronius, in Iudæa succedit Marcello sub Vitellio. Iosep. lib. 18. ant. c. 11 ait Syriæ quoq; præfectura donatū loco Vitellii, de quo an. 42. Hoc eodē anno Agrippa rex Roma discedens mirè illuditur in Ægypto. vbi crescente tumultu, Iudæi clade ingenti afficiuntur, Flacco Præside Alexandrino. quē postea Caius alia ex causa castigauit. *Philo in Flaccum.* Herodes Antipas Tetrarcha (qui Christum contempsit, & Ioannem Baptistam occidit) & Herodias vxor, spe maiorū eunt ad Caiū. Sed accusati per literas Agrippæ de proditione Imperii, detractâ illis Tetrarchiâ, relegātur Lugdunū Galliæ exilio perpetuo. *Iosephus l.* 18 *Antiq. c.* 8. Eius Tetrarchiā regno Agrippæ adiecit Caius, non tamen, vt aliqui putârunt, Iudæā quæ iādiu antea erat sub Syria, *vt supra ad annum* 16. Petrus iam ferè biennio visitans Ecclesias, venit Lyddā in littore maris Palæstinæ sitam. Vbi Æneā sanat à Paralysi. Græcus textus *Αἰνέαν* habet. *Αἰνείας* Virgilianus est. Postea Petrus vicinam Ioppen peruenit, vbi Tabitham excitat à morte, & multi credunt Euangelio. *Act. c.* 9. Sestius tempore belli Iudaici, Lyddam hanc incendit. & restaurata dicta est Diospolis, *ex Hierony. de locis Hebraicis.* Vbi etiam testatur Saronam, *de qua citatus Luc.* esse regionem Lyddæ vicinam. Tabitham illam *Lucas* Græcè Dorcada interpretatur, Latinè Damam vel capream significat. *Mela* putat Ioppen ante diluuiū extitisse, postea tamen à Iaphet filio Noe instauratam, accepisse hoc nomen. nunc vulgò variè nominatur, Iapha, Iaphe, Iaphet, & Iopho. à Venetis Zapho vocatur: portus est, in quem descendunt primùm, qui ad Terram Sanctam ex Europa peregrinantur.

B

41 | 3 Caii. | *Aquillius, & Nonius.* A

Caius ingentem parat Classem, & quam aliqui Xerxis classi æquandam putârunt, vt sic ille terrori esset Barbaris, Rom. Imperium infestantibus. Sed totus hic apparatus in nihilum tandem recidit: & ipse insaniens, se vt Deum adorari præcepit, exstrui templa in suum honorem, & dedicari statuas. vnamque in tēplo Hierosolymit. collocari. *de quibus Ioseph. Antiq. lib.* 18. *cap.* 11. Apud *Lucam* sequitur historia de Cornelio (quem aliqui & Italum, & nobilē Romanū putant) Centurione cohortis collectæ ex Italis militibus, apud Cæsaream Palæstinæ. Visionem Cornelio vigili & clara die factā, alterāq; Petro, & Petri excessum seu *ἔκστασιν* narrat *D. Lucas Act.* 10. *vers.* 3 *&* 10. nunc ergo Petrus omnium primus, Dei monitu, aperit ostium gentilibus Cæsareæ, & Cornelium baptizat omnium primum, obstupescentibus ex Circumcisione fidelibus, agnoscitque Petrus vocari Gentes ad fidem. *Actorum* 10. *vers.* 34. Petro Hierosolymam reuerso, fideles ex Circumcisione disceptant aduersus eum, quòd Gentiles adiisset. Sed facti ratione reddita conquiescunt. *Act. cap.* 11. Commotionis in Petrum authorem *Epiph. hæresi* 28, putat es-

B

quam à multo tempore confœderatis & sociis Romanorum potestatem fecit, vt possent etiam Romæ Magistratum gerere, idque circa hunc annum concessisse videtur. *Tacit lib.* 11. datum id fœderi antiquo est, *loquitur Tacitus*, & imprimis Heduis. A

Iudæi pelluntur Roma. *Suet. in Claudio cap.* 25. *Act. c.* 18. *v.* 2. *& Oros. lib.* 7. *cap.* 6. Petrus vel nunc, vel anno præcedente Roma discedens, interest Concilio Hierosolymitano, *Act.* 15. *vers.* 7. quod hoc anno celebratum est. Orta enim est Antiochiæ Syriæ de Circūcisione, & legalibus controuersia, missis inde Paulo, & Barnaba pro vna dissentientiū parte Hierosolymā. quæstio erat, an essent ad obseruanda legalia obligandi conuersi. gẽtiles. *Act.* 15. *Galat.* 2. Cherinthus excitat hanc tragœdiam. *Epiph. hæresi* 28. Petrus sententiæ prærogatiuâ, & primus dicit, & rem definit. sequūtur alij. *Hierony. Epist* 89. *& Act.* 15. Actū hîc solum est de Ceremonialibus, vt vocant, præceptis. quod satis declarat Concilij decretum, *Vers.* 20, *&* 29. Sanè moralis lex non erat Iudæorū propria, cùm contineat naturalia præcepta, quæ sunt omnibus communia: neque vlla hîc exemptio à morali lege, bonisque operibus, aut proposita est à Paulo, *(Vt ineptè somniauit Caluinus)* aut concessa à Concilio. quis enim credet Spiritum Sanctum ibi præsidentem, *ex vers.* 28, laxasse vitiis fræna? Cæterùm placuit toti Concilio quod proposuit Iacobus; Sanè, quia & Petro. in quo malè *Abulensis in cap.* 17. *Math. q.* 13. *ad* 1. prohibent ergo communi consensu Apostoli, Idololatriam Gentibus conuersis. Speciatim autē fornicatio prohibetur, quòd videretur alioqui licita apud Gentes. addunt suffocatum & sanguinem prohiberi, aut quia cibus dæmonum & dæmonibus dicatus vulgo putabatur, sicque erat in vsu; *ex Origene lib.* 8. *contra Celsum*: aut quia immolatitia hæc, communiter erant. Verùm iam à multis sæculis cessauit huius decreti & legis causa. B

Soluto concilio Petrus, & Paulus Antiochiam veniunt, vbi celebris illa inter eos nata dissensio, quæ diu *Augustinū* exercuit. *Epist.* 9 *& deinceps, atque iterùm ab Epistola* 89 latè tractatur à *Baronio*. mox alia contigit Pauli, & Barnabæ dissensio, παροξυσμὸν vocat *Lucas*, idq; ob Ioānē cognomēto Marcū. *Act.* 15. *v.* 39. Salua tamē sẽper charitate, *ex Chrys. hom.* 34. *in Acta.* Marcus erat Barnabæ consobrinus. *Ex Colossen.* 4. & nunc quidem nauigat Cyprum cū Barnaba, *citato versu* 39. Posteà verò egregiè etiam Paulum iuuit, *ad Coloss.* 4. *v.* 10 *&* 2. *ad Timoth.* 4. *v.* 11. & hactenus de Barnaba *Lucas*. Barnabæ Acta apocrypha, quæ circumferuntur, reiiciuntur ab omnibus. Sed nec author fuit Barnabas Epistolę ad Hebræos, vt malè putauit *Tertull. lib. de Pudicitia c.* 20. Veriora sunt quę sequuntur. Barnabas stabilitis Cypri Ecclesiis venit in Italiam, & Mediolanensem erigit Ecclesiam: *ex traditione certa illius Ecclesiæ*, licet de anno erectionis non omnino constet. C

Paulus peragrans Ecclesias cum Sila in Syria & Cilicia, præcipit custodiri seniorum decreta atque Apostolorum, & non tantum Euangelium. *Actorum* 15. *vers.* 41. & inter alia decretum cōmendat Concilii Hierosolymitani, *cap.* 16. *Act. vers.* 4. Idē Paulus Timoth. filium viduæ fidelis, patre Gentili, assumit & circumcidit, ad lucrandos Iudæos. *Act.* 16. *vers.* 3. Circumcidit vt Circumcisionem tollat, *inquit Chrysost. in Acta. Homil.* 24. Spiritus Sanctus vetat loqui verbum Dei in Asia. Philippis Lydia purpuraria conuertitur. Pythonissa liberatur. virgis cæduntur Paulus & Silas, miraculo liberātur. *Act.* 16. *vers.* 23. *&* 26. Iter hoc Pauli ex Asia in Macedoniam *habet Lucas ibidem vers.* 11. *&* 12. nempe à Troade in Samothraciā, quæ insula est è regione Thraciæ. Inde Neapolim Macedoniæ vrbem, primò obuiam veniē- D

tibus è Thracia. atque inde venit Paulus Philippos, principium Macedoniæ est.& Romanorum colonia.*vers.*12.ibi extra vrbem die Sabbati,ipse & Silas in locũ veniunt, vbi Iudæi conuenientes orabant.qualia eos habuisse passim loca *narrat Epiph. hæres.* 80. & quę *apud Philonem* προσευχὰς non semel reperies vocari.

Atque hic iam conuersa Christum baptizatur Lydia illa *vers.* 14. mulier è ciuitate Thiatyra (quæ est prouinciæ Lydiæ seu Mœoniæ vrbs)de qua *in Apocal.c.*2.*vers.*18.non longè ab Ephеso. Pithonissam hanc fuisse puellam à dæmone obsessam plurium sententia est *ad vers.*16. liberatur illa; carceri mancipatur Paulus cum socio. attonitos miraculo custodes carceris, Paulus iubet credere, vt saluentur. Et ne putet *Caluinus*,exclusa reliqua præter fidem solam,instituuntur,*versiculo* 32, quid & credere,& agere debeant. Nunc Lucam primùm Paulo adhæsisse *colligit hic Baronius*.Nunc etiam Paulus & Silas Philippis egressi & per Amphipolim atque Apolloniam vicinas vrbes in Macedonia. Thessalonicam venientes,multos ad Christiana sacra conuertunt,vexanturque.*Act.c.*17.*v.*1.*&* 3.*&* 1 *ad Thessalonicenses* 1. Thessalonica vrbe (quæ est inter primas Macedoniæ) Iudæis turbas nouas concitantibus,veniunt in Beræam.non longè abest à Pella Alexandri magni patria.Hic multis ad Christum cõuersis etiam nobilibus. Iudæi turbas iterum cient & Paulus Athenas cogitat.*Actorum cap.*17.*vers.*11.*&* 13. E

52 | 8 Petri. | 10 Claudii. | Publius Ostorius nouus hoc anno datus proprætor,res Britannicas turbatas inuenit.*Tacit.lib.*12.vbi post Cladem Icenorum, Cangi etiam vastantur, Brigantes sedatis discordiis componũtur;Caractacus Rex,(Καράτακον vocat *Dio*)clara Romanis victoria captus,Romam ducitur nono huius belli anno. *Tacitus ibid.Vide annum* 42.Nero Agrippinæ filius,adoptatur à Claudio, futurus è Cæsarum familia Imperator vltimus; *Suet. cap.* 27.*Tacitus lib.* 12. qui addit Claudio quintùm Cos. virilem togam Neroni maturatam. Seneca reuocatus ab exilio Aggrippinæ opera, datur Neroni moderator studiorum. *Tacitus ibidem.* Cumanus nunc mulctatur exilio, & Felix præficitur Iudææ, *ex Ioseph.* licet *Tacitus lib.* 12. velut adhuc sub Consulatu Othonis(anno Claudij 12.)Ventidio Cumano regente Galilæã, præfuisse Samariæ hunc Felicem. Arvestius & Suetius. A

Paulus veniens Athenas,disputat cum Iudæis ac philosophis. *Act.c.*17,*v.*17.*&* 18.seminiuerbium,σπερμόλογον vocant,ac si loquacem ac nugatorem dicas. Capitale erat apud Athenienses peregrinam religionẽ inducere.hinc Paulus perducitur in Areopagum,(*de quo vide Tomo* 1.2443.)ipse δεισιδαιμονίαν notans,&ex inscriptione Aræ ignoto & peregrino Deo suspicionem nouæ religionis auertens profitetur se annuntiare,quem illi ignotum colebãt,*v.*24.Sanè, vt ait Paul⁹. De⁹ nõcolitur(οὐδὲ θεραπεύεται) manibus humanis aut imaginibus,more Gentilium, quasi cultus terminetur ad tales imagines(*quo sensu eas prohibuit Elibertitanum Concilium cap.*37.)aut quasi putaretur Deus corporeus. qua de causa antiquiores Patres,Dei submouebãt imagines, vt temporum illorum error postulabat.Et,ne prolixior sim,bene se explicat D.Paulus,v.29. B

Inter alios, Apostolus ad Christianam religionem conuertit Dionysium Areopagitam,& Damarim mulierem.*Act.*17.*v.*15. vxorem fuisse Dionysii,*ait Augustinus serm.de femine*, *& Ambrosius ad Vercellenses*.hic annus est decimus nonus à Passione Christi,quo scribitur conuersus Dionysius. De huius Dionysii præstantia & libris *lege Baron in notis Martyrol.*9. *Oct. & to.* 1. *Annal.* Eius Episcopatum Atheniensem agnoscunt ferè omnes. De

46 | 2 Petri. | 4. Claudij | Quintus Crispinus, & Statilius Taurus. A

Artabanus Parthorum Rex iterùm à suis pellitur, sed breui restituitur regno. *Ioseph. Dio,&c.* Agrippa Rex, *de quo supra anno.* 43, miserè perit. *Act.* 12.*vers.* 21.*& Ioseph.antiq. lib.* 19.*cap.* 7. putat *Euseb.in Chro.* nunc successisse regno filium Agrippam iuniorem, qui septemdecim annorum erat, regnasseque annis 26 vsque ad excidium Hierosolymitanum, quando vult defecisse omne Iudæorum regnum. Aliis placet, non statim successisse patri iuniorem Agrippam, sed redactum regnum in formam prouinciæ, vt antea, & cum postea adepto regno regnasse vsque ad tertium Traiani annum: nec vnquam fuisse hos Agrippas Iudeæ & Hierosolymorum Reges. *Vide tamen annum* 43. Sanè iuniorem Agrippam accepisse à Vespasiano etiam incrementũ regni sui, *testatur Photius.* Et latè inpugnat *Eusebium Scal. anno Eusebiano* 2060.2091.2070.*&*2096. Nõ ergo tunc cessauit regnum Agrippæ, quando Titus expugnauit Hierosolymam. *Vide annum* 73, mortuo Agrippa, mittuntur à Claudio, Longinus Præses Syriæ & Crispinus Fadus præses Iudeæ. *Iosep. antiquitatatum lib.* 19.*cap.*8. *& lib.*20.*c.*1. Ex quo coniectura aliqua est, non statim regnasse iuniorem Agrippam. B

Varias Ecclesias per Orbem erectas, *&* à Petro institutos Episcopos enumerat hic *Baronius* ex ciuitatum traditione. Et Marcus Alexandriam à Petro missus colligit Ecclesiam. Sedemque ibi ponit. Eundem esse hunc Marcum, & illum, *de quo Actorum cap.* 12.*vers.*13. putarunt *Oecumenius, Euthymius, Origenes, Sixtus Senensis, & quidam alii.* sed rectius hos distinguunt *Dorotheus in Synopsi. Hierony. in Catalogo, in* Marco *& Barnaba, & Isodorus lib. de vita & obitu Sanctorum.* Ille ergo, qui socius Petri scripsit Euangelium, Alexandrinus Episcopus est, & cum Petro Romæ adhæsisset, postea Ægyptum peragrauit. Alter Marcus, dictus Ioannes, adfuit Paulo & Barnabæ, tum Hierosolymis, tum alibi, *vt testatur liber actorum.* Paulus & Barnabas dimittuntur Antiochia Syriæ ad Gentes, post impositionem manuum. *Act. c.* 13.*v.* 1. Malè *Arator l.* 2. *Carminum in acta*, numerat Petrum, certè iam Romæ commorantem, inter hos Doctores Antiochiæ nunc agentes: eum enim Lucas non præterijsset. Segregantur autem Paulus & Barnabas post ieiunium, orationem, & Sacrificium, ad opus minesterii, & per manuum impositionem; iubente Spiritu Sancto. quamuis enim antea Paulus esset Apostolus, nondùm tamen Sacerdotii & Episcopatus ordinationem acceperat, quam Græci χειροτονίαν vocant; & quæ, *vt hic dicit Lucas*, peragitur cum sacrificio, λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ. discedunt illi Cyprum, Ioanne Marco comite *c.*13. *v.*4.*&* 5. hîc Elymam Magum confutant, & Sergium Paulum Proconsulem conuertunt ad fidem. Huic non antea Consuli concessa est (vt interdùm accidebat) Proconsularis dignitas, vel titulus. *Vide Sigonium* 654. *in Dolabella.*

47 | 3 Petri | 5. Claudii | Vinutius, & Statilius Coruinus. A

Paulus & Barnabas ex Cypro in Asiam regressi, veniunt Antiochiam Pisidiæ, quæ minoris Asiæ prouincia, vicina est Pamphiliæ. non ergo est in Syria hæc Antiochia. hic Paulus, non quidem se ingerens, sed inuitatus, habita concione in Synagoga, multos ad Christum conuertit. *Act.c.*13. *v.* 14. Quæ sunt in hoc pereruditio Pauli Sermone Chronologica, sunt abundè explicata *To.*1. Iudæi ex inuidia conuersorum Gentilium, eijciunt indè Apostolos. eiecti cõuertuntur ad Gentes, *v.* 46. Et Iconiũ veniunt, vbi multa patiuntur, 2.*ad Timot.* 3. *v.* 11. Iconium vrbs est finitima Pisidiæ, vt peregrinationis cursus indicat: alioqui multæ erant huius nominis ciuitates. hi conuersi etiam multi ad signa & prodigia Apostolorum. *Act. c.* 14. *v.* 1 *&* 3. Sed tandem ex inuidia Iudæorum diuisa in factiones ciuitate, ve- B

Parisiensi contendere non est huius instituti, de Thimotheo & Sila missis in Macedoniam, *vide Act. c. 17. vers. 15 & cap. 18. vers. 15.*

Paulus Athenis veniens Corinthum, reperit Aquilam & Priscillam eius vxorem eiusdem artis. *Act* 18. *v.* 2. Venerunt ex Italia ob edictum Claudii, *de quo supr. ad ann. Claudii nonum.* Horum perhonorificè meminit *Paulus, ad Rom. cap. vltimo.* communem cum Paulo artem exercebant, σκηνοποιΐαν τέχνην, Tentoria, vel Tabernacula ab his fieri solita ferè omnes exponunt. Sed an ex serico, pellibus, aliaue materia, diuinandum est. quicquid sit, opificium hoc Pauli honestum erat, ad leuandam necessitatem, & cum pietate coniunctum. ergo quærit Paulus victum opere manuum, ne vllum grauaret. *Act. cap.* 18 *&* 1 *Thessalonicensium* 2. post reditum Timoth. ac Silæ è Macedonia (*Act. c. 18. vers.* 5.) scribit primam Epist. ad Thessal. *colligitur ibidem ex c. 3. v. 2.* idem Paulus accepta Corinthi promissione diuina de multorum futura conuersione, hæret ibi per sesquiannum, *Act. c. 18. v. 10. & 11.*

53 | 9 Petri. | 11 Claudii. | Consules: Claudius 5. & Cornelius Scipio.

Mithridates Bosphoranus, Ponti regnum aduersus Cotyn regem & Romanos recuperare conatur, conatu tamen irrito, & victus tandem Romam perducitur. *Tacit. li.* 12. hoc anno *coniicit Baron.* scriptam Epist. 2 ad Thess. vbi Paulus commendat Traditiones, *c. 2. v. 13.* Sicut fecit 1. *ad Cor. 11. v. 1. & notat Chrys. Hom. 4. in 2. ad Thess.* de hoc iure nō scripto passim recētiores in hæreticos. quod antiquitate etiam præstat. nam omnia scripto prius tradita sunt. Paulus Corinthi accusatur & ducitur ad Tribunal Gallionis procos. Achaiæ. *Act.* 18. *v.* 12. sed Proconsul quæstionem hanc, tāquam de nominibus & lege institutam, reiecit, Iudæos minauit (vt habet versio Latina) à tribunali & quasi expulit. ἀπήλασεν in græco, quāuis ἀπελαύνω, quod notissimum est, vim etiam aliam habeat.

54 | 10. Petri. | 12 Claudii. | Consules: Sylla, & Saluianus Otho. A

Dum Silures in Britannia pertinaciter Romanis resistunt, moritur, Ostorius cum tædio, & curarum fessus *inquit Tacit. li.* 12. Succedit A. Didius. Venutius Britannorum rem bellicam tunc regebat.

Non nisi hoc anno Paulus Corintho venit nauigans in Syriam, *vt colligo ex Act. c. 18. versiculo* 11. *&* 18. hæsit enim per sesquiannum Corinthi. Illud, quod additur *versic.* 18. totonderat in Cenchreis caput, *Augustinus Epist. 19. & Hieronymus Epist. 11. apud Augustinum*, exponunt de Paulo. non ergo, vt aliqui putant, tot totonderant legendum, numero multitudinis de Aquila & Priscilla. Et textus Græcus habet κειράμενος. locus ille ἐν Κεγχρεαῖς, nauale est Corinthiacum ad Orientē spectans. Cæterùm hac legali vtebatur adhuc ceremonia Paulus in gratiam Iudæorum, Nazaræorum voto se obstringens, (*vt de Circūcisione Act.* 16. *v.* 3.) res nota est *ex Numer. cap.* 6. vbi voti huius leges proponuntur. quibus si non in omnibus consentiat hoc Pauli votum legale, non est quod mireris, infirmata iam legaliū obseruatione per decretū Hierosolymitanū.

Venit tandē Paulus Ephesum. *Act.* 18. *v.* 19. urbs est antiquitate, & amplitudine, temploque Dianæ nobilitata, inter Meandrum & Caistrū fluuios sita, & Asiæ lumen nuncupata. *Strabo, Mela, Solinus.* Statim inde venit Cesareā, & Antiochiā, *ibid. v.* 22. *notat hic Lucas*, Cæsareā Palæstinæ, & Antiochiā Syriæ, vt existimo. Venisse enim apparet Paulū nūc Hierosolymā, seu eò ascendisse. *ex c.* 19. 21. & sic clarior erit sensus *capitis 18. versiculi* 22. cuius verba sunt hæc *Descendens Cæsaream ascendit, & salutauit Ecclesiā, & descendit Antiochiam.* Sequitur apud *Lucam v.* 24, mentio de Apollo, qui erat Alexandrinus, eloquens & doctus, licet Ioannis tantùm baptismo tinctus. hic strenuè laborat pro Euan- B

gelio. *Act. c.* 18. *v.* 25. viri huius præstantia *tum hoc v.* 25. *& 26. tum* 1. *ad Corinth.* 11. *verſ.* 11. dignoſcitur. probabile eſt non diu manſiſſe ſine Christi baptiſſmo. Tantum Achaicis & Corinthijs contulit, vt eo Corinthij gloriarentur doctore. ſed Paulus rem componens, 1 *ad Corint.* 1. *verſ.* 13. docet nec eum, qui plantat; nec qui rigat aliquid eſſe, ſed Christum, qui dat incrementum. Philippus apud Hierapolim Aſiæ pro Christo crucifigitur & lapidatur. *Euſeb. in Chron.* de loco conſentiunt alij Scriptores. pelluntur Italia Mathematici Senatuſconſulto, ſcrutantes finem Principis. *Tacitus lib.* 12. & Scribonius exulat, tanquam Mathematicis conſentiens. *Ibid.*

55 | 11 Petri. | 13 Claudij. | Venit Paulus Epheſum poſt peragratas Aſiæ partes ſuperiores, ibique, aut in vicinia per trienniū manens, edit miracula. | Iunius, & Q. Materius.

Act. cap. 19. *&* 20. hic Paulus Ioannis tantùm baptiſmo tinctos baptizat Christi baptiſmo, & poſt impoſitionem manuum deſcendit in eos Spiritus Sanctus, accipiuntque linguarum donum. *Act.* 19. *à verſ.* 1. *ad* 7. Sed vnde triennium huius commorationis Pauli, *de quo Actorum* 20. *verſ.* 31. *Baronius* triennium vocat inchoatum, *ex Act. cap.* 19. Scilicet per tres menſes in Synagoga, *verſ.* 8. & per duos annos in Schola Tyranni, *verſ.* 10. verùm adde tres menſes in tranſitu per Macedoniam & Achaiam. *Actorum cap.* 20. *verſ.* 31. tempus item inſumptum hinc indè eundo & redeundo, non aberit multum ab exeunte triennio, diſceſſus ille Mileto prope Epheſum, *de quo cap.* 20. *v.* 31. A

At quænam illa *Tyranni Schola?* Sanè tam varia eſt & Tyranni & Scholæ ſignificatio, tam etiam incertum, an viri alicuius Principis (ſic olim Tyrannus accipi conſueuerat) ſuburbanus locus, an ludus literarius alterius cuiuſpiam, vel quid ſimile ſignificetur: vt hoc ſolum certum ſit, rem hanc parui momenti eſſe incertiſſimam, & more Iudæorum Eliæ relinqui poſſe ſolutionem.

Memorantur Pauli ex Sudariis miracula, non quælibet, ſeu non vulgaria, *inquit Lucas*: *cap.* 19. *verſ.* 12. ſemicinctium Pauli *Lorinus in hunc locum* ſuſpicatur eſſe, quod Itali CENALE, Galli DEVANTIER vocant, coniecturâ ab opificio Pauli non aliena. quod fortè ventrale dixit *Plinius lib.* 18. *cap.* 48. Alii aliud, ſed coniecturæ tantum ſunt. Interim *Luc.* ex Latinis his vocibus Græcas effecit. Hinc ſaltem Reliquiarum virtutem agnoſcere potuerunt, qui eam negant. Religio deferentium hæc ſudaria, non reprehenſa, ſed miraculis confirmata eſt, *Lege Auguſti. li.* 22. *de Ciuitate c.* 8. hic honos Reliquiis habitus in Eccleſia initium cœpit ex Christi fimbria, *Lucæ* 8. *v.* 43. *&* *Marci* 5. *v.* 29. Hoc anno 13 Claudii auctum putatur, accedente Galilæa, Regnum Iunioris Agrippæ, *de quo ad annum* 4. *Claudij, ita Scal. ad annum Euſeb.* 1060. alii ad annum Claudii decimum hoc referunt. B

56 | 12 Petri. | 14. Claudii. | His Conſulibus prodigia multa præcedunt Claudii necem, | Aſinius, & Acilius Auiola.

Tacitus lib. 12. *in fine.* tandemque ægrotantem Claudium boleto ſanat Agrippina vxor, mater Neronis; cuius etiam arte excluditur Britannicus Claudio genitus ab Imperio. Moritur itaque Claudius 13 Octob. dolo Agrippinæ, & veneno extinctus, Imperij anno 13. menſe 8. die 20. *Dio* de eius teſtamento, *vide Suet. c.* 44. Succedit Domitius Nero, Agrippinæ filius. *Suet. & Tacit.* & tunc Iudæi reuocantur in Vrbem, (ac proinde Christianis patet aditus.) viſus eſt Nero fauere Iudæis, & Regi Agrippæ. *Ioſephus lib.* 20. *Antiq. cap.* 5. *& de bello lib.* 2. *cap.* 12.

Fuerunt olim inter Iudæos Exorciſtæ nonnulli, *vt indicatur Math. c.* 12. *verſ.* 27. defecit tamen inter eos ſimul cum vero Dei cultu omnis talis poteſtas, manſitque Christianorum propria, *vide*

vide Tertul. Apol. cap. 23. iam vero quidam ex Iudæis circulatores, profitentes simile quid lucri causa, dum tentant id agere in nomine Christi, à Dæmoniaco vulnerantur, & multi credentium vt loquitur Lucas, veniebant hoc exemplo impulsi, confitentes & annuntiantes actus suos. *Actor. cap.* 19. *verſ.* 18. & 19. τῆς ἐξομολογήσεως seu confessionis Sacramentalis institutæ Ioann. 20. verſ. 23. primus vsus expressus, hinc à plerisque colligitur. Vbi etiam pœnitentes, inquit Lucas, deferunt & comburunt libros improbatæ lectionis, citato *verſic.* 19. Sed habet satis aliundè Ecclesia, quo probet veritatem huius Sacramenti. Vigebat tunc Ephesi Magia, & Apollonii Tianæi recens memoria. tam multi incensi sunt libri, vt Lucas æstimans eorum pretium, dicat illud accessisse ad quinque myriadas argenti. Sed quia, cuius monetæ hic habita sit ratio, an Hebraicæ, an alterius nationis incertum est, fit vt incertum sit quanta hæc summa fuerit. magnam fuisse indubitatum est. Budæus 5 de asse, nouem millia librarum monetæ Fräcicæ reperit. Arias in Acta, sexaginta millia drachmarũ.

57 | 13 Petr. | Nero. I | Nero August. & Antistius.

A — Silanus Augusti abnepos, Proconcul Asiæ, dolo Agrippinæ extinguitur: & eiusdem artibus Narcissus Claudij libertus. *Tacitus lib.* 13. Neronis initia laudata narrant ibidem, Tacitus & Suetonius. Laudatur idem princeps à Seneca præceptore *lib.* 2 *de* Clementia ad ipsum. Putarunt aliqui Fœlicem Claudij libertũ, (hic Drusillam vxorem duxerat *ex Tacit. li.* 21, qui est ab excessu Neronis 5) nunc primùm factum præsidem Samariæ & Iudeæ. Sed obstat locus Actorum *cap.* 24. *verſ.* 8 & 10. certè ante hunc annum eo venisse vel in vicina loca notat *Tacit. lib.* 11, Silla & Othone consulibus. lege Iosephum *lib.* 2. de bello *cap.* 11. Paulò ante hunc annum Appollonius Tyanæus Magus & insignis impostor venit in Græciam & indè Romam. ita Philostratus qui Tyanæum superstiosè coluit. lege Lucianum in Pseudomante. huius anni sunt illa Pauli documenta ad Corinthios *Epist.* 1. Scripsit enim nunc Ephesi hanc primam ad Corinth. epistolam, breui Romam cogitans, 1. *ad Corinth. capit.* 16. *verſ.* 8. inter alia dùm instituit illam Ecclesiam & schisma tollit, excommunicat incæstuosum: *prima ad Corinth. cap.* 5. *verſ.* 4. constituit etiam tribunalia & iudicia Ecclesiastica, ne Christiani adeant infideles, *ibid cap.* 6. Coniugium probat, & tamen ei

B — præfert cælibatum *cap.* 7. vbi & se cælibem profitetur, vt omnes patres agnoscunt, excepto vno Clemente Alexandrino. Christianorum oblationibus ali debent Clerici & stipendia indè pensitari, *ibid. cap.* 9. de decimis iure naturæ debitis, lege Baronium ad hunc annum. Alia pręcipit Paulus, de velandis in Ecclesia fœminis, de vitandis abusibus circa communionem, ibidem, de prauia sui probatione *verſ.* 28. confessionem interpretatur Origenes *homilia in Pſal.* 38. noua Ephesi persecutio excitatur in Paulum *Act.* 19. *verſ.* 23 & 2. *ad Corinth.* 1. *verſ.* 8. huius tumultus (τάραχον vocat Lucas) & concursus populi in Theatrum; author est Demetrius Argentarius, quem malè aliqui confundunt cum Alexandro Ærario, seu æris artifice de quo, 2 ad *Timoth.* 4. *verſ.* 14.

C — Hic Demetrius ad quæstum, faciebat Dianæ ædes, seu ædiculas argenteas venales, quæ solebant à Gentilibus appendi velut Donaria seu Anathemata. Timebat ille, conuersa ad Christum hominum multitudine, ne quæstus iacturam pateretur. Alexandrum nunc loqui prohibitum, an pro Paulo, vel contra dicturus esset incertum est, fuisse Iudæum notat, *Lucas verſ.* 34. tàdem sedat turbas prudenti oratione scriba (γραμματεύς) qui sane Gentilis fuit, & princeps ciuitatis iuxta versionẽ Syri inter-

pretis. Sedato tumultu Ephesino, Paulus discedẽs venit in Macedoniã, & Græcia, post iturus Miletũ *Act.* 20. *v.* 1. & 2. Græciã hãc rectè aliqui Achaiã dicunt, illã tamen extra Peloponesũ. *Baron. ad annũ* 57 putat Paulũ è Macedonia per Ægeũ mare adnauigasse Cycladas, & prius venisse Cretam quæ nunc Candia vocatur, & relicto ibi Tito Episcopo, venisse in Græciam. non video tamen vnde hic Pauli cursus potius quàm pedestre iter colligatur. reliquit quidem Cretæ Titum Episcopũ Paulus, *ad Titũ c.* 1. *vers.* 5. & monet *c.* 3. *vers.* 12, vt veniat Nicopolin (quæ vrbs est in littore Actiaco, non longe à Creta) ac proinde hoc anno scriptam iẽ Græcia Epistolam illam non est improbabile. Sed de Pauli itinere è Græcia Miletum, anno sequenti.

In illa Epistola monet Episcopũ vnius esse vxoris virum, fortè quia ibi cœlibẽ, & nullius vxoris virũ non inueniebat: certè neutros excludit: sed bigamos. tamen abstinebãt post ordinationẽ. *Cõci. Chartaginẽs.* 2. *c.* 2. Quos Paulus ibi vocauit Presbiteros, mox vocat Episcopos. nomẽ enim in prima Ecclesia erat cõmune, sed res diuersa. *ita disertè Chrysost. Homil.* 1. *in Epist. ad Philippen.* Scripsit hoc eodẽ tempore Paulus priorẽ Epistolã ad Timoth. è Macedonia. *Athanas. in Synopsi, & Theodoretus Præfatione in Epistolas Pauli.*

58 | 14 *Petri.* | 2 *Nero.* | *Volusius & Scipio.*

Veranius in Britannia intra annum extinctus est. Successor mittitur Suetonius Paulinus. vbi biennio res prosperas habuit, *inquit Tacitus in vita Agricolæ.* Nero Britannicum Claudij ex Messalina filium extinguit veneno, & Pallantem libertum remouet. quod tamen narrat *Tacit. lib.* 12. sub prioribus Consulibus. Putatur nunc Lucas scripsisse Euangelium, hortante in Achaia Paulo. *Hierony. in Præfatione Comment. in Math.* scripsit Græcè, idque contra falsi dogmatis scriptores. dicauit Theophilo, fortè nobili ciui Antiocheno Gentili. Paulus, iam secundã ad Corinth. scripsisse existimatur; & Epistolam ad Romanos, si credimus *Origeni in Præfatione illius Epist.* Interea Petrus Orbis pastor Orbem lustrabat, necdum Romam redierat. A

Hic annus est, quo Paulus è Græcia venit Hierosolymã, quãdo Felici, sub finem anni vt videtur, reuocato, substitutus est Portius Festus. *Iosep. Eus. & Act.* 27. res se habet, vt sequitur. venit hoc anno Paulus è Græcia Miletũ, quãdo cõpletum est illud triennium, *de quo supra ad annũ* 55. Iter hoc describit *Lucas Act. cap.* 20. primùm enim venit Troadem, *v.* 6. hic suscitat Eutychum, *versu* 9. hinc nauigat in Asson, non procul à Troade. *Hierony. de locis Hebraicis*, etiam Appolloniam vocat. Mox ventum est Mitylenam, *vers.* 14. Insulæ, & in ea vrbi nobili, nomen est commune. reliqua nauigatio fuit Miletum vsque, per Ægæi seu Ionij maris insulas, Chium, & Samum. *Act.* 20. *vers.* 15. Chius inter Samum, & Lesbum insula est, quæ dat inter alia Aruisium, (Maluasiam vocant.) *lege Plin. lib.* 14. *cap.* 7. è Samo, Pythagoræ patria, ventum est Miletum, Thaletis sapientis, & Anaximãdri patriam. de quorum ætate, & anno, vide *to.* 1. Longè diuersa est Melite, eaque in Europa, hæc nostra insula est in Asia. huc vocans Ephesso maiores natu Ecclesiæ Paulus, præclara exhortatione eos, & solatur, & impellit, vt suæ saluti attendant, atque Ecclesiæ Dei, *toto reliquo c.* 20. Post hæc venit Paulus, (*Act.* 21. *v.* 1.) Coum. (est hæc Cycladũ vna, in Ægeo mari, non procul à Lesbo.) inde Rhodum, quæ contra Cariam, & Lyciam insula est, quam Claram vocat *Horat. lib.* 1. *Carm. Ode sept.* Rhodo Pataram Lyciæ metropolim, Nicolai Episcopatu nobilitatam. nauis demum transgressa Phœnicem, & Cyprum, adpulit Tyrum, *vers.* 3. Tyro Ptolemaidam, *vers.* 7. Ciuitas maritima est prope Carmelum, in Tribu Aser. abest Tyro 32 miliaribus. Illinc profectus Pau-

B

C

lus, venit Cæsaræam Palastinę, manétque septem diebus apud Philippum Euangelistam, vnum è septem Diaconis, qui *vers.* 8. dicitur Euangelista ab officio prædicationis, nec Apostolus est. De cuius quatuor filiabus, hic notatis, supra actum est, quæ dicuntur Prophetiæ donum habuisse, sed superueniens alius Propheta, Agabus nomine, prædicit Paulo vincula Hierosolymis, v.10.

ACTA PAVLI A VINCVLIS in Judæa, Romam vsque.

LVCAS *cap.21.vers.*15. describit Pauli aduentum Hierosolymam, ibi Iudæi persuasum habebant, Paulo legalia esse, & mortua & mortifera. Suadent ergo Paulo fratres, (inter quos erat Iacobus) vt ceremonia legis Nazaræorum vteretur in templo, ad tumultum impediendum, vitandamque Iudæorum offensionem, quorum recens erat ad Christum conuersio. Tunc enim in Ecclesia nec gentiles compellebantur ad legalia, nec Iudæi ab eis prohibebantur velut à nefariis, *ex Augustino Epist.* 19. Iunge te (inquiunt fratres) quatuor viris habentibus votum, & impende, hoc est, sumptus fac (δαπάνησον.) obtemperat Paulus, & putatur vsus tota ceremonia voti illius, *de quo Numerorum cap.6.vers.* 13. imò & rasura die septimo, ex sententia *August. Epist.*19. de his Nazaræis *lege Lorinum Act. cap.*21.*vers.*24. tamen dum excurrunt septē dies, (*Actorum* 21.*ver.*27.) voti decreti à Sacerdote, vel certè ab aduētu Pauli Hierosolymā, Iudæi incipiunt sæuire in Paulū. Sed ipse eripitur à tribuno, *vers.* 32. & ducitur in castra εἰς τὴν παρεμβολήν, ea erant in turri Bari, dicta ab Herode Antonia. Subnectit *Lucas c.* 22, Orationē Pauli liberam de sua vocatione é superiore graduum parte, & quomodo virgis cæsus euaserit, obiecto iure Rom. ciuitatis. Mox, *c.* 23, reddens in Concilio pro se rationem, iubetur percuti à Principe Sacerdotum. Pharisæum se professus, reddit discordes Sadducæos & Pharisæos: ac tandem, detectis insidiis, mittitur à Tribuno ad Felicis præsidis iudiciū, Cæsareā, triginta leucis distantem Hierosolymis. Pontifex iste, *v.* 2. imperans percussionem, est Ananias Nebedæi filius, datus ab Agrippa Chalcidis rege. *Sigonius lib.* 5. *de Rep. Hebræorum cap.* 1. cæterùm ignotus Paulo (*ex vers.*5.) in illo consessu, in quo omnia essent insolita, locus (apud Tribunum) modus, & vbi probabile est Pontificem hunc nihil tunc notabilis ornamēti gessisse, quo nosceretur. Post hæc, *Actorum cap.*24, Paulus respondet coram Præside Felice. Sed hic reuocatus, reliquit successori Festo Paulum vinctum, expleto biennio (*vers.*27) scilicet Imperij Neronis. Nam Felix præfuit multis annis, *Act. cap.*24.*vers.*10. *& supra notatur anno Christi* 52. Illud suscipimus (ἀποδεχόμεθα) reticentiam habere videtur, in actione gratiarum vsitatam. De hac Drusilla, *vers.*24, Felicis vxore, & sorore Iunioris Agrippæ, *lege Tacitum. li.* 2. pergit *Lucas c.*25, narrare de Paulo, recusante ire Hierosolymam, & appellante Cæsarem, *vers.* 12. interim Agrippa Iunior, Drusillæ frater, libenter Paulum audit, *vers.*22. *& toto cap.* 26. vbi Paulus, *vers.*5. *& cap.*23 *vers.*6. semper se Pharisæum profitetur, quantum scilicet Christiana religio patiebatur. D E F

Paulus ergo ad Cæsarem nauigat, *capit* 27. traditus Iulio

cohortis Augustæ Cēturioni. Ea cohors Augusta cōstabat 5000 militum, *ex Dione*. Et primos hi ducebant ordines in bello, ab Augusto adiecti ad hoc munus. Venitur nauigando Sydonem, Cyprum, & tandem Lystram, (loca prius declarata) . mutant nauim, *vers.6*. inde adnauigāt Cretæ, iuxta Salmonē (fortè Cretæ promontorium est) *Paul.v.9.&* 10 prædicit naufragium, suadens hyemare in Creta, cùm iam non esset tuta nauigatio. præterierat enim iam ieiuniū, notare videtur Nouembrē exeuntē, aut circiter, ex hoc Autumnali Iudæorum ieiunio Tabernaculorum, vulgato satis, & iā præterito. Phœnicem, *de qua vers.*12, opinor esse oppidum, & portum; vel Cretæ vicinum, *ex Strabonis narratione l.*10: vel in ipsa Creta, *ex Ptolemæo lib.3.cap.vltimo*. Asson autē, *v.*13. fortè per simplex sigma, πολίχνιον κρήτης est, *ex Stephano*. Sed quis ille ventus Typhonicus, *v.* 14 dictus Euroaquilo? Negat enim *Aristoteles.3. Metheor* Typhonem fieri spirante Aquilone. Sanè Typhonicus, hîc vehementem significat ventum, & (vt solent Typhones esse) interruptum, proprium nomen est Euroaquilo; hoc est Eurus cum impetu, instar vehementioris Aquilonis; seu ευροκλύδων Eurus fluctuans. Cæterùm data naue flatib. impellitur in insulam, quę vocatur Cauda, κλαύδην habet textus Græcus, ignota satis insula est hîc nautæ (*vers.* 16.) vix scapham apprehendere poterant. vt reponeretur in naui. post hæc, *ver.*17. Nautæ adiutoriis vtuntur, accingentes nauem, & submisso vase sic ferebātur. obscura sunt hæc. remedia tamen ad lentam nauigationem procurandam, ne in Syrtes Aphricæ deferatur nauis, alligatis doliis naui, & in mare ad retardandum proiectis demisso insuper maxima ex parte velo, & summissa onusta scapha iterum in mare. Sed tandem iactum facientes, Paulus reuelatione edoctus monet (*v.* 23) euasuros cum sola nauis iactura. post iactationem in Adria (*v.*27. (seu in ore Adriatici maris, iuxta infames scopulos Acroceraunia, in fronte Epiri, vbi definit mare Ionium; deferuntur in insulā Meliten, (*v.39.*) impulerūt hic nauim re desperata in Dithalassum, locum bimarem, seu littus in mare protensum, & sic natando tabulis, aliisque præsidiis adiuti, euaseruntomnes. *Sequenscaput.* 28. *& vltimum*, habent, Pauli miracula apud Melitenses post naufragium. | G

59 | 15 Petri. | 3 Neronis. | Nero 2. & Calphurnius. A

Florebāt Statius Surculus Tolosas Rhetor insignis, & Prob. Grāmaticus *Euseb.* Narrat *Lucas Act.vlt.* Paulum post tres menses apud Melitēses exactos, venisse nūc in Siciliam Syracusas, & inde Romā, quo cœpit ire anno Neronis secundo. verno ergo tēpore, post ortū Pleiadum, solutū est ex insula Melite; naui insigne depictū, erat Castor & Pollux, vulgo Castores dicūtur, & Gemini, διόσκουροι. Sic ventū est Rhegiū. ciuitas est Calabriæ Archiepiscopalis. inde Puteolos, quæ vrbs octo millaribus distat Neapoli Cāpaniæ, sic nominata putatur à copia puteorum aquis calidis scatentiū. occurrunt fratres Paulo ad Appij forū, & tres Tabernas. forū hoc Appij ab Appio Claudio ad res venales cōstructū, & mari proximū fuisse, receptum satis est. at quo loco fuerit, hòdie ignotum. licèt aliqui coniiciant, fuisse vbi nunc est Fossa noua, Cisterciensium monasterium. magis certè, vt apparet, distabat Roma, quàm tres Tabernæ; qui locus erat ad excipiendos hospites, Roma non supra quadraginta milliaria distans. An locus fuerit, qui nunc vulgo Nettuno dicitur, incertum est. biennio mansit Paulus cum custodiente se milite, annuntians Christum. *nec plura Lucas*. tandem amici, & discipuli præ timore Neronis Paulū deseruerunt. *ita ipse, nunc scribēs ad Timoth. Epist.* 2. *cap.*4. *vers.*16. quod cùm scribebat, aderat adhuc Lucas, *ibidē ver.* 11. vbi mentionem suæ libertatis facit, *vers.* 17. fuit enim Nero | B

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp		Consules.
			per quinque annos in nos mitior. Philippenses mittunt ad Paulum, Epaphroditum, cum ampla pecunia, *ad Philippenses cap.* 2. *vers.*25.*& cap.*4.*vers.*18. aduenit & Onesiphorus. 2 *ad Tim.*1.*v* 16. Scribit Paulus duas Epistolas, nempe illam secundam ad Timoth. *vt habetur ibidem cap.*4. quem vocat ad se, *ex vers.* 9. alteram ad Ephesios, *ibidem cap.*6.*vers.*21. vbi sæpe de vinculis his mentio.	
60	16 *Petri.*	4 *Neronis.*	Frisii in Germania limitaneos agros insidentes, coguntur agris cedere, quos tamen mox occupant Ansibarii, duce Boiocalo. Sed hi etiam terris exacti sunt, & cæsi, bellum geritur inter Catros & Hermanduros, Catti occidione occisi. *Tacitus lib.*13 *in fine.* Nunc quintùm accidisse vt clauderetur Iani templum, probat *Onuphrius* ex vetusta inscriptione. Sed hoc accidisse debuit pauló ante quàm Corbulo Proconsul, pro Armenia obtinenda, Parthicum sit aggressus bellum: quod tamen narrat *Tacitus* sub hoc Consulatu inchoatum. Romulia ficus nata 800, & amplius annos, aruit his Consulibus, *inquit Tacitus ibidem.* Scribit hoc anno Paulus multas Epistolas post Timothei Romam aduentum; vnam ad Philippenses, per Epaphroditum, *ibidem cap.* 2. aliam ad Colossens. *constat ex inscriptione de Timotheo,& vinculis.* an Epistola, quæ circumfertur ad Laodicenses sit Pauli, & nunc scripta, quæstio antiqua est. *Chrysost. Homil.* 12 *in Epist. ad Coloss.* negat esse Pauli. Scripsit etiam priuatam Epistolam ad Philemonem, nobilem Colossensem, reddens ei Onesimum seruum, qui studio Pauli Romam fugerat. hic tandem Ephesi successit Timotheo, factus Romæ Christianus. Deniq; Epistolam ad Hebræos hoc anno scriptam probabile est. ea agnita est vt Pauli in Concilio Nicæno, *ex Athanasio in Synopsi.*	Nero 3 & Valerius Messala. A
61	17 *Petri.*	5 *Neronis.*	In hunc Consulatum incidit eclipsis illa, quam refert *Plin. lib.*2 *cap* 70. dum Nero matri parabat sacrificia, quam his Consulibus necandam curauit. *Tacit. lib* 14. rem latè narrat *Dio.* Lugdunum in Gallia incendio penè periit. *Seneca in Epist.* puer octo annorum, hoc Consulatu, *vt notat Plinius li.*7. *natur. histor. c.* 20, septuaginta quinque millia passuum confecit à meridie ad vesperum. Paulus post biennium in vinculis consumptum, & post secundam defensionem coram Cæsare, liber abire permittitur. *colligitur ex Act cap.*28 *in fine,& 2. ad Timoth.* 4. nec constat qua ratione. Incerta deinceps sunt Pauli acta vsque ad martyrium. incertum an fuerit in Hispaniam, incertum quò iuerit Lucas, qui hoc anno absoluit scriptionem libri Actorum. *De his lege Euseb lib.*2 *cap* 22.*& Baronium.*	Vipsanius, & Fonteius Capito.
62	18 *Petri.*	6 *Neronis.*	Insanit Nero. apparet Cometes. inter alia Ludos ille instituit velut Olympicos, sed Neronianos. Visus est in scena cantor. *Tacit lib.*14. Corbulo rem strenué gerit in Armenia, qui post deleta Artaxata, cepit Tigranocerta, reliquã Armeniam subigit, cui regem imponit Tigranem Archelai regis nepotem, ex Cappadocum nobilitate. quo anno Laodicæa terræ motu afflicta est. Puteolis veteri oppido Italiæ datum est ius Coloniæ. *hæc Tacit. lib.*14. florent Bassus Saleius, & Aulus Persius Poetæ insignes.	Nero 4 & Cornelius Cossus.
63	19 *Petri.*	7 *Neronis.*	Contigit his Consulibus gemina illa clades in Britannia, *de qua Tacitus lib.* 14. Veranio mortuo Suetonius Paulinus Monã insulam cepit. defecerant enim à Romanis Britanni. causam narrat *Tacitus*, ex Regis Icenorum testamento, & Romanorum rapina natam. victor primum Britannus fuit, memorabili Romanorum cæde. Paulinus iterùm aciem instruit in Britannos, quibus Boudicea fœmina dux erat. Sed vicere Romani, cæsis 80000 Britannorum. Boudicea sese interemit. Suetonio succedit Turpilianus Consul. habet *historia Anglicana*, Iosephum	Petrus & Petronius Turpilianus. A

ab Arimathia hoc anno venisse in Britanniam, ibique Christũ annunciasse, Christianorum institutâ Ecclesiâ. Londinum nobile emporium habetur. Iacobus frater Domini, cognomento Iustus, damnatus lapidibus obruitur, iudicio Anani Pontificis. Accidit hoc Iacobi martyrium anno sedis suæ 29, ex occasione Interregni, nondûm designato nouo Præside post mortem Festi Procuratoris. *Ioseph. lib.* 20 *Antiq. c.* 8. *Hieron. in Iacobo. Euseb. in Chro.* successit Iacobo Episcopo Simeon filius Cleophæ. vnam tantûm scripsit Epist. *ex Euseb. Hieron. & Niceno Concilio*; opera & charitatem commendans contra grassantem Simonis hæresim, tribuentis omnia fidei. *lege Augustinum de fide & operibus ca.* 24 ibidem agit Iacobus de sacramento extremæ Vnctionis, *ex Augustino in Psalm.* 44. *Innocent. epist.* 1. *cap.* 8. & sanè oleum consequi virtutem diuinam ex sacerdotali benedictione, docet *Cyrill. Catechesi mystagogica* 5. erat & alia vnctio communis, tantũ cum benedictione. *Marci* 6. 13. de Iacobi Missa *Cyrillus citatus passim.*

Author est Epiphanius *Hæres.* 29 & 78. Iacobum solitum gestare in capite bracteam, seu folium aureum, Episcopalis dignitatis insigne quod etiam de S. Ioanne dixit Eusebius *lib.* 3. *c.* 25. vt videas *(inquit Baronius)* hinc manasse Episcoporum mitras.

64 | 20 *Petri.* | 8 *Neronis.* | *Marius Celsus, & Asinius Gallus.*

Hoc anno Albinus venit in Iudæam, datus successor Festo Præsidi. *Ioseph.* cessit vitâ Burrhus, incertum an valetudine, an veneno, iussu Neronis. eius mors Senecæ potentiam infregit: quia, *inquit Tacitus lib.* 14. bonis artibus non idem virium erat, altero duce amoto. hinc aduersarii criminationibus Senecam adoriuntur. ad hæc Tragediæ nouæ; Scyllæ & Plauti mors violenta, Octauia ad mortem acta, vxor Neronis. omnia ferè Tigellini malis artibus. *Tacit. lib.* 14. Rex Parthorum Vologeses, dolens ob eiectum fratrem Tiridatem, certat pro recuperanda illi Armenia, aduersus Tigranem & Romanos. dumque Corbulo Euphrati assidet, Pætus adueniens cum copiis, infeliciter dimicat, & Vologesi permisit Armeniam. *Tacit. lib.* 15. Marcus Euangelista primus Alexandriæ Episcopus obiit. *Euseb. lib.* 2 *hist. cap.* 23. *Hieronymus in Marco.* succedit Anianus. Florentem reliquit Ecclesiam, quam Philo sub nomine Essenorum laudat, *Hieronym.* Epictetus Romæ viuit.

65 | 21 *Petri.* | 9 *Neronis.* | *Memmius Regulus, & Virginius Rufus.*

Bellum Corbuloni permissum contra Parthos, & metuentibus sibi Parthis venitur ad colloquium. Placuit poni arma, & vt Tiridates detractum capiti Diadema submitteret statuæ Neronis, illud non accepturus, nisi volente Cæsare. *Tacitus lib.* 15. Mirabile illud fuit de eo, qui hoc septimo anno ante excidium Hierosolymorum, cœpit prænuntiare hanc cladem per annos illos septem continuos, nec potuit compesci. vbi & ipse corruit. *Ioseph. de bello lib.* 7. *cap.* 12.

66 | 22 *Petri.* | 10 *Neronis.* | *Lecanius, & Licinius Crassus.*

Incendium Romæ nunc contigit; fortè, an dolo Principis, incertum, *inquit Tacitus lib.* 15. qui miseram describit rerum tũc faciem in vrbe. Huius Cladis spectator Nero è turri Mecænatica, ἅλωσιν Ilii decantabat scenico habitu. *Suet. cap.* 38. Postea vsus his Patriæ ruinis, extruit sibi domum: in qua miraculo, non tam erant Gemmæ & aurum; quam arua, stagna, siluę, & aperta spatia. cœpta est Vrbs restaurari firmior contra incendia, & pulchrior, non tamen salubrior. decretum supplicium in Christianos, tanquam in incendiarios. in quo falso crimine narrando, prodit impietatem suam *Tacitus* his Consulibus. *lege Dionem, Tertul. in Apologet. & Eusebium.* moritur Persius poeta anno 29 ætatis. *Euseb.* Albino succedit Festus Florus qui duro imperio impulit tandem Iudæos ad rebellionem. *Ioseph. lib.* 20. prima

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Consules.
			gentium persecutio in Christianos hoc anno excitatur à Nerone. *Tertul. Apol. cap.* 5. durat vsque ad necem Neronis.	
67	23 *Petri.*	11 *Neronis.*	Coniuratio in Neronem Pisoniana nunc aucta: in ea fuêre Lucanus Annæus, Plâtius Lateranus, & alii, quos recenset *Tacit. lib.* 15. detecta coniuratione accusarur etiam Seneca, & mors illi infertur. præclara de huius viri excessu *Tacitus.* Occisus Lucanus est, cum aliis multis. extinctus quoque iussu Neronis Atticus huius anni Consul. & Poppæa Augusta; cui mortem intulit Nero ictu calcis, *ex Tacit.* Simon Magus tempore persecutionis docet suos (quibus persuasit se Christum esse) palam quod profitebantur negare atque etiam, si opus est, Idola colere. *Origines contra Celsum lib.* 6.	*Silius Nerua & Atticus. Vestinus.*
68	24 *Petri.*	12 *Neronis.*	Tiridates hoc anno Romam venit, vnà cum filio Vologesis regis, & à Cæsare coronatus Rex Armeniæ, regreditur in regnum. Post hæc Neto histrionem agit. plures viros Principes, quos sub hoc Consulatu *refert Tacitus libro* 15. morti addicit. insignioris constantiæ Thraseas mori cogitur. reliqua Taciti historia vsque ad Galbām desideratur. Petrus & Paulus Romam accurrunt ad succurrendum afflictæ Ecclesiæ. rem narrant *Metaphrastes* 29 *Iulii, & Lactantius lib.* 4. *cap.* 2. referens eorum tunc vaticinium de excidio Hierosolymorum. Petrus nunc scripsisse videtur Epistolam secundam, *ex cap.* 1 *eiusdem vers.* 4. eamque esse legitimam docent *Hyppolitus de Antichristo, Athanasius in Synopsi, & alii.* Eiusdem argumenti, & authoritatis est illa Iudæ, licet fortè postea scripta. quo tamen anno non satis constat. de Simonis Magi irrito volandi conatu, *Sueton. in Nerone cap* 12. *Clemens sexto Constitutionum cap.* 19. *Arnob. contra Gentes lib.* 2. hac occasione in carcerem compelluntur Apostoli. *Martyrol. Bedæ & Vsuardi.* Extincto Simone succedit Apollonius, de quo multa mentitur *Philostrâtus* discipulus, & rectè confutatus ab *Eusebio.* Iudæi deficiunt à Romanis, oppressionibus per Præsides & maximè per Florum prouocati: inchoaturque bellum Iudaicum. *Ioseph. lib.* 2. *de bello cap.* 13. & 14.	*Suetonius Paulinus & Pontius.* A B
69	25 *Petri.* *Linus.*	13 *Neronis*	Vespasianus missus ad Iudæos debellandos, Galilæam occupat. *Ioseph. lib.* 3. *de bello cap.* 13. habet hic annus defectionem à Nerone, initium facientibus Gallis, *inquit Suet. cap.* 40. Duce Iulio Vindice, mox Nero Romæ audiens Galbam in Hispania defecisse, collapsus, fractoque animo propè intermortuus iacuit. Sed eodem die ad ingenium rediit, & ad nugas. *Suet. cap.* 42. Expeditionem in Gallos parat. *Suet. cap.* 44. *Dio, & Plutarchus in Galba.* Apostoli Petrus & Paulus eodem anno, & die 29 Iunii, coronantur Martyrio Romæ: Ambro. ser. 66, qui est de natali Apostolorū. Athana. in Apolog. pro fuga sua. Greg. mag. Psal. 1. pœniten. de qua historia prolixè ad hunc annum *Baron.* tunc contigit fugientis Petri regressus in Vrbem, vnde postea sacellum, DOMINE QVO VADIS, nuncupatum. *Amb. ad Auxētium. Hegesippus Iunior lib.* 3. *de exci. Hierosoly. ca.* 2. Petri vxor Martyr, at quo tempore non constat. *Clemens Stro. lib.* 7. Petro succedit Linus Papa, Tuscus, Volaterranus, Pauli Diaconus. *Ignatius Epistola* 5 *& de quo* 2 *ad Timoth.* 4. Post eum Cletus, & tertiò Clemens, *ex Epistola Ignatii ad Mariam Cassobolitem.* nisi quod ibi malè Anacletus positus sit pro Cleto. Andreas Apostolus circa hunc annum fit Martyr, *ex Epist. presbyterorum Achaiæ.* Hic Patris in Achaia martyr in crucem actus est. *Baron.* 30 *nouem. Beda.* Vsuardus. de eius reliquiis 338. cur Scotorum patronus 818.	*Fonteius Capito, & Iulius Rufus.* A B

Anni Christi.	Anni. Pontif.	Anni Imp		Consules.
70	1 Lini	14 Neronis. Galba.	Huius anni consul Silius, est ille Poeta, qui scripsit de bello Punico. Rocolani Sarmatæ Mæsiam irrumpunt, cæsis duabus Rom. Legionibus: sed breui repulsi illi sunt, & cæsi. *Tacit. lib.* 17. *vel primo Hist.* Nero deficientibus ferè omnibus, desperans rebus suis, in fuga se interimit, 4 Idus Iunii, anno ætatis 32. *Suet. cap.* 57. vbi etiam de fama subducti Neronis & non occisi. sed reuersuri: ita vt postea ab aliis putaretur futurus Anti-Christus. *lege Augustinum lib.* 20 *Ciuitatis cap.* 19. Galba ex Hispaniis vocatur, & imperat menses septem. *Onuphrius, Suet. & Tacit. lib.* 1. *Hist.* Vespasianus exagitata Galilæa parat obsidionem Hierosolymorum. *Ioseph. lib.* 5 *de bello.*	*Sylius, & Galerius.*
71	2 Lini	Galba. Otho. Vitellius. Vespasianus.	Falsus Nero detegitur, & capitur. *Tacit. lib.* 2. *Hist.* huius anni, & Imperii tumultus latè narrat itidem *Tacitus*, & Muciani refert insignem orationē ad Vespasianum. Marcus Fabius Quintilianus Rhetor hoc eodem anno venerat Romam cum Galba. *Euseb.* Vitellius edicto expulit Mathematicos. Cremona fūditus euersa, quæ pro Vitellio stabat contra Vespasianum. Britannia interim turbatur, imò & Germania. harum inter Imperatores nouos tragœdiarum hic exitus fuit. qui sequitur. Galba septimo mense occiditur in foro à militibus. Otho imperat menses 3, dies quinque. *Suet.* Sed adueniente ex Germania Vitellio, ille sibi mortem infert, imperatque Vitellius mēses octo. *Suet. Ioseph. lib.* 5 *de bello.* Vespasianus à Syriacis legionibus coactus, & Muciani oratione illa impulsus imperat. præmissi ab eo in Italiam occupant Vrbem, Vitellium occidunt. *Suet. Tacit. Dio.* Mira de Vespasiano adhuc Alexandriæ manente, *refert Tacit. lib.* 3 *&* 4. *Hist & Suet. cap.* 7. Sed quid mirum? aderat enim illi Apollonius, *ex Philostrato lib.* 5. prædictiones de Messia adscriptæ Vespasiano, *ex Ioseph. lib.* 7 *de bello cap.* 12. Euodius Episcopus Antiochenus Martyrium patitur. *Rom. Martyrol. sexto Maii.* succedit Ignatius. *Euseb. in Chro. & lib.* 3. *Histor. cap.* 16. *Origenes Homil.* 6 *in Lucam. Ignatius Epist. ad Antiochenos.* Sub mortem Vitellii contigit quod recensui excidium Cremonæ, *ex Tacit. lib.* 3 *Hist.*	*Galba* 2. *& Vinius Crispinus.* A B
72	3 Lini	1 Vesp.	Apud Gallos, Treueri & Lingones à Romanis deficiunt, nutatque reliqua Gallia. Domitianus & Mucianus ad hoc bellum accinguntur. Sed victis Treueris à Petilio Cereali, redeūt defectores plerique ad signa Romana. *Tacit. lib.* 4. *Hist. libro quinto, qui est nobis vigesimus primus: sed vltimus eorum, qui extant.* Sequuta est pax in Gallia & Germania, *quantum ex vltimi lib fragmento potest colligi.* scripsit Tacitus ab excessu Augusti Annalium libros 16. Item Historiarum libros 5 ab excessu Neronis, & de vita Agricolæ librum 1, aliumque de moribus Germanorum. Illi Historiarum libri fuere quidem ab excessu Neronis, vsque ad Neruæ imperiū. Sed eorum quintus integer non extat, attingens excidium Hierosolymorum: vbi multa hic author de Iudæis à vero abhorrentia protulit. Annalium verò libros recensui *To.* 1. *cap.* 20. Galbæ, Othonis, & Vitellii tempora, non eodem modo putantur apud omnes. *Lege Scaligerum ad annum Eusebianū* 2096. *in Domitiano.* nos hic iuxta citatos autores, Vespasianum locamus Imperatorem: qui iam Romam nauigans, relinquit Titum filium ad bellum Iudaicum conficiendum. Titus ergo circa paschale tēpus vrbē Hierosolymā, & inclusam multitudinem, præter expectationem obsidet, 14 April. & tandem captam funditus euertit. *Ioseph. lib* 6 *de bello cap.* 8. idq; iuxta Christi prædictionem, *Luc.* 18. *vers.* 41 *& cap.* 21. *vers.* 20. Templū decimo die Augusti incensum, *ex Iosepho lib.* 7 *de bello: & Tom. huius Chronologiæ primo cap.* 12. *num.* 8. vnde constabit facilè quā-	*Vespasianus* 2. *& Titus.* A B

Anni Christi	Anni Pon	Anni Imp.	Rervm gestarvm series	Consules.
			diu steterit. *Vide annum Mundi* 3489. Titus reiecta coronatione, victoriam Deo adscribit. de numero captiuorum *idem Ioseph. lib.* 7. *cap.* 28. Iudæi Tributarii facti, & didrachmum dicatum templo, pendere iubentur Ioui Capitolino. *Ioseph. ibidem.* nec postea desierunt seruire qui in Iudæa erant. ante obsidionem Hierosolymorum, Christiani Pellam emigrauerant. *Euseb. lib.* 3. *cap.* 4. de annis 42, qui à Baptismo ad templi excidium sunt, *Scal. Euseb.* 2086. Quid nunc de Agrippæ Regno, *vide supra anno* 46. Eum Hierosolymis superstitem mãsisse annis triginta contendit *Scal. ad annum Euseb.* 2086. & regno incolumi, tamen *Iosephus lib.* 5. *de bello cap.* 6, narrat iuisse eum Romam ad Galbam; nec amplius reuersum putant aliqui, sed amicè habitum à Vespasiano, *lege citat. cap.* 6. *Iosephi, & eundem contra Appianum li.* 1.	
73	4 *Lini.*	2 *Vespasiani.*	Vespasianus Capitolium sub Vitellio incensum, sumptuosè restituendum curat. *Suet.* Titus Romæ triumphat cum Patre de Iudæis, *Ioseph. lib.* 7. *de bello cap.* 24. & post hunc triumphum Iano clauso sextùm, paceque vbique terrarum composita, aggreditur Vespasianus constructionem templi pacis. *Ioseph. de bello citato cap.* 24. curat interim euerti templum Iudæorum (Onion vocatum) in Ægypto. *Ioseph. lib.* 7. *belli. ca.* 20. Stirps etiam Dauidis quæritur, & extirpatur à Vespasiano. *Euseb. lib.* 3. *Hist. ca.* 11. Diuenditur terra Iudæorũ, vt pote destituta cultoribus. Emaus datur militibus, & vocatur Nicopolis. alia est Nicopolis Epiri, de qua *ad Titum cap.* 3, *vers.* 12. Cæsarea (olim Stratonis turris) fit metropolis Palæstinæ. *Ioseph. lib.* 7. *c.* 26. de Agrippa, *vide an.* 72. *&* 78.	*Vespasianus* 3. *& Cocceius Nerua, ex Iulio Frontino li. de aquaduct.*
74	5 *Lini.*	3 *Vespasiani.*	Hoc anno Vespasiani contigisse videtur clades illa Antiochi regis Comagenæ, partim irruptione Alanorum inchoata in Armeniam, partim dolo Cesennii Pæti, qui Syriam administrabat artibus & armis. Pætus, Samosatam Comagenæ ciuitatẽ maximam, iuxta Euphratem sitam, occupat, Rege bellum contra Romanos ne cogitante quidem: Rex breui Romam vinctus mittitur à Pæto. Sed ibi cum filiis honorificè habitus est. *Ioseph. de bello lib.* 7. *c.* 27. Post illud excidium Hierosolymorum, hæretici emerserunt plurimi, & ferè ex Iudæis; vt Nazareni, Esseni, Menander, & Ebion, de quo *Epiph. heresi* 30. De congressu Ioannis cum his, & contra eos, *scribunt, Irenæus, Origenes, Tertul. & Iustinus.* Moritur S. Martialis apud Lemouicenses; Galliæ Apostolus eo missus à Petro duas scripsit Epistolas: vnã ad Burdigalenses, secundã ad Lemouices. & Tolosates, *vt ex Actis eius constat.* Vnus fuit è 72 discipulis. Vespasiani temporibus narratur factum Senatus consultum Macedonianum, de ære alieno filiorum familias.	*Vespasianus* 4. *& Titus* 2. *ex Onuphrio & aliis passim.*
75	6 *Lini.*	4 *Vespasian*	Hos Coss. notant *Sueton. & alii citati apud Onuphrium.* Fœdius hoc anno Alani incursionibus vastant Prouincias Mediæ & Armeniæ, vbi regnabant Pacorus, & Vologeses, *ex Iosepho. de bello*; qui hic narrationi suæ de bello finem post aliquot capita imponit. Vespasianus Remp. nutantem, & superiorum Imperatorum culpa penè collapsam restituit. *Sueton cap.* 8. Vespasiani edicto pellũtur vrbe Philosophi, ob procaciam linguæ in omnes, etiam in principes, temere potius, quàm libere obloquentes. *Dio. Suet. cap.* 13. *Seneca. lib.* 10. *Epist. ad Lucill.* Multi tunc Philosophi per Orbem suadebant virtutem imitari Apostolos, sed retento Idolorum cultu. *Philostratus in Tianæo lib.* 5. *Dio in Vespasiano. Lucianus in Peregrino.* Quidam impostor fictè Christianus, pecunias titulo peregrini corrogat. hic est, de quo *Lucianus in Peregrino.* Apollinaris circa hunc annum patitur Martyrium, Episcopus Rauennæ. *Acta. Martyr. Rom.*	*Domitianus* 2. *& Messalinus.*
76	7 *Lini.*	5 *Vespas.*	Hoc anno habitum est vltimum Lustrum. *Censor. de die nat.*	*Vespasianus* 5. *& Titus* 3.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imp.	RERUM GESTARUM SERIES.	Consules.
82	2 *Cleti.*	1 *Titi.*	Hoc anno, *vt testis est Dio*, Agricola in maiori Britannia strenuè se gerens, crebras reportauit victorias. nondum tamen fortassis (*quod significat* Tacitus *in eius vita*) toti Britanniæ designatus gubernator. hic Iulius Agricola, primus omnium Romanorũ Britanniã circumfusam mari vndique, & insulam esse cognouit. quibus rebus in Britannia gestis, Titus Imperator 15 appellatur. Agricola tãdẽ à Domitiano postea interfectus est. *hæc Dio, licet non planè cõsentiat cum Tacito.* De Amphitheatro Romæ à Tito extructo. *Euseb. in Chro.* hoc ipso anno Roma triduo conflagrauit incendio, diuinitus immisso. *Dio in Tito, Suet. ca.* 8. *in Tito.*	*Titus 8. & Domitianus 7.*
83	3 *Cleti.*	2 *Titi*	Titus summo omnium dolore extinguitur veneno à fratre Domitiano. alii morbo extinctum dicunt, alii inclusum arca lignea niuibus repleta periisse 14. Septemb. anno ætatis 41. Succedit frater Domitianus, *Dio & Sueton.* bonas initio leges condidit. *Dio in Domitiano, Suet. c.* 7. & laudatur à *Martiali.*	*Plautius, & Pellio.*
84	4 *Cleti*	1 *Domitiani.*	Iosephus nunc Romæ commoratur & charus Principi, scribit libros de Antiquitatibus. *Iosephus in vita sua in fine.*	*Domitianus 8. & Flauius.*
85	5	2 *Domitian*	Incipit sæuire Domitianus. pellit ex Vrbe Philosophos, Dionem Chrysostomum (*ex ipsomet Dione, oratione* 45) Epictetum Stoicum, & Peregrinum, *ita Lucianus in Peregrino.* Plures ab eo occisos & primæ nobilitatis, *narrant Suet. Dio, & Eusebius.* Sunt qui pulsum etiam notent Musonium. Sed multi fuerunt. an fortè iste est, quem ab exilio reuocauit Titus vel Vespasianus, *ex Zonara & Xiphilino.*	*Domitianus 9. & Virginius.*
86	6 *Cleti*	3 *Domitiani.*	Auget Domitianus superstitionem Gentilium, etiam templis. *Dio, Suet. & Martialis l.* 8 *&* 9. *Epigr.* Vestales tres virgines stupri damnatas iussit viuas infodi. *Euseb. in Chro.*	*Domitianus 10 & Sabinus.*
87	7 *Cleti.*	4 *Domitiani.*	Picti relicta Scythia, quærentes nouas sedes, Britanniæ maioris partem Borealem inuadunt; & victis incolis, domicilium ibi figunt. *Polidorus lib.* 2. cùm tamen *Tacit. in vita Agricolæ*, memorans huius insulæ tunc casus varios, nullam huius rei faciat mentionem. Verùm nec *Taciti* narratio in omnibus consentit cum *Dione*: nec Romani totam pacatam insulam vnquam obtinuerunt, si historiæ Britannicæ scriptoribus, fides adhibetur, & Seueri tempora expendantur. florent nunc Poetæ, Iuuenalis & Martialis. adhuc viuebat Statius.	*Domitianus 11 & Aurelius Fuluius*
88	8 *Cleti*	5 *Domitiani.*	Exercitus Romanus, quem in Germania ducebat Fuscus aut Iulianus, profligatur à rege Daciæ, occiso Fusco: *Niceph. & Iornãdes in historia Gothica.* & tamen Domitianus Germanici nomen vsurpauit. Instituit nunc Domitianus quinquennale certamen Capitolino Ioui, seu ludos Capitolinos, *ex Sueton. c.* 4. *in Domitiano.* Atque ab hoc Consulatu, anni per Agones Capitolinos cœpti sunt numerari. Agon quatuor annos habebat, & potest referri primus Agon ad annum secundum Olympiadis 216. rectè consignatur hic annus Christi pro hoc Agone. est annus Orbis 4089. ac proindè annus 862 à prima Olympiade: & annus Vrbis conditæ 837, qui duo numeri cũ illo anno Orbis citato cõsentiunt, & cum sede, quam dedimus Vrbi, primæque Olympiadi in annis expansis ante Christum. hos Consules passim notant authores cum *Censorino.* totidem Iphiti annos notauit *Scaliger de Emendatione l.* 5. *c. de Agone.* rectéque putantur. idem constat de annis Vrbis: si enim Actiaca victoria habuit annum Vrbis 722, vt notauimus, indéque ad Christum sunt 28 anni: & rursus à Christo ad hunc duodecimum Consulatum Domitiani sunt anni 87 absoluti, resultat annus ille Orbis 4089. quod verò vetus Chronologus *apud Clementem l.* 1. *Stromat.* ponat 114	*Domitianus 12 & Dolabella.* A

Anni Christi.	Anni Pontific.	Anni Imp.		Consules.
			annos ab Actiaca pugna ad hunc Agonem, deficit annis duobus à vero calculo, vt iam satis ostendi. Hunc Agonem Capitolinũ vocari Lustrum in veteribus inscriptionibus, *ostendit idem Scaliger.* duo menses nominantur, September Germanicus, & October Domitianus. *Euseb. in Chro. Suet. c.* 13 *& Macrobius Saturn. lib.*1.*cap.*12. Sed an Domitiani anno quarto, vel 8, vel etiam vndecimo, incertum est. Sanè ante Consulatum decimum, non est dictus Germanicus hic Imperator.	
89	9 *Cleti.*	6 *Domitiani.*	Quintilianus, *de quo supra*; natione Hispanus, Romæ primus docet mercede publica. *Euseb. Cassiod.* Higinius Philosophus nunc floruisse putatur. Agricola res Romanorum in Britannia promouet, proferens vltra solitos limites imperium, *Tacitus in eius vita.*	*Domitianus* 13 *& Saturninus*
90	10 *Cleti*	7 *Domitiani.*	Ludos seculares ferè anno Vrbis 841, Romæ celebrat Domitianus ineunte octauo imperii anno, iuxta rationem, quam de his init *Onuph.* hunc etiam Consulatum notauit *Scal. de Emend. l.*5. sed de varia temporis consignatione quoad hos Ludos, alibi dictum est. meminit *Euseb. in Chron.* expeditionis Domitiani in Dacos, *& Suet. cap.* 6. geminam scribit, nec sine triumpho. *cap.*13.	*Domitianus* 14 *& Rufus.*
91	11 *Cleti*	8 *Domitiani.*	Domitianus Neruam Cocceium mittit in exilium, quod Apollonii consuetudine vteretur. Apollonius verò ad ignominiæ notam barba nudatus, & causam dicere iussus, euanuit: mansitque Ephesi vsque ad mortem Domitiani. *Philostratus l.* 7. breui tamen Domitianus reuocatum Neruam designat Consulem. deficiunt ab imperio non paucæ nationes, Romanorum qui præerant auaritia, & rapinis impulsi. ex his Numidæ aliqui contra Flaccum Prætorem; à quo tamen breui sunt castigati, *Zonaras.* Agricola in Britanniam penetrat vsque ad Caledonem. *Tacitus in vita.* Edicto Imperatoris ex Italia pelluntur Astrologi & Philosophi, *Philostratus, Euseb.*	*Fuscus & Sempronius.*
92	12 *Cleti*	9 *Domiti. n*	Alter hic Consul postea futurus est Imperator. Ioannes Apostolus, tanquam impietatis reus, mittitur ex Asia Romam, & in solium vel dolium olei missus egreditur illæsus, relegaturque in insulam Pathmos. *ex Tertulliano de Præscriptionibus c.* 36. *Hier. in c.* 20. *Math.* & traditio Romæ recepta est. Contigit hoc pridie nonas Maii ex veriore *Bedæ, Vsuar. & aliorum* sententia.	*Domitianus* 15 *& Nerua* 2.
93	1 *Clementis I.*	10 *Domitian*	Domitianus Imperatorum primus se Deum vocari præcepit, erectis etiam in hunc finem statuis. *Cassiod. & assentator Martialis in Epig. quodam.* Persecutio secunda in Christianos excitatur à Domitiano, inchoata à relegatione illa Ioannis, & martyrio Cleti, 26 April. succedit Clemens Romanus, ordinatus à Petro. *Tertul. de præscriptionibus c.* 12. locum cesserat antea Lino, & Cleto, de quo *Epiph. hæresi* 27. de hoc Clemente *ad Philippenses* 4. Antipas in Asia martyrio coronatur, de quo fit mentio *ibid. ca.*2.*vers.*13.	*Traianus & Glabrio.*
94	2 *Clementis I.*	11 *Domitiani*	Hoc anno, qui est octauus Agricolæ in Britannia, *Tacitus in eius vita*, putat totam insulam subiugatam, accepisse iura Romanorum, & Agricolam, breui reuocatum Romam, indignè exceptum à Domitiano. Sunt qui notant *Tacitum* in eo libello, vt initio quidem ex ignorantia fortè rerum Iudaicarum, ita in reliquo opusculo, studio augendi res à Socero hoc suo gestas, transgressum verioris historiæ limites: *vt an.*87 *subindicaui.* Glabrio vir Consularis impietatis damnatur Romæ. *Dio in Domitiano.* vbi satis indicat fuisse Christianum. Sæuit in Iudæos Domitianus. *Sueto. cap.*12. & præterea in Vestales. *Euseb. in Chro.*	*Domitianus* 16 *& Volusius.*
95	3 *Clementis*	12 *Domitiani*	Seditionem in Ecclesia Corinthiorum sedat Clemens sua Epistola, legi deinceps solita in Ecclesiis. *Euseb.* 3 *hist. cap.* 2. de variis	*Pompeius & Cornelius.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			variis per hunc Pontificem datis Episcopis, prolixè satis *Baron.*	
96	4 *Clemẽtis. I.*	13 *Domitiani*	Hoc circiter anno Vlpius Traianus, postea futurus Imperator, præficitur legionibus Galliæ, & ad Rhenum. Narrat *Euseb.* à Domitiano editum edictum, ne fieret in Christianos persecutio. Sed non diu mansit ille in sententia. Iosephus anno hoc 13 Domitiani absoluit libros Antiquitatum, *vt ipse in fine testatur.* Eius de Christo testimonium, ad hunc annum retulit *Baronius.*	*Nonius, & Aricinus Clemens.*
97	5 *Clementis I.*	14 *Domitia.*	Mathematici & Astrologi, iterato edicto pelluntur Roma. Nunc, hoc est vltimis Domitiani temporibus, scriptam à Ioanne Euangelista Apocalypsim, *ait Irenæus l.* 5. Asianas Ecclesias Ioannes non fundauit omnes, sed rexit, *inquit Epip. hæresi* 51. licet fundasse dicat *Hieronymus in Ioanne de Script. Eccles.*	*Domitianus 17 & Flauius Clemens.*
98	6 *Clemẽtis. I.*	15 *Domitia.*	Domitianus Flauium Clementem suum Patruelem (quẽ *Dio* Fabium vocat) virum Consularẽ, & cuius filios designauerat successores Imperij, occidit ob religionem Christianã, *Suet. c.* 15. relegatam Clementis vxorem Flauiam Domitillam *scribit Dio in Domitiano.* Alteram Domitillam, Clementis ex sorore neptim & virginem, ob eandem causam relegat in insulam Pontiam. *Dio, Euseb. in Chro.* Eius memoria agitur septimo Maii. interim Domitianus à crudelitate, Nero est appellatus. vnde *Iuuenalis*: ET CALVO SERVIRET ROMA NERONI. *Vide Tertul. in Apologetico c.* 5. Dum hæc aguntur, Clemens Papa septem Notariis distribuit regiones Vrbis, qui exciperent Acta Martyrum. tandem occiditur Domitianus à Stephano Flauiæ Domitillæ relegatæ procuratore. *Sueton. c.* 17. *Dio, & Philostratus lib.* 8. Eius statuæ, & arcus euertuntur. *Dio. & Macrob.* Succedit Nerua, oppido Narniensi genitus, Senatu & exercitu consentientibus. hic reos impietatis, id est, Christianos, restituit. *Dio.* Et Iudæorum nomine intelligi Christianos interdum, docuit etiam *Suetonius.* IVDÆOS (*inquit*) DVCE CHRISTO TVMVLTVANTES. Periisse putatur Domitianus anno ætatis 45. Certè anno Imperii 15 excurrente occidit, ex veriori calculo, idque decimo quinto Septembris.	*Fulnius, & Antistius.* A B
99	7 *Clemẽtis.*	1 *Nerua.*	Tacitus affirmat hunc Consulatũ Neruæ accidisse 210 annis à Consulatu Metelli, & Papirii Carbonis, quem nos *Tomo primo* notauimus in Consulũ Catalogo, ad annum Vrbis 640, & post Orbis annũ 3890. quæ annorũ ratio satis coincidit in hunc Christi annum, quẽ hic notamus. Ioannes nouo illo Neruæ edicto proposito, redit ab exilio Ephesũ: vbi Euangeliũ in Pathmo scriptum euulgauit aduersus hæreticos, diuinitatem negantes in Christo. *Athanasius in Synopsi. Epiph. hæresi* 51. de tribus eius epistolis *lege Baron.* ad hunc annũ. Moritur Apollonius Tianæus incerta morte. *Lucianus.* Nerua ętate grauis, & quorundã cõspiratione permotus, adoptauit maturè Traianum, qui mox putatur accepisse Tribunitiam potestatem: vnde aliqui numerant eius Imperii annos, potius quàm à morte Neruæ, certè possessionem Imperialis dignitatis non est adeptus ante Neruæ obitũ, quicquid sit de Tribunitia potestate, quam aliqui cum Onuphrio pro charactere accipiunt, ad inueniendos Imperatorum annos. Cæterùm Neruæ mors incidit in 24 Ianuar. anni sequentis, cum regnasset anno vno, mensibus 4. & diebus nouem. successit Traianus, homo Hispanus, adoptatus, vt dixi, à Nerua. *Dio*, qui mox Neruam retulit in Deorum numerum. *Ex nummo.* DIVVS NERVA PERPETVVS.	*Cocceius Nerua & Virginius 3*
100	8 *Clemẽtis. I.*	1 *Traiani*	Ecclesia hoc tempore ceperat magnum incrementum. *Plin. lib.* 10. *epist.* 97. *in fine.* Silent Oracula. *Plutarch. in Dialogo de Oraculis.* Sub hoc Traiano florent Dio Chrysostomus, Plutar-	*Nerua 4. & Traianus, 2.*

chus, Florus, qui Liuij Epitomen edidit, & Cornelius ille Tacitus, *de quo supra*. Item Neratius & Celsus Iurisconsulti. Persecutio sub Traiano excitatur in Christianos hoc ipso anno, quicquid dicat *Eusebius*. non tamen ex nouo edicto aliquo, sed ex lege, qua vetuit sodalitia. Sic ergo prohibentur Christiani conuenire, & ex hoc prætextu sæuiunt in eos iudices. *Plinius citata Epistola* 97. Clemens mittitur in exilium, iubente Traiano. *Metaphrastes* 23. *Nouembr.* Martyres Flauia Domitilla Iunior, & alii. *Martyrologium* 7. *Maij*, *& ibidem Baronius*. hoc anno succedit Episcopus Alexandrinus Cerdo nomine, non ille Hæresiarcha. *Euseb. lib.* 3. *cap.* 20.

SECVNDI CENTENARII initium.

Regna.

PEnes Romanos adhuc sunt regna, quorum erant primo centenario Domini: proferuntque Traianus & Antoninus Imperiũ vltra consuetos terminos. ille etiam ad Indos.

statuts *Ecclesiæ.*

A Traiano vsque ad Seueri an. 7. (qui est an. 201.) Ecclesia graues passa persecutiones, & sanguine Martyrum ditata, mirum omnibus quantum per Europam, Asiam, Africamque excreuerit, vel etiam clarissimorum virorum accessione.

Doctrina *huius sæculi.*

ECclesia non errat. *Tertull. de Præscript. cap.* 19. Primatus, *ibid. cap* 22. & *Iren. lib.* 3. *cap.* 3. Liberum arbitrium. *Iustin.* Martyr *Apol.* 2. *ad Antonin. Imp.* Iren. *lib.* 4 *cap.* 9. Opera bona, & merita. *Tertul. in Scorpiaco cap.* 6. *Iren. lib.* 4. *cap.* 34. Eucharistia. *Iren. lib.* 4. *cap.* 34. Sacrificium. *Iustin. Mart.* Dialog. *cum* Tryp. *Tert. ad* S*capu. cap.* 2. Pœnitentiæ Sacram. *Tertull. de Pœnit. cap.* 7. 8. & 9. Purgatorium. *Tertull de coron.* Milit. *cap.* 3. & *de* Monogam. *cap.* 10. Inuocatio Sanct. I*ustin.* Mart. *Apol.* 2. *ad Antonium* Imp. Iren. *lib.* 5. *cap.* 19 Reliquiæ Sanct. I*ustin. Mart. qu.* 28. Cælibatus. I*ustin. Mart. Apol.* 2. *ad Anton. Pium. Tert. de velan. virg. cap.* 3 Abstinentia à cibis. *Telesphor. epist. ad vniuersos, refertur d.* 4. *c. statuimus. Tertull. de ieiun. cap.* 1.

Anni Christi.	*Anni Pontific.*	*Anni Imp.*		*Consules.*
101	9 *Clementis*	2 *Traiani.*	TRaianus, qui acceperat Imperium in Germania apud Coloniam Agrippinam, venit hoc anno Romam. *Dio, & Plinius in Panegy.* breui iturus in Dacos. Hoc eodem anno, qui est 68 à Passione, moritur Ioãnes Ephesi. *ita Hieron. in Ioan. Euseb. in Chro. & Tertull. lib. de Anima cap.* 50. *Vide etiam* Irenæum *lib.* 4. *cap.* 3. Meminerunt Sepulchri eius (quod mortuorum est) *Chrysostomus Homil.* 20. *in Epist. ad Hebr & Euseb. lib.* 3 *cap.* 33. *insuper Augustinus* Tractatu 124 *in Ioannem* propendet in mortem. Consentit *Beda ibidem*. Refert *Augustinus* fabulam de motu Sepulchri. Cæterum primus asserens non obiisse Ioannem, putatur *Hippolytus Portuensis, in* Tract. *de mundi consum.* sicut Ioannis assumptionem post mortem suadet *Nicephorus*. De Ioannis ætate *Baronius*. putatur tẽpore Passionis fuisse 25 annorum, quando factus est Sacerdos. quare obiit anno ætatis 93. fauet *Epiph. hæresi* 51. Obiit Apostolorum vltimus. Successit Ephesi Onesimus. I*gnat. in Epist.* 14.	*Cornelius Palma & Sosius.*
102	10 *Clementis* 1.	3 *Traian.*	Hoc anno 3 Consul factus est Traianus cum Frontone, ac proinde nunc victo Dacorum rege Decebalo, dictus est Dacicus. *vt ex veteris nummi inscriptione refert Scal, anno* Eu*seb.* 2117. cõsentit annus Vrbis 852. appositus Fastis Capitolinis, & resultat annus Orbis 4103 congruens nostris annis expansis. *Baronius* hoc reiecit in annum Christi sequentẽ: quod & fecerũt alii quidã recentiores. In Armenia nunc regnabat Parthamasiris, qui à Parthorũ rege, & non à Cæsare Diadema regni accipiẽs, causã	*Traianus* 3. & *Fronto.* A

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			dedit Traiano, bellum inferendi postea, sub Consulatu Commodi, tũ Armeniis, tum Parthis. *Dio*, qui gloriæ captandæ causa ait motum hoc bellum, quo tempore Parthorum vires satis erant intestinis bellis debilitatæ. sed de hoc bello inferius. Clemens Papa obiit Martyr. *Euseb. l. 3. cap. 28. Hier. in Clemente. Metaphrastes 23 Nouemb. Greg Turonensis de gloria Martyrum c. 35 & 36.* de scriptis Clementis, & cuius fidei sint, quæue eius Epist. germanæ, *vide Turrianum contra Magdeburgenses.* satis agit prolixè hic *Baronius* de Constitu. Apostolicis, Canonibus, & eorum numero, deque Itinerario seu circuitu Petri, aut si mauis, de decem Recognitionum libris. Sanè non sunt hæc scripta certæ prorsus fidei: & pleraque ex illis meritò putantur apocrypha. Recognitiones porrò deprauarunt Ebionitæ. *Epiph. hæresi 30.*	
103	1 *Anacleti.*	4 *Traiani.*	Hoc anno Plinius secundus fuit Consul: non quidem ordinarius, sed honorarius. *ita ipse in Epist.* vnde sequenti anno sortitus est prouinciam more maiorum. fuere plures Plinij. hic Iunior est Nouocomensis, & author Epistolarum ac Panegyrici. *vide annum* 81. Mense Aprili eligitur Anacletus, natione Græcus.	*Traianus 4. & Articuleius Patus.*
104	2 *Anacleti*	5 *Traiani.*	De Consulum horum nominibus non constat apud omnes. pro Senecio, Seruianus est *apud Spartianum in Adriano. Cuspinianus* Seruiliũ notat. *Fasti Græci* habent Συρμαῦ καὶ Συρὶκ. *Onuphrius* Senecium retinet. *Baronius Spartianum* sequutus est. Decebalus in Dacia, violatis pacis conditionibus, iterùm à Traiano in Germaniam regresso vincitur, & manus sibi infert. Dacia fit prouincia anno sequenti. *Eutropius.* illud in admiratione tunc habitum est, quod Pontem ingentis artificii & magnitudinis Danubio imposuerit Traianus, quem tamen postea euertit Adrianus, ne eo ad facilem transitum vterentur Barbari. *Dio.* Hoc anno Plinius sortitus Prouinciam Bithyniam, indè consulit Traianum per literas. *Epistola 97. lib.* 10, de Christianorum numero, constantia, & innocentia, monẽs Imperatorem. rescribit Traianus non esse quærendos, sed oblatos esse puniendos. *Plin.* E*pist.* 98. arguitur responsum à *Tertulliano in apolog. ca.* 2. & *Euseb. lib. 3. c. 23.*	*Sura 2. & Sosius Senecius*
105	3 *Anaclet.*	6 *Traiani.*	Hoc anno Traianus quintùm Consul, redegit Daciam in Prouinciam, *ex antiquo nummo, & Dio in Traiano.* Rectè consentit cum Fastis Capitolinis, & anno Vrbis 855. Eodem anno audit Traianus Romæ externarum nationum legationes. *Dio.* floret Euphrates Philosophus. Elxai Pseudopropheta ex Iudæis prodiens, & impugnans virginitatem, vexat Ecclesiam. E*piph. hæres.* 24 & 30.	*Traianus 5 & Maximus 2.*
106	4 *Anacleti.*	7 *Traiani.*	Traianus columnam ingentem, quæ adhuc Romæ extat, erigit in foro Traiani. D*io in Traiano.* Anacletus illustrat Sepulchrum B. Petri. E*useb. lib. 3. cap.* 14. Edessena Ecclesia affligitur, vbi olim Abagarus.	*Suranus 2. & Marcellus.*
107	5 *Anacleti.*	8 *Traiani*	Adrianus (postea futurus Imperator) exercuit Tribunitiam potestatem, volente Traiano. *ita Spartianus.* non ergo est hic certus Character Imperialium annorum.	*Candidus & Quadratus. 2.*
108	6 *Anacleti.*	9 *Traiani.*	De Traiani expeditione nobili in Orientem nunc Inchoata, *Dio prolixè in Traiano:* his sanè Consulibus ex Cassiodoro, ac proinde anno Vrbis 858. Consentiunt nostri anni Orbis expansi, *Vide Cuspinianum de* C*onsulibus.* Idem Traianus vndecim millia Christianorum, quos reperit in exercitu, relegauit in Armeniam. Romulus vir clarus Martyrium patitur. M*artyrol.* 5 *Sept.*	*Ceionius Commodus, & Cerealis.*
109	7 *Anacleti.*	10 *Traiani.*	Dũ Traianus Antiochiæ hybernat, ingens terræmotus, hãc, & alias Asiæ ciuitates, Græciæque partem non minimã, magna affecit clade. sunt, inquã, qui hũc annũ notẽt, sed rectius fortè	*Sosius Senecius 4. & Licinius Sura. 3.*

annum 117. cæterùm iam Imperator ineunte uere vltra Euphratem, Tigrim, & Arbela, Alexandri victoriâ locum nobilē, progressus, varias subegit Prouincias; captâ etiam Nisibi ciuitate: & sextùm Imperator nominatus est. sed *ex Onuphrio & veteribus inscriptionibus*, hunc titulum solum sequenti anno sibi assumpsit. si quibusdam creditur, nunc obijt Agrippinus Agrippæ regis filius, anno regni 30. nec scribunt authores, an Iudæa postea vllum regem habuerit. de Dionysio Areopagita multa ad hunc annum *Baronius*, Illud certum est, nunc obijsse Martyrium Simonem, dictum fratrem Domini, filium Cleophæ, Episcopum Hierosolymitanum, ætatis anno 120. *Euseb. in Chro. & lib. 3. Historiæ cap. 26.* succedit Iustus. Ignatius Episcopus Antiochenus, Orientis Primàs, hoc anno mittitur vinctus Romam, vt *ex eius Martyrio* anni sequentis colligitur. varia scripsit, de quibus hîc *Baronius*. Ignatij Epistolas, insigne Traditionum Apostolicarum promptuarium collegit S. *Polycarpus*.

110 | 8 *Anacleti.* | 11 *Traiani.* — Hic annus est, quo capta vrbe Ctesiphôte, Traianus Tigrim trangressus, vsque ad Oceanum & Indiæ terminos, tot subegit nationes, vt permiserit Senatus quot vellet triumphos. *Dio.* Sic ille, quòd nullus alius post Alexandrum, vsque ad Indos protulit imperium. Ignatius Romæ leonibus obiectus Martyrium consummat. deferuntur Antiochiam eius Reliquiæ; hoc est, asperiora ossa. vbi multis coruscarunt miraculis. *Euseb. in Chro. Hieronymus in Ignatio.* successit Hero Episcopus. *Euseb. in Chro.* vt prædixerat *Ignatius Epistola ad eundem.* Onesimus quoque Romæ fit Martyr. *Martyrologium Romanum decimo sexto Februar.* Cerdoni Alexandrino Episcopo succedit Primus, seu Priamus. *Euseb. in Chro.* — *Gallus, & Bradua.*

111 | 9 *Anacleti.* | 12 *Traiani.* — Notari potest hic annus Consulatu post Braduam: nam alioqui de nominandis his Consulibus dissensio est *in Fastis.* communiter notantur Palma & Caluisius Tullus 2. Consul. *vide Onuphrium anno 862. Baronius* hîc ponit Pedonem & Messalam. quorum prior, *vt scribit Dio*, extinctus est in illo admirando terræmotu Antiochiæ. sed hunc vrbis illius casum, notant aliqui ad annum Traiani decimum, alij 12. alij 18. ita vt vix certam sedem habeat Pedonis Consulatus. quem tamen cum multis locamus ad annum Traiani 18. quamuis sedes anterior non sit pertinaciter illi Consulatui neganda. Traianus domitis Orientis prouincijs plurimis, subiugat etiam Arabiam, & Indicā è mari Rubro nauigationem cogitans, audit rebellasse paulò ante subiugatas à se prouincias. *Eutrop. Xiphilinus.* Iulius Frontinus suo scribit strategemata: & Lucianus, æquè atheus ac apostata, Dialogos. — *Post Braduā.*

112 | 1 *Euaristi.* | 13 *Traiani.* — Traianus, posthabita expeditione Indica, regreditur, & domat rebelles, receptis ciuitatibus Nisibi, Edessa, & Seleucia. *Dio.* Anacletus Martyrium patitur, 3 Iulij, an. 9 Pontificatus. *Martyrol. Rom.* in tertia eius Epistola vsurpatur rectè nomen Patriarchæ, & prærogatiua sedium: quod Nouantes offendit. Succedit Euaristus, *Augusti. Epist.* 165. hic diuisit Romæ titulos, id est, domos mancipatas diuino cultui vbi Synaxes fiebant, ad imitationem titulorum fisci. *l. si quando, Cod. de bon. vacant.* fuit hic titulus vexillum crucis. *l. vlt. de paga. C. Theodosiano.* nunc pantheon fulmine ictum arsisse *scribit Eusebius in Chro. & ibidem Scaliger*, quodnam ex multis Pantheis illud fuerit, expendit. probabilius est, non illud Agrippæ, sed Iouis vltoris delubrum fuisse. *lege Plinium lib. 36. cap. 15.* — *Crispinus, & Solenus Orphitus. 2*

113 | 2 *Euaristi.* | 14 *Traiani.* — Iuxta Fastorum tabulam magis receptam hic annus habet — *Pio, & Rustico.*

Anni Christi.	Anni. Pontif.	Anni Imp.		Consules.
			Consules Pisonem & Rusticum: aliqui tamen alios proferunt, *vt vides apud Onuphrium anno* 864. Traianus Ctesiphontem ingressus, ad vitandas deinceps rebelliones, Parthis dat regem Psamatosirim, *ex Spartiano,* quo etiam tempore prouincias fecit Armeniam, Assyriam, & Mesopotamiam: nec vnquam ad tantam amplitudinem peruenit aliâs Romanum Imperium: & certe iam magnitudine laborabat sua; cœpitque ab hoc fastigio sensim declinare, ac decrescere.	
114	3 *Euaristi.*	15 *Traiani.*	Traianus valdè Iudæos vexat. *Dio.* Iusto Episcopo Hierosolymitano vita functo, sex alij *quos refero an. seq.* intra 13 annos substituuntur. *Euseb.* hoc anno Traianus contra Arabes rebellantes digreditur, sed conatu inutili; dum ille viribus deficientibus nec Romam redire, nec parta tueri commodè potuit. Ex quo duo sequentes anni, pleni sunt rebellionibus & prodigijs, *vt narrat Dio.*	*Traianus 6, & Africanus.*
115	4 *Euaristi.*	16 *Traiani.*	Hoc anno notantur hi Consules *ex Cassiodoro & Cuspiniano.* Ex tot Episcoporum morte Hierosolymis, coniectura est alicuius persecutionis in Christianos, dum Traianus esset in Oriente. numerantur illi Episcopi, Zachæus, Tobias, Beniamin, Ioannes, Mathias, & Beniamin alter.	*Celsus 2 & Crispinus.*
116	5 *Euaristi.*	17 *Traiani.*	Alios tamen Consules refert *Onuphrius anno* 867. Iudæi rebellantes ad Cyrenem vrbem duce Andrea quodam, item in Ægypto & Cypro, occidunt 220000 Græcorum & Romanorum: sed missus à Traiano Martius Turbo, egregiè rebelles castigauit. *Xiphilinus & Euseb. lib. 4 Hist.*	*Hasta & Vopiscus.*
117	6 *Euaristi.*	18 *Traiani.*	Hos consules notant *Cassiodorus, Cuspinianus, & alijnon pauci:* ac proindè nunc contigisse debuit ingens ille terræmotus Antiochiæ, *de quo superius; & quem describunt Dio, & Xiphilinus.* certè, si creditur *Euagrio,* quem sequitur *Baronius,* accidit anno Christi 111, & Traiani 12. sed *Scaliger ad annum Eusebij* 2129 ait, esse quadriennij prochronismum, accidisseque anno Christi 115. dixisset fortè rectius sexennij; si, quod multi dicunt, Consules isti hoc loco poni debent: nam omnium consensu, contigit ille terræmotus Messala, & Pedone Consulibus, hoc est (vt ex hac sede Consulum colligo) anno Vrbis 867. Orbis 4118, & proindè etiam anno Christi 117, quem hic notamus: quando adhuc in Oriente, & Syria agebat Traianus cum Pedone Consule, qui illo terræmotu perijt, *ex Dionis narratione.* Iudæorum hoc anno ingentem cladem in Mesopotamia *notat Euseb. lib. 4 Hist. cap.* 2.	*Messala, & Pedo.*
118	7 *Euaristi.*	19 *Traiani.*	Psamatosiris Rex datus à Traiano, eiicitur à Parthis rebellantibus. Veniens ille ad Imperatorem, subsidium & restitutionē obtinuisset, nisi Traiani mors interuenisset. Antiochiæ hoc anno fuisse Traianum *scribit Nicephorus, lib. 3. cap.* 23. vbi contigisse narrat insigne illud Martyrium, ad lauacrum Traiani, quinque Virginum combustarum. *Narrat Suidas verbo Traianus,* hoc extremo Traiani tempore cessasse persecutionem, edicto promulgato. Nunc irrepsit error de millenario. Papias auditor Ioannis, author huius erroris fuit, ex malè intellecto quodam Apocalypsis loco. Secutus eum est Iustinus Martyr: non fuit tamen hæresis hæc opinio, nisi post Damasi decretum contra Apollinarem.	*Aelianus, & Antistitius Vetus.*
119	8 *Euaristi.*	20 *Traiani.*	Traianus mouens arma in Mesopotamiam, corripitur morbo, in itinere moritur, vndecimo Augusti ad Salinuntem vrbem, (*Eutropius* Seleuciam vocat,) quæ dicta deinceps est Traianopolis Ciliciæ. Succedit P. Ælius Adrianus cognatus, biduo antè mortem, si *Spartiano* creditur, adoptatus à Traiano: licèt	*Niger, & Apronianus.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			adoptionem neget *Dio*. Scribit *Ptolemaus lib.3.cap.*8. *Almagesti*, annum 17 Adriani, fuiſſe 161 annum, à Monarchia Auguſti poſt Actiacam pugnam: ſicque primus hic Adriani annus incidiſſet in annum Vrbis 867,& Chriſti 117, biennij metachroniſmo: quem lapſum in calculo *Ptolomai* ſubindicauit *Vignerius ad annum* 118, qui ſatis docet (*quod* Tomo 1.*cap.*10.*num.*10. *attigi*) poſſe Aſtrologos in re chronologica facilé errare. Romæ, columnæ Traiani impoſita ſunt eius oſſa, cuius altitudo eſt 140 pedum. narrat *Eutrop. lib.*8. ſolitam fieri Principibus acclamationem hanc in Senatu: FELICIOR AVGVSTO, MELIOR TRAIANO.	
120	9 *Euariſti.*	1 *Adriani.*	Licèt *Spartianus in Adriano* mentionem faciat primi Conſulatus Adriani; incertum tamen, an & quando eum geſſerit. prima illi cura fuit, pacatum reddere imperium, ſub mortem Traiani crebris defectionibus turbatum, in Oriente, Ægypto, Mauritania, Britannia maiori, & Palæſtina. Parthis ergo permiſſum priſtinum imperium vſque ad Euphratem, vtriuſque deinceps Imperij limitem futurum. Pſamatoſiris datus eſt ab Adriano Rex vicinis quibuſdam prouinciis. Ipſe Adrianus Romam veniens, ingenti liberalitate comburit Syngraphas. *Dio, Spartianus, Scaliger anno Euſeb.*2134. Durat perſecutio inchoata. *Seuerus Hiſtoria lib.*2. tamen ſine edicto, *Tert. in Apologia cap.*3. Placidus Magiſter equitum in bello Iudaico, Traiani commilito, poſtea factus Chriſtianus, dictus eſt Euſtathius. putatur is eſſe, qui ſub Adriano inſignis Martyr euaſit. *Martyrol.* 11 *Kal. Octob.* circa hunc annum paſſus eſt Martyrium Dionyſius Pariſienſium Epiſcopus cum ſociis. *Beda, & Ado.* anno quidem ætatis 110, ſi hic eſt Areopagita ille, qui tempore Eclipſis in Paſſione, ait ſe fuiſſe annorum 25. *lege Baronium anno Chriſti* 109. Iam porrò hæreticorum procellæ cœperunt Eccleſiam infeſtare, Menander Simonis impia propago, ex quo Saturninus, Baſilides, Carpocras. *Euſeb. lib.*4.*Hiſt.cap.*7. hi turpiſſimi hæretici, ſub ſpecioſo Gnoſticorum nomine, ingentes excitârunt calumnias contra Eccleſiam, ad quas refellendas *edita ſunt Apologia à Iuſtino, Athenagora, Irenæo, Origene contra Celſum, Tertuliano, & aliÿs.* hoc anno obiiſſe dicitur Euphrates Stoicus qui ſibi mortem intulit, petita venia à Principe. *Euſebius in Chron. Xiphilinus.*	*Adrianus* 2, & *Salinator.*
121	1 *Alexandri* 1.	2 *Adriani.*	Cauit edicto Adrianus, ne communi balneo vterentur viri & fœminæ. Martius Turbo, poſt repreſſos Iudæos, mittitur in Africam, vt ibi etiam Maurorum excitatos motus compeſceret. Syriam Attilio Seuero commiſit. ipſe Romam veniens, Traiano exequias ingenti apparatu perſoluit, *Spartianus.* Euariſtus martyrio coronatur 26 Octob. *Martyrol.* Succedit Alexander poſt dies 18.	*Adrianus* 3. & *Ruſticus.*
122	2 *Alexandri* 1.	3 *Adriani.*	Adrianus expeditionem parat in Alanos & Sarmatas. Sed breui ſecuta eſt pax. *Spartianus.* Omnium ſecuritati proſpicit. Vnde nummus cum hac inſcriptione, LOCVPLETATORI ORBIS. *Spartian. in Adriano.* pergit perſequi Chriſtianos. Martyres fiunt Fauſtinus, Iouita Diaconus, & Afra, 16 Februarii & 24. Maij. Primo Alexādriæ Epiſcopo mortuo, (*de quo* 110.) ſuccedit Iuſtus, *Euſeb. in Chro.* floret nunc Apuleius Philoſophus, natione Afer, qui ſcribit fabellam de Aſino aureo.	*Catilius, & Fuluius.*
123	3 *Alexandri* 1.	4 *Adriani.*	Detecta conſpiratione Nigrini in Adrianum, multos ille principes viros affecit ſupplicio, *Spartianus.* naſcitur Marcus Antoninus, dictus Philoſophus, futurus Imperator. *Iulius Capitol.* Circa hoc tempus martyrio coronantur Sabina Romana	*Verus* 2, & *Augur.*

Anni Christi.	Anni Pontif.	Anni Imp.		Consules
			nobilissima, 29 Augusti. Sophia cum tribus filiabus, primo Augusti, & Seraphia Alexandrina, 3 Septemb. De constantia Martyrum sese offerentium, etiam ad integras ciuitates, *lege Tertul. ad Scapul. cap. vltimo.* obstupuit ob rei magnitudinem Antoninus Proconsul Asiæ, postea Augustus, dictus Pius, *ὦ δειλοὶ εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, βρόχους ἔχετε*, dicebat ille.	
124	4 *Alexãdri.* 1.	5 *Adriani.*	Adrianus in Gallias profectus, subleuat omnes liberalitatibus, *inquit Spartianus.* & inde in Germaniam transiens, ad rigorem militaris disciplinæ militem exercet. ibi equitatus Batauus Danubium transiit armatus. quæ res obstupentem hostem impulit ad pacem. *Dio.* mox Britanniam petens, murũ per octoginta millia passuum primus duxit, qui Romanos diuideret, ab ea parte, quæ postea est Scotia nuncupata. *Ita quidem Spartianus:* licet alij hoc factum putent, tantùm sub Seuero. *vide an.* 210. huius insulæ paulo minus quàm dimidia pars nostra est, *inquit Dio, in Seuero.*	*Aelius Aut & Pansa, Cassiod. & Cuspin.*
125	5 *Alexandri 1.*	6 *Adriani.*	Occasio citius é Britannia discedendi Adriano, fuit seditio Alexandriæ, ob inuentum alicubi bouem; eum enim quisque sibi volebat, existimando esse Deum Apim, quem colebant. *Spartianus.* per Hispaniam transit Imperator, iturus Romam, & in Achaiam. in itinere Basilicam apud Nemausum Galliæ extruxit opere mirabili, *inquit Spartianus.* hic est annus Vrbis 874. quo Romæ fuisse Adrianum profert ex veteri nummo *Scaliger anno Euseb.* 2138. Athenis nunc florebat Ecclesia. *Origenes contra Celsum lib.* 3. Publius Episcopus Atheniensis martyriũ patitur: cui succedit Quadratus. *Eusebius lib.* 4. *cap.* 3. *Hieronymus in Catalogo.* Florent Suetonius Tranquillus, Adriano ab Epistolis: Iulius Celsus, Saluius Iulianus, & Neralius Priscus. Iurisconsulti.	*Patinus, & pronianus.*
126	6 *Alexandri 1.*	7 *Adriani.*	Fuit hoc anno Adrianus in Africa. *Spartia. & nummus*, vbi inscribitur, AFRICÆ RESTITVTOR. mox rediit Romam: nec quisquam ferè Principum, *inquit Spartianus*, tantum terrarum tam celeriter peregit. bis quidem fuit Athenis. ex Africa Romam rediens, venit in Orientem, *ex Spartiano.* sed hæc Adriani peregrinatio satis incertas habet periodos, præsertim si ad Consulatus, & certos annos consignari debeat. Setenius Asiæ Proconsul conqueritur apud Imperatorem, de nimia in Christianos persecutione. *Eusebius lib.* 4. *cap.* 8 *&* 9.	*Glabrio, & Torquatus ex Cusp. & aliis*
127	7 *Alexandri 1.*	8 *Adriani.*	Spatiatur hoc anno Adrianus per Orientem. Cosroem Parthorum regem, & multos alios beneficiis sibi deuincit, multùm in hac peregrinatione regibus detulit, omnes muneribus suis vincens, *inquit Spartianus.*	*Scipio Asiaticu s. & Aquilinu*
128	8 *Alexandri 1.*	9 *Adriani.*	Hoc circiter anno Apologiam Adriano pro Christianis obtulit Aristides Philosophus Atheniensis & Christianus. *Eus. in Chro. Hierony. in Catalogo.* idem fecit Quadratus, Episcopus Atheniensis, & Apostolorum discipulus. *Euseb. in chro. Hierony. in Epistola ad Magnum oratorem vrbis Romæ.* mandat Imperator Minutio Proconsuli Asiæ, vt desisteret à Christianorum persecutione.	*Candidus Vetu s. & Ambiguu Bibulus.*
129	9 *Alexandri 1.*	10 *Adriani.*	Nicopolin & Cæsaream terræmotu euersas ciuitates restituit Adrianus. *Euseb.* florent Fauorinus Gallus Arelatensis: Epictetus, Heliodorus Palæmon, & Dionysius Milesius, Philosophi & Rhetores laudati. item Herodes Atheniensis, Sophista. Viros literatura insignes magno in pretio habere solebat Adrianus, sed, *vt ait Spartianus*, quos exagitabat interdùm tum interrogationibus propositis, tum aliter. *μουσικώτατον vocat Athenæus*, literarum amantissimum *rectè vertit Casaub.* de Fauorino sæ-	*Gallicanus, & Titianus.*

Anni Christi.	Anni Pontifi.	Anni Imp.		Consules.
			culi illius principe inter literatos, *lege A. Gellium, Fauorini discipulum, in lib. noctium Atticarum.*	
130	10 *Alexandri. I.*	11 *Adriani.*	Adrianus ex Asia in Syriam venit & tandem Hierosolimam, fortassis anno sequenti, & Imperii duodecimo.	*Torquatus 2. & Libo.*
131	11 *Alexandri. I.*	12 *Adriani.*	Si nunc venit in Iudæam Adrianus, hic annus erit, quo Hierosolymam à Tito euersam, & iam iterùm habitari cœptam, ipse amplificatam iussit Æliam Capitolinam vocari, erecto Ioui templo. *Dio in Adriano.* Quæ res Iudaicum bellum excitauit, sed post discessum Imperatoris aliquandiu inchoatum. contentio est de euersione Hierosolymæ sub Adriano, cùm nunc Æliam ædificauit. *Scaliger anno Euseb.* 2140 non credit *Eusebio, Hieronymo. Epiphanio, & Suidæ*, narrantibus ab Adriano euersam eam, quæ post Titum reparata fuit, imo nec reparatã fuisse ante hũc annũ admitit. Certè potuit sedes Episcoporũ alibi cõseruari, vt Pellæ, aut alio loco Hierosolymis vicino, etiam si nõ fuisset vrbs post Titũ reparata. Sed *vide Epiphanium pagina* 537, qui reparationẽ saltẽ aliquã admittit post Titum. Iustinus, non Samaritanus, sed tantùm Samariensis *inquit Scaliger anno* 2157, nunc tandem, post omnes Philosophorum sectas tẽtatas, euasit Christianus, *vt ipse narrat in Dialogo cum Triphone*. Aquila Ponticus ex Gentili Christianus, & ex Christiano Iudæus, primus post Septuaginta Interpretes Scripturam Græcè vertit: sed fide Iudaica in multis locis, *vt notant Epiphanius, & Hieronymus.* Hanc versionem factam, non quidem ante Christi tempora *vt aliqui putant*, sed sub Adriano, & anno eius 12 *notauit Epiphanius.* quotus sit hic annus à versione Septuaginta Interpretum, collige ex primo Tomo. florent Pausanias Historicus, & Seruius author commentariorum in Virgilium.	*Celsus 2. & Balbus.* A B
132	1 *Sixti. I.*	13 *Adriani.*	Alexander Papa Martyrio coronatur. *Surius* 3 *Maii.* huic adscribitur constitutio de facienda passionis memoria in Sacerdotum precatione. Item institutio aquæ benedictæ. Verùm 1 *Corinth.* 11, passio recolenda dicitur, *vers.* 26. & variarum creaturarum benedictio habetur *prima ad Timoth.* 4. *atque ex Traditione Ecclesiæ.* Alexandro subrogatur Sixtus Romanus, post 25 dies.	*Catulinus, & Appius.*
133	2 *Sixti. I.*	14 *Adriani.*	Hic est annus ante Cõsulatum Seueriani, quo videtur Adrianus venisse in Ægyptum ex Arabia. *colligitur ex Epistola Adriani ad Seuerianum*: ibi (*inquit* Dio) Pompeio parentauit, reparato eius sepulchro: & ciuitatem instaurauit Antinoi nomine, qui ibidem obiit, vel potius se occidit in gratiam Adriani, *vt narrat Dio in Adriano.* Iusto Episcopo Alexandrino mortuo succedit Eumenes. Viuebat hoc tempore Celsus Epicureus, author vehementis inuectiuæ in Christianos. hunc Origenes postea egregiè confutauit.	*Pontianus, & Ruffinus.*
134	3 *Sixti. I.*	15 *Adriani.*	Floret priscus Iabolenus Iurisconsultus. item Theodosius ille cuius extant Sphærica. Exiit nunc edictum Saluianum. Erant quidem Prætoria dicta annua. *Cic. in Verrinis lib.* 5. at Saluianum edictum fuit perpetuum. quod Pandectarum Iuris ἀρχίτυπον extitit. *C. de Vet. Iur. Enucl.* Adrianus dicitur primus instituisse Aduocatum fisci. *Spartianus in Adriano.*	*Seuerianus, & Augurinus. Ex Cuspin.*
135	4 *Sixti. I.*	16 *Adriani.*	Iudæi bellum instaurant, & Iudæam depopulantur. Imperator euocat è Britannia Iulium Seuerum ducem in Iudæos; qui iusta detractans prælia, & diuisos carpens Iudæos, tandem oppressit sequenti biennio. *Dio in Adriano. Scribit Eusebius in Chronico*, hoc anno promulgatum edictum Pontificium de Quadragesimali ieiunio seruando. alii Thelesphoro hoc tribuunt.	*Hyberus & Silanus Sisenna.*

Anni Cristi	Anni Pont.	Christi Imp.		Consules.
			Scaliger hoc totum sustulit ex Euseb. quòd in scriptis inquit, *Eusebii* codicibus non reperiatur. Cæterùm quicquid sit de Eusebio, satis hoc ieiunium habetur ex ipsa Apostolica Traditione, vt passim docent, qui de hac re scribunt.	
136	5 *Sixti I.*	17 *Adriani.*	Photinus Episcopus Lugdunensis raræ sanctitatis habetur: qui postea sub Antonino passus est Martyrium. *de quo Martyrol. Rom. 2 Iulii.*	*Seruilius Vrsus, & Verus.*
137	6 *Sixti I.*	18 *Adriani.*	Hoc anno 18 Adriani finem accepit bellum Iudaicum duce Seuero, *de quo superius:* nisi potius velis, sequenti anno finitum, *ex Aristone Pelleo,* qui de anno 18 Adriani hoc habet, ἀκμάσαντος τοῦ πολέμου Id est, redintegrato bello, *vide annum Christi* 135. quod tamen de medio bello *Scalig. in Euseb.* interpretatur. sic interim damus hoc bellum profligatum, sub finem imperii Adriani, *vt indicat Iustinus in Apologia ad Antoninum*: quando Barchochabas Iudæorum dux oppressus est, *ex Hieronymo in Danielem.* de interdicta Iudæis Iudæa, & Patria lege, *Hierony. cap. 11. Sophoniæ, & Euseb. lib. 4. Hist. cap. 6 & in Chro.* inter hæc Adrianus peracta longa peregrinatione, tandem Romam redit, vbi ætate, & morbis grauatus, adoptat L. Ceionium Commodum, quem successorem Imperii designat. hanc adoptionem incidisse in hunc Consulatum, *scripsit Spartianus.* Post adoptionem dictus est ab Adriano, Ælius Verus Cæsar. *Onuph. lib. 1. Rom. Princ.*	*Pompeianus, & Atticus.*
138	7 *Sixti I.*	19 *Adriani.*	Commodus iste, qui nunc primùm Consul renuntiatur, est Ælius Verus Cæsar, futurus etiam Consul anno sequenti. sed post adoptionem, missus est Prætor Pannoniæ. Vbi exortum bellum feliciter confecit. Marcus ex gentilibus primus, constituitur Hierosolymorum Episcopus: *Seuerus lib. 2. Historiæ.* Phlegon Olympiadum supputator egregius, vixit ad hunc vsque annum; quando incipit Olympias 229. quod optimè conuenit cum sede, quę Tomo primo data est primæ Olympiadi: resultat enim nunc annus Orbis 4138. fuit Phlegon Adriani libertus. *Vide Suidam de Phlegonte.* minus rectè *Scaliger anno Euseb.* 2044 scribit vixisse vsque ad quartum annum Antonini Pii. de Getulio Martyre, & Sociis *Baronius.*	*Commodus Verus, & Pompeianus,*
139	8 *Sixti I.*	20 *Adriani.*	Primus horum Consulum antea dictus Commodus, nunc Ælius Verus Cæsar, moritur ipso primo die Consulatus. *Spartianus.* Eius sepulchrum, & Epitaphium *dedit Onuphrius de Rom. Prin.* Eodem anno Adrianus in villa Tiburtina laborat profluuio sanguinis, phtisi, & aqua intercute; dans pœnas persecutori debitas: & in morbo mortem cupiens, mori non potuit. *Spartian. & Dio in Adriano.* producebat eius vitam Antoninus, vnde Pius dictus est. *Iulius Capitol. in Antonino.* de falsis nunc confictis miraculis, *lege Spartianum.* florebat hoc tempore Ecclesia latè diffusa, *Irenæus lib. 1. c. 3. & Iustinus Dialogo cum Tryphone, ac præsertim Tertull. Apologet. cap.* 37.	*Aelius Verus. 2. & Balbinus Vitellius.*
140	9 *Sixti I.*	I *Antonini Pii.*	Adrianus Imperij an. 20. mense 11. fame ac inedia optatam reperit mortem, vir Magiæ deditus. *Dio, & Spartianus.* Notat *Scaliger ad Eusebium,* obijsse anno Christi 137. Triennij metachronismus est. de vero interuallo à 70 Interpretibus huc vsque variant *Epiph. Athanasius, & alii.* nobis sunt anni 420. successit Antoninus ex Nemauso Galliæ; vir tranquilli animi. *Iulius Capitol. in Antonino Pio.* quem post mortem Veri Cæsaris adoptauit Adrianus. *Spartian. in Adriano, & in Vero.* hic Antoninus sepulchrum Adriano ingens constituit, quod moles Adriani appellatum est. *Spartian. in Adriano.* hodie manet. Qui aut ex Ptolemæo, aut aliunde volunt ante hunc annum cœpisse imperare	*Camerinus & Magnus.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			Antoninum, numerant fortè illi ab adoptione, aut etiam à Tribunitia potestate. *Clemens Alexandrinus li.1. Strom.* numerat annos 77 ab excidio Hierosolymitano, vsque ad 10 annum huius Antonini. Quod ad hos nostros annos rectè quadrat. *Vide annum* 150.	
141	10 *Sixti I.*	2 *Antonini Pii.*	Floruit hoc tempore Galenus medicus, *Euseb. in Chro.* item Caius Iurisconsultus, Arrianus Philosophus, Maximus Tyrius, & Basilides: sed è multis præceptoribus, tres præcipuè sequebatur Antoninus: hi erant, Fronto Cornelius Latinus, Apollonius Chalcedonius, & Iunius Rusticus.	*Antoninus Augustus 2. & Bruttus Præsens.*
142	1 *Telesphori.*	3 *Antonini Pii.*	Sixtus Papa martyrium patitur, octauo idus Aprilis. extant duæ eius Epistolæ sub hoc titulo: EPISCOPVS VNIVERSALIS ECCLESIÆ. & rectè quidem, (quicquid dicant Nouantes) cùm sit successor B. Petri. Sixti Pythagoræi liber huic malè adscriptus est à *Ruffino. Vide Hieronymum ad Ctesiphontem* Varia Ecclesiasticarum literarum* nomina refert, & explicat ad hunc annum *Baronius*; successit Telesphorus Græcus ex Anachoreta. lectio Prophetarum; & Sibyllinorum librorum prohibita est à Gentilibus, quòd multos perducerent libri illi ad Christianismũ. *Iustinus in Apol. ad Anton.* imò & libri Cic. de natura Deorum, *auctor Arnobius contra gentes.* interim Gentiles, quo minus ratione valebant, eò magis agebant calumniis contra Christianos, obiectantes Gnosticorum scelera. *Iustinus in Apologia.*	*Antoninus Pius 3 & Antoninus Cæsar, Pii F.*
143	2 *Telesphori.*	4 *Antonini Pii.*	Qui Romanorum Pontificum Catalogum, cum Christi annis minus rectè componunt, nunc Romam venisse putant Valentinum, & Cerdonem hæreticos sub Hyginio; sed hoc prorsus aberrat à vero calculo.	*Priscinus, & Seuerus.*
144	3 *Telesphori*	5 *Antonini Pii.*	Aut nihil, aut parum abest ab hoc anno, rebellio in Britannia contra Romanos: quando missus eò legatus Lollius Vrbicus, victoriam reportauit: Et alio muro cespititio submouit hostes. *Iulius Capit. in Antonino.* Marcus secundus succedit Eumeni Alexandriæ. *Euseb. Chron.*	*Ruffinus, & Quadratus.*
145	4 *Telesphori.*	6 *Antonini Pii.*	Valentinus ex Platonico Christianus, fit Hæresiarcha. *Tert. de Præscript. cap.* 30. *Irenæus lib.* 2. *cap.* 4. quia non est potitus Episcopatu, quem ambiebat, *ex Tertull. contra Valentinum cap.* 4. 12. 27. Errauit cùm circa alia multa, tum præsertim in quæstione de carne Christi, de resurrectione, & insuper negando Martyrium, *Tertull. in Scorp. c.* 1. *& lib. contra Valent. & de carne Christi cap.* 20. Hæresiarcha iste allegoricam Deorum turbam effinxit, vt doctrinam de Trinitate eluderet. Porrò ex huius doctrina, profecta est Secta Ophitarum, serpentem colentium. *Irenæus lib.* 1. *capite* 24. item Caiani hæretici, & alii, *de quibus Tertull. de Præscrip. capite* 47. *vide Irenæum citatum capite* 25, *& Epiph. hæresi* 38.	*Torquatus, & Atticus.*
146	5 *Telesphori.*	7 *Antonini Pii.*	Extitit nunc Cerdonis discipulus Marcion, Hæresiarcha insignis, de quo, & de eius discipulis Pontino, Basilico, & aliis, *Eus. lib.* 5. *cap.* 13. *Tertull. de Præscript. cap.* 30. *Irenæus lib.* 1. *cap.* 28. *& lib.* 2. *cap* 4. *Item Tertul. contra* Marcionem *lib.* 1. *cap.* 19. Appelles Marcionis discipulus in delitiis habuit Philumenen; vt fatidicam & hæreseon adiutricem. *Euseb. lib.* 5. *cap.* 13. *Augustinus de hæresibus ca.* 24. Arma contra has Hæreses fuere Traditiones, *Irenæus lib.* 3. *cap.* 3.	*Auitus. & Maximus.*
147	6 *Telesphori*	8 *Antonini Pii.*	Multa de Iure sanxit hic Antoninus Imperator, vsus opera Iurisconsultorum Iaboleni, Vlpii Marcelli, Volusii, Saluii & Vinidii. *Iulius Capitol. in Pio sub finem*, quo etiam tempore florent Mesomedes Poeta Lyricus, & Taurus Berithius Platonicus Philosophus.	*Antoninus Augus. 4 & Antoninus Cæsar 2.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
148	7 *Telesphori.*	9 *Antonini Pii.*	*Spartianus* notat, his Consulibus natum Seuerum, qui post futurus est Imperator. Ætas tamen, quam Seuero dat *Dio*, subindicat natum anno præcedente; nisi quis velit transpositos esse huius anni Consules.	*Erucius, Clarus, & Seuerus.*
149	8 *Telesphori*	10 *Antonini Pii.*	Alii alios dant Consules. Marco Antonino (qui post futurus est Imperator) data est Faustina in Matrimonium, filia Antonini Imperatoris, vnà cum Tribunitia dignitate. *ita Iul. Capitolinus*, qui tamen indicat hæc peracta paulò ante mortem Imperatoris. Gaudebant nunc Prouinciæ pace, & liberalitate Principis, qui eas grauari non est passus exactionibus. *Iulius Capitolinus.*	*Largus, & Messalinus.*
150	9 *Telesphori.*	11 *Antonini Pii.*	*Iustinus scribit*, obtulisse se Antonino Apologiam hoc Christi anno 150. nec obstat, quod Iustinus in ea vocet nuperum bellum illud Iudaicum, finitum anno Christi 137. Phrasis enim loquendi hoc patitur, quicquid dicat *Scal. anno Euseb.* 2157. qui vult oblatum hunc libellum initio Antonini Imperii; ac proindè tardius regnasse Antoninum, quàm hic à nobis ponatur.	*Torquatus, & Iulianus.*
151	10 *Telesphori.*	12 *Antonini Pii.*	Mauros rebellantes coegit ad pacem petendam Imperator: & ferè eodem tempore Germanorum ac Dacorum incursiones repressit. *Iulius Capitol.* Celadion succedit Marco Iuniori in Ecclesia Alexandriæ. *Euseb. in Chro.* de secunda Apologia Iustini *vide Euseb. lib* 4. *cap.* 17.	*Orphitus. & Nonius Priscus.*
152	11 *Telesphori.*	13 *Antonini Pii.*	Viuebat nunc Crescens Philosophus Cynicus, seu Diogenis Sectator: qui ob gulæ vitium reprehensus à Iustino, causa fuit postea Martyrii, quo idem Iustinus est coronatus.	*Gallicanus & Vetus.*
153	12 *Telesphori.*	14 *Antonini Pii.*	Hoc tempore Pharasmanes Iberiæ Rex, Romam venit ad Antoninum; permotusque Imperatoris virtute, sponte acquieuit iis, quæ Adriano negauerat. Vologeses Parthorum Rex; solis Antonini literis perlectis, Armeniam, quam inuaserat, reliquit. tantum authoritatis apud exteras nationes nemo habuit. *Iulius Capitol.*	*Gordianus & Maximus.*
154	1 *Hyginii.*	15 *Antonini Pii.*	Telesphorus coronatur martyrio. *Irenæus lib.* 3. *cap.* 3. hic statuit, vt in natali Domini Missa noctu celebraretur, & vt Quadragesimale Ieiunium, Traditione Apostolica receptum, seruaretur accuratè. *Pontificale Rom.* Martyres nunc varii. *Martyr. Rom.* 21. *Octob.* Clades, & prodigia Rom. Imperii *refert Iulius Capitolinus in Antonino.* Territus Imperator, rescripto inhibet persecutionem in Chriastianos. *Euseb. lib.* 4. *c.* 12. Telesphoro successit Hyginius Papa. sub hoc Hyginio, venerunt Romam Valentinus, Cerdo, & Marcion. vbi latuerunt sub Catholico nomine vsque ad Eleutherium. *Tertull. de Præscrip. c.* 30. *Euseb. lib.* 4. *cap.* 10. sensim tamen spargunt hæreses suas.	*Glabrio, & Verianus.*
155	2 *Hyginii.*	16 *Antonini Pii.*	Floret Ptolemæus Astrologus, natione Ægyptius. Sub hunc annum Antoninus auxilia in Pontum misit Olbiopolitis contra Tauroscythas felici successu. Rimetalcen in regnum Bosphoranum, audito inter ipsum & curatorem negotio, remisit, *Iulius Capitol.*	*Præsens 2. & Ruffinus.*
156	3 *Hyginii.*	17 *Antonini Pii.*	Variant Scriptores de huius anni Coss. *Baronius* profert Ælium Commodum cum Laterano, & alios ex Casiodoro. Exeunt tamen, quod magis receptum est, Aurelius Cæsar, post Augustus, & Sextilius Lateranus.	*Aurelius Cæsar, & Sextilius Lateranus.*
157	4 *Hyginii.*	18 *Antonini Pii.*	In Consulum sede, satis circa hos annos incertâ, spectandus est maximè Imperatorum annus, *inquit Baronius.* Iuxta quem characterem, expenduntur anni Episcoporum, qui fuerunt Hierosolymis. quomodo *Euseb. in Chro.* notat anno Antonini Pii 18, vsque ad quintum Commodi annum, Episcopos. qui sunt	*Seuerus. & Sabinianus.*

Anni Christi	Anni pont.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES	Consules.
			sunt, Cassianus, (decimus septimus ordine post Marcum) Publius Maximus, Iulianus, Caianus, Symmachus, Caius, Iulianus, & Capito.	
158	1 *Pii I.*	19 *Antonini Pii.*	Hyginius, cùm quatuor annis præfuisset Ecclesiæ, coronatur Martyrio, 11 Ianuarii. Successorem aliqui ponunt Anicetum. *ita Hierony. in Ægesippo. August. Epist.* 165. *& Optatus Mileuitanus l.2. contra* Parm. probabilius tamen est, successisse Pium Italum, *vt testantur, qui tunc ferè vixerunt.* Iren. *lib. 3. cap. 3. & Ægesippus apud Euseb. lib. 4. c. 21. & Tertul. contra Marcionem lib. 3. carm. in fine. adde Epiph. hæresi 27.*	*Siluanus, & Augurinus.*
159	2 *Pii I.*	20 *Antonini Pii.*	Pius Papa decreto firmat (quod antea traditione habebatur) celebrationem Paschæ die Dominico. E*useb.* C*hro.* licet *Scaliger anno Euseb.* 2158. putet hoc additum E*usebio*: quod tamen malè probat. Et quicquid sit de E*usebio*, certè antiqua Traditio hæc erat, *ex* I*gnatio* E*pist.* 6 *ad Magnesianos*, *&* 8. *ad Philippen.* Hoc tempore Hermes (*de quo ad Rom* 16. *vt exponunt Hieronym. & Origenes*) frater Pii Papæ, librum edidit, qui Pastor inscribitur, in quo mandatum Angeli, in habitu pastoris sibi apparentis refert, de hac celebratione. de huius lib. authore *lege hic Baronium.*	*Barbatus, & Regnius.*
160	3 *Pii I.*	21 *Antonini Pii.*	Non rectè à Cassiodoro nunc ponitur Antoninus 5 Coss. non enim leguntur, nisi quatuor eius Consulatus: & quartus coincidit cum anno Imperii 8. extat inscriptio, quam ex mole Adriani proferunt *Onuph. in Antonino, & Baronius ad hunc annum:* & quæ componit quartum Consulatum cum Tribunitia potestate 24. numerat quidem illa inscriptio Consulatus, quos gessit Antoninus, sed non designat quartum Consulatum vltimo Imperii anno, vt hic putauit *Baronius.* facit etiam illa inscriptio contra *Onuphrium*, qui tantùm dat huic Imperatori 22 annos, & Tribun. Potest. 24 si constanter vult ille hanc dignitatem esse characterem annorum Imperii.	*Tertullus, & Licinius Sacerdos.*
161	4 *Pii I.*	22 *Antonini Pii.*	Sub hoc Imperatore Pio, floret Iustinus Historicus (non ille Martyr) qui Trogi Pompeii compendium edidit, & Antonino dicauit.	*Quintilius & Priscus.*
162	5 *Pii I.*	23 *Antonini Pii.*	Hoc anno, certè biennio ante persecutionem Marci Aurelii, erectus est Romæ titulus Pastoris, id est, dedicata Ecclesia huius tituli, cum Baptisterio in thermis Nouati. Rem hic narrat *Baron.* videtur etiam anno præcedente lata lex ab Antonino, ne liceat adultero viro accusare adulterii vxorem: Consulibus, inquam, Quintillo & Prisco, anno Vrbis conditæ 910 exeunte. laudatur ab *Augustino lib. 2 de adulter. coniug. cap.* 8. Exteræ gentes Indi, Hircani, & alii, permoti æquitate Antonini, positis armis subdunt se eius voluntati, *Eusebius Chron. Iulius Capitol.*	*Vibius Barus, & Bradua.*
163	6 *Pii I.*	1 *Marci Aurelii & L. Veri.*	Antoninus Pius vita cessit septimo Martii. *Iulius Capitol. in Antonino.* succedit Marcus Aurelius Antoninus, cognomento Philosophus. S.C. declaratus, asciuit sibi collegam Lucium Ælium Verum Antoninum, quem generum sibi fecit. hos ambo Antoninus Pius adoptauerat, iubente Adriano. Tum primùm duo Imperatores simul visi sunt in Imperio, & Diui Fratres vocati. Hunc Marcum Aurelium laudant omnes, & à Numa ortũ duxisse aliqui notant. Sponsam L. Veri Lucillam à dæmone vexatam Albertius Episcopus Hierapolitanus, Romam in hunc finẽ vocatus, liberat. Et ideò Hierapolitanæ Ecclesiæ medicis, ter mille modii fruměti quotãnis dati sunt. mansit donũ vsque ad Iulianum. *Metaphrastes* 22 *Octob.* receperat ciuitas illa tota Euangelium. extantque literæ in Actis Albertii. rẽ hanc obscurè	*Marcus Aurelius Cæsar 3 & L. Aelius Verus Cæsar 2.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			tantùm indicare voluit *Iulius Capitol.* per frumentariam perceptionem nouis hominibus assignatam.	
164	7 *Pii I.*	2 *Marci Aurelii, & L. Veri.*	Marcus Aurelius Philosophorum scholas frequentat, præsertim Hermogenis, & Sexti Cheronesi, qui fuit Plutarchi nepos. *Dio & Iulius Capitol.* persecutio excitatur in Christianos, quam *Seuerus* quintam ordine vocat. nullo tamen edicto, sed lege veteri excitata, per quam peregrina religio vetabatur. priuata Aurelii huius in Christianos mandata *refert hic Baronius:* Iustinus nunc edidit secundam Apologiam, & inscribitur quidem ad Senatum, tamen re vera etiam oblata est Imperatoribus. Quare malè aliqui putant deperditam Apologiam Iustini ad imperatores, *ex Euſ. 4. l. c. 16. & 17. de quo ſupra, anno Chriſti* 150. Crescens Philosophus in Christianos, & Iustinū inuehitur. *Iuſtinus citata Apologia, & Tatianus oratione cont. Græcos Tom. 8. Bib. Sanctæ.* Moriuntur Praxedes 12 Kal. Aug. & Pastor 26 Iulii.	*Rufinus, & Aquilinus.*
165	8 *Pii I.*	3 *Marci Aurelii, & L. Veri.*	Parthorum Rex Vologeses bellum nunc intulit Romanis, quod quatuor, vt minimum, annis durauit. Atidius Cornelianus Syriæ gubernator vincitur à Parthis. Sed missus eò Lucius Aurelius; tandem victo Vologese, Seleuciam & Ctesiphontem vrbes capit, ac incēdit, & vsque in Mediam & Babylonem penetrat. *Iulius Capitol. Eutrop.* Iustinus martyrium patitur. *Metaphraſtes primo Iunii.* quod *in Apologia ſecunda* se dixit expectare. Eius libros recenset *Euſeb. lib. 4. cap. 17. & Hieron. de ſcriptor.* Alii libri (quorum non meminit *Euſebius*) sunt incertæ notæ: vt & ille; qui inscribitur Epistola ad Zenam, de Christiana vita. in quo, ait se monuisse Papam de corruptelis ex traditione hominum nascentibus. Sed nec hoc fauet Caluinistis contra Romanam Ecclesiam, præsertim cúm *Irenæus lib. 3. c. 34.* vocet Romanam Ecclesiam, diues depositorium Apostolicarum Traditionum: nec author ille incertus, dicit has esse Romanæ Ecclesiæ corruptelas. item Papa ille potuit esse quiuis alius Episcopus, si vsum nominis huius, eo tempore spectes. sed cur etiam non potuit Papam Romanum monere de periculo erumpentium hæreticorum? de Tatiano Iustini discipulo & eius libris, *Euſeb. l. 4. c. 15. Hier. in ſcriptor.* Celadion moritur, succedit Agrippa in Episcopatu Alexandrino. *Euſeb. lib. 4. cap. 18.*	*Papirius Aelianus, & Iustinus Pastor.*
166	9 *Pii I.*	4 *Marci Aurelii, & L. Veri.*	Promouetur strenuè Parthicum bellum à Lucio Aurelio Imp. interim Armenia recuperata est per Statium Priscū, cui datus est Rex. ad finem huius belli L. Verus dictus est Armenicus, Parthicus, & Medicus. *Iulius Capitol. Zonaras.*	*Macrinus, & Cornelius.*
167	1 *Aniceti.*	5 *Marci Aurelii, & L. Veri.*	Marcomanni, & Catti, aliique ex Germania Rhætiam inuadunt, in quos missus Aufidius Victorinus, Barbaris potius aditū prohibet, quàm bellum inferr; expectans Parthici belli exitum. *Iulius Capitol.* Pius martyrio coronatur 11 Iulii. *Euſebius in Chro.* Scripsit quatuor Epistolas. duæ extant Tomo primo Conciliorum. duæ aliæ To. 2 Biblioth. SS. PP. substituitur Anicetus Syrus. hunc Pio præponit *Auguſtinus.* postponunt tamen *Irenæus, Tertull. Epipha. & Nicephor.* Nunc Romæ apparet, magis irrumpentium hęreticorum periculum. multos ibi corrūpit Marcellina Gnostica. *Epiph. hæreſi* 27. Marcion Ponticus Hæresiarcha Romæ etiam agit. *Iren. l. 3. c. 4.* Simulant quidem hi se Catholicos, sed tandem detecti sunt, & proscripti. *Tertull. de Præſcrip. cap.* 30. firmitatem Romanæ Ecclesiæ, laudat hoc tempore *Irenæus lib. 1. cap. 28.* quid Marcioni Polycarpus responderit, *ſcribit Euſeb. lib. 4. cap.* 13. quid tunc de Paschate, *Euſeb. lib. 5. capite* 24. Hegesippus Romam venit sub Aniceto, *de quo Hierony. in Hegeſippo.* prius tamen Romam venisse *putat Euſeb. lib. 4. cap.* 21. ali-	*Pudens, & Orphitus.* A B

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			us est Hegesippus, cuius extat liber de Excidio Hierosolymitano, & floruit tempore Constantini.	
168	2 *Aniceti.*	6. *Marci Aurelii, & L. Veri.*	Quartus est annus belli Parthici finitus, quando Romæ triumphant de Parthis duo Imperatores. *ex Iulio Capitol.* qui notat quinquennio durasse bellū. tamen *Cassiodorus* signat Consules Pudentem, & Orphitum. M. Aurelius dictus est à Senatu Pater patriæ, ante initium, vt videtur, belli Marcomannici, quod breui succedet, & quod, *vt ait Capitolinus*, arte suspensum est vsque ad finem belli Parthici. *Dio, Capitolinus*, *& Eutrop.* circa hunc annum Pereginus ille, *de quo Euseb. in Chro.* se in rogum accensum coniecit.	*Pudens 2. & Pollio.*
169	3 *Aniceti,*	7 *Marci Aurelii, & L. Veri.*	Præter Marci Imperatoris superstitiones prolixas in Vrbe ante bellum Marcomannicum, pestilentia etiam Romæ ingēs, Imperatorum ad hoc bellum Marcomannicum profectionem retardat. Polycarpus Smyrnæus Episcopus martyrio coronatur. *Euſ. lib. 4. c. 14.* cùm seruisset Deo annis 86. Eius Epistolam vnam refert *Suidas* ad Dionysium Areopagitam. aliam refert *Hieronymus* ad Philippenses scriptam. Inter eius discipulos fuere Irenæus Episc. Lugdun. & Benignus, Martyres in Gallia, de Pionio Martyre *lege Euseb. lib. 4. cap. 14.*	*Lucius Aurelius Verus Aug. 3. & Quadratus.*
170	4 *Aniceti.*	8 *Marci Aurelii, & L. Veri.*	Florebat adhuc Fronto Orator, & M. Aurelii Imperatoris Præceptor, *Euseb. in Chro.* Obiit Hiero Episcopus Antiochenus. Succedit Theophilus, *de quo Euseb. lib. 4. c. 23. & Hierony. in Catal.* nunc emersit Hermogenes Hæresiarcha, in quem scripsit idem Theophilus, *ex citatis authoribus. lege Euseb de Præp. lib. 7. cap. 8.* hinc fluxit hæresis Manichæorum, & Sabellianorum. grassatur adhuc ingens illa pestilentia, quæ coegit vocare seruos ad bellum Marcomannicum, & auxit Gentilium calumnias in Christianos, velut omnium calamitatum causas, quòd Deos contemnerent. *Tertull. Apol. cap. 40.* floret Scæuola Iuriscōsultus, Papiniani præceptor.	*Vettius Paulus, & Iunius Montanus.*
171	5 *Aniceti.*	9 *Marci Aurelii, & L. Veri.*	Hoc ferè anno, & his Consulibus initia accepit bellū Marcomannicum, cum Iasygibus, & Marcomannis, qui putantur regionem, quæ nunc est Bohemia, incoluisse. ambo Imperatores paludati ad hoc bellum miraculis famosum proficiscuntur, cùm iam hostes Aquileiam venissent. Sed cùm Furius Victorinus *Præfectus* Prætorio periisset, maxima parte exercitus à Marcomannis deleta, Lucius Imp. suadebat reditum. illo tamē Altini correpto apoplexia, & mortuo in itinere, Marcus cœptū bellū prosequitur. *Iul. Capitol.* obiisse his Consulibus Luciū, & excurrente nono Imperii anno, colligit *Onuph. ex veteri inscriptione.* quod etiam *Baron. ad hunc annū* sibi persuadet, ex Titulo illo Trib. Potest. VIII. Sed quantum valeat hic Character, alibi satis. Sanè *ex Zonara, Cassiodoro, & aliis* videtur tardius obiisse, ita vt incertum sit, quo obierit anno belli Marcomannici, vel etiam Imperii: constat saltem de annis Marci. fuit Galenus tunc cum Marco, quando & libros scribebat. *Galen. de præcog. ad Postu. c. 9.* Geruasius & Protasius Martyrio coronantur. *Surius 19 Ianuar.* agentibus id deorum Sacerdotibus pro victoria: & tamen Marcus stragem accepit à Marcomannis, falso deceptus oraculo. *Lucianus in Pseudomante,* qui ad hæc vsque tempora vixit, *vt eius scripta indicant.*	*Sosius Priscus, & Apollinaris.*
172	6 *Aniceti.*	10 *Marci Aurelii.*	Melito Sardensis Episcopus Asiæ, Apologeticum offert Imperatori pro Christianis. *Euseb. Chron.* Eius alia scripta recenset *Euseb. lib. 4. c. 25.* defensionem etiam scripsit Apollinaris Episcopus Hieropolitanus, *ibidem.* cuius alia scripta refert *Euseb. cap. 26.* de Scriptoribus aliis, Modesto, Musano, Philippo Gor-	*Seuerus Cethegus, & Clarus.*

Anni Christi	Anni pont.	Anni Imp.		Consules.
			tinensi Episcopo in Creta,& aliis. *Euseb.lib.4.cap.20.*	
173	7 *Aniceti.*	11 *Marci Aurelii.*	Alii huius anni Consules notant Titianum Serenū,& Nattam Piranianum. Montani Hæresis & Pseudophetia detegitur, vatibus Priscilla & Maximilla. *Euseb.Chronic.* nam alioqui iam cœperat sub Antonino Pio. historiam vide *apud Euss. lib.5.cap.15.16.17.Tertull. de præscriptionibus ca.22.* qui tamen ipse infelix postea euasit Montanista. Montanus non statim Romæ cognitus est pro hæretico. Is tandem se Paracletum dicebat, Matrimonia dissuadebat, Pœnitentiam, & Confessionem tollebat. *lege ad hunc annum Baronium.* Sectatores Montani dicti Montanistæ, Priscilliani, Quintiliani. Quartodecimani, Pepuziani,à vico Phrygiæ,omnes ferè in Phrygia. Vnde κατὰ φρύγας dicta est Hæresis, seu vulgo Cataphrygarum: vt & alia hæresis contra Proclum, *ait Tertull. de Præscriptionibus in fine.*	*Seuerus 4. & Herennianus.*
196	3 *Victoris I.*	2 *Seueri.*	Seuerus in honorem Pertinacis quem Iulianus occidit, se Pertinacem cognominari voluit, & se ipse in genus M. Aurelii Antonini inseruit. *Dio.* Antiquum de hac re nummum refert *Scaliger ad annum Eusebii*, 2209. aliam etiam refert inscriptionem, in qua Seuerus Commodum Diuum vocat, & se Commodi fratrem. Theodotus Coriarius & Hæresiarcha, lapsus in persecutione, confingens se non Deum, sed Christum hominem negasse, damnatur à Victore. *Tertul. de præscrip. cap. vlt. Epiph. heresi* 14. quamuis præcisè de anno non constet. Artemon, & alii Theodotiani calumniantur Victorem, quòd cum ipsis sensisset. *Euseb.lib.*5.*cap.*26.27. *&* 29. fuit & alter Theodotus Argentarius, qui Christum etiam dicebat solum hominem, ac inferiorẽ Melchisedecho, à quo Melchisedechiani hæretici. *Theodor. lib.* 2. *heret. fab.* nunc extitit Praxeas, qui deficiens à Montanistis, dicebat Christum esse Deum Patrem, & hunc crucifixum fuisse. Vnde Patropassiani, item & Monarchici, quòd vnam tantùm personam statuerent in Trinitate. Scriptores illius temporis *refert Eusebius*, Candidum. Appionem, Sextum Heraclitum, & Clementem Alexandrinum. fuit & Athenogenes Martyr, ac doctrina insignis, *de quo Basilius de Spiritu sancto cap.* 29. cùm *Clemens in libris Strom.* faciat mentionem persecutionis, sub Seuero, debet eos libros scripsisse post annum 10 Seueri. Scripta Clementis Alexandrini corrupta fuisse ab Arrianis, *testatur Rufinus in Apol. pro Origene.* Et ideo ad vitandum erroris periculum Gelasius ea retulit inter apocrypha in Concilio Romano.	*Seuerus Imperator* 2. *& Albinus Cæsar* 2. A B
197	4 *Victoris I*	3 *Seueri.*	Seuerus Imperator in Oriente occiso Pescennio Nigro, Byzantium breui expugnabit. *Dio in Seuero, Spartianus, Herodianus.* parte copiarum ibi relicta, ipse in Mesopotamiam iter arripiẽs, fautores Pescennii debellat. interim Albinus Cæsar præsen-	*Tertullus, & Flauius Clemens.*

Anni Christi.	Anni. Pontif.	Anni Imp.		Consules.
			tiens mutatum erga se Seueri animum, Imperatorem se nuncupat: & Gallias ac Britanniã occupat. Tertullianus nunc floret natione Afer, & Carthaginensis. *Hierony. in Scriptor.* quando etiam scripsisse putatur librum de Præscriptione aduersus hæreses. Hoc anno *putat Pamelius* Tertullianum scripsisse de Pallio librum (*vide annum* 210.) in cuius *libri cap.* 2, per triplicem vnitatem Imperii, intellexit *Tertullianus* Seuerum patrem, Caracallum, Getamque filios, *vt ex antiquis inscriptionibus notant hic Baron. & Scal. Euseb.* Et cùm hi, non hoc anno, sed post Parthicum bellum, alter Augustus, alter Cæsar sint nominati, facilè apparet, male *Pamelium* notasse hoc anno scriptum librum de Pallio.	
198	5 *Victoris I.*	4 *Seueri.*	Seuerus occupat Byzantium, & victum facit. Parthos & Arabas cladibus afficit, quòd fauissent Pescenio. Medos in deditionem accipit. *Dio. & Tertull. de habitu muliebri cap.* 7. qui iam Romæ erat. nũc agitata est quæstio de Paschate, an die Dominico, vel 14 mensis, ex lege Mosaica esset colendũ. *Euseb. Chron.* multa iam celebrata Concilia *refert Baronius.* Victor anathema indicit Ecclesiis, aliter quàm facit Romana Ecclesia celebrantibus Pascha. nec duriter egit: licèt fuerint querimoniæ de hac re. nam tempore Victoris docebant multi necessariò esse colendũ die 14. cum Iudæis, in quibus erant Montanistæ: ita vt iam conniuere, fuisset schisma & hæresim fouere. quare Victor coactus est vti extremo hoc remedio. non omnes dissentientes, se propterea ab Ecclesia separauerunt. qui verò in schismate permanentes, se ab Ecclesia segregauerunt, dicti sunt Quartodecimani. Hoc, sub Victore habitum concilium, solet votari Romanũ, vbi decretum est, vt Pascha celebretur die Dominico, qui proximè Lunam 14 post vernum æquinoctium sequitur. *lege Onup. an.* 187. Eius quidem non extant acta. mentionem tamen illius facit Euseb. *Histor. lib.* 5. *c.* 22 fuere etiam postea in Palestina, & habita de eadem q. concilia.	*Domitius Dexter, & Messala Priscus.*
199	6 *Victoris I.*	5 *Seueri.*	Seuerus filium Bassianum, quem Antoninum nominauit, creat Cæsarem, & Albinum, qui in Gallia Imperium occupauit, reportata sanguinolenta victoria, occidit. *Euseb. Chron. Dio, Herod.* de Narcisso Episcopo Hierosolymitano magnas passo calumnias, & delitescente, *Euseb. lib.* 6. *cap.* 8. & 9.	*Lateranus, & Rufinus.*
200	7 *Victoris I.*	6 *Seueri.*	Seuerus redit victor è Gallia, recusat tamen triumphum, ne de ciuili sanguine videretur exultare: sed breui clarissimos viros Consulares & Prætorianos, *quos recenset Spartianus*, occidit, qui cum Pescennio & Albino senserant. hinc verè Pertinax, verè Seuerus à multis est vocatus. occidit & eos, qui Vates de eius salute consuluissent. *Dio, Herodianus, Spartianus.* Commodum retulit in Deos. *Dio.* Dum hæc in Gallia & Romæ agerentur, Parthi Mesopotamiam occupant: quæ occasio fuit Seuero iterum iam redeundi in Orientem, vbi Parthi in eius aduentu deserunt Syriam: & ipse captis Seleucia, Babylone, & Ctesiphõte, dictus est Parthicus. filius natu maximus Basianus, consecutus Tribunitiam potestatem, Augustus est appellatus his cõsulibus. *Onuphr. in Caracallo.* & Geta Cæsar nominatur. quare oportet Seuerum statim victo Albino rediisse in Oriẽtem: quoniam non nisi domitis Parthis renuntiatur Bassianus cum patre Augustus, *vt author est Spartianus.* hic Caracallus est Lugduni in Gallia natus, qui post fratris Getæ cædem, annis quinque imperauit solus. inscriptiones *profert Onuphrius in Caracallo.* nec de anno Basiani Augusti dissentit fortè *Herodianus*, si attentè legatur.	*Saturninus & Trebonius Gallus.*

Anni Christi	Anni Pontifi	Anni Imp.		Consules.
			re voluit & defendere. *Tertull. lib. de Corona militis*: cùm iam ab Ecclesia defecisset, vbi inuehitur in Catholicos, *cap.* 11. & negat Christianum posse esse militem. Idem Tertul. Romæ tunc manens, & spectator persecutionis, scribit Apologeticum ad Vrbis Antistites pro Christianis. *Vide ibidem cap.* 15. *&* 16. de capite asini, & eius cultu, *item Iosephum lib.* 2. *contra Appionem cap.* 10. *& Plutarch. in Sympo. lib.* 4. *q.* 5.	
202	9 *Victoris.*	8 *Seueri*	Dum Seuerus contra Parthos ageret, aderat illi Abagarus Rex Osroenorum, à quo adiutus, Parthicum bellum feliciter satis, *vt notaui*, confecit. hic putatur fuisse Christianus, ex olim publicata Christi fide per Thadæum Apostolum, *vt supra anno* 43. *& infra* 218. floruit sub Seuero Papinianus Iurisconsultus, & Seueri Imperatoris Cancellarius. hoc anno refert *Baronius* Acta Proconsularia Martyrum Scillitanorum Consule Saturnino in Africa: quem in pœnam amisisse lumina, *scribit Tertull. ad Scapulam cap* 3.	*Claudius Seuerus, & Aufidius Victorinus.*
203	1 *Zephyrini*	9 *Seueri.*	Seuerus rediens ex Ægypto in Syriam & Antiochiam, designat se, & Antoninum filium sequentis anni Consules. *Spartianus in Seuero.* triumphus Seuero decernitur Iudaicus, *Spart.* Sed huius belli memoria aliqua extat solùm *apud Euseb. in Chron.* inter opera Seueri publica *Spartianus memorat* Septizonium Romæ, & Thermas Antiochenas. *Euseb. Chron.* Indicat *Victor* duo fuisse Seueri Septizonia, collocans Septizonium nunc in decima, nunc in duodecima regione. Vnius reliquiæ extiterunt vsque ad Sixtum quintum. *Scal. in Euseb.* Victor Papa patitur Martyrium Romæ 28. Iulii. succedit Zephyrinus Romanus octauo August. *Euseb. lib.* 5. *cap.* 27. Scapula succedens Proconsul in Africa, persecutionem cœptam à Saturnino auget. *de quibus Tertull. ad eundem Scapulam cap.* 3. 4. *& vltimo. vide annum* 210. His Seueri temporibus nouam scripturæ editionem euulgauit Symmachus potius iuxta sensum, quàm verba. *Hier. in Threnos* 32. Samarita fuit *ex Epiph. de ponderibus & mensuris.* imò & Ebionita. *Hieronym. in Apolog. contra Ruffinum*: non tamen ab isto Symmachianos hæreticos fuisse nominatos *indicat hic Baronius*.	*Annius Fabianus, et Nonius*
204	2 *Zephyrini*	10 *Seueri.*	Seuerus promulgat edictum persecutionis in Christianos, quam *Orosius* quintam vocat, *Sulpitius* sextam. *de qua Euseb. Chro. & l* 6. *c.* 2. grauis erat adeo, vt illa tempora putarentur Antichristi. *Euseb. lib.* 6. *capite* 6. inter alias grauiores huius persecutionis occasiones, vna potuit esse conuersio Philippi, Augustalis in Ægypto Præfecti, quem Seuerus misso Terentio Læto successore occidi clam curat, vt coniectura est. eius martyrium habetur *in Baronii Martyrologio* idibus Septemb. *Euseb. l.* 6. *cap.* 2. *lege Metaphrastem* 25. *Decembris.* Leonides coronatur martyrio: cuius filius Origenes adhuc adolescens, tunc scripsit patri Epistolam adhortatoriam ad martyrium, à quo vix eum auulsit mater. *Euseb. lib.* 6. *cap.* 2. *&* 3. floret Iudas scriptor Ecclesiasticus, qui res suas produxit ad decimum Seueri annum. Nunc etiam Clemens Alexandrinus agit pro Christianis. *Stromatum l.* 4. scribit quidem Spartianus, duos Imperatores his Consulibus, fuisse adhuc in Syria. verùm sub finem saltem anni videntur Romam rediisse.	*Seuerus* 3. *& Antoninus Augusti.*
205	3 *Zephyrini*	11 *Seueri.*	Hoc anno post reditum Imperatorum ex Oriente triumphatum est. Et exacto iam decimo anno decennalia celebrat Seuerus. Plautianum Prætorio Præfectum, ex obscuro loco oriundum, ad honoris & potentiæ summum gradum prouectum, *scribunt prolixè Dio in Seuero, & Herodianus l. tertio.* volente Seuero factum est, *inquit Dio*, vt suffecti Consulatus numerarentur deinceps, æquè ac ordinarii. Sed de *Dionis* sententia quoad suf-	*Septimus Geta & Plautianus* 2.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			fectos, quem sequitur *Baronius*, dictum est Tomo primo, in Præfatione ad Catalogum Consulum. Sanè quod nostram sententiam confirmat, Plutianus, qui antea suffectum tantum gessit Consulatum, & hoc anno creatus est cum Geta ordinarius, dicitur iam gessisse secundum Consulatum, *ex citato Dione*. Origenes proscriptis paternis bonis, adoptatus est à locuplete muliere Christiana, & docet Alexandriæ sacras literas in magno persecutionis ardore. Vbi plures conuertit Gentiles ad fidem, ex quibus Martyres numerantur Plutarchus, Serenus, Heraclides, & alii. *Euseb. lib. 6. cap. 3. & 4.* fuerunt & alibi Martyres: Gundenis Virgo Carthagine. *Martyrol. Rom.* 18. *Iul.* Perpetua & Felicitas Tiburbi in Mauritania 7 Martii. Sticus Episcopus Othrenus in Armeniâ, Montanistarum insectator, 21. Iul. *Martyrol. Rom.* Serapion in Ægypto, 13. Iulii. Andeolus in Galliis, Polycarpi discipulus, primo Iulii. contigit porrò circa hunc annum Irenæi Episcopi Lugdun. martyrium nobile. Acta periêre. ex plurimis eius scriptis (*de quibus Euseb. lib. 5 ca. 25. & Hieronymus scriptor.*) tantùm nunc extant quinque libri aduersus hæreses, reperti tantùm post Gregorii tempora, *vt apparet ex ipso Gregorio lib. 9. Epist.* 50. laudatur à Tertulliano, *libro contra Valent.* & à Hieronymo, *Epist.* 29.	
206	4 *zephyrini.*	12 *Seueri.*	Hic annus, qui Plautiani Consulatum sequitur, habuit 15 Maii Sæculares Ludos. *Herod. lib 3. Zosimus lib 2. de his Ludis, vide Tomo primo ad annum* 3548. Anno etiam Domitiani septimo, & Christi 90, notati sunt Ludi Sæculares, ab eodem Domitiano repetiti, à quibus ad hos Seueri Ludos rectè numerat Censorinus annos 115 integros: ex quo exibit annus hic Christi 206 inchoatus. hos Ludos intellexisse debuit nomine Iubileì *Euseb. in Ch. Coss. Silone & Libone*. Sed & arcus Seuero erigitur. Panthęon reparatur. extant Romæ inscriptiones. *Onuph & alii.* fuit tamen annus infelicissimus Plautiano Antonini socero, natione Afro, potentissimo & acerrimo Christianorum inimico. miserè periit, generi, vt putatur, insidiis. *Herodianus*, *Dio.* en speculum humanæ felicitatis, vel potius ludibrium. Dissipatis statuis nomen abraditur, & filius ac filia relegati tandem occiduntur.	*Chilo Septimius, & Annius Libo.*
207	5 *zephyrini*	13 *Seueri.*	Post Plautiani infelicem exitum, putant aliqui eius loco Præfectum prætorio constitutum Papinianum Iurisconsultum. Sanè *apud Dionem in Seuero sub finem*, vbi arguitur filius intentati parricidii, Papinianus Præfectus nominatur: & paulò ante, Præfectus Prætorio: quamuis indè apertè non colligatur fuisse Iurisconsultum.	*M. Aurelius Antoninus Aug. et Geta frater. 2.*
208	6 *zephyrini.*	14 *Seueri.*	Origenes per hoc tempus sententiam illam Christi *Mathæi* 19. malè interpretatus, seipsum excidit. *Euseb lib. 6. c. 7.* quo etiam tempore adhuc adolescens exponit Cantica: quam interpretationem postea maturior emendatam emisit in lucem. *Hyeronymus in Præfatione in Abdiam.* vbi seipsum arguit, quód minor scripturas interpretari aggressus sit. claret Natalius Confessor, qui per noctem cæsus ab Angelis, reliquit hæresim Theodosianorum. *Euseb. lib. 5. c. 28.* Tertullianus totus contra Marcionem agens, scribit contra eundem; sed anno 15 Seueri, finem illis libris imposuit, *Tertul. lib. 1 contra Marcionem cap.* 15. & citat *libro* 5, librum de Resurrectione carnis.	*Albinus & Fuluius Aemilianus.*
209	7 *zephyrini*	15 *Seueri.*	Cogitat hoc anno Seuerus Britannicam expeditionem, quam descripturus *Dio in Seuero*, notat eo tempore duo fuisse Britannorum genera. hi sunt Caledonii & Mæatæ. incolunt, *inquit*, Mæatę iuxta eum murum, qui insulam in duas partes diuidit.	*Flauius Aper & Maximus.*

Caledonij

Caledonij post illos sunt. & mox vtriusque populi regionem ac mores describit. sed sequentem annum excepit hæc expeditio. est veró illa Dionis diuisio, non quidem totius insulæ, sed partis illius, quæ ad Septentrionem vergit, & ferè vltra murum positæ. quam anno sequenti Seuerus penetraturus est: & in qua Mæatas interpretantur aliqui esse Campestres: Celedonios autem Montanos. reliquam Britanniæ diuisionem *habes ad annum* 449. *& in Appendice Geographica.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imp.	Consules
210	8 Zephyrins.	16 Seueri.	M. Aurelius Aug. 3. & Geta frater.

Romæ celebrantur decennalia Antonini, quibus peractis Seuerus cum duobus filiis mouet exercitum in Britannos. *Dio.* sunt hæc Antonini decēnalia, *vide anno* 200. Seuerus muro per transuersam insulam ducto, Britannici nomen accepit. *Dio, Spartianus* Idem ante Seuerum fecerat Adrianus. *Spartia. in Adriano. Vide annum.* 124. alium etiam murum ab Antonino productum *indicat Capitolinus.* notantur passuum 132 millia in muro Seueriano. huius muri Seueriani non meminerunt *Dio, & Herodianus.* ductum tamen narrant *Spartianus & Cassiodorus*, nisi potius reparatum tantùm velis à Seuero. mirum est, *Polydorum Vergilium*, non nisi post ducentos annos productum affirmasse. penetrauit quidem Seuerus ad extremum insulæ: sed cum ingenti suorum iactura: nam incolæ leuiter armati, cursu veloces, docti superare natando flumina, ferre famem, contemnere frigora & æstus; adeó sine instructa vlla acie vexarunt Romanos, vt ad 50000 desiderati sint. Pax tandem firmata est: sed quibus conditionibus, non attingunt Romanæ historiæ scriptores. tantùm notat *Dio*, aliquam regionis partem detractam. addit Seuerum in extrema insula, dierum & noctium inæqualitatem longè aliam, quàm in Romano orbe cognouisse. & Caledonios certo cibi genere vsos, quem cùm cœpissent quantum est vnius fabæ magnitudo, minimè esurire aut sitire solere. iam sub Victore Papa, & Donaldo Scotorum Rege, Scotia receperat Christiana sacra. *vt monui ad an.* 183 *& notat Lesleus in Donaldo primo rege Christiano.* cuius ille initium locauit ad an. 197. Hoc ipso anno Geta Cæsar accepit Imperium. Et hinc sunt plures illi Augusti, quos subindicat *Tertullianus libro de Pallio.* quem proindè circa hunc annum scripsisse putatur, non autem anno 197, vt existimauit *Pamelius.* quo vero anno scripsit libellum ad Scapulam, incertum est. *Scaliger ad annum Eusebii* 2123, putat sub Heliogabalo editum. solidior Baronii coniectura pro anno Christi 203. vbi hoc ipsum notauit.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imp.	Consules
211	9 Zephyrins.	17 Seueri.	Pompeianus et Lollianus Auitus.

Britanni ruptis pacis conditionibus armantur in Romanos. Sed Seuerus iam senio & morbis grauatus, bellum hoc Antonino filio committit. floret hoc sæculo Alexander Aphrodisæus, primus qui Aristotelis doctrinam commentariis faciliorem effecit. discipulos habuit & industriæ huius imitatores, Themistium, Ammoniū, Simpliciū, Philoponū, & Olympiodorū.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imp.	Consules
212	10 Zephirini.	18 Seueri.	Acilius Faustinus & Cæsonius Rufinianus.

Hoc tempore florebat Romæ Minutius Felix, causidicus insignis. Dialogum scripsit, qui Octauius dicitur. interloquuntur Christianus, & Cæcilius Christianā religionem impugnans. is putatur Cęcilius Afer, professione Rhetor, postea datus Diadumeno magister. *Vide Hieronymum in Scriptor. & Epistola* 84. In hoc Octauio fit mentio illius ineptissimæ calumnię, quód Christiani colerent genitalia Sacerdotum, quia ad eorum pedes procumbebant. Seuerus omnibus rebus felix, infelix liberis, tantùm non occisus est ab Antonino filio. *Dio in Seuero.* florebat tunc iterùm Romanum Imperium, munitum legionibus 32 in limitaneis prouinciis. *Dio histor. lib.* 55. & tamen potentior erat Christiana religio sine armis, *Tertul. contra Iud. cap.* 7. status infelix

Iudæorum, *ibidem cap.* 13.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules
213	11 Zephyrini.	1 Antonini Caracalli & Getæ.	Moritur Seuerus Eboraci in Britannia mœrore animi, ob filiorum dissidium confectus, mense Februario. *Dio.* succedunt M. Aurelius Antoninus Bassianus, & Septimius Geta fratres. Antoninus lacte Christiano educatus, *ex Tertul. ad Scapulam,* honestæ pueritiæ specimen dedit. Sed cum potestate mores mutans, cœpit in omnes sæuire. *Herod. lib.* 3. dictus Caracallus à veste talari populo data, *quam describit Spartianus. addit Scaliger* cucullatam fuisse. Parentem referunt in Deos. hanc solemnem ceremoniam *describit Herodi. lib.* 4. *scriptor illius temporis.* Vbi reperies Romanis sinistram partem digniorem fuisse in sacris, *vide Plutarch. quæst.* Rom. q. 26. *& Varro. lib.* 6. *linguæ Latinæ.* nunc Antiochiæ in Episcopatu succedit Serapioni Asclepiades. *Euseb. Chron. & hist. lib.* 6, *cap.* 10. Hierosolymis Alexander Episcopus ordinatus, pariter cum Narcisso adhuc viuente, Ecclesiam regit, *ibidem cap.* 8.	Gentianus, & Bassus.
214	12 Zephyrini	2 Antonini Caracalli.	Notat quidem *Dio in Caracallo*, ciuile bellum hoc tempore inter Parthos; sed tandem regno potitur Artabanus, postea pugnaturus contra Caracallum. Cæterùm in hoc Artabano extinctam tandem Arsacidarum dynastiam, *apparet ex Herodiano.* Ortum regni Parthici *notat Dio lib.* 4 *in fine.* Parthi, *inquit*, qui olim sub Imperio Persarum exigua regionis parte potiebantur, postea destructo Persarum imperio à Græcis, & Alexandri successoribus per continuas seditiones debilitatis, potiti sunt Asia, duce Arsace, à quo reges postea Arsacidæ sunt nominati, & cuius suasu (*vt ait Herod. in Alexandro*) defecerunt à Macedonibus: idque sub Antiocho, *vt notat Zosimus in Gordiano*, tenuerunt Arsacidæ imperium vsque ad hunc Artabanum, quem sua ætate vixisse, *scribit citatus Herodianus.* Sed eo interfecto, Artaxerxes Persarum imperium restituit. his Parthis bellum fuit cum Romanis, sæpe interruptùm, & sæpe integratum, à Parthica illa expeditione, in qua periit Crassus *(de quo Tomo* 1. *an.* 3949*)* huc vsq. Hic annus, Romanis tragicus fuit. Antoninus enim occidi iussit Getam in sinu matris, biennio iuniorem se, omnesque fautores. *Dio & Spartianus in Caracallo, Herod. lib.* 4. Cæsa sunt 20 millia cum Papiniano Iurisconsulto, & Senatoribus multis. vltio nempe diuina ob fusum Christianorum sanguinem, qui tamen in his tragœdiis alta fruebantur pace	Pompeius Asper & Asper. A B
215	13 Zephyrini	3 Antonini Caracalli.	Dum pax est Christianis à Gentilibus, hæretici vexare incipiunt Ecclesiam: & Romæ habita disceptatione, Proclus Cataphryga ac Montani sectator pro suis, Caius vir eloquentissimus pro Catholicis pugnant. *Hieron. in Caio, & Euseb. lib.* 6. *cap.* 14. *notat Hieronymus* habitam sub Zephyrino Pontifice. hac re offensus *Tertullianus* scripsit librum de ieiunio. *vide ibidem cap.* 1 *in fine, & cap.* 13. *vide porrò de Monogamia, cap.* 3. vbi annum notat.	Antoninus Augustus 4. & Balbinus 2.
216	14 Zephyrini.	4 Antonini Caracalli.	Iam igitur Tertull. furens in Catholicos, quos & Psychicos appellat pugnat pro suis Cataphrygis, scribens librum de Monogamia contra Bigamiam; item librum de pudicitia, contra edictum Zephyrini, reuocantis lapsos, etiam si fornicarii fuissent: & denique librum de Ieiunio, in eos qui paracleti ieiunia abrogassent, de Tertulliani ingenio, doctrina, & lapsu, *Vincentius Lerinensis contra hæreses cap.* 24. de eius exitu *Augustinus cap.* 86. *de hæresibus. vbi Tertullianistis.* defecit enim ille tandem à Cataphrygis. Gelasius eius opera posuit inter apocrypha. eum lectitabat Cyprianus, *ex Hieronymo epist.* 65. *& de Scriptor. in Tertulliano.* Hieronymus ingenium laudat, damnat hæreses, *vt ipse ait Apologia contra Rufinum.* In hunc eundem 4 annum Caracalli, *Euseb. in*	Messala & Sabinus.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			Chron. conicit ædificatas Romæ regione 12 thermas Antoninianas ab eodē Antonino, quas postea reparauit Diocletianus. nunc obiit Oppianus Pöeta, qui obtulit huic Antonino Cynegetica: & eidem adhuc viuente Seuero patre obtulerat Halieutica, vt planè colligitur ex fine libri secundi: non autem Antonino Philosopho, *vt putauit ex errore nominis Eusebius, Chron.* 2188. *lege ibidem Scalig. obseruationem sanè accuratam.*	
217	15 *zephyrini*	5 *Antonini Caracalli*	Circa hoc tempus sedisse putatur Agrippinus Episcopus Carthaginensis, qui primus baptismum hæreticorum coacto Concilio nullum pronuntiauit. *Cyprian. Epist.* 7. vbi Agrippini sententiam probat. Sed improbatur ab *Augustino lib. 2. de Baptismo contra* Donatistas, *cap.* 7. *&* 8. vbi etiam *cap.* 9. excusat Cyprianum. Res hæc tragœdiam nouam excitauit in Ecclesia. occasionem malè dederat *Tertullianus de Baptismo cap.* 14. Antoninus peragratis Germania, Asia, & Syria, tandem Alexandriā veniens, sæuit in Ægyptios ipsum illudentes: idque mira clade. *Dio in Caracalla, Herod. lib.* 4.	*Aemilius Lætus 2. & Anicius Cerealis.*
218	16 *zephyrini*	6 *Antonini Caracalli.*	Abagarus Osroenorum Rex, qui *ex Herod. lib.* 3, inierat amicitiam cum Seuero, nunc amicè occurrens Antonino, coniicitur ab eodem in vincula. D*io in Caracallo.* Eum Christianum & sanctum *scribit* E*usebius in Chron. ex Africano historico.* Non hac sola perfidia contentus Bassianus, pergit in Parthos, violaturus ibi quoque fœdera & fidem publicam, specie quidem matrimonii contrahendi cum filia regis Artabani, re vera autem, vt contra fœdera pacis opprimeret incautos Parthos, & Parthici nomen haberet, quod & fecit. quo tempore Arbela subegit, ac sepulchra regum Parthorum, abiectis ossibus, subuertit, *inquit* D*io*, *Herodi.* ipse regrediens à Parthis, metu insidiarum, oraculis ac Magis intentus est, ac Tyaneo extruit monumētum. *Dio, & Hrodianus.* Ambrosius vir nobilis & doctus, Origenis disputatione reuocatur ab errore Valentiniani, & restituitur Ecclesiæ. hic est, qui Origeni suppeditauit Notarios & Librarios iam confessione clarus, *Hieronymus de Scriptoribus, &* E*useb. lib.* 6. *c.* 13.	*Sabinus 2. & Corneli. Anulinus.*
219	17 *zephyrini*	1 *Macrini & Diadumeniani.*	Hoc anno Origenes inuenit editionem scripturæ quintam, Ierico occultatam in dolio, Græce, adhuc viuente Antonino, *Epiphanius de mensuris*, E*useb. lib.* 5. *c.* 12. tandem Antoninus Bassianus periit in Mesopotamia mense Aprili, *iuxta Dionem*, cùm Edessa Carras versus iter faceret, & ad Parthicum bellum integrandum se pararet. *Dio, Spartianus.* extinguitur non quidem propria manu, *vt putat Eutrop.* sed occisus à milite, quem submisit Macrinus Prætorio Præfectus. Succedit, & eligitur ab exercitu Imperator idem Macrinus, natione Maurus, vnà cum Diadumeniano filio. *Iul. Capito. & Lampridius in Diadumeniano*, hic constitutus Imperator sustinuit die vndecimo ab electione irrumpentes & iratos Parthos: idque per triduum iterato certamine; donec Parthi certiores facti de morte Bassiani, (quem illi solum impetebant) pacis conditiones oblatas à Macrino admiserunt. Philetus Antiochiæ succedit Episcopus. E*usebius lib.* 6. *cap.* 15.	*Præsens & Extricatus.*
220	18 *zephyrini*	1 *Antonini Heliogabali.*	Macrino & Diadumeniano filio victis, mense Iunio, Imperator ab exercitu acclamatur M. Aurelius Antoninus, Caracalli ex scorto filius, dictus Heliogabalus, seu Helagabalus; quòd in Phœnicia fuisset Solis sacerdos, in Solis templo. Gabala vrbs Phœniciæ est: vnde iste Gabalorū vnus, dictus est Solis Gabalus. Macrinus post fugam Chalcedone inuentus, periit, prius occiso filio. D*io in Macrino.*	*Diadumenianus Cæsar 2. et Aduentus.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
221	1 Calisti I.	2 Antonini Heliogabali.	Helagabalus exacta hyeme Nicomediæ, Romam venit cum matre, & matris sorore Mammæa, laudatissima fœmina. Hic Deum suum Solem coli solum voluit, antiquatis aliorum Deorum religionibus. quæ res magnum attulit incrementum Christianæ fidei, *Dio. Herod. Lampridius*. Origenes, qui paulo ante Antiochiæ Mammæam instruxit, *Ex Euseb. lib.* 5. c. 15. iam bis vltimis Zephyrini temporibus Romam venit. *Euseb. l. 6. c. 12.* Et fortè Mammæam est comitatus: breui tamen redit Alexandriã, sub finem huius anni. hoc est 26. Augusti. Zephyrinus moritur. *Eus. Chro.* tamen in Martyrol. vocatur Martyr. fortè antiqua consuetudine, qua Confessores dicebantur etiam Martyres. Calistus Romanus succedit secundo Septembris.	*Antoninus Heliogabalus 2. & Sacerdos.*
222	2 Calisti I.	3 Antonini Heliogabali.	Florebant hoc tempore Iulius Africanus, Bebius Macrinus, Silio Philosophus, Valerius Cordus, Veturius, Nebo, & Serapio: item Scaurinus, & Aurelius Philippus. nunc, *ex Spartiano*, Heliogabalus Senatum fœminarum instituit, vbi fœminarum causæ agerentur.	*Heliogabalus 3. & Eutychianus.*
223	3 Calisti I.	4 Antonini Heliogabali.	Heliogabalus cum esset militibus inuisus, coactus est Cæsarem creare, Alexianum Mammææ filium, quem Alexandrum vocari voluit. *Dio. Herod. Lampridius.* Iulius Africanus, Scriptor temporum, nunc legationem obit ad Heliogabalum pro restituenda ciuitate Nicopoli in Palæstina. quæ, *vt ait Sozomenus li.* 5. c. 21. ex Romana victoria nomen hoc accepit, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῶν Ἱεροσολύμων; cum ante Emaus vocaretur. *Vide annum Christi* 73. hoc & sequenti anno ciuitas reparata est. *Euseb. Chron.* de Africani scriptis lege *Euseb. lib. 6. c. 24.* eius historiam extantem vidit Photius. Et hoc ipso anno legationis suæ (qui est quartus ferè annus Heliogabali) terminauit opus suum. estque primus annus Olympiadis 250. *vt ex eodem Africano colligit Scaliger, ad annum Euseb.* 2237. recteque consentit cum nostro Olympiadum initio, & annis expansis vtriusque Tomi: sunt enim ab initio Olympiadum huc vsque anni 997. qui resultant ex notata Olympiade. plura de Africani Chronicis notis vide supra an. 32. hic Africanus est, in quem scripsit Origenes de Susannæ historia, non verò Sextus Africanus, *vt putauit Suidas*.	*Gratus, & Seleucus.*
224	4 Calisti I.	1 Alexandri.	Floret Heraclas Origenis discipulus Alexandriæ, vir insignis *Euseb. lib. 6. cap. 12.* Heliogabalus occiditur ob nefandas turpitudines, & raptatus proiicitur in Tiberim. *Dio.* Alexander Mammææ filius, Heliogabali consobrinus, anno præcedente dictus Cæsar, nunc Imperator creatur à Senatu & populo, anno ætatis 16. *Lamprid. in Alexand.* notant aliqui acta hæc fuisse exeunte Februario: alii ineunte Martio. Princeps fuit Alexander æquitatis amans, & ferè Christianus: illud sæpe vsurpans: QVOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. *Lampridius.* Hic coniecturam facit, & mentionem Baronius de taberna meritoria adiudicata Christianis, ex qua sub Augusto effluxit oleum: & de Ecclesia B. Virginis trans-Tiberim ibidem ædificata sub Calisto. Florebat Hippolytus Episcopus, & scriptor, *Hieronymus in Hippolyto*, *Euseb. li. 6. cap. 16.* *Herodianus scripsit* Alexandri Imperium fuisse totum sine sanguine: quod tamen *ex Lampridio* falsum ostenditur. licèt enim permiserit Christianos esse: nihilominus Consiliarios habuit, doctissimos quidem Iurisconsultos, Domitium Vlpianum, Paulum, & alios: sed hostes Christiani nominis: vt commentum videri non debeat, si legantur Romæ Martyres aliquot sub Alexandro.	*Antoninus Augustus 4. & Alexander Cæsar.*
225	5 Calisti I.	2 Alexandri.	Florent Domitius Vlpianus, Pomponius Alphenus, Fabius Sabinus, dictus sui sæculi Cato, Iulius Paulus, Martianus, Gordianus, Calistratus, Hermogenes, Celsus, Proculus, Mo-	*Maximus & Papirius Aelianus.*

destinus, Metianus, Venuleius,& Triphonius,omnes Alexandro Imperatori à Consilijs. floruit quoque Catilius Seuerus,& Venatus orator.

226 | 6 Calisti I. | 3 Alexandri. | Iulianus & Crispinus.

Calistus martyrio coronatur sub Alexandro, pridie Idus Octobris, *ut scribant Euseb. lib. 6. cap. 15. & omnia Martyrologia.* hic primus scripto firmauit ieiunium ter vel quater in anno seruandum, quod antea sola Traditione retinebatur. Successit ei Vrbanus Romanus 23 Octobris. Sepultus est Calistus in Cemeterio Calepodij, via Aurelia. Multa ad hunc annum notat *Baronius* de variis Cemeteriis Romæ. inter Martyres quoq; sub Alexandro, leguntur Palmatius Consularis, Calepodius, Simplicius Senator, Felix, & alij.

227 | 1 Vrbani I. | 4 Alexandri. | Dexter & Rufus.

Hic numeratur primus Vrbani annus, initium sumens ab Octobri præcedentis anni. Alexander Imperator Rempublicam multis nominibus deprauatam reformat, varijs edictis propositis. *Lampridius in Alexandro.*

TRANSLATIO IMPERII à Parthis ad Persas.

DE Parthico Imperio producto sub Arsacidis vsque ad huius temporis Artabanum, qui primus ibi cognominatus est Magnus, dixi *anno* 214. iam in hunc annum, aut circiter incidit translatio huius Imperij ab Arsacidis ad Persas: *vt notant* Herodi. *Dio, & Zonaras*, authore Artaxerxe Persa, qui tertio prælio victor (in quo occubuit Artabanus) vir alioqui obscuro loco natus regnat; mutato nomine Parthico in Persarum nomen. *Agathias lib. 2 Hist.* scribit hanc mutationem Imperii incidisse in quartum Alexandri annũ. numerat hic scriptor ad hũc Artaxerxem ab Imperio Alexãdri annos 538, quos numerare voluit Vignerius à Seleuco; hoc est, ab anno 12 à morte Magni Alexandri. Verùm probabilius est cœpisse Parthicum regnum duce Arsace, antequam Seleucus Asię Diadema sibi imponeret, turbatis nempe adhuc rebus Græcorum, *vt etiam affirmat Herodianus*, & quando Arsaci facilius erat domitas ab Alexandro prouincias sibi subiicere. nos ergo hos 538 annos numeramus ab anno Orbis 3688, quo Cassander Antipatri filius, occiso ab Olympiade Arideo, successit *quod ad illum Orbis annum Tomo primo notatum est, & c. 16. nu* 3.

228 | 2 Vrbani I. | 5 Alexandri. | Alexander 2. & Marcellus.

Notat *Hieronymus Isaia cap.* 2 tandem sub Constãtino Christiano Principe deletam cum infidelitate Gentilium turpitudinem, publicamque libidinem. idem ante eum Philippus Imperator, & ante vtrumque nunc Alexander facere tentauit, *ex Lampridio.* nempe de Christiana religione benè sentientium Principum opus hoc erat. in hunc annum ineuntem incidit martyrium Martinæ Virginis Romæ, Kal. Ianuar. item Iulij Martyris, 27 Maij, & Ezichii, 14 Iul.

229 | 3 Vrbani I. | 6 Alexandri. | Balbinus, & Pupienus Maximus.

Eusebius in Chronico ad annum quintum Alexandri refert, Thermas Alexandrinas Romæ ædificatas refecit quidem ille Neronianas, quæ postea Alexandrinæ dictæ sunt, *ex Victore & Eutropio:* sed & alias nouas construxit iuxta Neronianas, *ex Lampridio.* florent huius temporis Scriptores, Geminus Presbiter Antiochensis, & Berillus Episcopus Bostrenus in Arabia. *Eus. Chron.* hunc Berillum ab hæresi reuocauit Origines. *Euseb. lib.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			6.*c.*16. de Hippolyto Portuensi *lege Euseb. lib. 6. cap.*14.*& Hieronym. in Scriptor.* discipulus fuit Clementis Alexandrini. Eum Nonnum *vocat Petrus Damianus, scribens ad Nicolaum secundum papam.* tantùm extat liber eius de Antichristo.	
230	4 *Vrbani I.*	7 *Alexãdri.*	Hoc anno Origenes inuentam Nicopoli apud Actium sextam editionem accepit, vt Hexapla perficeret. *Epiphan. lib. de mensuris.* Origenes in itinere ordinatur presbyter ab Alexandro Hierosolymitanorũ, & Theoctisto Cæsareæ Episcopis. Demetrius his negotium facessit, quod hominem Alexandrinæ diœcesis, & sponte abscissum ordinauissent, contra Canones Apostolorum. Excusat se Alexander, quod testimonium haberet ab ipso Demetrio, *Hieronymus in Alexandro.* Cæterùm *Eusebius lib. 6. c.*7, malè hoc attribuit inuidiæ Demetrij.	*Modestus & Probus.*
231	5 *Vrbani I.*	8 *Alexãdri.*	Consul iste Dio, est qui ad hunc annum protraxit historiam. simul etiam florebant Eugannus Rhetor apud Græcos, Philemon Grammaticus, & Tatianus iunior, illius Tatiani filius, qui scripsit librum de prouinciis. Zebennus Antiochiæ succedit Episcopus, post Philetum. *Euseb. Chron. & lib. 6. c.*17.	*Alexander 2 & Dio Historic. 2.*
232	6 *Vrbani I.*	9 *Alexãdri.*	Laborat Origenes in coadunandis variis editionibus Scripturæ per columnas sibi correspondentes in eadem pagina: & cùm ante Tetrapla fecisset, nunc tandem Hexapla perfecit: sed mutato editionum ordine, ita vt editio primo loco posita in Hexaplis, esset Hebraica, Hebraicè scripta. secũdo ordine, Hebraica Græco charactere. tertiò, Aquilæ. quartò, Symmachi. quintò, Septuaginta Interpretum: sexto, Theodotionis. tãdem verò additis quinta, & sexta editionibus, perfecit Octupla. *lege Epiphan. de pond. & mens. & Hieronymum ad Titum, cap* 3. prolixè etiam *Baron. anno* 231, agit de variis scripturæ editionibus. Origenes excommunicatur à Demetrio Episcopo Alexandrino, quòd libri ab ipso editi multos continerent errores: quos tamen Origenes negat à se appositos, *in literis de hac re ad vniuersam Ecclesiam datis. Hieronym.us apol.*2 *contra Rufinum.* Cæterùm de scriptis Origenis *lege Eusebium lib.* 6.*c.*18. Vltimo Vrbani anno, & Christi 232, Cæcilia patitur Martyrium, cum Tiburtio, & Valeriano. *Baron. Martyrol.*	*Calpurn. Agricola, & Clementinus.*
233	1 *Pontiani.*	10 *Alexãdri.*	Ponitur hoc anno martyrium Vrbani papæ, iuxta Indices Vaticanos, licèt aliter *Euseb. Chron.* passus est 25. Maii. post dies 30 substituitur Pontianus Romanus. Inter insignes Origenis discipulos numerantur Dionysius, qui postea Heraclæ in Episcopatum Alexandrino successurus est, *ex Euseb. lib.*6.*c.*20.*&* 23. & Theodorus, postea dictus Gregor. Neocæsareæ in põto (quæ eius patria erat) Episcopus: dictus etiam Thaumaturgus: item Athenodorus Gregorii frater, Episcopus & Martyr. *Vide Greg. Nissenum in vita Thaumaturgi.* Tryphon quoque ex discipulis istis est. *Hieronym. in Tryphone.* Alexander Carbonarius, ex Philosopho factus Christianus, abiectam Carbonarii vitam elegit ad sui contemptum, donec proditus à Thaumaturgo factus est Episcopus. *Hieronym. in Theodoro.*	*Pompeianus & Pelignianus.*
234	2 *Pontiani.*	11 *Alexãdri.*	*Ioannes Auentinus Historicus, & Bonfinius, rerum Hungaricarum scriptor,* meminerunt nunc fundatam Sicambriam vrbem in Hungaria, postea dictam Budam. fundata est à Sicambrorum legione, ibi præsidio collocata, vt habet in veteri Buda lapis effossus, cum inscriptione. Demetrius Episcop. Alexãdriæ moritur: succedit Heraclas, *Euseb. lib.* 6.*c.* 20. Longinus Philosophus huius temporis insignis, insigniter laudat Ammonium & Origenem, vt Philosophus Platonicos, licet tunc essent Christiani.	*Lupus & Maximus.*

Anni Christi.	Anni Pontif.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Consules.
			Porphyr. in vita Plotini. De Ammonio, eiusq; scriptis, & integritate in fide, *vide Hieronymum in Ammonio, & Euseb. lib. 6. cap.* 13. Platonicam philosophiã, vt introductionẽ ad Christianismum, profitebantur tunc multi Alexandriæ. *Clem. lib.* 1 *Stromatum.*	
235	3 *Pontiani.*	12 *Alexandri.*	Artaxerxes nouus restituti Persici Imperij Monarcha, inflatus rebus secundis, repetit à Romano Imperatore Syriam, & alias Asiæ prouincias. coactus itaq; ad hoc bellum Alexander, Persas inuadit. *Scribit Herodianus*, redijsse nulla re magni momenti gesta, ac triennio quieuisse Persas. tamen *Lãpridius* dat ei victoriam, Herodianum refutat, licèt propius absentem ab his temporibus.	*Maximus & Ouinius Paternus.*
236	4 *Pontiani.*	13 *Alexandri.*	Alexander cùm esset Antiochiæ, accepto nuntio Germanos transisse Danubium, venisse in Gallias, & Illyricas nationes periclitari, redijt properè in Italiam, ducturus exercitum contra Germanos. *addit Herodianus*, res malè gestas cum Persis, magnam cõcitasse militum indignationem in Imperatorem; sed *Lampridius*, qui scribit victum Artaxerxem ab Alexandro, *ait* Romæ triumphasse Kal. Octob. hũc vocat Xerxem. *Euseb. in Chron.* Et in anno Alexãdri discrepat. Consules Maximus, & Vrbanus, qui notantur ad annum huius victoriæ ostendunt accidisse eam sub finem vitæ Alexandri.	*Maximus & Vrbanus.*
237	5 *Pontiani.*	1 *Maximini.*	Alexander Maximini dolo ex impeditione Germanica, vnà cum Mammæa matre, apud Moguntiã occiditur, die nono anni 14 Imperij. *Lamprid.* Maximinus dictus senior, Imperator acclamatur; Barbarus, & qui crudelitate sola putauit teneri posse Imperium. *Iul. Capitol.* filium Maximinũ collegam Imperij ascisit. Germanos ingenti afficit clade, *Herod & Capitol.* hic iam hostis Christianorum, sextam mouet persecutionem in Christianos, & in familiam Alexandri, in qua multi erant Christiani. *Euseb. lib.* 6. *cap.* 21. *& Iulius Capitol.* Pontianus Papa Alexandri iussu deportatus in Sardiniam, nunc mandato Maximini Imperatoris coronatur martyrio 19 Nouemb. *Origenes* scribit librum de Martyrio. *Euseb. lib.* 6 *cap.* 21.	*[illegible] & Quintianus*
238	1 *Anteri* *Fabiani.*	2 *Maximini.*	Ineunte hoc anno & 13 Ianuar. Anterus Papa, qui successit Pontiano, patitur martyriũ, sæuiente Maximino. *Eus. Chron. & Histor. lib.* 6. *cap* 22. subrogatus est Fabianus 16 Ianuar. *Euseb. ibidem* Causa martyrij dicitur, quòd acta Martyrum exquisiuisset à Notarijs qui & exceptores dicebantur, quiq; Acta omnia ac dicta notabãt magna celeritate per notas quasdam, *de quibus Dio Historiæ lib.* 33 *& August. lib.* 2. *doctrinæ christianæ. cap.* 26. hæc Acta in Prouincijs sic excepta, dicebantur Acta Procõsularia: & quæ solebant Christiani data pecunia coemere: vt mirum non sit plenè constare de martyrum dictis omnibus, & factis tempore martyrij. dicuntur hæ notæ primùm inuentæ à Tirone Ciceronis liberto. ex tribus Fabiani Epistolis prima variè deprauata est, præsertim in eo, quòd habet de Nouati aduentu in Vrbem ex Africa, quod certè tantùm accidit sub Cornelio successore Fabiani, *vt habetur in Cypriano epist.* 46, 52, *&* 76. interim in Africa Gordianus, & filij acclamantur Imperatores ab exercitu. Senatus Romæ factum probat: vbi proindè inter Prætorianos stantes à Maximino, & populum tanta orta dissensio est, vt cæde, & incendio omnia fœdè complerentur. mox Gordianis à Capelliano Numidiæ Præfecto occisis, deliguntur à Senatu Pupienus, & Balbinus, qui subeant curã Imperij, à quibus Gordianus nepos, puer creatur Cæsar. Senatus mittit legatos ad sollicitandas Prouincias, vt deficerent à Maximino, *capitol. & Herod.*	*Maximinus Augustus & Iulius Africanus.* A B

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules
239	2 *Fabiani*	3 *Maximini*	Hoc tertio tantùm Maximini anno rebellant Prouinciæ contra Maximinum, si credimus *Herodiano lib. 7.* Romani Nisibim, & Cariam totam Persis adimunt. *Zonaras.* Maximinus, relictis Pannoniis, cogitur exercitum reducere in Italiam. Sed dum Aquileiam in itinere tenet obsessam, occiditur anno sequenti cum filio à militibus. *Capitol. & Herod.*	*Perpetuus, & Cornelianus.*
240	3 *Fabiani.*	4 *Maximini*	Hic annus est celebris in re Chronològica, his Consulibus. Sub quibus Censorinus (*vt ipse affirmat*) scribebat librum de die natali. *Vide eundem numero 65.* vbi notat hunc Consulatum accidisse anno 1014 à prima Olympiade: qui iuxta nostros annos expansos prioris Tomi, est annus Christi 240, vel 241. Estque annus Vrbis conditæ 990, *vt notant Fasti Capitolini Sylburgii,* licèt Censorinus ex Varroniano calculo putet esse 991, auspicando scilicet à tertio anno Olymp. 6. occisis Maximinis à militibus in obsidione Aquileiæ. breui etiam Romæ occiduntur (ludis Agonalibus, *ex Herodiano*, scilicet diebus æstiuis) Pupienus & Balbinus à militibus, qui ægrè ferebant habere se Imperatores à Senatu datos. *Iulius Capitol.* Milites è vestigio Gordianum Cæsarem annorum 16 acclamant Augustum. *Capitol.* Cæterùm ob fractiones & inæqualia annorum initia in diuersis Chronologiis, dixi annum Christi 240, vel 241, respondere vni anno Vrbis conditæ, & Olympiadum. de illo Agone 39 nunc celebrato, *lege citatum Censorinum & quæ notaui anno 88.*	*Vlpius & Pontianus.*
241	4 *Fabiani.*	1 *Gordiani.*	Hunc ponimus primum Gordiani iunioris annum. Antiochiæ defuncto Zebeno Episcopo substituitur Babilas, qui sedit annis 12; scilicet vsque ad Decium, Deo ita disponente: nã ille prophetice præscius acerrimæ sub Decio persecutionis, omnes instruebat & armabat, inflammabatque ad martyrium pro Christo subeundum. *Vide Martyrol. Baron. 24 Ianuarii.*	*Gordianus August. & Auiola.*
242	5 *Fabiani.*	2 *Gordiani.*	His Gordiani temporibus innotuit Romano Imperio Gothorum nomen, qui Scythiæ Europeæ regionem eam incolebant, quam Getis adscribunt Romanæ historiæ Scriptores, præsertim inter Tanaim. & Pontum Euxinum, nec longè à Danubio versus Occidentem. Horum Rex dictus Ostrogothus, inita societate cum Marcomannis, Quadis, & aliis, cœpit latè depopulari fines Romani Imperii. *Iornandes & alii. Spartianus in Caracallo ait,* Gothos, Getas nominatos. Gordianus comprimit Sabinianum in Africa rebellantem. *Capitol.* sicque pax reddita est Imperio, & Ecclesiæ. Origenes sub hac pace Athenas venit, & quædam sua scripta absoluit. *Euseb. libr. 6. capi. 25.* congregatur in Africa Consilium 90 Episcoporum aduersus priuatum hæreticum, ibidem damnatum. & quem Fabianus excommunicauit. *Cypr. Epist. 55 ad Cornelium.* Sic scilicet Episcopi benè vsi sunt pace Ecclesiæ, nec tamen defuerunt tunc Martyres, dolo saltem, & calumniis oppressi.	*Sabinus, & Venustus.*
243	6 *Fabiani.*	3 *Gordiani*	Mortuo Artaxerxe Persarum rege, filius eius Sapores succedit, & regnat annis 31. *vt narrat Agathias.* Hic regni sui initio in Romanos arma mouet. Et Gordianus parans se ad bellum hoc Persicum, filiam Misithei viri doctissimi vxorem ducit. *Capit.* de Heliconide Corinthia Martyre 28 Maii, *vide in Menolog.* ingens nunc contigit terræmotus.	*Gordianus 2 & Pompeianus 2.*
244	7 *Fabiani.*	4 *Gordiani.*	Gordianus Misitheum socerum creat præfectum prætorii, & aperto gemino Iano, contra Persas cum ingenti exercitu profectus, eosdem repulit feliciter, pacato Oriente Misithei cõsiliis. *Capitol.* Plotinus peregrinaturus ad Indos, iunxit se exercitui Gordiani, *Porphyr.* victis & pulsis è Mesopotamia Persis, receperunt iterùm Romani Nisibin vrbem, & Cariam, quæ loca	*Arrianus, & Papus.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Consules.
			ſubMaximino Artaxerxes occupauerat, *Capitol. Zonaras. ſcribũt Zonaras, & Iornandes*, Gordianum in hoc itinere Scythas expuliſſe è Mœſia. vnde aliqui ſuſpicantur hinc Gordianum dictũ Gothicum, Sarmaticum, & Germanicum, vt erant illæ nationes cõfœderatæ. *addit Auentinus*, his nationibus, præſertim Gothis, conceſſam penſionem annuam, ea lege, vt propugnarent ipſi deinceps fines Imperii Romani contra externas incurſiones.	
245	8 *Fabiani.*	5 *Gordiani.*	Miſitheus ſocer Imperatoris perit dolo Philippi, qui & Miſitheo ſucceſſit in præfectura, & dolo effecit, vt à militibus poſceretur collega Imperii, quod & obtinuit. *Capito.* Fabianus Papa erigi curat ædificia clara & conſpicua, vbi erant Cryptæ & Cemeteria. Eccleſiam quoque nobilem extruxit Thaumaturgus. *Greg. Niſſen. in vita Greg.*	*Arrianus, & Pappus.*
246	9 *Fabiani.*	1 *Philippi.*	Menſe Martio Gordianus apud Cteſiphontem in Oriente occiditur à Philippo crudeli turpitudine. *Capitol. in Gordiano*, quem Senatus mœrens retulit inter Deos. hunc Philippum Imperii inuaſorem, & domini interfectorem, *Euſeb. in Chron & lib. 6. c. 27. ſcribit* fuiſſe Chriſtianum. ſed meritò hoc ab aliis reiicitur. *authore Origene lib. 8 contra Celſum ſub finem*: nec vllus Gẽtilium Scriptorum hoc ſubindicauit: quare Epiſtola illa *Origenis apud Euſeb. c. 29*, putatur commentitia *Scaligero, ad an. Euſeb.* 2260. aliis poſt triennium ſcripta. Sanè quod pro Philippo Chriſtiano *ſcribunt Vincentius Lerinenſis cap. 23. & Oroſius*, intelligi ad ſummum poteſt de tempore ſub finem Imperii, *vt dicam anno Chriſti* 249. hic Philippus antequam Romam veniret, pacem iniit cum Perſis, reddita illis Meſopotamia.	*Peregrinus & Aemilianus.*
247	10 *Fabiani.*	2 *Philippi.*	Philippus filium Philippum creat Auguſtum. nummos profert *Baronius*, iam Romam redierat Philippus, quando & Plotinus Romam venit. *Porphyr. in vita Plotini.* de Plotini condiſcipulis *lege Auguſtinum Epiſt. 56 ad Dioſcorum in fine.* Plotinũ Origenis amicum & Ammonii Chriſtiani diſcipulum, non fuiſſe à Chriſtianiſmo valde alienum, *conicit Marſilius Ficinus in lib. 8 Plotini.*	*Philippus Aug. & Titianus.*
248	11 *Fabiani.*	3 *Philippi.*	Gothi negata à Philippo penſione, quam illis ſtatuit Gordianus anno 244, inuadunt Mœſiam, & Pannonias, eaſque miſerè depopulantur. *Iornandes, & Auentinus.* alii tamen hos inuaſores (quos non vocant Gothos) victos narrant à Philippo, & ad pacis conditiones æquas coactos. Moritur Heraclas Alexãdriæ Epiſcopus. Succedit Dionyſius, à quo acriter cœpit impugnari Origenes, qui vt ſe purgaret, ſcripſit profeſſionem rectæ fidei, ad Fabianum præcipuè, *Euſeb. lib. 6 c. 28, & 29.* imò his tẽporibus venit Romam Origenes, *ex Porph. in vita Plotini*, quãdo congreſſus eſt cum Plotino, qui Origeni venienti aſſurrexit. excidit Epiſtola Origenis, *conſule Euſebium.*	*Praſens, & Albinus.*
249	12 *Fabiani.*	4 *Philippi.*	Nunc putantur duo Philippi propediſſe primum ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam. certè non antea: an verò nunc, nec pro certo affirmare poſſumus. Philippus in Thracia ædificat Philippopolim ciuitatem, vel potius inſtaurat veterẽ mutato nomine. *Zoſimus.* Concilium habetur in Arabia contra hæreticos, pro immortalitate animæ. vbi rectè ſe geſſit Origen. *Euſeb. lib. 6. c. 30.* inualeſcunt Helceſcitæ. *ibid. cap. 31.* item hæreſes Valeſiorum, ſeu Eunuchorum, ſequentium facinus Origenis. *Epiph. hær. 19.*	*Duo Philippi, pater 2. & filius.*
250	13 *Fabiani.*	5 *Philippi.*	Ad hunc Chriſti annum exiſtimo conſignandum eſſe Vrbis annum milleſimum: quem Philippus inſignibus editis muneribus nunc celebrauit. *Caſiod. Capitol. in Gordiano, & Aurelius*	*Philippus Aug. 3. & filius Philippus 2.*

Victor in Philippo. Scilicet Philippo patre 3. & filio 2. Coss. *ut ex nummo veteri profert Scaliger ad annum Euseb.* 2261. annis decem post Consulatum Vlpii & Pontiani, *de quibus supra anno Christi* 240. idemque resultat ex anno Vrbis: nam 1000 anni inchoati, seu potius 999 exacti, si addantur ad annum 3251, quo Roma condita est, dabunt annos 4250. Porrò si Peregrino & Æmiliano Coss. mense Martio, cœpit imperare Philippus, *ut authores produnt*; rectè hic numeratur quintus annus Imperii Philippi. Cæterùm cùm Varro auspicetur annos Vrbis conditæ à tertio anno Olymp. 6. non idem est annus millesimus, secundùm Palilia Varroniana & Catoniana. aliundè etiam accurata annorũ comparatio difficilis est. cùm annus Vrbis contineat duos Consulatus, duosque annos expansos ex parte: idéque est de Olympiade, *ut alias*. Ludi etiam nunc celebrati in Circo maximo, tribus diebus & tribus noctibus. *Euseb. Chron.* Trinoctia vocat *Ausonius. lege Censorinum numero* 25. *&* 48. *& Onuphrium de Ludis sæcularibus. Eusebius* hinc attingit varios illos missus vsitatos in Ludis Circensibus, seu emissiones equorum aut curruum. *de qua re Suet. in Domitiano.* quod habet de Atlante monte, aliqui expungunt: tamen constat montes & syluas currentes induci consueuisse in Circo, aliaque αὐτόματα similia. dum hæc aguntur, in Oriente Tapianus eligitur contra Philippum à Prouinciis illis, quas certè optimebant Romani. item in Pannoniis Marinus. sed breui concidit hic tumultus, castigata hac temeritate. *Zosimus.* hoc eodem anno Cæcilius Cyprianus, defuncto Donato, eligitur Episcopus Carthaginensis, solo Felicissimo Presbytero repugnante. *Cyprianus Epist.* 55. *ad Cornelium.* Nam anno primo Galli, exegerat circiter quartum annum. *ibidem.* Cæcilius Presbyter eum ad fidem perduxit, à quo proindè nomen accipere voluit. Cyprianum laudant *Nazian. oratione* 4. *& Augustinus lib.* 4. *Doct. Christ. c.* 14. — A, B

Anni Christi	Anni pont.	Anni Imp.		Consules.
251	14 *Fabiani.*	6 *Philippi.*	Hoc sexto anno Philippi, plures scribunt occisos Philippos: proindè initium habebit in hoc anno Imperium Decii, quamuis sub finem. *Baronius* tamen vult Philippum peruenisse ad septimum Imperii annum.	*Aemilianus, & Aquilinus.* A

DE CONSVLIBVS *Insequentis anni.*

POst huius anni consules, inseritur Cõsulatus Decii & Grati; qui solet tamẽ à quibusdã prætereiri. *Baronius* anno 252 queritur ab illis prætermissũ. certè nouum non est, quosdã Consules poni ab aliquibus, qui ab aliis omittuntur. Sic *Onuphrius* vnũ annũ posuit, sine vllis Consulibus. Sic. *Baronius* ipse anno 253, dicit Gratum eo anno suffectum, & proindè omittendum: & anno 254. varii sunt Consules, *ut ipse ibidem fatetur.* Denique liber ille *Onuphrii* plenus est huiusmodi omissionibus, quas ex *Cassiodoro, Cuspiniano,* & aliquo alio notat introductas: & omnes ferè omittunt Corneliũ Cethegum, & Q. Flaminium, quos tamen ponit *Plinius libro* 19. *c.* 8. sic ergo quisque in re incerta coniecturas profert suas. hoc verò anno sequenti 252, aliqua est coniectura probabilis, quæ suadet omissionem Decij & Grati. subducto enim hac ratione, & expuncto vno hoc Consulatu, facilè apparet, reliquam seriem Consulum optimè respondere annis Christi, numeran- — B

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Consules
			do à Christo nato vsque ad annum 312. cùm alioqui molesta nascatur imparitas, & quæ plerosque Scriptores soleat non parum fatigare. *Mercator* ad annum Natiuitatis Christi, suspicatus est hanc numeri imparitatem inter has duas annorum Christi & Consulum series. nasci ex annis Christi malè computatis: & vnum ibi annum Christi esse omissum. probabilius est nasci ex errore Fastorum aliquo. & quidem cùm posteriores Consules ab anno Christi 260 satis congruant, ex communiori consensu Scriptorum, cum annis Christi: & præterea principium, vt alibi notaui; sit rectè satis collocatum; vbi Consulatus Aug. 13 notatur ad annum Christi primum: relinquitur hunc errorem incidisse in medios ordines: idque fortè, vt hic iam in Grati Consulatu est declaratus. Dicet aliquis, vel Decium, vel Gratum esse suffectum, & proinde hoc titulo alterum esse omittendũ. probabiliter etiam aliquis dicet, Grato Consuli ordinario Decium iuniorem Hetruscum fuisse suffectum, ac sedem in tabulis Fastorum obtinuisse, simul cum patre iam Consule, & inuasore Imperii. Atque hæc sunt, quæ ad rem coniecturalem elucidandam afferri possent, & quidem quæ aliquantulum indicant huic Grato Consuli ægrè locum inueniri. Si tamen ad hanc controuersiam componendam (ne Grati memoria pereat) placet eum duobus Deciis annumerare, non repugno: ita tamen, vt vnicus annus Consularis tres illos excipiat, & duos quidem ordinarios, tertium verò suffectum, quicumque demũ ille sit. Semper enim (quod suspicor esse probabilius) manebit sequens annus saluus duobus Deciis, & consignatio annorum, quando passi dicuntur Martyres Grato Consule, non erit incerta.	C
252	15 *Fabiani.*	1 *Decii.*	Hic annus Baronio, Philippi septimus est, & in quem conjecit mortem Philipporum. (Etruscus iste est Decius iunior.) illud certius est, eos, qui eam notant ad annum Christi 253, deceptos ex illa inscriptione de nece Philippi Veronæ reperta, quam *Scaliger anno Eusebii* 2266 supposititiã vocat. Sanè in anno Christi signando saltem vitiata est. In Ægypto excitatur aliqua persecutio à quodam Mago in Christianos. *Euseb. lib.6. cap.*34. vt sunt faciles Ægyptii ad rixam & cædem. *Dio lib.*39. *Philo in Flaccum.* Apollonia, & Serapion Martyres. *Eusebius ibidem.* Decius inchoat persecutionem, *de qua anno insequenti.*	*Duo Decii, pater, & Etruscus*
253	*SEDES VACAT.*	2 *Decii.* 1 *Galli & Volusiani.*	Hic secundus est Decii annus inchoatus, & Galli primus, quo persecutio prius inchoata, iam vehementissimè sæuit, & quam prolixè describit *Baron.* Sed tandem Decius, cùm imperasset vno anno, & tribus vel sex mensibus, periit malè pugnans contra Gothos. nam ne in hostium manus veniret, in paludis voraginem equum impellens, insiliit. *Euseb. Chron. & lib.*7. *cap.* 1. *Eusebius, Epiphanius, & Cassiodorus,* tantùm dant annum & aliquot menses: licet aliqui biennium & sex menses illi tribuant, *ex Eutropio & Zonara.* hoc Gothicum bellum excitauit Ostrogothi mortui filius Cinna, qui Mœsiam & Thraciam inuasit, & fusus ac fugatus à Decio, se inter loca palustria munit, inuadentemque temere & incõsulto Deciũ (Vibii Treboniani Galli dolo) oppressit: quando Vibius salutatur Imperator à militibus, cum filio Vibio Volusiano. *Iornandes, Zonaras, & Zosimus.* De Consulibus huius anni dissensio est. nos his notatos cum multis aliis ponimus, siue sint ordinarii, siue accedente Imperio honorariè suffecti. certè si non Consulatum, saltem Imperium nunc inuasit Vibius Trebonianus Gallus, cujus proditione, vt dixi, profligatus est Decius. *Euseb. lib.*7. *cap.*1.	*Gallus* 2. *& Volusianus filius.* A B

DE MARTYRIBVS SVB Persecutione Deciana.

SEptima hæc vocatur Persecutio ab *Eusebio lib. 6. c.* 32. & à quibusdam aliis: grauissima fuit. & hinc aliquandiu vacat sedes Romana, occiso Fabiano Pōtifice 20 Ian. viuēte adhuc Decio. causā persecutionis corruptos mores dat *Cyprianus, libro de Lapsis.* Vbi de miserādo multorum lapsu. & *Epistola* 52 *ad Antonianum.* Inter Romanos Martyres sunt Victoria, Anatolia, Calocertus, Parthenius, Secundianus, Marcellinus, & Verianus. In Africana autē Persecutione Cyprianus, qui ad necem petebatur, fugit. *Cyprianus Epistola* 9 *ad Presbyt.* Cartag. & 15 *ad Clerum Romanum.* proscribitur, *epist.* 69. reliquam persecutionem, & acta inter Cyprianum & Romanum Clerū, latè hic persequitur *Baronius.* Inter Martyres Africæ, sūt Aurelius & Celerrimus, *ex Cypriano Epist.* 33. & 34. Zeno, Alexander, Theodorus, Terentius, Maximus, Pompeius, & Africanus. *Suri.* 30 *April.* omnes sub Præside Fortunatiano. Item Quinctius, Simplicianus, & alii, *ex Martyrol. Romano* 18 *Decemb.* Interim sacrificia, oblationes, & commemorationes Martyrū *vide apud* Cyprianum *Epist.* 37. Persecutionem Alexandrinam *describit Dionysius* Episcopus *Alexandriæ Epistola ad Germanum, & Epistola ad Fabium* Antiochenū, *apud Euseb. lib.* 6. *cap.* 33. & 34. Martyres recensentur, Iulianus, Epimachius, Alexander, Isidorus, Dioscorus, Confessor, Zeno, Ptolemæus, Theophilus, & alii. Item in Thebaide, Timotheus. *Martyrol.* 3 *Maii.* nunc etiā Paulus Anachoretarum Princeps, annorum 23 secedit in desertū. *Hieronymus.* De Origene incertum est, quomodo euaserit è vinculis, an gratia, an immolando Thus, vt aliqui putārunt. In Palæstina Alexandro Hierosolymorum Episcopo in carcere mortuo, succedit Mazabenus. *Euseb. lib.* 6. *cap.* 32. is nobilem ibi Bibliothecam extruxit, quæ mansit vsque ad Constantinum. *Eus. lib.* 6. *cap.* 4. Babylas Antiochenus Episcopus moritur in carcere: succedit Fabius. *ibid. cap.* 32. *Epiphanius, & Hieronymus*, nunc Babylam passum dicunt. Gregorius Thaumaturgus secedit in solitudinem, miraculo liberatus. Patitur martyrium Alexander Carbonarius. *Nyssen. in vita Thaumaturgi.* dum proficisceretur Decius contra Persas, fuit decreta sensura Valeriano cum summa potestate, etiam condendi Edicta. Vnde eius nomen reperitur cū Decio in Edictis. *Trebellius Pollio in Valeriano.* quod addo, ne confundantur Martyres, qui postea passi sunt eodem Valeriano imperante. Pionius Presbyter Syrmiensis Ecclesiæ euasit sub Decio nobilis Martyr: quando Eudemus Syrmiensis Episcopus turpiter lapsus est à fide. *Eus. lib.* 4. *cap.* 14. *Metaphrastes* 1 *Feb.* Plures alios Martyres sub Decio *refert Martyrologiū. scribunt Cedrenus & Nicephorus* de septem Dormientibus, qui occluso à persecutoribus antro, ibidem obdormierunt in Domino. & indè nomen acceperunt. reliqua historia minus certa est. passus est Nestor Pergæ in Pamphilia Episcopus. *Surius* 26. *Februarij.* Maximus Ephesi. 30 Aprilis. Themistocles in Licia. *ibidem.* Mercurius nobilis Martyr, 20 Decēbris. Decius parta victoria contra Persas, occidit quos ibi reperit Christianos. *de quibus Surius decimo Augusti.* in Sicilia præclarum subiit martyrium Agatha. *Surius* 5 *Februarij.* item Tolosæ Saturninus Episcobus, *Surius* 29 *Nouemb.* & Amaranthus in Aquitania. Anno per-

C
D
E
F
G

persecutionis secundo Felicissimus Presbyter cum Nouato Episcopo Schisma conflat in Africa. Cyprianus eos excommunicat, *Epist.* 38. 39. *&* 40. Romæ post vacationem Sedis, creatur Cornelius Papa. *Cyprian. Epist.* 52. *ad Antonianum.* Nouatus Romam proficiscitur, & tribus in fraudem inductis Episcopis, curat creari Nouatianum, Romanæ Ecclesiæ Presbyterum in summum Pontificem. Atque hinc primum Schisma in Ecclesia Romana. *Euseb. in Chro. & libro sexto, cap.* 33. *& Cyprianus Epist.* 49 *ad Cornel.* quem confictis criminibus eiecerunt Schismatici.

254 — I *Cornelii.* — I *Aemiliani.* — *Volusianus Aug. 2 & Valerius Maxim.* A

Audita morte Decii, Scythæ & Gothi inuaserant Mœsiam, Thraciam, Macedoniam, & Græciam. ad quam redimendam vexationem, Romani iam tributum illis assignant. primum illud quidem, quod vnquam à Romanis datum fuit hostibus. Sed turbatis in dies magis Imperii rebus, iterum tum illi, tum Persæ, nouo impetu ita Orientem inuaserunt, vt etiam Italiæ timeretur, *Zonaras. Sex. Aurel. Iornandes, & Trebel. Pollio.* Sed Iulius Æmilianus, è Mauritania oriundus, & dux legionũ in Mœsia, Barbaros strenuè repulit: salutaturque Imperator à suis: nec diu postea Gallus Imperator, Interamnæ occiditur, *vt plures scribunt.* Dum hæc aguntur, Aurelius Licinius Valerianus, antea Censor, ex illustri familia Romana, Dux Alpinarum legionum ac prouinciarum; salutatur quoque Imperator: cumque absente adhuc Æmiliano Romam occupasset, occiditur Æmilianus à suis quarto Imperii mense: imperatque Aurelius Valerianus: qui permittente Senatu Licinium Gallienũ Augustum creat, & Valerianum filium natu minorem facit Cæsarem. *ita Onuphrius. lege Terbellium Pollionem, Zonaram, & Sextum Aurelium.* Cæterùm hæ tragædiæ partem sequentis anni fortè etiam occupârunt. imò contendit *Baronius* Gallum vixisse vsque ad quartum Valeriani annum: licèt plurium sententia sit, eum hoc, vel sequenti anno occisum Interamnæ, ab Æmiliani fautoribus. Nouatianus Schismaticus Pontifex (quem nescio quo iure *Scaliger* cum Nouato confundit) detectis fraudibus repudiatur, & Cornelius recipitur, *Cyprianus Epistola* 49. Concilium Carthaginẽse Carthagine habetur à Cypriano, & tertio excommunicatur Felicissimus. *Cyprian. Epist.* 42 55. *&* 67. habetur quoque Romæ Concilium, in quo Carthaginensis illius Concilii statuta cõfirmata sunt. Et additum in causa lapsorum de lapsis restituendis: ac vt Sacerdotes pœnitentes, tantùm ad laicam Communionem admitterentur. *Cyprianus Epistola* 52, *ad Antonianum, &* 68, *ad Hispanos.* Nouatianus Schismati addit hæresim, non esse recipiendos lapsos ad pœnitentiam, & omnia peccata esse æqualia. tantùm suos vocat καθαρὺς. *Cyprianus Epistol.* 52. *& Euseb. lib.* 6. *cap* 36. certant aliqui, an à Nouato, vel Nouatiano dicti sint sectatores Nouatiani? Sanè ab vtroque desumptum nomen dici potest, licet *Scaliger* argumento Grammatico dissentiat. De Cornelii martyrio anno sequ. sub Gallo, aut certè sub Valeriano.

Valeriani. B

255 — 2 *Cornelii.* — I *Valeriani & Gallieni.* — *Valerianus Augustus 2. & Gallienus.* A

Hoc, vt videtur, anno, Concilium illud Romæ habetur, in quo damnantur Nouatiani, & decernitur recipiendos esse lapsos, sed non sine pœnitentia. maximum Concilium vocat *Euf. lib.* 6. *cap.* 35. Concilium Italicum celebratur de eadem re. *Hieronymus in Cornelio.* Et tandem Africanum Episcoporũ 42, in eosdem Hereticos. *Cyprianus Epistola* 54. Consentiunt his Conciliis, tum alii Episcopi, tum maximè Dionysius Episcopus Alexandrinus *vide Eusebium lib.* 7. *cap.* 7. De conuersione Hyppoliti Antiocheni Presbyteri, & martyrio, *lege eundem Eusebium lib.* 6.

C

cap. 36. obiit Fabius Episc. Antiochen. successit Demetrianus *apud eundem cap*. 56. *& vltim*. Romæ Cornelius repellit Felicissimum ex Africa legatum à priuato hæretico, & Fortunato pseudoepiscopo. *Cyprianus Epistola* 55. Hic Felicissimus omnes lapsos sine vlla pœnitentia recipiendos dicebat; Nouatianus verò nullos etiam cum pœnitentia admittendos: adeò dissentiebant nouæ factiones. Antiochenum porrò Concilium celebratur contra Nouatianos. *Euseb. lib. 6. cap. vltimo.* non extat. Nunc scribit Cyprianus libellum & Epistolam 56 ad Tibaritanos de laude martyrii. Moyses fit Martyr. *Euseb. lib 6. c.* 35. Gallum in Imperio non superasse biennium, *testantur Aurelius Victor in Gallo, Orosius lib. 7. cap. 21. Eutropius lib. 9. Euseb. historia lib. 7. cap. 9. denique Cassiodorus in Chron. & Epiph. de mensuris*, tantùm addunt biennio quatuor menses: licet *Baronius* ad annum 257, det Gallo quadriennium, ex aliquot veteribus inscriptionibus, ob Tribunitiam potestatem Galli quater ibidem notatam, quamuis quartum annum Galli, fateatur esse tertium annum Valeriani: & proindè verum esse, quod hic notamus, ab hoc ipso anno 255 quo passus est Cornelius, cœpisse imperare Valerianum & Gallienum. Certè his cōsulibus reparatā, iubente Gallieno Augusto Veronam, & dictam Coloniam nouam Gallienianā, testatur vetus inscriptio, *quam refert adhuc ipsum annum Vignerius*. Tandem Cornelius Papa cum suis exul eiicitur Centumcellas (*de quo loco Plinius lib. 6. Epistola* 31.) eum solatur *Cyprianus Epistola* 57. Sed Romam reuocatus, *vt habent Acta*, plectitur capite, vnà cum Cereali, & aliis, die 14 Septēb. Et post dies quindecim, Lucius Romanus substituitur: habet tamen contentiosam quæstionem tempus passionis Cornelii. *Author Annalium ad annum* 255 rectè quidem notat passum sub persecutione Deciana: ea enim continuata post mortem Decii, nomē retinuit ipsius Decij: imò & Valeriani. quòd huius Censoris, & Decii legibus, adhuc ageretur. *Vide hic annum* 253. Sed dum addit; sub Gallo, *& numero* 57. negat sub Valeriano obiisse, minus recepta est sententia: tum quia sub Valeriano passum, notant *Ado Viennensis in Chro. Metaphrastes in Eugenia & Acta passionis Cypriani*: tum quia negant veteres Scriptores vltra biennium vixisse Gallum. vt vt sit, si Gallus, *vt ait Baronius*, protraxit Imperium vsque ad quadriennium, & simul vixit cum Valeriano; facilè sanè potuit Cyprianus: vel alius, notasse Gallum pro passione Cornelii; & alii iam citati Valerianum. Si verò, quod probabilius est, obiit Gallus anno Christi 254, adhuc non multum errarunt, qui passum dixerunt sub Gallo Cornelium; quamuis plures affirment contrarium. At quis ille Imperator, qui in Actis Cornelij, ex errore scriptoris, vocatur Decius? *Baronius* substituit Gallum, sed probabilius substituetur Valerianus, non enim constat à Valeriano, initio statim Imperii reuocatam persecutionem; licèt paulò post quieuisse Ecclesiam. *habeatur apud Eusebium libro septimo capite* 9. adde exordia Imperii Valeriani esse perobscura, vt non sit promptum asserere, eum qui censor fuit seuerus sub Decio in Christianos, nunc etiam ad tempus & in morte Cornelij, eandem seueritatem, non retinuisse. Cæterùm quamdiu sederit Cornelius, an biennio ferè, vel etiam triennio, incertum satis est, quòd non constet accuratè, quamdiu Sedes vacauerit anno Christi 253, post mortem Fabiani. Hoc anno exorta est pestis illa ingens, quæ orbem decennio vexauit. *de qua Cyprianus libro de laude Martyrij, & Trebellius Pollio in Gallienu.*

B

C

D

256. — *Pont.* 1 *Lucij I.* — *Imp.* 2 *Valeriani & Gallieni.* — *Consules:* *Valerianus Augu. 3. & Gallienus.*

A

Scythæ, turbatis valde Imperij rebus, (è quibus Gothos esse, vult *Zosimus lib.1.historiæ*) Græciam nunc inuadunt, & Thessalonicam dura premunt obsidione, ita vt Corinthii Isthmum muro obstruere tentauerint, & Athenienses ciuitatem mœnibus, quibus à tempore Syllæ caruit, muniuerint. Persæ Orientem inuadunt, Marcomanni vicinas sibi Prouincias aggrediuntur. Valerianus Persas pellendos, & Orientem defendendam sibi deligit. *Zosimus lib. 32.* Gallienum filium reliquis incursionibus opponit: nec ante quindecim annos pelli potuerunt Gothi è Macedonia. Cypriani ad Lucium gratulatio elegans, *Cyprianus Epist.* 58. Vnà cum mentione de ingenti illa lue iam notata, inualescunt bella illa à Persis & Scythis, *Zonaras.* tunc Cyprianus auream illam Apologiam scripsit contra Demetrianum Asiæ Proconsulem, ostendens, non esse Christianos causam pestis, sed immanem Gentilium impietatem. moritur Origenes anno ætatis 69. *Euseb. in Chron.* de Apologiis pro Origene, *Euseb.lib 6.cap.26 & 29.* de eiusdem miserando lapsu, *Vincentius Lerinensis contra hæreses cap.23* damnatus tandem est ab Anastasio Papa, & pronuntiata damnatio in sexta Synodo: licèt librorum lectio non inueniatur improbata. Scripsisse eum sex millia librorum, *ait Epiphanius hæresi. 64.* licèt hoc non facilè credat *Hieron.Epist.62* Quod dicitur duos fuisse Origenes, hunc celebrem, & alium, à quo Origenistæ, confutat, vt commentum, *Baronius.*

B

257. — *Pont.* 2 *Lucij I.* — *Imp.* 3 *Valeriani & Gallieni.* — *Consules:* *Valerius Maximus 2. & Glabrio.*

A

Huc vsque voluit *Baronius* Galli & Volusiani Imperium propagatum ex veterum numismatum inscriptionibus, *quas profert anno Christi* 256 quamuis hic idem annus sit tertius Valeriani. Nam Valerianus *inquit*, acclamatus fuit Imperator ab exercitu Alpino, anno Christi 254 saltem exeunte, obtenta tunc Tribunitia Potestate. & ideo, *inquit idem author*, Scriptores dederunt duos exactos annos imperio Valeriani, totidem dementes Volusiano. Nobis hic annus est tertius Valeriani: & sanè veteres Scriptores, *Eusebius*, *Epiphanius*, *Orosius*, *Cassiodorus*, *Victor*: & *Eutropius*, nollunt Gallum huc vsque propagasse Imperium; quicquid sit de veteribus illis inscriptionibus, ad facilius acta martyrum consignanda productis, sub nominibus horum Imperatorum. *Vide annum* 255.

Gallienus missis in Græciam cõtra Scythas legionibus, & aliis relictis ad defensionẽ Italiæ, ipse ad Rhenũ, & cõtra Marcomãnos proficiscitur. Vbi post aliquã moram, & certamina, tandem pacis conditionibus interpositis cum quibusdam hostium ducibus, illos ipsos Germanos, custodes reliquit Imperij, ad Rhenũ. *Zosimus.* quando accidisse potuit, *quod narrat Sextus Aurelius*, de filia Regis Marcomannorum data Galieno in vxorem, concubinam vocat Sext. Aurel.

B

Lucius Papa coronatur martyrio quarto Nonas Martij. Euseb. illi vix 8 dat menses: nos tamen biennium, *ex lib. de Rom, Pontificibus.* Vbi dicitur fecisse duas Ordinationes mense Decemb. idem *ex Consulibus colligit Baron.* Verùm, quando *anno 255.n* 58, *addit* Lucium quoque passum sub Gallo, hoc affirmat ex illa prorogatione Imperij iam reiecta. Post 30. dies eligitur Stephanus, patria Romanus. tunc Aquariorum hæresim, id est, solam aquam in sacrificium offerentium, *arguit Cypria. ep. 63 ad Cæcilium.* Vbi idem sacrificium offeri docet, quod obtulit Christus. similia *habentur epist. 66* quam scripsit *Cypria.* suo & Concilij Africani tunc celebrati nomine. Valerianus sub initium Imperij Christianorum vtcunque fautor, in magnum persecutorem postea mutatus est. *Euseb. lib. 7 c. 9.*

Pont. 1 *Stephan I.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
258	2 Stephani I.	4 Valeriani & Galliani.	In hunc annum incidisse videtur, quod *Zosimus lib. 1.* scribit de Boranis, Gothis, Carpis & Vrugundis, (hi propè Istrum sedes habebant) qui ne ipsam quidem Italiam à vastationibus immunem reliquerunt: quin & Borani, permittentibus Bosphoranis, in Asiam traiicientes, cladem illis prouinciis ingentem intulerunt. idem fecerunt & Scythæ. *Zosimus.* Marcianus Arelatensis Episcopus, negans cum Nouatiano pacem lapsis pœnitentibus, reiicitur ab Africanis Episcopis. *Cyprianus epist. 67 ad Stephanum.* Nunc cœpit agitari magna illa controuersia, an ab hæreticis baptizati essent rebaptizandi, occasione Nouatianorum & Cataphrygarum. in qua trepidatum est de Ecclesiæ Africanæ ruina. *Euseb lib. 7. cap. 4.* Stephanus Papa decernit valere baptismum illorum hæreticorum. & Firmilianum Cæsareæ Episcopum excommunicat. cum Episcopis Synodi Iconiensis. Africæ Episcopi, duce Cypriano Primate, cum Firmiliano illo, & Dionysio Alexandriæ Episcopo, decernũt nullum esse Baptismum. *Euseb. ibid. cap. 6.* non tamen Cyprianus baptizabat lapsos, *vt mentitur Nicephorus lib. 6. cap. 2.* alia etiam ex causa, & diuersa rebaptizabant Nouatiani. *Euseb. lib. 7. cap. 7.* de Concilio Africano tunc collecto, *vide Cyprianum epist. 71.* Cæterùm in hac dissensione Cyprianus numquam damnauit dissentientes: sed communio retenta est. Vnde & librum tunc scripsit de bono Patientiæ. *Augustin. de vnico Baptismo contra Petilianum cap. 14.* Iratus quidem ille fuit Stephano Papæ, nec etiam à conuitiis abstinuit. *Cyprian. epist. 74.* Itaque Cypriano in causa Stephani non creditur, & pro Stephano Apologiam fecit *Augustinus de Baptismo contra Donatistas lib. 5. cap. 23. & lib. 2. cap. 1.* Cyprianum quoque mutasse sententiam *putat idem Augustinus Epistola 48 ad Decentium. item Hieron. contra Luciferianos ait* Africanos Patres nouum fecisse decretum. idem de Firmiliano, & Dionysio sensit posteritas. *Vide Euseb. lib 7. cap. 6 & 8. vbi scribit,* Dionysium consuluisse de Baptismo, Stephani successorem.	Valerianus 4. & Gallienus 3. A B C
259	3 Stephani I.	5 Valeriani & Gallieni.	Cyriades dux, à Romanis deficiens ad Saporem Persarum regem, acceptis à Sapore militibus, Cæsaream & Antiochiam Romano ademit Imperio. & è triginta Tyrannis hic primus se Imperatorẽ dixit. *Trebell. Pollio.* Eugenius, Trebellio Ingenuus, Tyrannorum secundus, & dux Legionum in Pannoniis salutatur Imperator à Legionibus in Mœsia: qui tamen breui à Gallieno victus, seipsum interfecit. interim Cyriades anno vno occupat Orientem, *Eutropius, Trebellius.* & huc vsque Nicostratus Sophista Historiam protraxit à Gordiano, sed desideratur. Hoc ergo anno supra modum nutare cœpit Romanum Imperium, nec mirũ. Valerianus enim Imperator Romæ in Christianos persecutionem diram excitat, instigante Mago Ægyptio, à quo traductus est ad artes magicas. *Euseb. lib. 7. cap. 9.* hæc octaua numeratur Persecutio à *Hieronymo, Augustino, Orosio, & Seuero.* lata tunc lex, vt proditor Christiani, bonis potiretur & militia. inter Martyres numerantur Eusebius Presbyter, Marcellus Diaconus, Hyppolitus, Paulina, *ex Actis secũdo Decembris.* Nemesius Tribunus, Lucilla Baptismo illuminata à Stephano Papa, Sempronius, Olympus, Exuperia, Theodulus, & alij. *Vide Surium secundo Augusti. de hac persecutione lege Cyprianum Epistola ad Successum.*	Aurelius Memmius & Bassus.
260	4 Stephani I.	6 Valeriani & Gallieni.	*Zonaras & Trebellius,* narrant exercitum, quem hoc anno duxit contra Persas Valerianus, adeò iniecisse metum militibus, qui Cyriadem sequebantur, vt ipse sit à suis occisus. Stephanus Papa Romæ coronatur martyrio Nonis Augusti. hic inter alios	Aemilianus & Pomponius Bassus 2. A

ordinauit Melanium Episcopum Rothomagensem, sanctitate celebrem. post dies 22 succedit Sixtus, natione Græcus, & Atheniensis. Alii Martyres recensentur, Tertullianus, Rufina, & Secũda sorores. *Surius 2. Iulij.* pellitur in exilium Dionysius, *Euseb. lib. 7, cap.* 10. Exulat & Cyprianus Paterno Proconsule. *Acta Proconsular. de quibus August. contra Gaudentium lib. 1. cap.* 31. hos Martyres, Priscum, Alexandrum, & Malchum, *vide ex Euseb. lib. 7. cap.* 11. de Nicephoro, *Surius* 9 *Februarii*, vbi de Sapricij lapsu, exemploque fraternæ charitatis insigni.

1 *Sixti.*

Nunc Sabellius Ptolemaide in Lybia oriundus, hæresim à Noeto magistro prædicatam propagat, *Euseb. lib. 7. cap.* 5. negabat Personarum distinctionem; & proindè Trinitatem. vnde ex vna hac Persona sequebatur Patrem & Spiritum sanctum incarnatos, & passos. addebat materiam esse ingenitam. De Patropassianis *Cyprianus epist.* 73. *& Tertull. cap. vlt. de præscriptionibus.* Gregor. Thaumaturgus, confutando calumniam in Christianos de pluribus Diis, visus est ex vocum improprietate fauere Sabellianis: sed eum excusat *Basil. epist.* 64. Circa hunc annum notantur hæretici, dicti Angelici, planè obscuri. *Epiphã. hæres.* 60. & Apostolici, dicti etiam Apotactici à renuntiatione bonorum, quam faciebant, *Epiphan. hæres* 61. non tamẽ renuntiatio hæc faciebat hæreticos, sed quòd damnarent alios, qui bona possiderent. B

261 | 1 *Dionysii.* | 7 *Valeriani & Gallieni.* | *Cornelius Sæcularis* 2. & *Donatus.* A

Valerius, qui Legionibus præfuit Illyricis, & in Mœsia salutatur à suis Imperator: octo annis retinet ibidem hunc titulum. *Trebellius Pollio.* hunc annum Valeriani extremum esse notant aliqui. Sixtus coronatur martyrio, *De quo Cyprian. epist.* 82 *ad Success. & Martyrol.* 9. *Augusti.* passus est Sedis suæ 12 mense: ac proinde malè illi dantur duæ ordinationes. Post dies 35 (hoc est, 12 Septembris) Dionysius ex Monacho substituitur. Sed Sixti annos malè numerauit *Eusebius lib.* 7 *cap.* 22.

Post triduum à morte Sixti sequitur mors & nobile martyriũm Laurentii Diaconi, natione Hispani. *lege Ambrosium lib.* 1 *Officiorum cap.* 41. Triduo post Laurentium Hippolytus miles equis raptatur. Occiduntur Concordia eius nutrix, Irenæus & Abundius. *Martyrol. Roman.* Hoc tandem anno Cyprianus Carthagine capitis obtrũcatione martyrio coronatur, octauo Kal Octob. *Pontius in vita Cypriani.* Is fuit eius Diaconus, & spectator martyrii. *Vide Nazian. orat. de Natali Cypr.* eius scripta recepta, præter illa, quæ sunt de Baptismo hæreticorum. Cypriano successit Lucianus, & postea ordine, Mensurius, Cæcilianus, Rufus, & Gratus. Martyres ibidem eodem die fuêre Crescentius, Victor, Rosula, *Martyrol.* 14. *Septembr.* his adde ibidem. 300 Martyres, sed annus ignoratur. *August. sermone* 112. *Martyrol.* 24. *Augusti.* hi præcipitati in fornacem calcariam Massa Candida dicti sunt. de Ingenuo, qui Imperator acclamatus est, & mox occisus, *Trebellius Pollio de* 30. *Tyrannis.* B

262 | 2 *Dionysii.* | 8 *Gallieni.* | *Gallienus* 4 & *Volusianus Petronius.*

Insignes etiam habuit hic annus Martyres, *de quibus hic Baronius, & Surius* 24. *Februar.* patitur quoque martyrium Theogenes Hipponensis Episcopus, Maxima, Donatilla, & Secunda annorum duodecim. *Martyrol.* 30 *Iulij.* In Gallia passi sunt Priuatus Episcopus Gabalitanus, Florentinus Episcopus Viennensis, & Pontius, *de quo Surius* 14. *Maij.* In Hispania Fructuosus Episcopus Tarraconensis, Augurius, & Eulogius, 21 Ianu. diem nunc clausit Demetrianus Episcopus Antiochenus. *Vide Indicem verb. Antiochia. vbi numerantur ordine Episcopi Antioch.* In hac Sede impius ille substituitur Paulus Samosatenus. de

Martino martyre, *Euseb. lib. 7. cap. 14.*

Tandem Valerian. Imperator, dum Edessæ obsidionem soluere tentat, dat pœnas. quando proditione ducis Macriani capitur à Persis, & Sapore rege, qui equum conscensurus eo vsus est pro scabello suppedaneo. *Trebellius Pollio in Valeriano. Euseb. lib. 7 cap. 9. Eutrop. Sextus Aurelius refert* hunc casum ad septimum Valeriani annum, aliqui etiam ad sextum. Gallienus, licèt alioqui ferox, tamen paterna clade territus, pacem dat Ecclesiæ. *Euseb. lib. 7. cap. 13. 14. & 18.* durat hæc pax Christianis, & viuendi libertas vsque ad Claudium. Macrianus & Balista, collectis capti Valeriani copiis, Persas strenuè repellunt, & Imperatores nuncupantur, vnà cum duobus Macriani filiis. B

Alibi etiam exurgunt Tyranni: Aurelius contra Gallienum, apud Illyricos: Æmilianus Alexander, in Ægypto, breui extinctus à Theodocto duce Gallieni: Caius Cassius Posthumus, in Gallia: vbi periit Solonius Gallienus iunior, occisus à Gallis in odium patris: qui in his Imperij ruinis, perditè & licenter inter delicias viuebat. hic Posthumus, *authore Trebellio*, per septenniũ egregiè repulit à Gallis Germanos, & ipsum Gallienum, cum exercitu tandem aduentantem, fugauit. Alexander Gallieni filius, dictus Solonius, minor fuit à patre Cæsar appellatus, & periit posthæc cum reliquis tumultu militari. *Onup.*

263 | 3 Dionysii. | 9 Gallieni. | De rixis Alexandriæ obortis, *Euseb. lib. 7. cap. 16.* sequutum bellum Alexandrinum, obsessa vrbe à Theodocto, quem misit Imperator contra Æmilianum Tyrannum, qui nunc periit. | Gallienus 5. & Faustinus. A

Trebell. Poll. in Gallieno, & 30 Tyrãnis, agens de Æmiliano. sequutæ sunt variæ clades Romani Imperii, terræ motus, ferè vbique grassatur pestis, & captiuo Imperatore, Tyranni passim dominantur: Scythæ vastant Asiam, templum Dianæ Ephesinæ exuritur. *Trebellius in Gallieno, & Orosius lib. 7. cap. 22.* duo Tyranni Regellianus, succedens Ingenuo occiso in Pannoniis, & Saturninus, in Ægypto, extinguuntur ab illis ipsis, per quos creati sũt Imperatores. Macrianus Gothos & Scythas repellit, Thraciam vastantes. Byzantium ab ipsis Romanis militibus vastatur, quos tamen castigauit Gallienus, *Trebellius Pollio.* B

Cæterùm commodè res hæc tragica cessit pro incremento Ecclesiæ. *Sozom. lib. 2. cap. 5.* nunc Gregorius Thaumaturgus scripsit Epistolam, quam Græci Canonicam vocant, & quam ad hunc annum recitat *Baronius*: habeturque in Canone apposito ad sextam Synodum, inter alias Canonicas Epistolas. tunc etiã Dionysius Alexandrinus, dum vehementius in hæresim Sabellianam inuehitur, pro Personarum distinctione certans. visus est aliquantulum Personas naturâ diuisisse: nempe vt fecerunt Arriani. delatus est ad Romanum Pontificem (is quoque erat Dionysius) à quo post habitam de ea re Synodum, arguitur. sed Alexandrinus Dionysius mox satis fecit Pontifici, professus Consubstantialitatem: *vt in sua Apologia posteà testatus est, & ex professo docet Athanasius in commentario, quem de Dionysii sententia edidit contra Arrianos.* hos libros Apologeticos non viderunt *Basilius Epistola 31 ad Maximum Philosophum, & Gennadius lib. de Ecclesiasticis dogmatibus*, qui ideò Dionysium Alexandrinum accusant. *vide Hieron. de scriptoribus.*

264 | 4 Dionysii. | 10 Gallieni. | Plures hoc anno occidunt Tyranni, Trebellianus in Isauria, occisus à Gallieni ducibus: Celsus in Africa, à Vibio Passieno: & Macrianus ab Aureolo. Idem in Asia occidit duobus Macriani filiis, & Ballistæ, quos confecit Odenatus. *Trebellius.* hoc eodem anno Gallienus Romam veniens, celebrat decen- | Albinus 2. & Maximus Dexter.

Chriſti.	Pont.	Imp.		Conſules.
			nalia, *Trebellius Pollio.* Nepos in Ægypto Epiſcopus, ſententiam illam Irenæi, Iuſtini Martyris, & Tertulliani de millenario, nōdùm adhuc damnatā propagare conatur. Sed à Dionyſio Alexandrino confutatur, *Euſeb. lib* 7. *cap.* 19. Idem Nepos ſcripſit Hymnos ſacros, in quo genere laudem meruit. *ibidem.* Scripſerunt & alij, vt reprimerent hæreticorum faſtum; & aureo poculo Babylonico propinatum repellerent venenum. *Theodoret. lib.* 4. *cap.* 29. *Sozom. lib* 3. *cap.* 15. Porphyrius Philoſophus annorum 30 Romam hoc anno cum Auſonio Rhodio venit, & adhæret Plotino. *Porphyrius in vita Plotini.*	
265	5 *Dionyſi.*	11 *Gallieni.*	Gallieno ridiculas res agente, Odenatus Oriētis Prouincias ſibi ſubiecit. Decurionem Palmirenorum *vocat Sextus Ruffus.* Dynaſtam *interpretatur Scaliger, in Euſebium.* hic Perſas bello inuadens, illata illis memorabili clade, Carras, & Niſibin recipit. inſcriptionem veterem *profert Scaliger*: rem narrat *Trebellius in Gallienis, & 30 Tyrannis, in Odenato.* accepit à Gallieno Auguſti nomē Odenatus, *ex eodem Trebellio.* vxor Zenobia literis, prudentia, & pudicitia inſignis, *Trebellius de 30 Tyrannis, numero 29, & Porphyrius in vita Plotini.* hæc cupida Chriſtianarum literarum, decepta eſt à Paulo Samoſateno. *Philaſtrius de hæreſib. cap.* 65. hic hæreticus vnam tantùm Perſonam ponebat: non tamen Patrem incarnatum cum Sabellio: quia Chriſtum tantùm hominem eſſe volebat. tandem damnatus eſt à duobus Dionyſijs, Romano Papa, & Alexandrino. *Athanaſius libro de Synodis.* & anno ſequenti à Cornelio. magnam Aſiæ minoris partem hoc etiam anno vaſtant Gothi & Scythæ, euerſis vrbibus, Chalcedone, Nicomedia, & veteris Ilij ruinis diſſipatis, *Trebell.* quo etiam tēpore Claudius Ceſorinus in Italia à Legionibus quibuſdam Imperator vocatur. Et mox ab iiſdē occiditur.	*Gallienus 6 & Saturninus.*
266	6 *Dionyſi.*	12 *Gallieni.*	Odenatus in Oriente vnà cum filio Herode occiditur per Mæonium fratris filium, quo etiam breui occiſo, Zenobia virili animo, & prudenti conſilio, Orientis Imperium deinceps per aliquot annos contra Perſas feliciter propagauit. Concilium Antiochenum celebratur contra Paulum Samoſatenum, eiuſdem ciuitatis Epiſcopum. Sed cùm hæreticus homo doloſè ſimularet pœnitentiam, relictus eſt in ſede, tantùm damnato errore *Euſeb. lib.* 7. *cap.* 22, & 24. moritur Dionyſius Alexandrinus, qui ſenio impeditus, non potuit intereſſe Concilio. *Euſeb. ibid. cap.* 22. ſuccedit Maximus, aliâs Maximinianus. Hieroſolymis Mazabeno ſuccedit Hymæneus, qui Cōcilio interfuit, *Euſeb. ibid. horum Epiſcoporum ſeriem vide in Indice, verbo, Hieroſolyma.* nunc obiiſſe putatur Thaumaturgus, qui interfuit tamen Concilio; quòd eius non fiat amplius mentio, eius elogiū habet *Baſilius, de Spiritu ſancto c.* 29. de eiuſdem ſcriptis, hîc *Baronius.*	*Licinius Valer. Gallieni F. & Lucilius Rufinianus.*
267	7 *Dionyſi.*	13 *Gallieni.*	Heraclianus Dux miſſus in Orientem à Gallieno, repellitur victus à Zenobia, fuſo & fugato eius exercitu. Valerianum Iuniorem, & fratrem, Gallienus hoc ferè anno Auguſtum nominat aut certè, *vt putauit Onuphrius*, paulo ante obitum, *Trebellius.*	*Gallienus 7 & Sabinellus.*
268	8 *Dionyſi.*	14 *Gallieni.*	Gallienus, ſopito vtcumque Illyrico tumultu, Aureolum ibidem imperitantem ſibi conciliat: & ambo in Gallias hoc anno proficiſcuntur: vbi Caſſio Poſthumo, Lolliani dolis & conſpiratione occiſo, Victorinus Poſthumi, commilito Lollianum occidit: & Gallias ferè biennio, inuitis Germanis, & Gallieno retinuit. *Trebell.* qui tamen author ab *Eutropio* diſſentit aliquantulum. *Vide Trebellium in Lolliano, & Victorino Tyrannis.*	*Ouinius Paternus & Arceſilaus.*
269	9 *Dionyſi.*	15 *Gallieni.*	Hoc anno Chriſti 269, & Gallieni 15, Gallienus, cum fratre Valeriano, & filio, apud Mediolanum occiditur, Heracliani do-	*Ouinius Paternus 2 & Maximinianus*

lo & Claudij. Claudium tamen excusat & laudat *Trebellius* dum hæc narrat *in duobus Gallienis sub finem.* à quo Flauio Claudio vult Constantinum Magnum duxisse originem. Peruenisse Gallienum ad annum 15 Imperij, *testantur vetera numismata, & Eusebius lib. 7. cap. 23.*

1 *Claudij.* Flauius Claudius (de quo iam sermo fuit) Imperator à Legionibus electus est, approbante postea Senatu. inuenit Imperium infelix, & hostibus refertum. victum Aureolum occidit apud Mediolanum. *Trebell. Eutrop.* Zonar. *& Sex. Aurel.* Dùm in Asia Scythæ, & Gothi, atque etiam in Græcia omnia vastant, Franci in Occidente, qui sedes in inferiori parte Germaniæ iam habebant, occupant Batauiam, (quæ hodie ferè Hollandia est) nec nisi à Constantio Cæsare, Magni Constantini patre, expelli indè potuerunt, *vt author* Panegyrici *subindicat.* Nunc Dexippus Athenis scribebat sui sæculi historiam, quem citat *Trebellius* Pol*lio. de* 30 *Tyran. in Tito.* Abstinuisse dicuntur Scythæ à Bibliotheca Atheniensi, putãtes literarum studio imbelles reddi Græcos, & facilius posse subiugari, Z*osimus*, *&* Z*onaras*. Claudius Christianorum hostis, bellis intricatus, sæuire, vt optabat, nonpotuit; tamen Romæ occidi fecit Cyrillam Virginem nobilissimam, Prætorianos 46, & alios 120. *Acta sancti Laurentij.* B

270 | 10 *Dionysii.* | 2 *Claudii.* | *Aurelius Claudius Aug. 2. & Paternus.*

Trebellius scripsit, nunc victos à Claudio Gothos, & deletos vsque ad ter centena millia. quo tempore Timagenes Ægyptũ occupat, ipse Ægyptius; sed nomine & auxilio Zenobiæ, *Zosimus.* hoc etiam anno in Gallia, duo Victorini Tyranni, pater, & filius, occiduntur à quodam actuario milite, & in seditione populari, ob adulterium. Victorina vxor Tetricum, qui Aquitaniæ præerat, mariti successorem effecit. *Trebellius de* 30 *Tiran. in Tetrico, & Victorin.* quo etiam tempore filius Tetricus puerulus à Victoria Cæsar est appellatus. Dionysius Papa Parochias & Diœceses ob persecutionem Valeriani confusas, iterùm restituit & distinguit, *ex libro de* Romanis *Pontificibus, & Epistola Dionysij ad Seuerum Episcopum Cordubensem.* Claudius sæuit, & promulgato edicto coronantur martyrio, qui ex Perside Romam venerant. Marius & Martha, cum Audiface, ad Nymphas: qui locus est inter viam Corneliam & Portuensem. *Surius* 24 *Februarij*, præter alios multos Martyres.

271 | 11 *Dionysii.* | 1 *Aureliani.* | *Flauius, & Furius Orphitus.*

Hoc anno finitum bellum Gothicum, *scribit Vopiscus in Claudio*, opera planè Valeriani ducis; pulsis partim, partim occisis Barbaris. Claudius peste tactus occubuit, & Quintillus Frater creatus Imperator, occiditur ob crudelitatem à militibus die 17. *Trebell. in Claudio.* Successit fauore militum Marcus Aurelius Valerius Aurelianus, obscuris parentibus Syrmij in Pannonia natus, vir æqui amantissimus, *ex Vopisco.* Claudio suspensum fuisse clypeum in Capitolio ob victos Gothos, *ait Euseb. in Chron.* quod explicans *ibidem Scalig.* προτομὴν obseruat habuisse insculptam, vulgò medaliam, seu εἰκόνα Imperatoris. Interim nouus Imperator, firmata pace in Pannoniis, regreditur in Italiam: quam Germani, (Marcomannos *vocat Vopiscus*) magna satis ex parte iam occupauerant, ingenti militum multitudine. trepidatum Romæ est, ac si instaret Imperij finis. itumque ad libros Sibyllinos: & præsertim victo Aureliano apud Placẽtiam, prima acie à Barbaris: quos tamen postea sæpe victos, omninò expullit Imperator, sub his vel sequentis anni Consulibus. *Eutropius, Sextus Aurelius, & alij.*

272 | 12 *Dionysii.* | 2 *Aureliani.* | *Aurelianus & Pomponius.*

Seditionis authores Romæ, dum in acie contra Marcomannos ageret Aurelianus, nunc regressus castigat: & Vrbẽ mœnibus tutiorib. munire aggreditur: quæ tamẽ Prob. perfecit. inchoa-

to hoc opere, Aurelianus exercitum ducit in Asiam & Syriam: ac demùm contra Zenobiam, vbi pugnatũ acriter est, & multo vtrinque fuso sanguine, victoria tandem fauit Romanis: captáque Zenobia, ad Triumphum reseruata est. sicque Oriens rediit ad Romanum Imperium. *Zosimus, & Vopiscus.*

Conuocatur nunc secundum Concilium Antiochiæ contra Paulum Samosatenum, reuersum ad hæresim. & omnium sententia damnatus, pellitur è sede. *Euseb. lib. 7. c. 23 & 24.* vbi recenset Synodicam Epistolam, missam à Concilio ad Dionysiũ Papam, aliosque Episcopos. Substituitur Paulo Domnus, Demetriani iam anteà Episcopi filius. *Synodica.* Professio fidei, edita ab hoc Cõcilio, *extat in Ephesino.* Sed mala fide *Eusebius* partem Synodicæ de Consubstantialitate omisit. Firmilianus Cæsareæ Episcopus, vocatus ad Concilium, moritur in itinere. *Synodica.* Paulus referens ad Imperatorem de domo Episcopali, quam volebat retinere, iubetur stare sententiæ Episcopi Romani, & Christianorum in Italia. *Euseb. lib. 7. c. 24.* Obiit tandem feliciter Dionysius Papa 28 Decembris. Nam huc vsque vixisse *colligitur ex Synodica citata.* sequenti anno condita ad Ligerim Aurelia in Gallia, sumpto nomine ab Imperatore.

273. — I *Felicis I.* — 3 *Aureliani.* — *Quietus, & Voldumianus*

Aurelianus iterùm rebellantes Palmerianos domat, euersa regia ciuitate: & mox Ægyptum Imperio restituit. inde in Galliam proficiscens, quæ sola post tot Tyrannos debellatos restabat recuperanda, ibi Tetrico & filio occisis, restituit pristinæ integritati Romanum orbem. *Zonaras & Vopiscus.* qui insignem eius triumphum narrant, post tot deuictas nationes. nunc primùm in Britanniam missum Constantium Constantini Magni patrem *rectè colligit Baron. anno 306, num. 14. quod etiam ex anno nostro expanso 306 satis apparet.* Nam *ex Panegyrico* Britannus est: *ex Eusebio* verò, *& aliis* cœpit imperare Constantinus anno ætatis 31 natus, an. 5 Aureliani.

Vltimo anni præcedentis die Felix Papa successit Dionysio. De Persecutione verò Aureliani, quam vel octauam, vel nonã vocat, certum est, eum semel id quidem tentasse, sed diuinitùs esse reuocatum, *ait Euseb. l. 7. c. 24.* non distulit tamen Persecutionem vsque ad vltimum Imperij annum, *vt Acta Martyrum dicunt. Surius 22 Augusti in sancto Symphoriano. Leo, Feria secunda de Pentecoste, vocat* Octauam. *Augustinus 18 de Ciuitate cap 52,* nonam appellat. an Vrbis mœnia extruxerit hoc, vel sequenti anno digladiantur authores. illud certius est, imperatum anno præcedenti opus, nunc accepisse incrementum, atque etiam anno sequenti. Vnde oriri quoque potuit dissensio de Consulibus, sub quibus hoc actum est. notant aliqui quartum annum Aureliani. referuntque ad Consulatum Taciti & Placidi· circa idem tempus, templum Solis constituit magnificentissimum. *Vopiscus.* idque in septima regione. *ex Rufo & Victore.* hic Felix est, qui scripsit Epistolam ad Maximum Alexandrinum, contra Paulum Samosatenum, & Sabellium; cuius fragmentum *extat Actione 1. Concilij Chalcedonensis. &* citatur *à Cyrillo in Apologia 12 capitum.*

274 — 2 *Felicis I.* — 4 *Aureliani.* — *Claudius Tacitus, & Maenius Placidus.*

Zenobia triumphata, Romæ mansit, honorificè habita, Zenobiam familiam nobilem Romæ reliquit. *Trebel. Euseb. Chro. Vopisc. Zonaras.* Mentitur *Zosimus,* affirmans non venisse Romã: imò ibi perfectè Christiana consenuisse putatur. Ex qua familia volunt aliqui ortum Zenobium Episcopum Florentinum, S. Ambrosij æqualem. Aurelianus, *vt narrat Vopiscus,* hoc anno duxit in Germaniam exercitum contra eos, qui socios Imperij & confœderatos iniustè vexabant.

Christi	Pont.	Imp.		Consules.
275	3 *Felicis I.* 1 *Eutychiani.*	5 *Aureliani.*	De Quæstorum tumultu Romæ, & iterùm iam rebellante Ægypto, *lege Vopiſcum.* Felix Papa 3. Kalendas Maij coronatur Martyrio. *Martyrol Rom.* ſanxit, ſeu quod erat in Traditione firmauit, vt ſupra ſepulchra Martyrum Miſſæ celebrarentur· ſucceſſit poſt dies quinque Eutychianus, Tuſcus, patria Luneñſis. De Martyribus paſſis ſub Aureliano Romæ, in Gallia, & Oriente, *Surius* 3 *Iulij, & 17 Augusti. Gregorius Turonenſis de gloria Martyrum cap* 64. *Baſilius Homilia* 26. *Baronius anno Chriſti* 275. his Coſſ. naſcitur in Britannia Conſtantinus. *ex Euſ. in vit. Con. lib.* 1. *cap.* 1.	*Aurelianus Domitius Aug.* 2 *& Iul Capitolinus.*
276	2 *Eutychiani.*	6. *Aureliani.* *Vacat*	*Onuphrius, & quidam alij* ſcribunt obijſſe hoc anno Aurelianum Imperatorem. ſanè *Zonaras & Vopiſcus* dant ei ſex annos, item *Eutropius*, & *Caſsiodorus* ſaltem dāt quinque annos, & ſex menſes. quòd ſi ad numerum hunc *Eutropij*, addas ſex menſes vacantis Imperij, conſtabit ſex annos numerandos ante nominatum ſucceſſorem. *Onuphrius* occiſum ſcribit quarto Kalendas Februarij, & vacaſſe ſedem Imperialem per octo pene menſes. non ergo niſi ſub finem anni imperat Tacitus. occiſus eſt Aurelianus apud Byzantium. *Vopiſcus, Euſeb. Chron.* ipſo tertiùm Conſule, *inquit onuphrius*· Vidit vnus ferè annus quatuor Imperatores. De tempore, quo imperarunt, deque Conſulibus, adeò diſſentiunt dubitantque authores, vt difficile ſit quicquam certi vllam in partem ſtatuere. nos illis locum damus ex probabiliore rerum geſtarum coniectura.	*Domitius Aurelianus Aug* 3. *& Marcellinus.*
277	3 *Eutychiani.*	1. *Tacitus & Florianus.* *Probus*	Hic eſt primus Taciti annus, excurrens à ſeptimo Kalendas Octobris anni præcedentis, *ex Onuphrio.* tardæ huius electionis cauſam *narrat Vopiſcus in Aureliano*, quòd exercitus Senatui, & Senatus exercitui electionem deferret. Prima Taciti expeditio fuit in Gothos & Scythas. quibus pulſis ex Aſia minore, parat ſe ad Perſicum bellum. Sed obiit in itinere. Imperauit tantùm per ſex menſes, & aliquot dies. Succeſſit Florianus Taciti frater, imperans, *ex Onuphrio*, per duos menſes, & viginti dies. occiſus tumultu militari Tharſi Ciliciæ. probus vti mox dicam, hic aliquod Imperii habet initium. Hoc anno, defuncto Domno Antiocheno, ſuccedit Timæus. Innoteſcit quoque hęreſis Manichæorum author fuit Manes. hi negabant liberum arbitrium, Chriſtum eſſe verè natum, baptiſmum eſſe neceſſarium, tranſmigrationem ponebāt animarū, & duo principia, duóque regna æterna. *lege Epiphan. hæreſi* 66. *& Auguſtinum contra Fauſtum, & alios Manichæos.* Quod ſpectat ad tempus, *Leo Sermone ſecundo de Pentecoſte notat* innotuiſſe annis 260 poſt Reſurrectionem Domini. Sed vitium eſt Librariorum: tantúm enim annus eſt 243 à Reſurrectione.	*Tacitus, Aug.* 2 *& Aemilianus*
278	4 *Eutychiani.*	1 *Probi.*	Imperat Probus, Syrmij in Pannonia natus, electus quinto nonas Iulij præcedentis anni, *ex Onuphrio.* Sed hoc anno ferè ineunte, vt aliqui notant, confirmatus à Senatu. Probus ergo nunc ex Oriente pergit ad pacandam Galliam, à Francis & Germanis occupatam: ceſsit illi expeditio feliciter: ſexaginta ciuitates recuperat, cæſis hoſtibus vſque ad quadraginta millia, ſparſis per varias Galliæ Prouincias. *Vopiſcus.*	*Probus Aug.* 2 *& Lupus.*
279	5 *Eutychiani.*	2. *Probi.*	Hoc anno Probus Illyricum petijt, *ex Vopiſco.* qui Probi res geſtas narrat. vnde expulit Sarmatas. mox peragrans Græciā, cùm res ibi pacâſſet, multos aut in deditionem, aut in amicitiā recepit, *inquit idem Vopiſcus.* inter hæc Proculus in Gallia, & Bonoſus rebellant; partemque Galliæ, Hiſpaniæ, & maiorem Britanniam occupant. *Vopiſcus.* annus eſt Antiochenus 325. *Euſeb.*	*Probus* 3. *& Paternus.*
280	6 *Eutychiani.*	3 *Probi.*	Probus, pacatis Pamphilia, & prouincijs Iſauriæ vicinis, Blemias ſubegit in Oriente, quorum aliquos, horrendum viſu	*Meſſala, & Gratus.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	*RERUM GESTARUM SERIES.* 127	*Consules.*
			populũ,duxit in triumphum. Persæ pacem petunt,& impetrãt. Ægyptum pacat, occiso Saturnino Tyranno, natione Gallo. *Vopisc.* Triumphum Probi de Germanis & Blemijs *idem author narrat,* datamque in Circo venationẽ. Conquieuisse nunc Gallicanam Ecclesiam *scribit Gregorius Turonensis cap.* 32. De Manichæis hic mentionem facit *Euseb. in chro. nos supra* 277.	
281	7 *Eutychiani.*	4 *Probi.*	Proculus & Bonosus, *de quibus anno Probi secundo,* nunc à Probo, regresso ab Oriente, victi occiduntur apud Coloniã. *Vopisc.* duæ traduces ex Manichæorum hæresi emergunt. *cedren.* Trophimus, & Sabatius coronantur martyrio Antiochiæ. licet enim cessaret persecutio, tamen furore Heliodori præfecturam gerentis hi occiduntur pro fide. *Metaphrastes 19, Septemb. & Surius.*	*Probus 4, & Tyberianus.*
282	8 *Eutychiani.*	5 *Probi.*	Post pacatas, *vt dixi,* Gallias, Franci captiui, è Batauia, & alijs locis in Pontum relegati, conceptis nauibus Græciam, Asiam, & Lybiam populati, penetrârunt vsque ad Oceanum, emenso Mediteraneo mari, incredibili an temeritatis, an felicitatis exemplo. *Ex Panegyrico dicto Maximino, ab Eumenio Rhetore.* Probus, *authore Vopisco,* post triumphum de Germanis & Blemijs, parans se ad Persicum bellũ,& iter per Illyricum faciens, à militibus per insidias occiditur, secũdo Nouembris, & anno imperij quinto completo cũ paucis insuper mensibus. *ita Onuphrius ex Vopisco & Aurelio Victore: licèt Eutropius, Euseb. & Oros.* annum addant vnum.	*Probus 5. & Victorinus*
283	9 *Eutychiani.*	1 *Cari.*	Marcus Aurelius Carus Romanus, aut, *ex Sexto Aurelio,* Narbonensis, à militibus creatus Imperator, filios Carinũ & Numerianũ Cæsares dicit. *Euseb. Chron.* vbi *Scaliger* profert veteres inscriptiones. *Baronius* ex alijs inscriptionibus probat nunc imperasse Carum: & proindè Probum non multum superasse annum quintum: idemq; magis constabit ex annis Diocletiani. Carus filium Carinũ præficit Galliæ. Numerianũ ducit secum ad bellum Persicum. vbi Mesopotamiam, Persis ciuili bello implicitis, occupat. Sed ad Ctesiphontẽ cùm peruenisset lethali morbo absumptus est. *Vopisc. Eutrop. Zonar. Sidonius* fulminatũ dicit. *& Euseb. Chron.* vbi tamen *Scaliger* hoc reiicit. Eusebius Alexandrinus succedit Socrati Episcopus Laodiceæ. & post hunc, tandem successit Anatolius doctrina insignis, *Euseb. libro 7. cap. vltimo, Hieronym. de Scrip.* Timęo Antiocheno Episcopo succedit Cyrillus, *Euseb. chron.* Floret Dorotheus, Hebraicè & græcè doctissimus. *Euseb. libro septimo cap. vlt.* tandem anno ætatis 105, fit Martyr, tempore Iuliani Apostatæ. Eutychianus Papa martyrio coronatur. *Martyrol. sexto idus Decembris.* subrogatur Caius Papa, Dalmata, ex genere Diocletiani: idque 16 kal. Ianuarij.	*Carus 2. & Carinus Cæsar.*
284	1 *Caii.*	1 *Diocletiani.*	Insigniores nunc Martyres recẽsentur, Chrysantus & Daria, Claudius Tribunus cum vxore & filijs, Iasone Mauro, & domesticis, ac septuaginta militibus. Caro Imperatore, cùm anno vno imperasset, ad Ctesiphontem extincto, Numerianus in Oriente capessit Imperium,& mox insidijs Apri soceri sui occiditur, sub mensem Februarium. re comperta, acclamatur Imperator ab exercitu Aurelius Valerius Diocletianus, Dalmata, olim libertus Annulini Senatoris. creatur mense Martio, *ex Panegyrico illi dicto.* Carinus in Occidente vsque ad sequentem annum propagat Imperium. *Vopisc.* Post tres ferè annos putat *Scaliger* electũ Diocletianum. Sed in hunc annum 284 consentiunt planè veteres inscriptiones omnes, *quas habet Goltzius.* nec dissentit penitus *Scaliger lib. 5. Emend. & in notis Euseb. & in*	*Carinus Aug. 2. & Numerianus 2.*

Canonibus, si distingui velimus primum annum Imperij Diocletiani, ab æra quã ille dat Ægyptiorum Diocletianæa: Ærã enim quam vocat Martyrum Diocletianæam, refert ad annũ 284. initium verò Imperij Diocletiani repetit à Palilibus anni 287. sic ille in Præfat. de Emend. poster. edit. hac ὁμωνυμίᾳ de initio Diocletiani, elusit quæ eius sententiæ aduersari videbantur. de alia Martyrum æra vide an. 302. nec obstat nobis triumphus, *de quo ad annũ Christi* 301. & ratio huius temporis optima est illa, quòd secũdus Consulatus Diocletiani notetur à Cassiodoro, & aliis, ad annum Christi 285. quando etiam secundò accepit Tribunitiam potestatẽ. Epocham Diocletiani celebrem effecit Christianorum consuetudo, iuxta quam vsque ad Dionysium Exiguum, Cyclos suos Paschales efformabant: idemq; ab aliis in annorum ratione obeunda factitatum; an verò iubente Diocletiano, satis incertum est.

Controuersum hoc Diocletiani initium, dubium quoque effecit annum Christi quo *Dionysius* Cyclum exorsus est. Sed ipse, *Epistola ad Petronium Episcopum*, notat annum Diocletiani 248. consequens est nobis esse Christi annum 531 exeuntem. vide an. 527. Encænia Diocletiani aliqui in Palilia, alij in Kalendas Martias coniiciunt. Quo ad res gestas, Diocletianus Aprũ ipse occidere voluit, vt Druidarum de suo Imperio vaticinium compleret; qui imperaturum prædixerunt Diocletianũ, si Aprum aliquando occideret. breui postea occiso Carino in Occidente, quò perrexit Diocletianus, tandem integro & pacato potitur Imperio. ac Romam veniens, socium Imperij fecit Marcum Aurelium Valerium Maximianum (qui Herculius appellari voluit) commilitonem, & ex Pannonia oriundum: cui Occidentem commisit. tamen *Sextus Aurelius*, vnum annum Herculio minus dat quàm Diocletiano, aliqui etiã nunc Cæsarem tantùm, & post biennium, Augustum autumant creatum.

285 | 2 *Caii.* | 2 *Diocletiani.* | Maximianus in Galliam profectus, seditionem rusticanorum popularem compescit, Bagandarum factionem vocant, ducibus Amando & Æliano. *Eutrop. & Mamertinus in Panegyrico.* quo etiam tempore Diocletianus, Roma discedens, contra incursantes in Pãnoniam Sarmatas, reliquit ibi Gallerium, ipse in Orientem veniens, Saracenos in acie vicit, & repulit. Pace cum Persis, quam optabant, confirmata, Diocletianus Lysiam præfecit Ciliciæ. Sub quo Proconsule, spectatæ feritatis homine, passi sunt Claudius Asterius, & alij 10 Kal. Septembr. Item Cosmas & Damianus, 5 Kal. Octobr. moritur Maximus Episcopus Alexandrinus. Succedit Theonas. *Euseb. Cron.* florent Achillas, & Pierius Alexandrini Presbyteri, & Miletus in Ponto Episcopus. *Euseb. lib. 7. c. vlt. Hieron. in Scrip.* | *Diocletian. 2. & Aristobulus.*

286 | 3 *Caii.* | 3 *Diocletiani.* | Carausius missus ad reprimendos Francos & Saxones, ipse tandem rebellans, occupat Britanniam maiorem; quam cum Imperio illius Oceani tenuit annis septem. Iulianus quidem in Italia Imperatorem se nominans, à Maximiano castigatur. *Vide Zosim. Euseb. Eutrop.* regressus in Gallias Maximianus, incursantes Herulos, & Chaibonos vnà cum Burgundionibus repressit. *Mamertinus in Panegyrico.* | *Iunius Maximus 2. & Aquilinus.*

287 | 4 *Caii.* | 4 *Diocletiani.* | Diocletiani & Maximiani edictum ponitur contra maleficos & Manichæos, qui tũc inualescebant in Africa, *ex antiquo Codice Gregoriano lib. 7.* Germani Galliam vastantes reprimuntur à Maximiano. Et cæsa eorum ingenti multitudine, Imperator transgressus Rhenum, Germaniam vsque ad Danubium peragrans, tantã edidit Barbarorum cædem, vt ipsi longo tempore | *Diocletian. 3. & Maximianus 2.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp		Consules
			pore abstinuerint à vexando Imperio. *Mamertinus in Panegerico.* tantundem fecit Diocletianus vltra Danubium in Gothos & Scythas.	
288	5 *Caij*	5 *Diocletian.*	Maximianus rentato bello contra Britanniam & Carausium, non inuentis idoneis naualis prælij ducibus, vertit se tantisper in Batauos, & ibi habitantes Francos quos ad deditionē magna ex parte coegit. Diocletianus Danubium iterùm transgressus, contra Quados & Marcomānos, fines Imperij propagat. *Eutrop. & Mamertinus in Panegyrico* 2. mox in Italiam reuocat Maximianum: deliberaturus de duobus periculosis bellis, Ægyptiaco, vbi Achillas Dux strenuus se Imperatorem dixit: & Africano, rebellantibus ibi Quinquegentianis *Eutrop.*	*Maximus & Ianuar.*
289	6 *Caij.*	6 *Diocletian.*	Duo Imperatores, post deliberationem de bellis Ægyptiaco & Africano Mediolani habitam, discedunt ipsa hyeme in suas Prouincias, celebrantque Quinquennalia, in quibus *Mamertinus* Orator primum Panegyricum pronuntiauit Maximiano Treueris. quod parùm fauet ijs, qui non nisi anno 286 volunt Maximiano concessum nomen Augusti. *lege secundum Panegyricum Mamertini.*	*Bassus 2. & Quintianus.*
290	7 *Caij.*	7 *Diocletiani.*	Dum Maximianus Treueris celebrat hoc anno diem suum natalem, *Mamertinus secundo illo suo Panegyrico.* tunc dicto, docet nunc quieuisse in Oriente & Occidente Imperium, quòd Barbaros vbique ciuilia & intestina bella haberent occupatos, in Germania, Scythia, & Perside. apud Tharsum Ciliciæ hoc anno martyrio coronati sunt Tharacus, Probus & Andronicus, Diocletiano quartùm Consule. *Extant Acta typis mandata apud Baronium.* Hieracitæ Hæretici, Gnosticorum & Manichæorum pars aliqua, agnoscuntur. *Epiphan. hæres.* 67. licet annus, quo cœperint, incertus sit. hi præter alia nuptias damnabant.	*Diocletian. 4. & Maximianus 3.*
291	8 *Caij.*	8 *Diocletiani*	Ne tot deinceps bellis nō sufficerent Imperatores, cōmuni consilio habito, quisque sibi socium designat, alter Constantium Chlorum, (à pallore) qui à Claudio Imperatore genus ducebat: alter Galerium Maximianum, natione Dacum. ambo Cæsares dicti (quem titulum 13 saltem annis retinuerunt) Constantius in Britanniam redit iam Cæsar. pergit Galerius ad limites Danubij defendendos. Diocletianus Aegyptiacum bellum in se recipit, Herculio Africanum dedit. de duabus Constantij vxoribus *Sext. Aurel.* Omnibus res bellica feciliter tandem cessit. Galerio limites suos strenuè propugnante, Diocletianus varias Aegypti vrbes subegit. Constantius vrbem Gessoriacum (Gallice nunc BOVLOVGNE) expugnat: receptis in in suam potestatem præsidiarijs militibus, quos ibi Carausius reliquerat plurimos; & tantisper, dum paratur in Britanniam classis, ipse (*vt ait author Panegyrici ad Constantium*) Batauiam ingressus, multa Francorum millia, qui has & vicinas cis Rhenum terras à tempore Claudij occupauerant, vicit, & abduxit. Nam alioqui propriam Francorum sedem, fuisse à Rheno ad oram vsque Germanici maris, satis videntur ostendere *in suis Panegyricis Eumenius, & alij.*	*Iunius Tiberianus, & Cassius.* A B
292	9 *Caij*	9 *Diocletiani*	Parata Constantij classe renuntiatur Carausius in Britannia occisus ab Alecto Augusti nomen vsurpante; cui *Eutropius* triennium dat, post septem Carausij annos: atque ita non nisi exacto decennio, vult receptas Britannias. *Panegyrici* tamen, & *Sextus Aurelius* significant, eodem primo Alecti anno, Constantium parata classe traiecisse in Britanniam, euitata feliciter hostili classe, & hoc, vel sequenti anno victum occisumque Alectum, purgato insuper Britannico mari, quod	*Hannibalianus. & Asclepiadotus.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp		Consules.
			ab aliquot annis Saxones & Franci sub Carausio infestabant.	
293	10 *Caij.*	10 *Diocletiani.*	Galerius Cæsar è Mœsia ad Ægyptiacum bellum à Diocletiano vocatus, strenuè se gessit. A quo Achillas Tyrannus (Achillæum *vocat Eutropius*) magna suorum strage victus est apud Pelusium (postea Damiata dicta est) & Alexandriam, quo confugerat Achillas, obsidione cinxit. Nunc rebellasse Armeniã *scribit Cedrenus*, ac proindè Galerius in eam prouinciam destinatur contrà Persas. *Iornandes, & Eutropius.*	*Diocletianus 5 & Maximianus 4.*
294	11 *Caij.*	11 *Diocletiani.*	Hoc anno apparet Diocletianum potitum plena victoria in Ægypto, capta & euersa Alexandria: cùm obsidio durasset octo mensibus; nono mense, tota Ægyptus recuperata redijt ad Romanum Imperium. *Cedrenus* videtur finem belli huius Ægyptiaci reijcere in annum sequentem. *Addit Eutropius*, Diocletianum post interfectum à se Achillæum, victoria acerbè vsum esse, cædibusque fœdasse Ægyptum.	*Constātius, & Galerius Cæsares.*
295	12 *Caij.*	12 *Diocletiani.*	Galerius contra Persas victoria insigni semel atque iterùm potitur. Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos sæpè victos, compellit in loca asperiora & accessu difficilia. Inter hæc, Germani hostiliter repetunt Gallias. hoc tempore aliquot insignes martyres passi sunt pro Christo mortem, in his Susanna, Sabini filia: Caij Papæ neptis, recusans nuptias Galerij Maximiani, obtruncatur. Item Serena vxor quondam Diocletiani, tertio Idus August. Caius hic putatur Diocletiani consobrinus. Contigit quoque Claudij, Maximi, & sociorum martyrium, 18 Februarij. De Serena Augusta, tunc Christiana, *Baronius hoc anno.*	*Mummius Tuscus, & Annulinus.*
296	13 *Caij.* 1 *Marcellini.*	13 *Diocletiani*	Galerius in Oriente priori victoria elatus, temerè & parua manu cum hoste copioso pugnans, inter Callinicum & Carras, vincitur à Narseo Persorum rege. vnde ad Diocletianum rediens, iussus est, ignominiosè purpuratus, per aliquot passuum millia currere ante vehiculum Diocletiani. *vt narrat Eutrop.* Mox tamen, nouis datis copiis, iterùm in Armenia, magno consilio, & felicissimo successu pugnauit cum Narseo. quo pulso in vltimas regni solitudines, castra diripuit, cepitque Narsei vxores, & sorores, cum Persica gaza copiosissima, ac transgressus Ctesiphontem, vetus oraculum falsum esse ostendit. *quod latè narrat Pomponius Lætus in Diocletiano.* Redeuntem Galerium ingenti excepit honore Diocletianus. *Eutropius.* hæc tamen victoria sequentis anni est. Hoc anno Constantius pugnans in Gallia circa Lingones, aduersam & mox secundam fortunam est expertus, *ex eodem Eutropio.* nam victus ille & compulsus in ciuitatem, & vix quinque horis mediis, cùm hostes tanquam securi & sine ordine incederent, eos ita opportunè adorsus est, vt *authore Iornande* sexaginta millia Alemannorum occiderit: ingentem in hoc certamine laudem consecutus. Caius Papa coronatur martyrio 12 Aprilis: item Germanus, sed alio die, *Rom. Martyr.* quòd dicatur Caius constituisse gradus, per quos ascenderetur ad Episcopatum, intellige eum firmasse pristinos, & cauisse ne omitterentur: cùm iam à temporibus Apostolorum essent in vsu. Successit Marcellinus, 5 Non. Maij: quem *Augustinus, Optatus, Martyrologia,* & qui rectiùs sentiunt, faciūt diuersum à Marcello: licet *Eusebius* hos duos confundat. Hierosolymis moritur Hymenæus Episcopus, Succedit Zamdas: & paulò post Hermon. *Eus. Chron. & Hist. lib. 7. cap. vlt.*	*Diocletianus 6. & Constantius 2.* A B
297	2 *Marcellini.*	14 *Diocletiani*	Hic annus est, quo Galerius vicit Narseum, fugauitque ad extremi regni loca: propagatis Imperij finibus vsque ad Tygrim:	*Maximianus 5 & Galerius Cæsar 2.*

Christi.	Pont.	Imp.		Consules.
			ſicque per vniuerſum Imperium omnia feliciſſimo in ſtatu erant. tanti eſt prudentia, conſilium, & concordia Ducum. Legio Thebæorum Chriſtianorum militum ex Oriente in Gallias nũc euocata, *inquit Baron.* martyrio coronatur apud Agaunum. Martyrium quidem *teſtatur Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis Epiſt. ad Syluium, apud Surium 22 Septemb.* Acta habent paſſos ſub Marcellino. Verùm an metachroniſmus ſit, ſuſpicio eſſe poteſt, ſiue quia Maximianus Herculius, ſub quo militaſſe dicuntur in Gallia tempore martyrii, Quinquegentianos nunc profligabat in Africa: ſiue quia Amandus Tyrannus, contra quem euocatam dicit *Baronius* hanc Legionem ex Oriente, extinctus eſt anno Chriſti 285. de Martyrio ergo cùm cõſtet, annus martyrij non ita certus eſt.	
298	3 *Marcellini.*	15 *Diocletiani.*	Hoc ineunte anno cœptæ ſunt Carthagine Maximiani Thermæ, & Romæ Diocletiani. *Euſeb. Chron. & in Hiſt.* Septem annis abſolutæ, & dedicatæ, Conſtantino & Gallerio Auguſtis. De vaſta earum magnitudine, *lege Marcellin. lib.* 16. harum rerum inſcriptiones habes apud *Scaligerum in Euſeb. Baronium, & Panuinum in Faſtis.* Imperatores, Chriſtianos milites huic operi dedicârunt, *Euſeb. Chron.* & opere abſoluto, ſuperſtites capitis ſententia damnatos habent Acta Martyrum, *de quibus Baron.* inſigniores Martyres, Marcellus Cẽturio, *Surius* 30 Octob. Maximus dux, Zeno, & ſocij. *Acta Marcellini, & Appendix.* Zamdæ Hieroſolymitano Epiſcopo ſuccedit Hermon, ſeu Thermon. *Euſeb. Chron.*	*Anicius Fauſtus 2. & Gallus.*
299	4 *Marcellini.*	16 *Diocletiani.*	Narrant Eutropius, Zonaras, & Panegyrici, nunc florentiſſimum fuiſſe, ſi vnquam aliâs, imperij Romani ſtatum; vbique firmata, conceſſaque tandem Narſeo Perſico regi pace, quam petebat: ijs tamen conditionibus, vt redditis vxoribus & liberis, manerent Romano Imperio Armenia, Meſopotamia, & Aſſyria, cum quinque aliis Prouinciis vltra Tygrim. *vide an.* 301.	*Diocletianus 7. & Maximianus 6.*
300	5 *Marcellini.*	17 *Diocletiani.*	Diocletianus proſpero rerum ſucceſſu elatus, ſe vt Deum adorari fecit. *Euſeb.* ornamenta gemmarum veſtibus indidit, cùm prius, *ſi Eutropio creditur*, Imperij inſigne in Chlamyde purpurea tantùm eſſet, reliqua, *inquit ille*, communia. *Vopiſcus* tamen *in Carino*, ſcribit Carinum in calceis & balteo gemmas habuiſſe. Anno præcedente obiit Cyrillus Epiſcopus Antiochenus, cui ſucceſſit Tyrannus. *Euſeb. Chron.* hoc verò anno 300, Theonæ Epiſcopo Alexandrino ſubrogatur Petrus. *Euſeb. lib. 7. cap. vl. & Chron.* De Anaſtaſia Publij viri clariſſimi vxore & Martyre, *Suidas in Hiſtoria, & Nicephorus libro 14. in fine.*	*Conſtantinus, & Galerius Cæſares 3.*

M 2

QVARTI CENTENARII
Initium.

Regna.

IMperium Rom. sub Constantino auctum, firmatumque, sub filijs diuisum; sub alijs debilitatum, mansit vsque Theodosium, restitutorem penè vltimum cuius tempore cœperunt regna Gothorum, & Vandalorum.

Status Ecclesiæ.

INcredibili temporum varietate hactenus vsa, procellisque iactata victrix semper Ecclesia: ac superatis sub Decio & Diocletiano Persecutionibus maximis: tandem felicissimum sub Constantino in toto Romano Orbe, & posteà sub filijs in Occidente statum habuit, clausis Idolorum templis vel etiam passim euersis. Sed pacem hanc in Oriente turbarunt Liciniana Persecutio, & Constantij Hæresis, cum Donato in Africa.

Doctrina.

CErta est Ecclesiæ in Traditionibus, & Decretis authoritas. *Basil. lib de Spir. S. c. 27. Hieron. Epist 54 ad Marcellam. Amb. lib. 3. de fide, c. 7. Epiphan. hær. 55 Cyrill. Hierosol. Catech 5 Illumi.* Primatus Petri. *Concil. Nicæ. Can. 39. edit. Arab. Athan.* Apol. *de fuga, post med. Hilar. in Matth. Can.* 16 Liberum arbitrium. *Hilar. lib. 1 de Trinitate. Hieron. lib. cont. Iouin. cap. 2.* Epiphan. *hæres. 16 post medium.* Bona opera, & merita. *Hilar. in Matth. Can. 6. Cyrill. Hierosol. Catech. 1. Illum. Hieron. lib. 2. cont. Iouin. cap. 15.* Sola fides non sufficit. *Cyril. Cat. 15. Illum. post med. Ambrosi. li. 2 Offic. cap. 2.* Eucharistiæ veritas, & Sacrificium. *Concil. Nicen. Can. 14. Hilar. lib. 8 de Trin. Cyril. Catech. 4. Mistag. alijque plurimi.* Pœnitentiæ Sacramentum. *Hierony. Epist. 54. ad Marcellam, post med. Hilar. in Matth. Can. 18. Basil. Interrog. 288.* Purgatorium. *Epip. hær. 75. Amb. orat. funeb. de morte Valentiniani. sub finem.* Inuocatio Sanctorum. *Cyril.* Catech. 5 *Mystag. Hieron. Epist. 25. de morte Blesillæ.* Reliquiæ, & Crux in honore. *Cyrill. Catech 18. ante med.* Ambro. *lib. de Isaac. c.* 8. Cœlibatus. *Athan. Apol. ad Constantium sub finem* Ambr. *lib. 1. offic. cap. 50.* Abstinentia à cibis. *Nicænum* Conc. *Can. 5. Basil. de laud. Ieiunij, sub initium.* Amb. *Ser. 23, qui est de Quadragesima.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
301	6 *Marcellini*	18 *Diocletiani.*	DIocletianus & Maximianus Imperatores, confecto bello Persico, putantur à quibusdã hoc tantùm anno Romæ triumphasse. *Euse. Chron.* vbi tamen *Scaliger* hoc refert ad annũ Diocletiani 20. male sanè *Cassiodorus* post sex annos hoc actum esse putat: nec deest probabilis suspicio, etiam anno præcedente triumphasse; qui est Diocletiani 17. si verum illud est, *quod scribit Iornandes*, triumphasse antecedentibus liberis vxoribusque regis Persarum. Nam rediêre in Persidem (quod in conditionibus erat) *vt notaui an.* 299. Tardè igitur nimis, si post annum à pacis conditionibus firmatis sunt dimisi Roma.	*Posthumius Titianus 2. & Nepotianus.* A
			Quiescentibus vndique bellis, conspirant hoc anno Imperatores in Christianos, & Edicta promulgant. Ro-	B

mæ itaque, anno sequenti Persecutio grauissima inchoatur. *lege Euseb. lib.* 8.*cap.* 3. *& Acta Martyrum apud Metaphrastem* 26 *Decemb.* vbi de Glycerio, Dorotheo, & aliis. De Andrea Tribuno; & sociis Martyr. *Metaph.* 19 *Augusti*. Theophila prostibuli euasit ignominiam. *Baron.*

302 | 7 Marcellini. | 19 Diocletiani. | Constantius, & Galerius Cæsares 4.

Hic est annus ille grauissimæ Persecutionis inchoatæ quando exierunt noua Edicta ipso tempore Dominicæ Passionis, ἐπιλαμβανούσης τῆς ἑορτῆς *vt loquitur Euseb.*) in templa, personas, & libros sacros. *Euseb. lib.* 8.*cap.* 3. Persecutionem vocat hãc decimã *Augustinus de Ciuitate libro* 18. *cap.* 52. *& Orosius libro* 7 *cap.* 27. hoc de comburendis libris Edictum, non vltimo, vt aliqui notant, sed hoc 19 anno Diocletiani, & his Consulibus exiisse, præter citatum *Eusebium*, testatur *August. de Baptismo contra Donatistas lib.* 7. *cap.* 2. de hac Martyrum & persecutionis Aera, ita ex optimis his Authoribus statuendum. Alia est (si recipitur) quam *Scaliger Præfat. de Emen.* Diocletianæam vocat. *de qua ad an.* 284. A

Sed malè negat *Eusebius*, ante hunc annum inchoatam Persecutionem; licèt minus acerba esset illa. lapsum in professione fidei, obiecit Potamon Eusebio, *apud Epiphanium hæresi* 68. Lapsi sunt etiam multi, & qui sacros tradiderunt Codices; obtemperantes Edicto, Traditores sunt appellati. Lactantius nunc profitebatur Rhetoricam Nicomediæ, *vt ipse ait lib.* 5. *cap* 2. *& cap* 3. de Philosopho debacchante in Christianam religionem, quem aliqui putant Porphyrium ex Iudæo Christianum, & tandem Apostatam, *vt ait Hieronymus ad Galatas, in Præfatione lib.* 1 Infames Porphyrij in Christianam religionem libros, confutarunt *Methodius Episcopus Tyri, Euseb. & Apollinaris*. tunc etiam diuino zelo excitatus *Arnobius*, vixdum Catechumenus, pro veritate cœpit scribere. *Hieronym. addit ad Chron. Euseb.* B

MARTYRES, HOC *circiter anno.*

Reliqua Nicomediæ gesta, & præsertim in Martyres, *vide apud Eusebium*, rei spectatorem, *lib.* 8 *cap.* 6. Vbi de Petro, Dorotheo, Gorgonio ex Imperatoris familia, de Anthimo Nicomediensi Episcopo detruncato, *de quo etiam Niceph. lib.* 7. *cap* 6. de aliis Martyribus Nicomediæ, & in reliqua Bithynia, *Surius* 2. *Ianuarij, &* 11. *Maij, ac* 24. *Octobris*. Inter Palæstinæ Martyres numerat *Eusebius* Procopium, Alphæum, Zachæum, & Romanum. Romæ patiuntur Marcellus Presbyter, & Petrus Exorcista: *Surius* 3. *Iunij*. Ex Africanis Martyribus, Felix Episcopus Thebarensis, tandem Venusiæ in Apulia gladio cæsus est. *Surius* 24. *Octobris*. Proconsul tunc erat Annulinus, qui etiam sub Constantino aliquandiu ibidem permansit. Numerantur porrò Crispina, 5. Decembris: Iulius, Potamia, Crispinus, Martiana, 9. Ianuarii, Candida, 20. Octob. & alij, 22. Iunii. Fuit hæc Africæ Persecutio causa Schismatis postea, quando Episcopi aliqui parentes Edicto, de Codicum traditione, sciderunt Ecclesiam, indedicti Traditores. Ad hunc annum refertur lapsus Marcellini Papæ, si verè accidit. Nam *Augustinus de vnico Baptismo contra Petilianum capite* 16, vult esse calumniam Petiliani. Certè Acta sunt deprauata. Vbi Libra Occidua denotat 72 testes; quòd illa Libra 72 solidos contineret. C D

303 | 8 *Marcellini.* | 20 *Diocletiani.* | *Diocletianus 8 & Maximianus 7.*

Habet hic annus suam in definiendis annis Diocletianæis difficultatem. Diocletianus, *ex Zosimo, & alijs*, purpuram deposuit anno Imperij 20, ac ipso Consule 9, tamẽ in Fastis, ac apud plerosque Scriptores post trienniũ legitur Consul 10. Aut ergo post depositam purpuram gessit Consulatum (quod absurdissimum putat *Scaliger in notis Euseb. & Canon.*) aut non deposuit purpuram, nisi post 10 Consulatum; quod repugnat receptæ omnium veterum ac Fastorum Chronologiæ. Sed quid si fateamur Consulatum honorarium, priuato homini, & post abdicatum Imperium concessum? Ego certè vt iam dicam, rem definio, quicquid *ex Victore* proferat *Scaliger*. A

Ergo Diocletianus exeunte vltimo hoc Imperij anno, purpuram deposuit Nicomediæ, & Maximianus Mediolani, *Euseb. Chron. Zosimus.* consentiunt reliqui Scriptores. Erit verò vltimus annus, ille, qui complectitur finem anni 303, & principium anni Christi 304 vsque ad Martium, iuxta eiusdem Imperij initium, *de quo supra* 284. estque Imperij annus 20. & *ex Zosimo*, non decimi, sed noni Consulatus. ad quem tandem annum à Ludis Sæcularibus Seueri, seu Consulatu Libonis, malè numerauit *Zos. an.* 101, vt *ex Fastis*, & aliundè satis patet. Voluit fortè (aut certè debuit) dicere anno vno, non supra, sed infra 100. *Vide annum Christi* 206. Malè etiam *Victor* Diocletiano dat an. 25. quod *Scaliger in notis Eusebij, & in Canonibus*, interpretatur de annis Æræ Diocletianææ: quam vult per quadriennium cœpisse ante eius Imperium. Sed si rectè à nobis positum est Diocletiani initium, ægrè admodùm, siue *ex Victore*, siue aliundè efficiet *Scaliger*, vt decimus Consulatus Diocletiani (quod tamen maximè contendit) contigerit ante purpuram depositam: repugnatque hæc *Scaligeri* Chronologia, tum *Zosimo & Fastis*, tum veteribus *Scriptoribus* passim: quin nec suam illam coniecturam de diuersis Æræ & Imperii initiis satis firmat. ex eodem fonte est, quòd dixerit primum Persecutionis annum incidisse in annum 19, non quidem Imperij (vt nos tamen supra probauimus) sed illius Æræ. Rectiùs verò illi, qui cum *Zosimo*, & aliis ponunt nonum Cõsulatum; esse Imperij, & finem, & annum vigesimum exeuntem. quid quod idem *Scaliger de Emendatione libro* 5, initium Diocletiani posuerit anno Christi 284, idque sine discrimine Æræ ab Imperio. causam depositæ purpuræ, benè & prolixè Pomponius Lætus attigisse videtur, in Triumpho Diocletiani, vbi de Nemesi Dea. B C

Hoc eodem Christi anno 303, & Diocletiano adhuc Consule, habita est Cyrthæ in Nicomedia, Cyrthensis Synodus, de causa Traditorum Episcoporum. de quo scelerato Traditorum conuentu, & Actis Synodi, rem diuino reseruantis iudicio; *lege Augustinum lib. 3. contra Cresc. cap. 26, & sequenti. & Optatum Mileui. lib. 1.* Martyres habes *ex Surio* 11 *Feb.* vbi refert Acta Proconsularia, sed à Donatistis corrupta: continentque in Mensurium Episcopum Carthaginensem & Catholicum, falsam criminationem. *Vide. Baron. Eusebius refert*, inter alios Timotheum Gazensem insignem Martyrem. sub hoc octauo Consulatu Diocletiani signata sunt Acta Synodi Sinuessanæ in causa Marcellini de Thurificatione. quæ Acta licèt ab aliquo Donatista videantur conficta & edita, post tempora Augustini: Antiquitatis tamẽ approbatio facit, ne debeant penitùs reijci, *inquit Baronius*. Florẽt nũc Trebelli⁹ Pollio, & Vopiscus, *vt dixi To. 1. c. 20.* D

304 | 1 *Marcelli* 1. | 1 *Maximiani & Constantij.* | *Diocletianus 9 et Maximianus 8.*

Hic est annus noni Consulatus Diocletiani; quo per per duos mẽses inchoato, ille & Maximianus Herculius purpuram deposuerunt. Succedunt designati ab ipsis successores, Maximianus Galerius in Oriente Græcia, & Illyrico: & Constantius Chlorus,

in Occidente & Africa. *Euseb. Chron. Zosim. & Eutrop.* Constantius tamen concessit Galerio Africam,& Italiam,contentus Hispania,& Gallis. Diocletianus in villa Dalmatiæ, quæ non procul à Salonis est, præclaro otio senuit, *inquit Eutropius.*

Marcellinus Romæ coronatur martyrio, vna cum Claudio, Cyrino,& Antonino,6 Kal. Maij; succedit Marcellus Papa, hoc quidem anno, sed quo mense incertum. Inter Martyres numerantur Soteris Virgo Romana nobilissima, 4 Non. Feb. de qua *Ambrosius exhortatione ad Virgines.* Agnes Virgo Romana, à *Prudentio, & Ambrosio* celebrata. Sed annus præcisè non ita certus est. Paulò post eam Emerentiana collactanea. (Constantius,qui fauebat Christianis, inter hæc aberat in Britannia.) B
Lycius Cæsareæ: *Euseb. lib.* 8. *cap.* 14. Vulpianus adolescens Tyri. *Euseb.* Agape, Chionia,& Irene. *Metaphrast.* 1 *April.* Demetrius ex Proconsule Christianus. & Martyr. *Acta.* Iulitta, de qua *Basilius, Oratione in eam.* idem scripsit de martyrio Gordij Centurionis,& Barlaham. item Dorothea virgo Cæsariensis, & Theophilus Aduocatus. *Surius* 6 *Febr.*

305. | 2. Marcelli. I. | 2. Maximiani,& Constantij. | Constantius, & Galerius 5. A

Constantinus, qui, *vt ait Aurelius Victor*, specie religionis tenebatur obses à Galerio, relicto Galerio regreditur ad patrem. *Zosimus*: post superatum in singulari certamine Barbarorum Ducem (gerebatur bellum contra Sarmatas) cui periculo putatur expositus à Galerio, vt sic interiret.

Quartus hic annus est persecutionis: saltem iniens, quæ retinuit nomen Diocletianeæ persecutionis, etiam abdicato Imperio. Inter Martyres sunt,qui sequuntur. sub Timotheo Proconsule in Campania, Ianuarius Beneuentanus Episcopus, ad cuius corpus Neapoli adhuc durat perenne miraculum sanguinis, qui ex concreto liquescit,si apponatur capiti. item Sosius,Proculus, Eutyches,& Acutius. *Acta.* de Agapio *Euseb. lib.* 8. *c.* 16. Passus est & Bonifacius Procurator Aglaidis nobilissimæ fœminæ Christianæ. *Acta.* Item Pelagia virgo, Cyrenia, & Iuliana. *Acta.* & Iulitta cū Quirico infantulo. *Surius* 16 *Ian.* Theonas & Sozo. *Acta.* B

Synodi aliquot decernunt Lapsos non omnes vbique, & sine discrimine recipiendos. Tunc quoque hac in causa,& ne solueretur Ecclesiastica disciplina,editi sunt illi Canones Petri Alexādrini Episcopi, qui sunt *apud Balsamonem, & Tom.* 7 *Bibliot. SS. PP.* & Eliberitanum in Bætica Hispani habitum Concilium: cui interfuerunt Magnus ille Hosius Cordubensis,& Valerius Cæsar Augustanus cuius tamen Concilij seueritatem excusat *Innocent. Papa, epist. ad Exuperium.* licet non exprimat nomen Concilii. de Theodosia Virgine & Martyre, *Euseb. lib.* 8. *c.* 17.

306. | 3. Marcelli I. | I. Constantini I. Magni. | Constantius & Galerius 6. A

Quintus hic annus persecutionis est,& insignem habet Principum mutationem: nam Galerius Maximianus, existimans se tot Prouinciis regendis non sufficere, creat duos nepotes Cæsares, Galerium Valerium Maximinum, sororis filium, (quæ nominum similitudo fefellit non rarò plerosque) cui datur administratio Orientis:& Seuerum, quē præfecit Italiæ. Acta sunt hæc 1 Mart. interim moritur Constantius Eboraci in Britannia, 8 Kal. August. *Socrat. lib.* 1 *c.* 1. *Euseb. l.* 1 *vita Constantini, c.* 11. & opportunè nunc appulit eò Constantinus filius. Vbi à patre relinquitur hæres Imperii. *Euseb. citatus.* Ergò Constantinus filius natu maior,& ex Helena quidē proles vnica, capessit Imperium, an. ætatis 31. *ex Socr.* Olymp. 271. an. 1 ineunte,& appetente Augusto mense, Galerio 6 Cos. idque tam ex patris testamento, vt aliqui referūt authores: quàm votis exercitus, *ex Zosimo & Victore.*

Constantinus matrem Helenam non ex Bithynia, *vt putat Nicepho.* sed ex Britannia habuit, *vt ait Gallicanus Orator*, Britannias, *inquit Panegyr.* nobiles fecit orien- B

do: nempe quo tempore Constantius missus fuit ab Aureliano Imperatore in Britanniam cũ exercitu, pacatis an. 273, Galliis. Ea verò vxor vere erat, *vt rectè ostendunt Scaliger in Euseb. & hic Baron.* Stabularia autem dicta est, quòd hospitis, licet nobilis, in Britannia esset filia. Constantino fratres fuêre ex Theodora nouerca Gallus, Iulianus, Dalmatius, & Annibalianus (*aliter Pomp. Lat.*) quibus tamen pater prætulit Constantinum: quamuis dum Cæsar crearetur, coactus fuerit repudiare Helenam, ducturus Theodoram filiam Maximiani Herculij. *Eutrop. lib.* 9. *Victor in Dioclet.*

Cum Romæ auditum est, Constantinum imperare, Maxentius Maximiani Herculij filius, *ex Zosimo*, vel gener, *ex nummo nuper inuento apud Baro.* inuadit Imperium, fauore Prætorianorum militum 7. Kal. Octob. *Zosim. lib.* 2. *Victor in Maximiano.* studet autem simulatione auocare Christianos à Constantino. *Euseb. lib.* 8. *c.* 16. Itaque tres hoc anno Imperium habuit Augustos. *ex Eutropio, Eusebio, Victore, Socrate, Sozomeno, & Cassiodoro.* C

Inter hæc, dum aliquantulum cessat persecutio (*Euseb. lib.* 8. *c.* 25) electo Cæciliano Episcopo Carthaginensi, in locum Mensurij, ortum est indè Schisma, quod postea à Donato nomen accepit, instigante Lucilla: quod mirè Africam vexauit. nam ex aduerso Schismatici Maiorinum Episcopum Carthaginensem creant, coacta Synodo 70 Episcoporum, quæ damnauit Cæcilianum. hi Ordinatores, fuerunt ex numero Traditorum, in Synodo Cyrthensi. *Optatus contra Parmen. & Augustinus contra eundem cap.* 3. Meletius Licopolis in Ægypto Episcopus, abdicatus ea dignitate à Petro Alexandrino Episcopo, facit Schisma. Vnde Meletiani. *Athanasius Apologia* 2. *& Socrates lib.* 1. *cap.* 3. in hac historia deceptus est *Epiphanius.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Consules
307.	4. Marcelli. I.	2. Constantini I. Magni.	Constantinus & Maximianus Hercul. 9.

Habet hic annus cladem Seueri Cæsaris, qui perijt apud Rauennam. *Eutrop. & Hieron. in Chron.* de mortis genere & modo variant historici. Scribit tamen *Zosim. lib.* 2, perijsse insidijs Maximiani Herculij: qui, *inquit*, de Maxentio filio sollicitus, in quem à Galerio missus est Seuerus, perfidè Rauenna extraxit Seuerum, & necandum curauit à Maxentij militibus, dum Romam iret. *Victor*, si rectè designat locum mortis tres Tabernas, saltem non illas in via Appia, sed alias in agro Rauennate debuit designasse. A

Galerius Maximianus mortuo Seuero creat Licinium Cæsarem. *Eutrop. lib.* 10. *Zosim. lib.* 2 *& ex nummis refert Scaliger ad Euseb.* Interim Herculius Maximianus solicitat Diocletianum ad resumendum Imperium, sed reiicitur. Constantin. in Galliis vicit Francos & Alemannos, captis eorum regibus, quos *ex Eutrop.* bestiis obiecit. *Victor, Nazar. Paneg.* 3. hi sub mortem Constantij cœperunt incursionibus Gallias vexare, duce Astarico rege, *inquit Paneg.* Constantinus anno sequente Germaniam inuadit. Maximianus Herculius, velut eiectus à filio Maxentio, adit Constant. cui struit insidias: ad quas tegendas Faustæ filiæ opera vtitur, quam ei dederat vxorem, quãdo & nomen Augusti accepit: eo vsque contentus titulo Cæsaris, licèt milites Augustum antea acclamassent. *ita Paneg.* prius duxerat Constantinus Mineruinam, ex qua Crispum susceperat. *Panegyr.* Sed his tandem Herculii insidiis à Fausta detectis, anno ferè sequenti fugit ille Massiliã, & persequente Constantino periit, vel laqueo, *ex Paneg.* vel mersus, *ex Zosimo.* B

Hoc tẽpore in Oriẽtali Ecclesia annus sextus agebatur persecutionis, multiq; Martyres claruerũt in Thebaide, & alibi in Ægyp. ex his Mẽnas, & Hermogenes. *Surius* 10 *Decẽb.* in Palestina Antonius, Germanus, & alii. *Eus. li.* 8. *c.* 18. 19. & describẽs (*cap.* 27) vitia

Maxentij Romæ, ac Maximini in Oriente & Ægypto, facit mẽtionem virginis, martyrio & prudentia insignis, quam Catharinã esse rectè conijcit *Baron.* & quã Ruffinus *lib.* 8. *c.* 7, Dorotheã vocauit. sed haud valdè constat de anno horum Martyrum, & in Acta eorum, aliqua irrepserunt minus plerisque probata.

308. | 5. *Marcelli I.* | 3. *Constantini I. Magni.* | *Diocletianus 10. & Galerius 7.*

Hic annus est, qui notatur decimo Consulatu Diocletiani, *de quo supra an.* 303. Constantinus (vt pluribus placet) ducto vltra Rhenum exercitu, Bructeros, & finitimas Rheno Prouincias, ingenti clade affecit. *Panegyr.* atque iuxta Coloniam Agrippinam pontem Rheno imposuit. Eodem anno Maxentius misit in Africam exercitum, contra Alexandrinum rebellantem. *Zosim.* quod indicat accidisse post Maximiani mortem, *de qua an.* 307. A

MARTYRES.

HOc circiter anno, qui est persecutionis septimus, numeratur inter Martyres Pãphilus Presbyter Cæsariensis doctissimus, vir sanctus, in Palæstina sub Firmiliano Præside. *Euseb. li* 8. *c.* 20 *&* 21. *Hiero. in Catalogo.* item passa est Aquilina annorum 12, die 13 Iunij. Fortunata, & Procopius quidam. *Niceph. lib.* 7 *cap.* 15. Maxentius Romæ grassatur in omnium facultates. *Panegyr.* Stephano Episcopo Laodicensi deserenti fidem, succedit Theodatus. *Euseb. lib.* 7. *cap. vltimo.* In Illyrico Quirinus Episcopus fit Martyr. *Euseb. Chron.* & Vrsicius, sub Aristide Præside. Laodiceæ passi sunt Tholus, Trophimus, & Artymon Presbyter. *Martyrol. Rom.* 11 *Martij, & octauo Octobris.* Spoleti Felix, Sirmij Irenæus Episcopus. Et in eadem Prouincia Drisipare Alexander. *Martyrol.* apud Græcos Maximus, Quintilianus, & Dada. item Theodatus, Oceanus, Ammianus, & Iulianus, Charitatinæ. *Euseb.* accessere Longinus, Leontius, Neon, & alij Martyres. Marcellus Papa Romæ damnatur ad catabulum, id est, ad stabulum vel iumentorum, vel publicorum equorum. Extant Marcelli Epistolæ. In Africa Donatistæ cogunt Concilium 270 Episc. in Cæcilianum. *de quo August. Epist.* 48 *ad Vincentium.* B C

309 | 1. *Eusebij.* | 4. *Constantini I. Magni.* | *Post Diocletiani 10. & Galerij 7.*

Vacat hic annus Consulibus, tyrannicè dominante Maxentio Romæ: proindè notatur post Consulatum Diocletiani 10. sicut sequens annus notatur post eundem Consulatum secundus. Si *Victori* creditur, obijt hoc anno in Dacia Galerius Maximianus, scilicet sexto anno à Diocletiani abdicatione, saltem inchoato. Nos tamen eius obitum, cum pluribus *historicis*, receptioribus *Fastis*, ac *Onuphrio*, sine magno detrimento possumus reijcere in annum Christi 311. quo etiã Consulatum ponitur gessisse. Cæterùm hic Galerius dictus est Armentarius; vt sic vites hanc nominum confusionẽ, apud authores valde frequentem, in his Imperatorum nominibus. dictus est & Iouius à plerisque: sicut & Diocletianus. A

Marcellus Papa, post constitutum nouum cemeterium in via Salaria, & 25 titulos in Vrbe erectos, quasi Diœceses, ad sepulturas, baptismum, & pœnitentiam conuersorum ad fidem: tandem retractus in stabulum à Maxentio, moritur amictus cilicio, 17 Kal. Febr. *lege Sur.* 16 *Feb.* succedit Eusebius Græcus 5 Februar. Seditio militum & populi Romæ concitata ex incendio templi Fortunæ sedatur à Maxentio. *Zosimus.* Sophroniam matronam Romanam, & Christianas fœminas plures recenset Baronius, quæ ne dispendium pudicitiæ paterentur, mortem sibi consciscunt. *lege* B

Ambrosium lib. 3. *de Virginitate. Euseb. lib.* 4. *cap.* 24. Excusantur ab *Augustino lib.* 1. *de Ciuitate cap.* 21 *&* 26. Martyres huius anni *lege apud Eusebium lib.* 8. *cap.* 22. in quibus Peleus, Nilus, Patermythius, Siluanus Gazæ Episcopus; & in Ægypto, Ioannes Cæcus, in- (1. Eusebij.) credibilis memoriæ. Vide alios *apud Euseb. citatum cap.* 23, & de Euphrasiæ dolo, quo consecuta est martyrium, *vide Nicephorum lib.* 7. *cap.* 23.

Notatur hic annus in Fastis post Consulatum Diocletiani secundus. Estque Persecutionis nonus. *Agathias, & Nicephorus* (Annus a post Consul. Diocletiani 10.)

310. | 2. Eusebij. | 5. Constantini I. Magni. — *lib.* 7, *cap.* 20, notant ad hunc annum, initium regni Saporis Persarum regis, qui & posthumus fuit, & primo die natiuitatis suæ rex creatus: vixitque in illo imperio annis 70, licet *Zonaras* aliquantulum rem aliter narret. A

Patitur nunc martyrium Petrus Alexandinus Episcopus. *Eus. lib.* 7. *c. vlt. & lib.* 9. *c.* 5. Acta recenset *Surius* 25 *Nouembris*, quorum aliqua corripit hic *Baronius*: præsertim de anathemate dicto in Arrium, qui nō fuit ob hæresim à Petro excommunicatus, sed ob Schisma cum Meletio, licèt postea etiam ob hæresim, idque ab Alexandro, *ex Athanasio, Oratione prima contra Arrianos*. Scripsit Canones de Lapsis, Indicem Persecutionis, & fragmentum de diuinitate. *Vide Consilium Chalcedonense, actione prima.* Successit Petro Achillas. *de quo Euseb. lib.* 7. *c. vlt.* non verò Alexander, vt malè *Epiph. hær.* 68 *ex commento Meletianorum.*

Achillas nimia facilitate Arrium ad communionem recepit, auxitque Presbyterio. *Sozom. lib.* 1. *cap.* 14. Sed fortè, vt à Meletio eum auocaret. tempus quo sedit Achillas vix annum excessit, vt rectiùs hic *Baronius*, quicquid alij dicant. Quæ hoc anno nono Persecutionis gesserit S. Antonius, martyrij cupidus, *scripsit Athanasius in eius vita.* de Potamenia virgine in lebetem missa, *Pallad. in Lausi. seu de vitis SS. PP. ad Lausum c.* 1. (de Potamiena antea passa 28 Iunij sub Seuero, *agit Euseb. lib.* 6. *c.* 4) alios *Euseb.* recenset *lib.* 8. *c.* 21. *&* 26. Philemō Ethnicus accepto pretio, simulans se Apolloniū Lectorē (qui tormenta expauescens latebat) Diis immolans; & tandē conuersus, euasit Martyr: denique eius exemplo Apollonius. *Surius* 14 *Nouembris.* B

311. | 3. Eusebij. | 6. Constantini I. Magni. — Annus hic decimus & vltimus est persecutionis Diocletianææ. *Euseb. lib.* 8. *c.* 26. Galerij collegam in Consulatu aliqui ponunt Licinium: nec desunt qui legant Maximinum Consulem, pro Maximiano: nempe qui volunt cum *Victore*, Maximianum obiisse anno 309. tamen huc vsque eum vixisse plures sentiunt. quatuor iam Augusti supererant: Constantinus in Gallia, Maxentius in Italia & Africa, Maximinus in Oriente, & Licinius in Pannoniis, cum Græcia, Dalmatia, Mœsia, Dacia, & Thracia. *Euseb. Socr. Eutr. Zosi.* Hic idem annus est, cui debentur quinquennalia Constantini. (Galerius Maximianus 8. sine collega. A)

Lucianus Antiochenus Presbyter, doctrina & sanctitate cōspicuus, nunc patitur martyrium. *Euseb. lib.* 8. *c.* 28. *& lib.* 9. *c.* 5. *Hieron.* ponit sub Maximino: *Athanasius* verò *in Synopsi, in fine*, sub Maximiano. Sed de hac nominū cōfusione, iam dixi. hic Lucianus sacram Scripturam valde adulteratā, restituit ex lingua Hebraica. *Hierony. in Luciano: & epistola* 107. *&* 133. quæ editio dicta est Lucianea, frequens in vsu apud Orientales. scripsit etiam libellos de fide. Vbi dum in Sabellium acrius inuehitur, creditur Arrio materiam dedisse. Vnde tanto authore gloriabatur Arrius. ex quo factum est, vt aliqui Patres conclamauerint in Lucianum: tamen libelli illi eius, Catholici sunt; & author defenditur ab *Athanasio in Synopsi in fine.* Luciani verò discipuli, degeneres fuêre, & Arriani euaserunt. *ex Nicephoro lib.* 8. *cap.* 31. B

MARTYRES CIRCA *hæc tempora.*

C

MArtyres, qui hac decennali perſecutione paſſi ſunt, & tamen annus eſt incertus, notantur à *Baronio* hoc anno Chriſti. In his præcipui fuê-re, Iuliana Africani filia, Cyprianus olim magus, Iuſtina, Pantaleõ medicus, Pãcharius, Paſtor, Victorinus, Hermolaus Preſbiter, Hermippus, Anicetus, Agatonicus, Adrianus, omnes Nicomediæ paſſi. In Bithynia verò Euphemia, Soſtenes, Menodora cum ſociis. Niceæ, Cyrilla virgo. Byzantij, Eleutherius, & Mutius. Hadrianopoli, Maximus, Theodorus, Aſclepiodorus. In Helleſponto Fauſta, Eutropius, Baſilius, Cleonicus, Sicinnius. De Agapeto Synnadorũ Epiſcopo, *vide Martyrol.* 14 *Martij.* Sebaſtæ in Armenia, Acatius Presbiter, Athenogenes Epiſcopus, cum ſociis. In eadem prouincia, Oruntius, Pharnacius, Firminus, Cyriacus, & Benignus. Melitinæ, Hiero, Nicander cum ſocijs, Eudoxius, Zeno, Macarius, ibidem etiam Victor & Donatus. In Arabiſſo, Cæſarius pater Eudoxij ſceleratiſſimi Arriani, *ex Suida.* In ſuperiori Armenia, Lipſimes cum ſociis Virginibus 33. *lege Surium* 30 *Septemb.* & in Actis Gregorij, poſtea ibidem Epiſcopi. In Meſopotamia, Febronia virgo inſignis. *Metaphraſtes* 15 *Iunii.*

D

Euſebius lib. 8, *c.* 2. *& alibi*, ſcribit pacem Orientali Eccleſiæ conceſſam nunc à Maximino. Vbi *Baronius* Maximianum legendum putat. Certè poſt ſex menſes, mortuo tunc fortè Maximiano, (nam *ex Onuphrio* obijt circa Septembr.) Maximinus iterum vexare cœpit Eccleſiam. *Euſeb. lib.* 9. *c.* 1. Achillas Epiſcopus Alexandrinus moritur: ſuccedit Alexander, ſub cuius Epiſcopatus initium, accidit quod de Athanaſio puero, qui ludens Cathecumenos baptizauit, *narrat Ruffinus lib.* 1. *c.* 14. Erat tunc Athanaſius 12 annorum. nam poſt quindecim annos factus eſt Epiſcopus, hoc eſt, anno inſequenti poſt Conciliũ Nicænum. Timotheus, veniens Romam, à Sylueſtro Presbytero exceptus hoſpitio, breui fit Martyr, ibidem, *ex Actis Sylueſtri.* Interim obijt Euſeb. Papa menſe 7 anni tertij, vt non malè videtur colligere *Baronius ex Creſconiano Indice.* hunc Papam & Marcellum non agnoſcit *Theodoret. lib.* 1. *c.* 3. agnoſcit tamen *Auguſtinus Epiſtola* 165. Succeſſit Melchiades Papa, natione Afer.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Consules
	1. Melchiades.		
312.	2. Melchiades.	7. Conſtantini I. Magni.	Conſtantinus & Licinius 2.

A

Hic annus Conſtantino & Licinio 2 Coſſ. illuxit Eccleſiæ feliciſſimus: nam Maximinus in Oriente, cladibus belli & peſtis conſternatus, pacem dedit Chriſtianis. *Euſeb. lib.* 9. *c.* 7. & in Occidente Maxentius victus à Conſtantino occubuit, lapſus è ponte in Tiberim, amiſsâ victoriâ: quando nec pacem oblatam, nec Imperij collegam admittere voluit. Euocauerat Senatus Conſtantinum literis ſuis in Maxentium. Ergo Conſtantinus in itinere è Gallia, captis vrbibus Suſa (quæ olim Seguſio eſt dicta) Taurino, Verona, ſæpeque victis hoſtibus, tandem Romæ plena hac potitur victoria. *Socrat. Euſeb. Sozom. Eutrop.* cauſæ belli huius cum Maxentio ſunt *apud Nazarium in Panegyr. Conſtantini.* De Conſtantini deliberatione circa Vrbis liberationem, & Dei cultu, deque ſigno Crucis, *Euſeb. in vita lib.* 1. *cap.* 20. 21. 22. & 23. de Cruce Labarum ornante, *cap.* 24. 25. 26. de Triumpho Conſtantini, multa *Baronius.* Nunc etiam Conſtantinus Edicta

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.

promulgauit pro Christianis, & bonorum restitutione. *Euseb. lib* 10.*cap*. 1. & de Clericorum immunitate, c.7. Cæcilianum Africæ Episcopum iuuat pecunijs, *ibid.c*.6. Melchiadi summo Pontifici & successoribus, dono dedit regiam domum hoc est, Palatium, non quidem illud in monte Palatino; sed ædes Faustæ filiæ Maximiani Herculij, quas occiso Plantio Laterano, sibi Nero vendicauit, & post Neronem Imperiales manserunt. *Vide annum* 67, dictæ tamen Lateranenses, retento antiquissimæ familiæ Lateranensis nomine. Hanc ædium donationem *testatur Optatus Mileuitanus, lib.* 1 *contra Parmen.* qui scribit Consilium illud Romanum sequentis anni, Constantino 3 Consule, habitum fuisse in Laterano, in ædibus Faustæ: certè quòd ibi esset iam Sedes Romanorum Pontificum. & hoc ipsum ex continuata possessione clarè apparet. præsertim cùm a nullo alio legatur facta hæc donatio. De Constantini Pontificatu maximo assumpto, *Zosimus lib*.4. idq́; docent veteres inscriptiones. hanc stolam, non ad gentilem ritum, sed ob dignitatem nominis retinuerunt Christiani Imperatores, vsque ad 4 annum Gratiani. qui eam primus deposuit, laudatus ideò *ab Ambrosio*. Inter hæc, mortuo Tyranno Episcopo Antiocheno, successit Vitalis. *Theodoret. lib*.1. *c*.3. *& Hieronym. in Chron.* Hierosolymis Hermoni subrogatur Macarius, *ex Theodoreto citato*. Sed hunc annum etiam celebrem reddit Indictionum origo, quam hic, vt sequens docet narratio, probabiliter locamus. B

DE INDICTIONE.

Indictionum nomen.

INdictio, nomen accipere potuit, ab indictione ludorum, Panegyricorum, vel etiam largitione tunc visitata quando inter alias Principum liberalitates in Quinquennalibus, Encenijs, aut alia simili occasione remittebantur tributa. Imò & residua debitorum, & custodiæ carcerum laxabantur. Lege Eusebium de Vicennalibus Diocletiani, & de Quinquennalibus Constantini Magni. *Hinc Græcis Indictio ἐπινέμησις est appellata, quæ vox significare potest largitionem in editione spectaculi solitam fieri. Atque hinc iam fieri potuit, vt ex horum ludorum editione peteretur ratio putandi tempora, verbi gratia, interuallum inter Quinquennalia & Vicennalia, distincta largitionibus ac ludis (quod interuallum est* 15 *annorum) deputaretur temporibus, & annis designandis. Nec certè inutile est hoc inuentum, aut ineptum ad illum finem, solum debuerant Imperatores tunc notasse, non solùm indictionis currentis annum, sed etiam quota esset excurrens indictio, vt mos erat in Olympiade numeranda. cum enim dicitur communiter indictione* 5, *indictione* 6, *solum notatur esse quintum vel sextum annum currentis Indictionis. Nec inde constat quota sit ipsa quindennalis Indictio. Cæterùm Imperatoriæ indictiones, sunt, vt dicam, distinctæ à Pontificijs, atque hæc de nomine.* C

Quo seculo instituta.

Præcipua iam circa Indictiones difficultas, 3 *vel* 4 *capita complectitur: quo seculo cœperint? quo anno illius seculi: & quam suæ institutionis atque originis causam habuerint? Denique quando desierint celebrari, & qua arte deprehendatur Indictionum numerus: Ac primùm quod spectat ad seculum, quo sūt institutæ Indictiones, magna est controuersia.* Scaliger in Canonibus, & anno Eusebian. 2194. & 1969, *opinatur cœpisse Antiochenam indictionem* D

nem circa annum pugnæ Pharsalicæ, in qua vicit Cæsar: omnesque alias indictiones ab Antiochena deriuatas, & (cum Euagrio) Iustinianum, à Iustino seniore assumptum fuisse socium Imperij, anno 575 ab inchoata illa indictione Antiochena, qui assumptus est anno Christi 527. ita ille. &, ne rem nouam confinxisse videatur, tam altè repetendo Indictionum originem, numerat continuatam quasi seriem Indictionum. Sunt autem hæ, Antiochena, Adrianea, Antoniana, Pia, Aurelia, & Constantiniana. Rursus à prima ad Aureliam, numerat 15 indictiones, seu annos 225. idem author, anno Euseb. 1969 numerat ab indictione Antiochena, ad Constantinianam primam, 360. Sicut ab illa Antiochena ad Christum putat esse annos 48. quæ omnia prolixius hic recenseo, vt vel ipsa narratione refutetur, & concidat hæc sententia de origine Indictionum. Et certè multa sunt in hac opinione creditu difficilia, si ponamus quod ponit idem Scaliger anno Euseb. 1969 (& quod verum puto) Epocham Antiochenam (quæ tempora Cæsariana aliqui vocant, & Scaliger indictionem Antiochenam) cœpisse breui post pugnam Pharsalicam, qua Pompeium vicit Cæsar, seu annis sex ante Consulatum Planci & Lepidi: vt idem fatetur Scaliger. tacto, inquam, hoc fundamento, apparebit ex annis Chronologiæ, tam Romanæ, quàm Græcæ, peccatum hic esse in multis. Ac primò, quod ex Euagrio asseritur, ab illa Epocha Antiochena ineunte, vsque ad Iustiniani annum primum, esse annos 575, verum non est. Nam ab ipsa acie Pharsalica, quam ponimus anno Mundi 3956, vsque ad annum Christi 527 quo cœpit regnare Iustinianus, tantum sunt anni 571. Rursus ab acie Pharsalica, seu Epocha Antiochena, (quam ille indictionem vocauit) vsque ad Christum, sunt anni 45, non autem 48. Denique ab illa prima indictione Scaligeri, vsque ad Constantinianam indictionem, malè ponuntur anni 360, rectius fortè dixisset esse 356. sic enim resultaret annus Mundi 4312, & Christi annus 312, quo ipsemet Scaliger accidisse fatetur Constantinianam indictionem. Quod sic explico. Sunt ab illa Epocha Antiochena ad Christum, anni 45. inde verò ad Encenia Constantini, sunt anni 306. ac demùm sunt quinque anni vsque ad Quinquennalia, quando inchoata dicitur & supponitur prima indictio Constantiniana. Atque hæc de ratione temporis malè subducta, iuxta hanc allatam sententiam. Quàm vero rectè initium primum indictionum repetat eadem opinio à Cæsarianis illis temporibus, mox dicetur.

Alia ergo opinio est eaque multorũ, ac inter recentiores est Baronij, anno Christi 312. qui ponunt nullam factam mentionem aut institutionem Indictionum ante seculum, & tempora Constantini, siue Imperatorias intelligas Indictiones, siue Pontificias. Quæstio hæc de seculo, quo cœperunt Indictiones, multorum exercuit ingenia. Verùm totam hanc controuersiam debere sic componi existimo. Si quæcumque Epocha (quod esset abuti nomine) vel etiam quæcumque ἐπινέμησις aut largitio Imperatoria solemnis, habenda est pro indictione, certum est tales indictiones longè ante Constantinum fuisse in vsu, & tales quidem sub citatis Imperatoribus non malè Scaliger accidisse dixit. At verò probare debuit, ea largitionum tempora, constanter fuisse in vsu, & instituta ad annos putãdos, quod certè ille nõ præstitit, nec præstare potuit: cùm nullum certum huiusmodi Imperatoriæ indictionis, ad tempora colligenda institutæ, habeatur vestigium ante Quinquennalia Constantini. Oportet autem (quod iam insinuaui) distinguere Imperatorias Indictiones ad Septẽbrem inchoatas, à Pontificijs, quæ tandem incœperunt mense Iãuario. Obseruat tamen Scaliger, solas illas in Gregorij Magni Epistolis Indictiones notatas, initiũ sumere à Septẽbri. Hîc aliqui addunt Syriacam indictionem, quam Antiochenam fortè intelligunt, de qua hactenus: & Euagrius χρηματιστικὸν τῆς Ἀντιοχείας

E

F

G

appellat. Stat ergo veras indictiones quales nunc tractamus, non cœpisse ante tempora Constantini.

Quo anno cœperint.

Restat iam altera quæstio, quo præcisè anno cœperint Indictiones. Onuphrius *putat primam Indictionem sub Constantino, inchoatam eo die, quo* Maxentium *vicit, 8 Kal. Octobr. idem sequitur* Mercator *anno Christi* 311 *in cuius,* inquit, *victoria memoriam proxima Nicæna Synodo, sequente anno* 20 *Constantini constitutæ sunt* Indictiones. *Et primum earum initium ad huius victoriæ diem, octauo Kal. Octobr. statutū. hoc refutauit* Baronius, *quòd nullo authore probetur: refutauit &* Scaliger *lib. 5 de Emendatione, quòd* Onuphrius *malè conyciat initium Indictionum istarum in annum Christi* 313. *cùm contigerit Constantino & Licinio secundùm Coss. Altera de hoc initio sententia est ipsius* Scaligeri. *Iam quidem ille dixit, indictiones alias fuisse in vsu ante hæc tempora: tamen illas Constantinianas fuisse institutas anno Christi* 312. *Propendent & aly in eundem annum, vt* Baronius, *& recentiores aly non pauci, quæ certè recipienda videtur. & præsertim, quia in Græcis Fastis, & Siculis id expressè citatum habetur, scilicet inchoatas Constantino & Licinio secundùm Coss. Hi autem Consules notantur ad annum Christi* 312. *Adde, apud externos Principes non extare memoriam verarum Indictionum, ante hoc tempus, apud Ecclesiasticos verò, prima earum mentio fit* in Concilio Romano sub Iulio, *qui breui post Syluestrum successit Marco, &* apud Ambrosium Epistola ad Episcopos Æmiliæ. H

De vero Constantini initio.

Verùm adhuc cōtrouersia est inter huius opinionis authores, de ritè cōponēda hac Indictionū origine, cū reliquis Cōstātini annis. Scalig. *notat, Constantinum cœpisse imperare anno Christi* 308, *vel, vt posteà ad Eusebium correxit anno* 307, *& tamen Quinquennalia Constantini celebrata anno Christi* 312, *quo scilicet instituta sunt Indictiones. anno verò Constantini* 28, *vel* 27, *& Christi anno* 327 *celebrata oportet esse Vicennalia. Displicet alys hæc ratio temporis, quare* Baronius *reiicit Quinquennalia ad Christi annum* 310, *& Vicennalia ad annum* 325, *qui fuit annus Concily Nicæni receptus, & Constantini vigesimus, ex hoc principio, quod Constantinus cœperit imperare anno Christi* 306. *tamen* Eusebius in Chron. *bis ait celebrata Vicennalia; primum Nicomediæ, & sequenti anno Romæ. Existimo ergo rectè quidem designari exordio Constantini annum Christi* 306. *cœpit enim imperare ineunte anno primo* Olympiadis 271, *vbi sunt anni* 1080, *qui additi ad annum Mundi* 3227, *ad quem cœpit prima* Olympias, *efficiunt annum* 4307, *qui est Christi annus* 306. *natus enim est, completo ferè anno* 4001. *Ex quibus iam apparet celebrata Quinquennalia Constantini anno Christi* 311: *& sic tantū* 312 *anno firmatas indictiones, annū que primum prima Indictionis occupasse Christi annum* 313. *atque hinc iam sequitur Vicennalia fuisse quidem in procinctu, anno Concily Nicæni, qui est Christi* 325, *sed peracta tantùm anno sequenti, scilicet* 326 *saltem Romæ, si admittenda est illa* Eusebii *distinctio, quam citaui* ex Chronico. *Et hoc ipsum satis indicat idem* Eusebius in vita Constant. lib. 3. cap. 4 & 5. *cùm dicit, in ea Vicennalium celebritate, completum fuisse vigesimum annum Constantini, &* rursus libro 4. c. 40, *ferè, inquit, vigesimo anno, hoc est, circiter, creatus est Cæsar Constantius filius. creatum autem dicit in ea celebritate.* I

Mensis.

302.	9 *Syluestri I.*	17 *Constantini I Magni.*	Post finitum anno præcedenti bellum contra Sauromatas, *de quo* 319. paratur hoc anno exercitus contra Licinium, res nouas in Imperium molientem, & persecutionem in Christianos. Itaque terra marique Imperator pergit in Oriẽtem, vtrinque bellum hosti illaturus. *Euseb. Zonar. Eutrop. Zosim.* Vexabat Christianos Licinius vel maximè, quòd sibi aduersos Constãtino deditos esse agnosceret. Constantinus Thessalonicæ portum, velut arcem aptam sibi delegit, vnde Licinium inuaderet. rem narrat *Sigonius anno* 322.	*Petronius, & Anicius Iulianus.*
303	10 *Syluestri I.*	18 *Constantini I. Magni.*	Vincitur à Constantino Licinius: qui fuga Byzantiũ se recepit. Victor Byzantium obsidet: indè fugiens Licinius, Chalcedonem in Bythiniam nauigat. *Euseb. Zosim. Victor. Eutrop.* Tandem commisso extremo prælio ad Lampsacum, penitùs profligatur Licinius, qua audita victoria, Byzantini Constantinum recipiunt: & mox etiam Chalcedonij. Licinius, qui Nicomediam cum paucis aufugit, captus, cogitur à Constantino, depositâ purpurâ, ad priuatam vitam secedere Thessalonicam. *Victor in Cæsaribus ad annum* V.C. 1062, notat ab interitu Maxentij	*Seuerus, & Iunius Ruffinus.*

ad bellum Cybalense Licinianũ annos tres. anxiè, *inquit*, triennium congruere quiuêre. indè verò, exacto, *inquit*, sexennio, & rupta pace, Licinius ad Thraciam pulsus est. si ergo anno septimo Constantini obiit Maxentius: & ineunte decimo anno gestum est bellum Cybalense; restat anno 17 inchoatum bellũ ad Thraciam. cui bello perficiẽdo, si dentur 18 menses, quibus confectum esse scribit *Cedrenus*; rectè profligatum & captum damus Licinium anno Constantini 18, & occisum anno 19.

Supersunt capto Licinio anni 13 Monarchiæ vsque ad obitũ Constantini, *ex Victore in Epitome, & Cedreno*. post captum Licinium, Constantino cessit integrum Imperium, *ex Euseb. de vita Constantini lib 2 c.19, & 20.* Omnia tunc Christianis in Oriente cessêre fausta, *ex citato Eusebio.* conuulsa Idola, & diruta delubra, *recenset Metaphrastes, 6 Decemb.* vbi de Dianæ tẽplo tunc euerso, per Sanctum Nicolaum Episcopũ Myrensem, qui hoc tempore è carcere liberatus est. Cæterùm si verum est, iuniorẽ Licinium non fuisse cum aliis Cæsaribus creatum, sed anno Constantini 12; erit hic annus illius Cæsaris sextus à creatione. tamen omnes simul creatos in Decennalibus, docet *citatus Victor in Epitome*: & *Eusebius* idem significat, dùm anno nono Licinium iuniorem occisum esse scribit: & *Orosius anno 19 Cõstantini*. absente Constantino Romá, & oblato eius rescripto de Aruspicibus, (*vide an. 321*) vexantur Christiani: vnde putatur Syluester tunc secessisse in Soractem montem, donec rediret Constantinus; aut rescriberet, vt fecit hoc ipso anno Seuero & Ruffino Coss. B

324 | 11 *Syluestri* | 19 *Constantini I Magni* | *Crispus, & Constantinus Cæsares.*

Licinius Thessalonicæ nouis rebus studens, iubetur à Constantino mulctari capite. Dubitant aliqui, an hoc, vel sequenti anno: certè ante mortem Cæsarum occisum scribunt, *Socrates & Victor.* Occisus quoque Martinianus, quem anteá Cæsarem dixit Licinius. posteà contigit mors Cæsarum, Licinii iunioris, & Crispi, *vt post alios Onuphrius, & Sigonius notarunt. item Orosius lib. 7. cap. 28 & Euseb. in Chron.* Causa mortis Licinii iunioris putatur, quia cõscius habebatur paterni sceleris. Periit Crispus, clarus victoriis, spe futurorum maximus, & ab omnibus laudatus, instinctu & calumnia Faustæ Nouercæ, *vt ait Victor.* vel ex suspicione stupri cum eadem, *vt Zosimus obtendit.* Faustam quoque vxorem occidi fecit balneo, velut in consolationẽ Helenæ lugentis Crispum. *Zosim.* A

Fuit Constantinus, dùm hostem haberet, insignis Imperator: tamen post hæc scelera resipiscens, & quærens expiationem, venit tandem ad Baptismum. *Zosim. lib. 2. Sozom. lib. 1. c. 5.* addit *Zosimus*, Baptismi authorem fuisse Hispanum, sed Ægyptium; hoc est, Magum. Ita enim Christianos Sacerdotes vocabant Gentiles. Is Osius Cordubensis putatur à quibusdam. Sed contentiosum hic attingimus funem de Constantini Baptismo, certè an hoc anno fuerit baptizatus, an verò (quod etiam contigit Theodosio Magno, & plerisque aliis, illis temporibus) sub finem vitæ, quæstio est celebris, nec planè decisa. plerique cum *Sigonio, lib. 4 de Occidentali Imperio*, rem dubiã reliquerunt: tamen hoc anno Constantini 19 contigisse, multis rationibus probauit *Baron. in Martyrol. 22 Augusti, ex Zosimo, Sozom. Concilio Romano tunc habito, & aliundè.* Illud etiam dubium putatur, à quo Episcopo sit baptizatus? an ab Osio, *vt insinuat Zosimus*: an ab Eusebio Nicomediensi arrianorum ductore, quod valdè improbabile est. an à Syluestro, vt opinantur melioris notæ Scriptores. Hoc postremum si verum est, (*de quo citatus Baronius 22 Augusti*) valdè confirmat non sub finem vitæ, sed nunc baptizatum fuisse. B

Postremò, quod est *in Chronico Hieronimi*, declinasse Constantinum ad Arrianismum, fortè ab aliquo alio additum hoc est; & vt falsum, meritò ab aliis reiicitur. *lege Niceph. lib. 7. c. 45. & l. 8. c. 35.* Sanè *Photius ex Gelasio Cæsareæ Episcopo* satis hoc cōfutat. Omitto *Cedrenum*, *Anastasium Bibliothe. Martinum Polonum*, *Baronium, Pontacum in Euseb. & alios* qui ex professo hoc refellunt.

Constantinus Ecclesias Romæ extruxit S. Petri in Vaticano, in templo Apollinis, S. Pauli inter viam Ostiensem & Tiberim: item Lateranensem, præter dona eximia, quæ recenset *Bibliothecarius ex Archiuis Rom. Eccl.* sed de Ecclesiis & Basilicis variis, Romæ & alibi extructis à Constantino, edictis pro Christiana religione, & priuilegiis Sedi Romanæ concessis, *vide Baron. an. 324. nu. 63.* Vbi expendit legem Constantini de Primatu Romanæ Ecclesiæ: & an Patriarchales Sedes tantùm sint, Antiochena, Alexandrina, & Hierosolymitana. *vide Leonem magnū Epist. ad Anatolium.* Constantini porrò donatio, magnis licet controuersiis agitata, consona planè videtur tanti Principis liberalitati, quam omnes agnoscunt: præsertim sub Monarchia. Francorum certè reges hanc possessionem à Longobardis ablatam, professi sunt se tantùm restituere. Edictum tamen donationis, quod extat apud Græcos in Nomocanone, suspectum meritò est in varijs capitibus: quæ ibi habentur. C

Constantinopolis. Constantinus exeunte ferè hoc anno tendit in Orientem; & ex *Zosimo Iornande, Cedreno, & aliijs*, nouæ ciuitatis construendæ initium designat Constantinopolim. iacta tamen fundamenta, Constantino octauum Cos. à quibusdam putantur. Hoc eodem anno, qui est Consulatus Crispi, cogitur Romæ Concilium 230 Episc. 3 Kal. Iunij. vbi inter alia, fit mentio baptizati Constantini à Syluestro, & definita est partitio bonorum Ecclesiasticorum in 4 partes: scilicet pro Pontifice, Clero, Fabrica, & Pauperibus. Causa verò Arrianorum; Controuersiæ hoc eodem anno agitatæ, inter Asianos de Paschate; & similia, Concilio Nicæno sequenti definienda relinquuntur. *Euseb. lib. 3. cap. 5. Sozom. lib. 1. cap. 15.* Paulino mortuo sufficitur Eustathius, reiecto Eusebio. *Baroni. anno 324, numero 143, & deinceps.*

325 | 12 Syluestri I | 20 Constantini I. Magni. | Paulinus & Iulianus. A

Concilium Nicænum hoc anno celebratur, & absoluitur, à 13 Kal. Iul. ad 8 Kalen. Sep. in Bithinia. Consules, Paulinum & Iulianum, notauit Conciliū Chalcedonense Act. 2. *lege Socratem lib 1 cap. 9.* male eodem anno finitum, negant *Couar. lib 4 variarum lect. cap. 15 & Scaliger de Emendatione*, qui *cum Nicephoro* dedit triennium, nullo probabili nixus fundamento. Consule porrò *Euseb. lib. 3 de vita, cap. 14 & lib. 4. cap. 47.* conuocatum est ex sententia Constantini, & authoritate Syluestri. interfuit Osius Cordubensis legatione duplici conspicuus. Vide Epistolam Legatorum ad Syluestrum initio. Episcopis defert iudicium totum Constantinus *Ruffinus lib. 1. cap. 2. Euseb. lib. 3. cap 13.* Is etiam locum iisdem cessit. *Euseb. de vita lib. 2 cap. 10.* Legati Apostolici ordinem tenebant ex parte sinistra, vt digniorem. erat enim tunc temporis potior, *Ex Concilio Chalcedonensi, Actione prima.* Eustathius Antiochenus in dextero ordine primus breuem habuit orationem. *Theodor. lib 1 cap. 7.* cui paucis Latinè respōdit Imperator, cohortatus omnes ad pacē & vnionem. *Euseb. lib. 3 de vita, cap 13.* An omnia Acta extent integra, quæstio est *apud Baronium.* ille tantùm Canones viginti refert: & plures fuisse certum videtur.

Nicænum … *Acta.*

Hic damnata hæresis Arriana, & editum est Nicænum Sym-

bolum. Arriani aliqui fraudulenter consentiunt, timentes exilium, ut exitus probauit. Decretum etiam est de Paschate celebrando die Dominico. De Paschali epistola danda deinceps ab Episcopo Alexandrino, *Leo epistola 64 ad Martianum Imperatorẽ*; deque Numero Aureo tũc cõstituto, *Ambrosius ad Episcopos Æmiliæ*. Compositum porrò est Schisma Meletianorum, *Theod. lib 1 cap. 9.* Sed tamen post annum defecerunt ad Arriũ *Athanasius Apologia secunda*. Aliqua statuta de Paulianistis, seu Samosatenis, & Cataphrygis, *Can 19* actum, sed re infecta, de Nouatianis, *ex Can. 8 Sozom. lib. 1. cap 21.* Sextus Canon, *quem citat Baron* (obscuratus *à Ruffino lib. 1. cap. 6.* dum eum in compendium redigit, atque etiam ab hæreticis:) conseruat Alexandrinæ Ecclesiæ (quam vexabat Meletius Schismaticus) Primatum suum in Ægypto: quoniam (*inquit Canon*) & Romano Episcopo hæc est consuetudo. Obscuriorem loquendi modũ, explicat Chalced. Concil. Act 16. vbi à legatis Apostolicis, Canon sic recitatur: *Quòd Ecclesia Romana semper habuit primatum: tenuit autem & Ægyptus, vt Episcopus Alexandriæ omnium habeat potestatem. quoniam & Episcopo Romano est consuetudo.* Atque in eo sensu receptum hunc canonem à patribus Chalcedonẽsibus demonstrat, quòd iudices post recitationem sic interloquantur: *perpendimus omnem quidem primatum, & honorem præcipuum secundum canones, Antiquæ Romæ Archiepiscopo cõseruari.* Sensus ergo canonis Niceni duo continet. 1, primatum supremum esse Romanæ Ecclesiæ. 2, Alexandrinum quoque primatum esse retinendum, quia Romano Episcopo ea est consuetudo, scilicet aut concedendi similes primatus aliis Ecclesiis: (quæ multis placet interpretatio) aut certè ex qua tanquam ex aliquo regiminis exemplo, (quamuis non omninò simili) colligi potest, primatum etiam Alexandrinum, non fore inutilem Ecclesiæ; sed esse retinendum. Atque ita canon ex hoc Primatu Romano, vnde Alexandrinus manat Primatus, demonstrat non esse Alexandrino dubitandũ. *lege Epistolã Nicolai Papæ ad Michaelẽ Imperatore. Socrates lib. 1. c. 8. & Sozo. l. 1. c. 2, aiunt,* propositũ à Paphnutio Episcopo, ne Clericis coniugatis prohiberetur Matrimonii vsus. Sed falsum planè hoc est: iam enim satis constabat ex veteri vsu Ecclesiæ, de cælibatu seruando. *lege Hieronym Epist. 50 ad Pammachium in fine.* post celebratum Concilium, decreta sunt Vicennalia Constantini, *de quibus sequenti anno.* Romæ Concilium celebratur, in quo confirmantur Decreta Nicæna. *Tom. 1 Concil.* atque hic *Euseb. Cæsarien.* finit Chronicon. succesit *Hieronymus, quem vide Præfatione ad Chronic. Euseb.*

Primatus

326 | 13 Sylvestri. | 21 Constantini I. Magni. | Constantinus septimùm, & Constantius, Cæsar. A

Hoc anno celebrata esse Vicennalia Constantini, ostendi ad annũ Christi 312 agendo de Indictionibus. Primas Vvandalorum sedes, *notat Ptolomæus*, fuisse regionem, quæ nunc est Polonia, & Sarmatia, vsque ad mare Balticum. indè vero dispersos, accepisse sedes versus Orientem iuxta Gothos, multi arbitrantur. certè nunc à finitimis Gothis bello pulsi sunt, & nouas sedes quærentes, pars ad Mæotidem, pars ad Constantinum se receperunt, à quo partem Pannoniæ incolendam impetrarũt, sub rege suo Haymaro, seu Vismaro, vbi sexaginta annis manserunt imperio Romano obtemperantes. *Iornandes.* Narrat porrò *Nicephorus lib 7. cap. 47*, Persas circa hunc annum cœpisse vexare Romanum Imperium, & eorum incursiones non paucis perdurasse annis. Mortuo Alexandro substituitur Athanasius. *Theod. lib. 1. c. 26. & Athanasius Apologia secunda.* Sedit annis 45. *Socrates lib. 4. cap. 6.* Vir in cuius persecutionem conspirasse videtur Orbis terrarum. *Ruffinus lib. 1. cap. 14.* Paphnutius

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			(non ille Episcopus Concilij Nicæni, nec discipulus Antonij) teterrimus Monachus, agit legatum pro Meletianis ad Constantinum: qui tamen eos punit. *Vide Euseb. de Vita lib. 3 cap. 61. & 62.* Idololatriam dat pessum Imperator. *Eunapius de Vitis Phil. in Ædesio.* Inuento Domini Sepulchro, Constantinus ibidem templũ extruxit, dictum Martyrium, id est, testimonium Resurrectionis Christi. Dicebatur etiam Basilica Constantini. Extruitur & noua Hierusalem è regione veteris, quæ impietate concidit. *Euseb. de Vita lib. 3. cap. 24. & 25.* de aliis Templis, *ibidem cap 40, & 41.* Helena, licèt senio grauata, petit Hierosolymam: vbi Crucem Domini inuenit, & quicquid aliqui dicant, certa historia est. *ita Paulinus Epist. 11. Tom. 9 Bibliot. Sanct. Seuerus lib 2. Histor. Ruffinus lib. 1. cap. 7. & 8. Theodor. lib. 1. cap 8 Sozom. lib 2. cap. 1.* vbi etiam de Helenopoli, sic enim nouam illam Hierusalem à matris nomine vocari voluit Constantinus. *Nicephorus lib. 8, cap. 31, & alij.* Cæterùm ideó Gelasius Papa dubiam reliquit historiam, quia irrepserant aliqua. De Dominico Aureo extructo Antiochiæ à Constantino, *Euseb. de Vita lib. 3 cap. 49.* Sopater Philosophus occiditur opera Ablauij. studebat ille reuocare à fide Constantinum. *Eunapius in Vitis Philos.* Constantinus constituit tribunal Episcoporum supra omnes magistratus, *L. 1 de Episc. Iudicijs. Cod. Theodos.*	
327	14 *Syluestri I*	22 *Constantini I. Magni*	De his Coss. *lege Onup. anno 1079.* Helena Constantini mater putatur hoc ferè anno obijsse. Constantia se ducta fauet Arrianis. *Ruffinus lib. 1. cap. 11.* & moriens suasit Constantino reuocationem Arrij. *ibidem.* Procellæ in Athanasium oriuntur, *vt ipse ait Apologia 2.* tunc ad Indos vlteriores propagatum est Euangelium, opera Frumentii & Ædesij, ubente Athanasio. *Ruffinus lib. 1. cap 9.* Iberi vergẽtes ad montem Caspium, perducuntur ad fidem, per ancillam captiuam. *ibidem cap. 10.* missi cò postea Sacerdotes à Constantino. *Socrates lib. 1. cap. 16.* alij Iberi in Colchica conuersi sub Traiano. conuersio Iosephi Iudæi (non illius Historici) miraculosa, *Epiph. hæresi 30.*	*Constantinus, & Maximus.*
328	15 *Syluestri I*	23 *Constantini I. Magni.*	Circa hæc tempora, cúm adhunc in Oriente versaretur Osius; habita putatur Synodus Gangrẽ. *de qua Symmachus Papa in sexta Synodo Romana.* qui affirmat eius Canones authoritate Apostolica conditos. Synodo interfuit idem Osius. Athanasius quietem aliquam nactus, visitat suam Diœcesim, alioquin vastam & corruptam. *Athanasius Apologia secunda.* & inter alia visitat Monasterium S. Pachomii, *de quo 316.* inuisit & Sanctum Antonium, vt sæpe, officij causa. *Athan. in Vita Anton. in Præfatione.* Fuit hic Antonius vel author, vel proximus institutor vitæ Monasticæ. *Athan. ibid.* Basilius imitator tantúm. *Basil. Epist. 62.* Idem institutum per Athanasium delatum postea est Romam, & inde in alias Occidentis Prouincias. *lege Ambrosium Epist 82. lib. 10 ad Vercelien.* De vario Monachorum genere *lege Hieronym. Epist. 22.* *Hieronymus in Chron.* notat hoc anno Constantini, Porphyrium reuocatum ab exilio, ad Imperatorem misso insigni volumine. hunc fuisse Philosophum illum Christianis infensissimum, *de quo supra,* putat *Baronius anno Christi 325.* ad eum non vltra tempora Diocletiani vixisse, persuadet *Scal. ad Euseb. anno 2345.*	*Ianuarius, & Iustus.*
329	16 *Syluestri I*	24 *Constantini I. Magni.*	Post inchoata mœnium fundamenta, vbi erat quondam vetus Troia; & mutato mox consilio, electam Chalcedonem; Constantinus tandem Byzantium delegit, vbi celeberrimam Vrbem, & nouam Romam conderet, vocatis Gothis, aliisque Barbaris plurimis ad opus maturandum, *Iornandes.* Idem Con-	*Constantinus 8 & Constantinus Cæsar 4.*

ſtantinus nunc debellat Scythas per Gallicanum, redemitque Imperium Romanum à veteri & probroſo vectigali. *Euſeb. in vita lib 4.cap.,5 Hieronymus in Chro.* vocat Gothos.de miraculoſa Gallicani conuerſione, & ſtudio pietatis poſt hanc victoriam, *lege apud Surium 26 Iunij,in Actis Ioannis & Pauli. Sed infrà anno Iuliani Imp. primo,* de eius martyrio.habet & hic annus nouas in Athanaſium calumnias Meletianorum. De tributo in pendendis Eccleſiæ linteis, *lege Athanaſium Apol.* 2.

330 | 17 *Syluestri I.* | 25 *Constantini I. Magni.* | *Gallicanus, & Symmachus.*

Eodem Gallicano & Symmacho Conſulibus anno Actiaco 356 quicquid dicat Suidas, & Chriſti anno hic notato, nouæ Vrbis Conſtantinopolitanæ dedicatio ſacta eſt. diem huius nouæ Romæ (ſic enim vocari voluit Conſtantinus, eſſeque ſedem Imperij Orientalis) natalem notāt vt plurimum authores 11, Maij: quem ex Feria incidiſſe in annum Chriſti 330 *notauit Scal. in Euſeb. & Hieronym. in Chron.* notat annum Conſtātini 25. Licet aliqui dent ſequentis anni Conſules. De Vrbis amplitudine *Zoſimus lib.* 2. Vetus Roma præfertur, *ex Suida.* Alij aliter. Templorum extructorum, Pacis, & Apoſtolorum, *meminit Socrates.* illud Pacis, dictum eſt & Sophiæ. de Michaelio in ſuburbijs *Sozo.lib.2 cap.* 2. celebrata nunc quoque ſunt Quinquennalia Conſtantij Cæſaris, quo(ſimul cum Conſtantia Licinii olim vxore) fauente, putātur reuocati ab exilio Euſeb. Nicomedienſis & Theognis Nicenus, Arrianorum Patroni.

Constantinopolis.

331 | 18 *Syluestri I.* | 26 *Constantini I. Magni.* | *Baſſus, & Ablauius.*

Hic annus habuit nouam Arrianorum calumniam in Athanaſium, de Arſenio. *Athanaſ. Apol* 2 quem ipſe Arſenius anno ſequenti repertus confutauit *Ibid.* Verùm tēporis rationem non eſt aſſequutus *Socrates lib.1. cap. 21.* Ex hac calumnia conſequuta eſt Arſenij huius, qui Epiſcopus erat, reconciliatio cum Athanaſio. *Athan. Apol.* 2. euaſit nunc in Africa Donatus, (*Hieronymus in Chron.*) Maiorini ſucceſſor, & Pſeudo-Epiſcopus Carthaginenſis: à quo Donatiſtæ. *Optat.lib.*3. Sub hoc viro ſuperbiſſimo, Circumcelliones oborti; hoc eſt, vagantes per cellas, vicos, & nundinas. *Augusti. in Pſalmum* 132 *Optatus lib* 3. Graſſatores hos, Donatus agnoſcens, ſuos vocabat, tanquam Sectæ ſuæ defenſores. *Optat.ibid.* Horum Donatiſtarum inſania, de captando martyrio, *ibid.* Moritur Macarius Epiſcopus Hieroſolymitanus. Succedit Maximus. *Zoſimus.lib.2.cap.19. Martyrol. Rom.10.Martij.*

332 | 19 *Syluestri I.* | 27 *Constantini I. Magni.* | *Pacatianus, & Hilarianus.*

Sub hunc 26 annum Conſtantini, notat Vviſigothorum Hiſtoria, Vviſigothos per Sarmatiam arrepto itinere, cœpiſſe tentare aditum in Romanum Imperium. Horum Reges *notat Iornandes*, Ataricum, & Aoticum, *de reb. Get. c.* 21.

333 | 20 *Syluestri I.* | 28 *Constantini I. Magni.* | *Dalmatius, & Xenophilus.*

Erat hic Dalmatius, Annibaliani fratris Conſtantini filius. Sub hoc Conſulatu Gothi Sarmatæ, & Orientales Alemanni inuaſerunt Thraciam: quos vicit ibidem Conſtantinus. Sed pace mox compoſita, præſertim cum Vviſigothis, poſteà hi dicti ſunt & conſtituti confœderati Imperij Romani. *Iornandes, Eutrop. Hieron.*

334 | 21 *Syluestri.* | 29 *Constantini I. Magni.* | *Optatus, & Paulinus.*

Arriani, nouis excogitatis in Athanaſium artibus, petunt à Conſtantino Synodum: qui nimia certè facilitate literas conceſſit de Concilio Tyri habēdo. *Athan.Apol* 2. literæ extāt *apud Euſeb. lib. 4 de Vita cap.*42 Sarmatæ bello petiti à Gothis, coacti ſunt ſuos armare ſeruos. Sed hi cùm ſe potentiores vidiſſent, expulſis dominis, locum & regnum occuparunt. Interim Sarmatæ, ſic à ſuis pulſi, locum, quem incolerent, acceperunt à Conſtantino. *Hierony. & Oroſ.* poſtea tamen ſedibus reſtitutos priſtinis ſcribit *Ammianus.*

Nunc

Anni Christi.	*Anni* Pont.	*Anni Imp.*	RERVM GESTARVM SERIES.	*Consules.*
335.	22 *Syluestri I.*	30 *Constantini I. Magni.*	Nunc Constantini acta sunt Tricennalia: quo anno Dalmatius est appellatus Cæsar. nummus indicat Cæsarem fuisse: & consentiunt Scriptores: nisi quòd *Euseb.* de tribus tantùm Cæsaribus mentionem faciat. Certè tres tantùm sequenti anno vocati sunt ad successionem. & hoc fortè intellexit *Eusebius*. habetur hoc eodem anno Conciliabulum illud Tyri in Phœnicia, 60 Episcoporvm, Præside Dionysio Comite, homine militari, *Athan. & Theodoret. lib. 1. cap.* 28. Tandem venit Athanasius Tyrum cum 47 Episcopis: cui ne locum quidem dederũt. *Epiph. hæresi* 68. Accusatur Athanasius, ac refutatis calumniis, de meretrice (*Theodoret. lib. 1. cap.* 30) tandem productis falsis testibus de calice, condemnatur, deponiturque, substituto in locum eius Ischyra accusatore. *Athanas. Apol.* 2. *Socrates lib. 1. cap.* 21. *Sozom. lib. 2. c.* 24. eodem anno, & iisdem Episcopis habitum est Concilium Hierosolymitanum: vbi recipitur Arrius, simulans pœnitentiam. Arrianum vocat Concilium *Athanasius lib. de Synodis*, laudatum alioqui ab *Eusebio*, homine Arriano. professionem Arrii aliquam fuisse *narrat Sozom. lib. 2. cap.* 26 *& Atha. Apol.* 2. dedicatur, iubente Imperatore, ab his Episcopis templũ Tyrium. *Euseb. de vita, lib. 4. cap.* 41. & alterum Hierosolymitanum dictum Martyrium. *ibidem.* moritur nunc Syluester Pontifex exeunte anno.	*Constantius, F. Augusti, & Ruffinus Ceionius Albinus.* A B
336	1 *Marci.*	31 *Constantini I. Magni.*	Inchoat hunc annum creatio Marci Papæ, 17 Kal. Februarii: sedit octo menses. Athanasius Tyro Costantinopolim ad Imperatorem profectus, obruitur nouis calumniis Eusebianorum, & exulare iubetur. *Athan. Apol.* 2. *Epiph. hæresi* 68. idque in Galliis apud Treuiros, non vt exul, sed vt confessor triumphãs de impietate, *Hieronymus in Chron.* Nec sancti Antonij literis, nec tumultu Alexandrinorum, mutat sententiam Imperator. *Sozom. lib. 2. cap.* 29. Constantinus nunc partitur filiis Imperium. Constantino natu maximo cessit auita possessio. Constantio Oriens, & vxor Eusebia, Arriana quidem, sed eruditione & prudentia insigni. Constanti iuniori pars intermedia. *Euseb. de Vita lib. 4. c.* 51. habita etiam Synodo Constantinopoli, exulare cogitur Marcellus, Ancyræ Episcopus Orthodoxus. *Sozom. lib. 2. cap.* 31. examinata ibidem fide Arrij, & habita disceptatione inter eum & Alexandrum Episcopum Constantinopoleos. *Socrates lib. I. cap.* 25. Sed inopinata mors Arrij consternauit Eusebianos *Ruffinus lib. 1. c.* 12. *Sozom. lib. 2. cap.* 28. Romæ mortuo Marco succedit Iulius Papa, 26 Octob. de Pallio Romani Pontificis. *Baron.*	*Nepotianus, & Facundus.* A B
337	1 *Iulij.*	1 *Constantini II. Constantij 2. & Constantis Constantini I. Magni Filiorum.*	Moritur his Coss. Constantinus. Imperant tres filii. obiit 22 Maii, ipso die Pentecost. *ex Euseb.* in suburbana villa Nicomediæ, anno 3 Olymp. 278. *vt rectè Socrates.* Consentiunt alii Historici, dissentiente semper non parùm *Scaligero*, *in Euseb.* de principio & fine eius Imperii. Hic Princeps coronam lauream mutauit in auream gemmeamque, vt à Gentilibus discreparet. fortuna in bello prospera, sed quæ non superaret industriam. *Eutrop. lib.* 10. diuiso Imperio, placuit vt deinceps alter Consulum Constantinopoli eligeretur, alter Romæ. Audita iam morte Constantini, Sapores anno sequenti Nisibin obsidebit. *Hierony. Zonar.* Ablauius (fortunæ ludus & pila dictus) iubente Constantio occiditur. *Zosimus lib.* 2. frustillatim concisum *ait Eunapius, in Ædesio.* Sed vnde habet relictum fuisse à Constantino Imperii consortem? Viri illustres, qui nunc floruerunt, recẽsentur, Ammon (*de quo Athanasius in Vita Antonij*) Claudius, Episcopus Viennensis, *ex Adone.* Macrinus, Episcopus Arelatensis; Maximinus, Treuerensis; Nectarius Viennensis, Rheti-	*Felicianus, & Titianus.* A B

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			tius, Auguſtodunēſis; Parthenius Lampſacenus in Helleſponto, omnes Epiſcopi. Abrahamus Lampſacenus, atq; Anachoreta, & Iuuencus Hiſpanus, qui quatuor Euangelia Hexametris verſibus eſt cōplexus. Dúm Arriani in Oriente in Nicænam fidem callidè conſpirant, mortuo iam Conſtantino (*Socrates lib. 2. c. 2.*) Iulius Papa Romæ habuit Concilium 116 Epiſcoporum, ad detetaſtionem Arrianiſmi. *Optat. Tom.* 1 *Concil.*	
338	2 *Iulij I.*	2 *Conſtātini II. Conſtantij II. & Conſtantis, Fratrum.*	Rectiús hoc anno, *cum Hieronymo in Chronico*, ponimus Saporē Perſarum, regē, vaſtata Meſopotamia, obſediſſe Niſibin duobus menſibus: licet videatur *Scaligero* vnius anni metachroniſmus. Iacobi Epiſcopi, viri miraculis clari precibus, vrbs liberatur. *Hierony. in Chron. Theodoret. lib. 2. cap.* 30. vbi etiam de Ephrem Syro, eiuſdem Iacobi Niſibeni diſcipulo, viro illuſtri. Athanaſius reſtituitur Alexandrinæ Eccleſiæ, Conſtantini iunioris literis, poſt exilium biennij. *Theodoret. lib. 2. cap.* 1. *Athan Apolog.* 2. Conſtantius vlcere percuſſus, ſanatur à Spiridione Epiſcopo. *Metaphraſt.* 12 *Decemb. Sur. Tom.* 6.	*Polemius, & Vrſus.*
339	3 *Iulij I.*	3 *Conſtantini II. Conſtantij II. & Conſtantis, Fratrum.*	Reperto, vt ferebatur, Commentario quodam Conſtantini ſenioris, filius Conſtantius (ſed ferè anno præcedente) occidi curauit Conſtantium patruum ſuum, Dalmatium Cæſarem, Optatum, & Annibalianum Dalmatij fratrem. neci ſubtraxit Iulianum ætas, & Gallum morbus; huius occiſi Conſtantij filios. *lege Sigonium libro* 5 *Occiden. Imper.* creſcente Conſtantini & Conſtantis fratrum diſcordiâ, Conſtantinus venit armatus in Pannoniam, petiturus Italiam & Africam, nempe haud contentus paterno teſtamento. Athanaſius hoc anno petitus eſt nouis, ſed irritis calumniis, *Apol.* 2.	*Cōſtantius 2. & Conſtans.*
340	4 *Iulij. I.*	4 *Conſtantini II. Conſtantij 2. & Conſtantis, Fratrum.*	Euſebiani hoc anno timentes, ne Romanus Pontifex ſtaret pro Athanaſio, vt moras necterent, petunt Concilium. conceditur à Pontifice. Citatur, & adeſt Romæ Athanaſius: alij per annum expectātur. tergiuerſantur prætextu belli Perſici, *Athanaſ. Apol.* 2. Interim Athanaſius Romæ, Monachorum inſtitutionem primus tradit. *Hierony. Epiſtola 16 ad Principiam.* Symbolum tunc, velut fidei ſuæ profeſsionem ſcripſit. quæ remanſit cum Actis Synodi. particulam, FILIOQVE indè ſumpſit *Concil. Tolet.* 4, habitum anno 634, *lege caput primum ibidem.* Sæuiunt interim Arriani in Oriente, mortuo Alexandro Conſtantinopolitano Epiſcopo. Paulum ſucceſſorem relegant in Pontum. *Sozom. lib.* 3 *cap.* 4. Euſtachium Antiochenum Epiſcopum cogunt exulare: & hoc anno obijt in exilio. *Sozom. lib.* 2. *cap.* 17 Eius dies Natalis colitur 26 Iulii. de hoc Euſtachio *lege hic Baron. num* 28 *&* 29. Arrianorum confuſio turbauit Epiſcoporum ſeriem vſque ad an. 408. moritur Euſebius, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus. *Socrates lib* 3. *cap.* 3. Succeſſit Acatius eius diſcipulus. bellum Perſicum inualeſcit: & Conſtantius redit Antiochiam Syriæ *Zoſim, Oroſ. lib.* 7. *cap* 29. Occiſus eſt hoc anno Conſtantinus iunior, bellum inferens Conſtanti fratri. *Eutrop. Hieron. chron. Oroſ.* Cæſus eſt iuxta Aquileiam, ad Alſam fluuium. *Aurel. Victor, Sigonius, & alij. Zoſimus* culpam belli confert in Conſtantem, ſed ſolus. mortuo Conſtantino, ſumma Occidentalis Imperii in Conſtante remanſit.	*Acyndinus. & Proculus.*
341.	5 *Iulij I.*	5 *Conſtantij II. & Conſtantis, Fratrum.*	Irrumpunt in Pannonias Scythæ. occurrit illis ex Italia Conſtans. Franci etiam in Gallias irrumpunt. *Socrates lib.* 2. *cap.* 10. *Sozom. lib.* 3. *& Hieron.* habet hic annus Antiochenum Conciliabulum, quod habuerūt Arriani: quódque malè *Gratianus diſt.* 16, inter Catholica recenſuit Concilia; in quo Athanaſium abdicant, ſeu, vt aiunt, deponunt: ſubſtituúntque Euſe-	*Marcellinus, & Probinus.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Consules.
			bium, qui postea dictus est Emissenus. Sed ipso renuente, mittunt eò Gregorium Cappadocem, ignotum hominem. *Athan. Apol.* 2. *Socrates lib.* 2 *cap.* 5. de hoc Gregorio *lege Baron. an.* 342. *num.* 19. adfuêre 80 Episcopi, vel plures, pendente indictione Romanæ Synodi, quod, *vt notat Baronius*, nefas erat, conuenerunt. dolo detinent Legatos Romani Pontificis. Ergò Iulius Romæ his perspectis, & cognita causa Athanasii, eum restituit Communioni, & Ecclesiæ: qui iudicio absolutus rediit Alexandriam. *Socrates lib.* 2. *cap.* 12. Absolutus est & Marcellus Ancyranus. *Vide literas Iulij ad Athanasium, Apol.* 2.	
342	6 *Iulij I.*	6 *Constantij II. & Constantis, Constantini I. Magni Filiorum.*	Constans è Pannoniis in Galliam pergens, debellat Francos, expellitque. Sed pace tandem constituta, reddit confœderatos Romani Imperii. *Socrates lib.* 2. *cap.* 13. *Hierony. in Chron. Paulus Diaconus lib.* 11. *Sigonius lib.* 5. Gregorius ille Cappadox à Philagrio Præside in Sedem intruditur, pulso Athanasio, & ad cædem quæsito. *Athanas. Epist. ad Solit. & Epist. ad Orthodoxos.* De Arrianorum insolentia, *lege literas Iulij apud Athanasium Apologia secunda.* Vbi de Primatu Romanæ Sedis. Athanasius Romam refugit, *Athana. Apolog. ad Constantium.* Vbi hæsit per triennium: & Synopsin scripsit, rogante Constante. *Ibid.* Eusebius, dictus Nicomediensis, moritur: verè impius, & Arrianæ hæreseωs Patronus. *Socrates lib.* 2. *cap.* 9. 13. secutæ sunt contentiones Constantinopoli mortuo Eusebio, sed reuocatum à populo Paulum, Constantius expulit: & Macedonium designatum ab Arrianis, distulit Episcopum admittere. *Socrates lib.* 2. *cap.* 10. Varij Episcopi vexati ab Arrianis, ex Oriente Romam veniunt, quos Iulius Ecclesijs restituit, literis obiurgans Orientales. *Socrates libr.* 2. *cap.* 11 Photinus Syrmij Episcopus (Marcelli Ancyrani, cuius causa adhuc dubia erat) discipulus, nouam promit hæresim, affirmans Dei Filium solum hominem esse. *Socrates lib.* 2. *cap.* 14. Constans tulit legem contra Sodomitas, *L.* 3 *Cod. Theodos. Constante* 2, *& Constantio* 3 *Coss.*	*Constantius 3. & Constans 2*
343	7 *Iulij I.*	7 *Constantij II. & Constantis Fratrum.*	Oriens hoc anno caruit Consule. Cæterùm characterem hic annus habet mortẽ Pauli primi Eremitæ, & humati à S. Antonio. *Hieron. in Vita Pauli.* hoc etiam anno orta est Persecutio in Christianos, apud Persas: quos illi cæde & tributo grauârunt. *Hierony. in Chron. Sozom. lib.* 2. *cap.* 8. Neocæsarea Thumaturgo illustris, euersa est terræmotu, excepta Ecclesia, & Episcopo. (rectiùs Episcopio, *vt rectè obseruat Scaliger* 2340.) *Hieronymus in Chronico* Constantius vincit Persas, & triumphat, *inquit Cedrenus.*	*Placidus & Romulus.*
344	8 *Iulij I.*	8 *Constantij II & Constantis Fratrum.*	Durat Persica Persecutio. Martyres hic recenset *Baronius.* interim Arriani crebras cogunt Synodos. *Athanasius Orat. prima contra Arrian.* affectant artem dicendi. *Nazian. de Laudibus Athanasii.* Secundum Concilium Antiochenum celebrant, vbi nouam edunt fidei professionem, ad abolendam hæreseos suspicionem. Hanc professionem μακρόστιχον appellant, id est, prolixam. *Socrates lib.* 2 *cap.* 15. *lege Athanasium libro de Synodis, & Sozom. lib.* 2. *cap.* 10. istam professionis formam, in qua omissum erat, CONSVBSTANTIALIS verbũ, reiecit Ecclesia Romana, asserens sufficere Nicænam. *Sozom. citatus* reiecit & Mediolanensis Eccles. *Liberius Epistola ad Constantium, Tomo nono Bibliothecæ Sanctæ.*	*Salustius, & Leontius.*
345	9 *Iulij I.*	9 *Constantij II. & Constantis Fratrum.*	Hoc anno Constantius, Nisibi ad Persarum limites consedit, in expeditione contra Persas. in quo bello, nullum prælium contra Saporem illi prosperum fuit, *inquit Eutrop. lib.* 10. de nocturno prælio ad Singaram Mesopotamiæ vrbem, de quo posteâ, *lege Festum, seu Sex. Rufum.* Gallus, & Iulianus adolescentes,	*Amantius, & Albinus.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			crine deposito inter Clericos profitentur, hoc, vt videtur, anno. De Mardonio, & Maximo Philosophis Ethnicis, Iuliani præceptoribus. *Sozom. lib.5 .cap.2.* hunc Maximum fuisse Magum, *testatur* Eunapius.	
346	10 *Iulij I.*	10 *Constantij II & Constantis, Fratrum.*	Hic annus est ille quartus, cōmorantis Romæ Athanasij quo *ipse scribit in Apologia* se vocatum à Constante Mediolanum. Communiter notatur post Consulatum Amantij. hoc eodem anno indictum est Sardicense Concilium, idque operâ Iulij Papæ. *vt idem Athan. significat. lege Sozom. lib.3. cap.9. & Socrat. lib.2 cap. 16.* Celebratur Concilium Agrippinense, seu Coloniense: in quo damnatus dicitur Euphrates, illius sedis Episcopus, negans Christi Diuinitatem. Sed cùm sequenti anno functus sit eximiâ legatione ex Synodo Sardicensi ad Constantium, tota hæc condemnatio redditur aliquibus suspecta imposturæ. hoc anno Romæ, & alibi clauduntur Idolorum templa. *lege 4 de Paganis Cod. Theodos.*	*Constantius 4 & Constans 3.*
347	11 *Iulij I.*	11 *Constātij II. & Cōstantis, Fratrum.*	De hoc Consulatu rectè notato, *lege Sozom. lib.3. & Socratem lib.2.ca.30.* celebratur Synodus Oecumenica Sardicensis, Episcoporum 300 ex Occidente, & 70 ex Oriente. *Athan. Apol.2, & Epist. ad Solitarios. Sozom. lib.3. cap.11. Socrat. lib.2. cap. 15.* Sardica hæc Illyriæ ciuitas est, in confinio vtriusque Imperij, non verò Sardis Asiæ minoris. Errat *Gratianus dist 16. cap. 11* de numero Episcoporum. aderant Legati Iulii. *ex Athanasio Apol. 2.* Osius verò patronum agebat, rogans sententias. *ex Sozom. citato.* adsunt ex Nicænis Patribus Paphnutius, Spiridion, &c. adsunt Arriani: sed (vt conuenerant) ingressi vrbem, recedunt, timentes causæ suæ. *Theodoret. lib.2 cap.8, & Athanasius Apol.2.* citantur tamen. Tandem cognita causa; Athanasius innocens declaratur. Item Marcellus, & alij Ecclesijs restituti sunt damnatis & excommunicatis Arrianis. *Athan. Epist. ad Solitarios.* damnatus est & Photinus Episcopus. *Ephipan. hæresi 71.* literæ Synodi ad varios de hac re extant *apud Baron.* Sic *Athan. Apol.2 & Theodoretus libr. 2. cap. 8.* tamen decepti sunt *Theodoretus & Sozomenus* in Appendice falsò addita Epistolæ Concilij: imò & *Vigilius Episcopus Tridentinus*, qui putauit fidei regulam & professionem editam in hoc Concilio. Nam author est *Athanasius ad Antiochenos*, fuisse Patres contentes Nicæno Symbolo, ne apice quidem addito. Ediderunt verò Canones 21, quos explicat *Baronius*. Cæterùm huic legitimo & vero Sardicensi Concilio, duo obfuerunt. Primò, quòd Marcellum, cùm esset Sabellianus, restituisset. Verùm constat *ex Marcelli Epistola apud Epiphanium hæresi 72*, cum ante, professione Catholicum fuisse. Si posteà delirauit, vel tunc hæresim occultauit, nihil hoc contra Patres Concilii. Secundum fuit nomen ab Arrianis impositum falsò: nam digressi indè Arriani, Conciliabulum suum habuerunt Philippis in Thracia: & illud publicârunt nomine veri Concilii, ac diuulgârunt vbique authoritate Constantii. Hinc *Augustinus contra Crescentium Donatist. libro tertio capite 34* absolutè Arrianum vocat Sardicense Concilium. hi ergo sunt, qui damnarunt Osium, & alios; ipsum etiam Romanum Pontificem. *Socrates lib.2. cap.36. Sozom. lib.2. cap.10.* Formulam fidei ediderunt, sine verbo CONSVBSTANTIALIS: extátque *apud Hilarium libro de Synodis.* Verùm cùm aliquas positiones Arrii damnassent, dicti sunt Semiarriani. *Epiph. hæresi 73.*	*Eusebius, & Rufinus.*
348	12 *Iulij. I.*	12 *Constantij II. & Constantis, Fratrum.*	Sapores, post Nisibin ter, ac frustra obsessam, tandem potitur victoria contra Romanos apud Singaram, quam etiam cum aliis aliquot vrbibus recepit. *Hieronym. Chron.* Sub finem	*Philippus & Salleas.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Consules.
			anni superioris, legati à Synodo Sardicensi ad Constantium destinati, Vicentius Campanus, & Euphratas Agrippinæ Episcopus; hoc anno, circa festum Paschale Antiochiæ calumnias patiuntur ab Arrianis, subornata meretrice. Sed detectâ fraude Constantius mitior factus, reuocat relegatos, ex Alexandria. *Athan. ad Solitarios Theod. lib. 2. cap.* 8. 9. 10. Constans Imperator, Paulum & Macarium Episcopos, mittit in Africam Legatos. restituuntres Africanæ Ecclesiæ, expulso Donato. *Optatus libro* 3, *Hieronym. Chron.* mox per Gratum Episcopum Carthaginensem Catholicum, (qui Sardicensi Concilio interfuit) celebratur Concilium, in quo inter alia, sublata est rebaptizatio Donatistarum: dictumque est hoc Concilium Carthaginense primum: scilicet ex ijs, quæ extant: alioqui priora fuêre. deturbatis Schimaticis Episcopis, & redditâ pace in Africa, hæc tempora Macariana vocat Augustinus, & sanè felicia, quæ durarunt vsque ad Iulianum. *Optatus Mileuit, lib*, 2.	
349	13 *Iulij.*	13 *Constātij* II. & *Cōstantis, Fratrum.*	Oriens hoc anno Consulem non habuit. Cùm Constantius premeretur bello Persico: timeretque á Constante fratre nouum bellum, qui ternis & minacibus literis scripsit pro Athanasio, (*Athanas. Apol*, 2. *& Socrat. lib.* 2. *cap.* 18.) restituitur tandem Athanasius. rediit è Gallia primùm Romam: indè Antiochiā. Denegata Arrianis Ecclesia ab Athanasio, *lege Sozomenum lib.* 3. *cap.* 19. Elusit enim Constantii petitionem, volentis Alexandriæ concedi Arrianis Ecclesiam: dùm ipse Athanasius similem Catholicis reposcit Antiochiæ.	*In Occidente Vlpius, & Catullinus.*
350	14 *Iulij.*	14 *Constantij II.*	Habet hic annus mortem Constantis Imperatoris, restitutoris Africanæ Ecclesiæ: & quem laudat *Athanasius lib.* 2. *de Syn.* occisi à Magnentio Tyranno, Legato exercitus: Christiano tamen, & natione Gallo. *Socrates libro* 2. *cap.* 9. *&* 10 *Zosimus lib.* 4. *cap.* 1. *Hieronymus* verò *in Chron.* occisum ait in castro, cui Helenæ nomen, hodie Helna vocatur, apud Pyrenæos montes, in ipsis faucibus. Magnentius Augustoduni sumpta purpura, Decentium fratrem creat Cæsarem. *Zosimus libr.* 2. Vetranio, qui Illyricis, & Britanniæ præerat à militibus acclamatur Imperator. Et Romæ Augusti nomen sumit Nepotianus, nepos magni Constantini, ex sorore Eutropia; Sed 18 die occiditur, mandante Magnentio. *Zosim. lib.* 2. *Victor, & alij.* sic Galliis, Italia, & Africâ potitur Magnentius. Interim (licet, Constantis morte, erectis & renitentibus Arrianis) Athanasius, iubente Constantio, rediit Alexandriam. *Apol.* 2, *& Epist. ad Solitar. Theodo lib* 2 *cap.* 12. Vrsatius & Valens Arriani, apud Mediolanum conuersi, pœnitentiam agunt Romæ. *Athanas. ad Solitar.*	*Sergius, & Nigrianus.*
351.	15 *Iulij.*	15 *Constantij II.*	Hic annus, ob tyrannidem, transactus sine Consulibus, notatur post Sergij Cos. & nutante iam Imperio, Constantius, quòd nullos haberet liberos, Gallum creat Cæsarem, agēs Antiochiæ. *Sozom. lib.* 1. *c.* 18. Gallus loculū Babylæ Martyris, olim Episcopi Antiocheni, transfert in Templum Apollinis, expiatum: obmutescitque ibi deinceps Oraculum Daphniticum. *Sozom. lib.* 5. *cap.* 8. hinc *Chrysostomus* Babylam dixit Idoli *κακὸν γειτόνημα*. Sapores, hoc Imperii statu Tragico erectus, Nisibin obsidet; sed, amissis suorum viginti millibus, cogitur re infecta abire, & occurrere Massagetis, qui alia ex parte regnum inuadebāt. *Zonaras.* interim Constantius Sirmij Vetranionem redigit in ordinem, & exercitum præmittit contra Magnentium. floret Romæ Marius Victorinus. Ethnici, à Constantio in Tyrannos parāte exercitum, exuti militia; & expulsi vrbibus, circa pagos, Deos suos colentes, dicti sunt nunc primùm Pagani. *lege Theod. lib.* 1 *cap.* 3. Occasione huius legis Constantii, iubentis baptizari	*Post Consulatum Sergii, & Nigriani.*

omnes qui militarent, Martinus adhuc Cathecumenus est baptizatus, ætatis anno 35. natus enim est anno Constantini 11, *ex Greg. Turonensi, Hist. lib. 1. cap. 16.* Maximus Episcopus Hierosolymitanus moritur. *Hieronym. in Chron.* deinceps occupata est hæc Ecclesia ab Arrianis, & confusa successio: tamen Cyrillus, qui successit Maximo, scribitur Catholicus *à Nicephoro in Chron. Vide* Hieron. *de Scriptor.* quatuor Cyrillos Hierosolymitanos in Chronico ponit *Hieronymus:* quos etiam recenset *Baron. hic nu. 26.* certè ex his, author Catechesewn fuit Catholicus, vt eius scripta testãtur, & obijt an. 386. *vti noto ad eum annũ.* iterùm ab Arrianis vexatur Athanasius, *ex Apologia ad Constantium.* Paulo Episcopo Constantinopolitano prius pulso, iubente Constantio, nunc subrogatur Macedonius, *Socrates lib. 3. cap. 12. Sozom. lib. 3. cap. 8* hic narrationis ordinem inuertit. breui Paulus strãgulatur ab Arrianis, *Athan. Apol. de fuga.*

Magnentius è Galliis, & Constantius Syrmio, collectis magnis vtrinque copiis, occurrunt ad Mursam: vbi sequenti anno — *Constantius 5. & Gallus Cæsar.*
352. 16. *Iulii 1.* 16 *Constantini II.* pugnatum est. Iulius Papa moritur pridiè Idus Aprilis. *Vaticani Indices.* Succedit Liberius Romanus, octauo Maij. Epistolæ aliquot, quæ verè sunt Appolinaris falsò ascribuntur huic Iulio *à Gennadio. lege Leontium de Sanctis, Tom. 9 Bibliot.* SS. PP. Liberius, acceptis literis ab Arrianis, petentibus Communionem, & ab Ægypti Episcopis pro Athanasio, negat Communionẽ,
1. *Liberius.* & legationem decernit ad Constantium. *Liberius Epistola ad Cõstantium.* Interim in Pannonia Vetranio, redactùs in ordinem, placidè consenescit, in prædio Bithiniæ amœno. *Zosimus.*

Occidens caret Consule, ob bellum contra Magnentium. — *Constantius 6. & Gallus 2.*
353. 2. *Liber. n.* 17. *Constantij II.* Pugnatur hoc anno à duobus Ducibus, Tyranno, & hæretico sed legitimo Principe, cruce vtrinque armatis. Ex hoc iam — A
inter Christianos bello, ingens accepit vulnus Romanum Imperium: nam cæsis in acie ad quinquaginta millia ex lectissimis, nunquam deinceps potuit fines suos ab hostili incursione propugnare. Cæterùm vincit Constantius. Tyrannus Magnentius victus, meritas dat pœnas ob cædem Constantis. *Zosimus, Victor,* Eutropius. Murcæ primùm victus est: *Hieron. Chron.* (in Pannonia esse contendit *Scaliger anno* 2366) & posteâ Lugduni: Decentius Cæsar ad laqueum voluntariũ impulsus, ibi perijt propria manu. *Hieron. Chron.* A*mmianus, Marcellinus, & alij.* Sed Constantius totius Imperij Dominus euadens, factus est & solito insolentior, & Valentis dolo, Arrianis magis addi- — B
ctus. De apparitione Crucis Hierosolymis tempore huius victoriæ, Z*onaras libro 2. capite* 24. Confecto hoc bello, Constantius Arelate in Galliis agebat. A*mmianus libro* 14, *vbi ait,* Orientale Imperium nunc ab Isauricis latronibus, & Persis vexatum. Gallus Cæsar in Oriente Iudæos comprimit, igni traditis eorum ciuitatibus. A*urelius Victor, Hieronymus* Chron. *Sozom. lib.* 4 *capite* 6. *Socrates libro 2. capite* 33. mittuntur Legati Liberii ad Constantium, qui exilium edixit, si quis non subscriberet in damnationẽ Athanasii. subscribunt plures, lapsi turpiter. *Athanasius Apol. ad Constantium, & Epist. ad Osium.* In Arelatensi Concilio nunc habito multi Episcopi Catholici mulctantur exilio, Paulinus. Rhodanius, & alij. *Ruffinus lib.* 1. *Seuerus lib.* 2. *Baron.*

Missa secunda legatio, Luciferi Calar. Pancratii, & Hilatii, à — *Constantius 7. & Gallus 3.*
354 3 *Liberij.* 18 *Constantij II.* Liberio ad Constantium Arelatem: impetratur sequentis anni Concilium Mediolanense, *ex literis ad* Eu*sebium Vercell.* extant *in Actis* Eu*sebij.* Constantius pace composita cum Germanis. venit Mediolanum, *Ammianus libro* 14. Nunc Romæ degebat Mineruius Rhetor Burdigalensis, præceptor Ausonij.

Hieronym. Chron. item Gennadius Rhetor. Ibidem florebant Anatolius clarus Orator, charusque Imperatori, & Proæresius, vt rex Eloquentiæ, statua Romæ donatus. *Sozom. lib. 6. cap.* 17. Porrò Athenis (vbi tunc studia valdè florebant) Musonius, item Homerius, & Libanius, præceptores Gregorij Nazianzeni, & Basilij. *Ex Sozomeno.* Gallus Cæsar, Constantio suspectus, qui (*ex Ammiano*) asperitate nimia, cũcta fœdabat in Istria, occiditur iubente Constantio. *Hieronym. Chron*, *Ammianus libro* 14, 15. vbi de Iuliano, qui etiam in suspicionem coniurationis venerat, euocato ab Imperatore, & iterum misso Athenas studiorum causa, tunc Gregorius agebat Athenis 30 annum, *ex Carmine de Vita sua*: ergò natus anno Christi 324, & ante Concilium Nicænum, quando pater adhuc Ethnicus erat.

355. | 4. *Liberij.* | 19. *Constantii II.* | *Arbitius & Lollianus.*

Concilium Mediolanense celebratur 300 Episcoporum, his Consulibus. Sed mutata est Synodus in seculare iudicium, Constantij consilio, & vi Tyrannica. coguntur que Episcopi, qui nolebant in Athanasium subscribere, exulare. inter exules, Lucifer Calaritanus, pancratius, & Eusebius Vercellensis. *Athan. ad Solitarios, & Hilarius Epistola ad Constantium.* Liberius quoque tentatur, vt subscribat, sed recusans exulat, substituto Felice, Catholico quidem, sed communicante cum Arrianis. *Theodor. lib. 2. cap. 16. Ammianus libro* 15. *Hieronym. Chron. Athanasius ad Solitar.* Tentatur quoque, & resistit Osius Cordubēsis, iam centenarius. *Athanas. ad Solitar.* Tunc ad Constantium scripsit, & liberè, Hilarius Episcopus Pictauensis, à quo tamen putatur abstinuisse, ob Barbaros irruentes in Gallias. creat Iulianum Cæsarem. cogitans Occidenti eundem præficere. *Ammianus libr.* 15. Rectè hoc anno *Socrat. Scaliger, & alij.*

356. | 5. *Liberii.* | 20. *Constantij II.* | *Constantius 8. & Iulianus Cæsar.*

Sub hoc Consulatu pœnam capitis edicit Constantius in Idololatras. *Codic. Theodos. de mal. & Mathem.* & contra apostatas. *libr. 6. de Paganis ibidem.* Athanasius vi pellitur Alexandria, substituto non quidem Gregorio Cappadoce ab Arrianis, *de quo supra* 341, sed Georgio, *inquit Baron. num. 11. an.* 356. latetque in eremo, vsque ad obitum Constantii. *lege Apol. eius de fuga, & Epistol. ad Solitar.* ibidem latens, multa scripsit. scripsit etiam sua tunc Lucifer Calaritanus, latens in exilio. de loco latebrarum Athanasii non omninò constat. *legi potest Sozom. lib.* 4. *c.* 9 certè quod hic author de latebris apud Virginem scribit, falsum est. mortuus est in exilio Dionysius Mediolanensis Episcopus. *Ambros. epist. ad Vercell.* & Paulinus Treuerensis, anno 23 Constantii. *Hieronym. Chron.* habetur Biterrēse Concilium, in quo Hilarius missus est in exilium, procurante Saturnino Episcopo Arriano Arelatensi. *vide Ruffinum lib. 1. cap.* 20. Constantius Romam venit, & triumphum agens de Magnentio, concessisse dicitur matronis reditum Liberii. *Theodoret. lib.* 2. *cap.* 17. Martinus petit honestam missionem à bello. *Seuerus in Vita Martini cap.* 3.

357. | 6. *Liberij.* | 21. *Constantij II.* | *Constantius 9. & Iulianus.*

Quadi, & Sarmatæ depopulantur Rhetias, (hodie Grisonũ Prouincia est) & Pannoniam: coactusque Constantius eò proficisci, hostes repressit ac repulit. tunc Curia vrbs Grisonum primaria extructa putatur. Iulianus primo Vere, incursantes Germanos Lugdunum vsque, primùm fudit. mox congregatos in vnum septem Alemannorum reges, ad Argentoratum excepit iustâ acie, & insignem reportauit victoriam. Captus est Chonodomarius Rex, acclamatusque Iulianus Imperator ab exercitu, quem tamen ille honorem nunc quidem recusat, *Ammianus lib.* 16. hanc valdè exaggerat victoriam *Zosimus.* Obeliscus in Circo maximo erigitur, Constan-

omnes qui militarent, Martinus adhuc Cathecumenus est baptizatus, ætatis anno 35. natus enim est anno Constantini 11, *ex Greg. Turonensi, Hist. lib. 1. cap. 16.* Maximus Episcopus Hierosolymitanus moritur. *Hieronym. in Chron.* deinceps occupata est hæc Ecclesia ab Arrianis, & confusa successio: tamen Cyrillus, qui successit Maximo, scribitur Catholicus *à Nicephoro in Chron. Vide* Hieron. *de Scriptor.* quatuor Cyrillos Hierosolymitanos in Chronico ponit *Hieronymus*: quos etiam recenset *Baron. hic nu. 26.* certè ex his, author Catechesewn fuit Catholicus, vt eius scripta testatur, & obijt an. 386. *vti noto ad eum annũ.* iterùm ab Arrianis vexatur Athanasius, *ex Apologia ad Constantium.* Paulo Episcopo Constantinopolitano prius pulso, iubente Constantio, nunc subrogatur Macedonius, *Socrates lib. 3. cap. 12. Sozom. lib. 3. cap. 8* hic narrationis ordinem inuertit. breui Paulus strãgulatur ab Arrianis, *Athan. Apol. de fuga.*

Magnentius è Galliis, & Constantius Syrmio, collectis ma- *Constantius 5. & Gallus Cæsar.*

352. 16. *Iulii 1.* 16 *Constantinus II.* gnis vtrinque copiis, occurrunt ad Mursam: vbi sequenti anno pugnatum est. Iulius Papa moritur pridiè Idus Aprilis. *Vaticani Indices.* Succedit Liberius Romanus, octauo Maij. Epistolæ aliquot, quæ verè sunt Appolinaris falsò ascribuntur huic Iulio *à Gennadio. lege Leontium de Sanctis, Tom. 9 Bibliot.* SS. PP. Liberius, acceptis literis ab Arrianis, petentibus Communionem, & ab Ægypti Episcopis pro Athanasio, negat Communionẽ, & legationem decernit ad Constantium. *Liberius Epistola ad Cõstantium.* (1. *Liberius.*) Interim in Pannonia Vetranio, redactus in ordinem, placidè consenescit, in prædio Bithiniæ amœno. *Zosimus.*

Occidens caret Consule, ob bellum contra Magnentium. *Constantius 6. & Gallus 2.*

353. 2. *Liberius.* 17. *Constantij II.* Pugnatur hoc anno à duobus Ducibus, Tyranno, & hæretico sed legitimo Principe, cruce vtrinque armatis. Ex hoc iam inter Christianos bello, ingens accepit vulnus Romanum Imperium: nam cæsis in acie ad quinquaginta millia ex lectissimis, nunquam deinceps potuit fines suos ab hostili incursione propugnare. Cæterùm vincit Constantius. Tyrannus Magnentius victus, meritas dat pœnas ob cædem Constantis. *Zosimus, Victor,* Eutropius. Murcæ primùm victus est: *Hieron. Chron.* (in Pannonia esse contendit *Scaliger anno* 2366) & posteà Lugduni: Decentius Cæsar ad laqueum voluntariũ impulsus, ibi perijt propria manu. *Hieron. Chron. Ammianus, Marcellinus, & alij.* Sed Constantius totius Imperij Dominus euadens, factus est & solito insolentior, & Valentis dolo, Arrianis magis addictus. De apparitione Crucis Hierosolymis tempore huius victoriæ, *Zonaras libro 2. capite* 24. Confecto hoc bello, Constantius Arelate in Galliis agebat. *Ammianus libro* 14, *vbi ait,* Orientale Imperium nunc ab Isauricis latronibus, & Persis vexatum. Gallus Cæsar in Oriente Iudæos comprimit, igni traditis eorum ciuitatibus. *Aurelius Victor, Hieronymus* Chron. *Sozom. lib. 4 capite 6. Socrates libro 2. capite* 33. mittuntur Legati Liberii ad Constantium, qui exilium edixit, si quis non subscriberet in damnationẽ Athanasii. subscribunt plures, lapsi turpiter. *Athanasius Apol. ad Constantium, & Epist. ad Osium.* In Arelatensi Concilio nunc habito multi Episcopi Catholici mulctantur exilio, Paulinus. Rhodanius, & alij. *Ruffinus lib. 1. Seuerus lib. 2. Baron.*

Missa secunda legatio, Luciferi Calar. Pancratii, & Hilarii, à *Constantius 7. & Gallus 3.*

Theodosius Iunior, postea Imperator, nunc Mœsiæ Dux Sarmaas pellit: & Theodosius pater Arelate in Africam mittitur contra Firmum Tyrannum in Mauritania. *Victor & Ammianus lib. 29.* Vrsicinus cum sociis Schismaticis, Marcellino Presbytero, & aliis exulat, *ex Rescripto, quod extat apud Baronium.* Basilius, visitans Armeniam minorem, recipit Eustathium Catholicum se profitentem, quo nomine in inuidiam est vocatus *Basilius epistola 6. in addit.* sed ille rediit breui ad vomitum. *Basil epist. 15. in addit.* Traducitur Basilius, vt malè sentiens de spiritu Sancto. *Basilius epistola 73. Nazianz. epistola. 26 lege Basilium ad Amphilochium capite 1.7.25.& 29.*

Basilius Gregorium iuniorem, scilicet Nazianzenum, renuentem ordinat Episcopum Sasimorum. *Nazianz. Orat. ad ad patrem, & Carmine de vita sua*, nec alterius vrbis Episcopus fuit. *Nazianz. Epistola 42 ad Gregorium Nyssenum.* Meritò miratur *Baronius* cur trium Sedium habitus sit Episcopus. nunquā ergò Nazianzi Episcopus fuit Gregorius iste iunior, dictus Nazianzenus: sed patris ibi coadiutor, quamdiu viuebat, nec diutiús, *ex Nazianzen. Oration. octaua. quæ est ad patrem. lege Epistolam quadragesimam secundam & sexagesimam quintam de Cælibatu patris. late hic Baronius.* Certè antequam esset Episcopus, genuit Gregorium hunc iuniorem, imò antequam esset Baptizatus pater *Nazianz. Orat. de funere patris*, quicquid in Carmine poeticè dicat idem filius, scribens patrem priùs operantem sacris, quàm ipse nasceretur.

Οὔπω τοσοῦτον ἐχμεμέτρηκας βίον,
Ὅσος διῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος. *Num. 35.*
Nondum tot anni sunt tui,
Quot iam in sacris mihi sunt peracti victimis.

Sed *vide supra ad annum Christi 354.* Eusebius Vercellensis diem claudit. *Hieronymus in Chron.* sed an Confessor, an Martyr variant plurimum Scriptores. Luciferiani infensi redeuntibus ad communionem, secedunt vt Schismatici in Hispaniam. *Hieronymus contra Lucifer.* Putantur hoc ipso sæculo, quo cœperūt, extincti.

372 | 6 Damasi I. | 9 Valentiniani I. et Valētis. 6 Gratiani. | Consules: Modestus, & Arynthæus.

Florent Hieronymus, & Euagrius Hieronymi comes. Ruffinus & Melania peregrè eunt in Ægyptum. *Hieronymus epistola quinta & 41. Ruffinus lib. 2. cap. 4.* sequente anno Hierosolymam. *Hironymus in Chron.* de vita Hieronymi *Baron.* Hoc anno consulit Hieronymus Damasum, vt Sedem veritatis, de tribus hypostasibus. *Epistola 57, & 58.* scribit priorem Commentarium in Abdiam, agens iam annum 30, *vt ibidem in Præfa-*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			ione: vixit annos 78. Obiit Gregorius, pater Nazianzeni, anno ætatis ferè 100. *Nazianz. Orat. de funere patris.* moritur & Athanasius Alexandriæ, creatus Episcopus anno Christi 326. *lege Nazianz. de Laudibus Athanasij.* subrogatur Petrus Episcopus Orthodoxus, sed breui eiicitur. *Theodoret. lib.* 4 *cap.* 18. 19. Vita cessit Hilarion annorum 80. *Hieronymus in eius Vita.* Epiphanius primum monachus Palestinus, post Episcopus Salaminæ in Cypro, innotescit. *Sozom. lib. 6, cap.* 32. de Didymo Alexandriæ Monacho cæco & erudito: qui Melaniæ, doctrinam Origenis instillauit, *lege Ruffinum lib.* 2. *cap.* 7. *Sozom. lib.* 7. *cap.* 14, *& Theodoret. lib.* 4. *c.* 27. Moyses ex Monacho Episcopus, Saracenos conuertit ad fidem. *Ruffinus ibidem cap.* 6, *& Sozom. lib.* 6. *cap.* 38.	
373	7 Damasi I.	10 Valentiniani I. et Valētis. 7 Gratiani.	Quadi & Sarmatæ, ob Gabinium eorum regem à Valentiniano occisum, correptis armis, inuadunt, Duce Perca, Prouincias Imperij, vsque Aquileiam: & magnis onusti spoliis regrediuntur. *Ammianus libro vigesimo nono.* Hunni è Scythia Asiatica oriundi, Mœotidem transgressi, inuadunt Ostrogothos, & demum Gothos omnes (hos Gothos, olim Getas & Scythas Europæos nominabant, cis Tanaim & Mœotidem habitantes) ac post annos aliquot, circiter 25, Pannonias occuparunt. *lege Iornandem de rebus Geticis, à capite vigesimoquinto, & deinceps, & Sigebertum.* Petro Alexandrino Episcopo adhuc Romæ commorante, Damasus Romæ Concilium cogit, damnatque Apollinaristarum hæresim, cum authore & asseclis. *Sozom. libro sexto, capite vigesimo tertio, vigesimo quarto. Theodoret. capite decimo & vndecimo.* carnem solam sine mente assumptam à Christo dicebant, inter alia absurda. historiam lege *apud Theodoretum lib. quarto sub.* *Hieronym. ad Ocean. epistola vigesima secunda & Nazianz. epistola prima ad Cledon.* Christum esse hominem Dominicum, fuit vox Apollinaristarum. *Nazianz. ibid.* Et non vsurpanda, *ex Augustino Retractatiō. lib.* 1. *cap.* 19. Collyridiani hæretici, beatam Virginem vt Deum colebant. *Epiphan. hæresi septuagesima octaua.* Firmus Mauritaniæ Regulus, exercens tyrannidem in Africa, extinctus est opera Theodosii, patris Theodosii Imperatoris. *Victor, & Ammianus sub finem lib.* 29. & tamen ab ingrato Imperatore Valente, iubetur iniustè occidi, moriturque vir optimus. *Orosius lib.* 7. *cap.* 33. Putatur Valens hic timuisse illud *Theod.* de quo 370. Quadi & Marcomanni Aquileiam obsident. *Ammianus.*	*Valentinianus, & Valens Augusti.*
374	8 Damasi I.	11 Valentiniani I. et Valētis. 8 Gratiani.	Hic annus est Diocletiani 90. rectè his Consulibus consignatus *ab Epiph. sub finem Anchorati.* Mortuo Auxentio Episcopo Arriano Mediolani, substituitur Ambrosius; post fugam inuentus, baptizatur: erat enim catechumenus, & post dies octo ordinatur. *Paulinus in Vita Ambrosii, Hiero. in Chron.* eius electiō aliquantulum præter Canones facta, approbatur abunde per Episcopos. *Ambr. Epist.* 82 *ad Vercellen.* in Gallia celebratur Concilium Valentinum. *Tomo* 1 *Conciliorum.* pauci extant Canones.	*Gratianus 3. et Aequitius*
375	9 Damasi I.	12 Valentiniani I. et Valētis. 9 Gratiani.	Ἀνυπάτευτον ἔτος. sanè *ex Hieronym. in Chron.* caret ordinariis. Sanctus Martinus creatur nunc Episcopus, impetrat à Valentiniano quæ vult, non sine miraculo. *Seuerus Dialog. lib.* 1. *c.* 6. Valentinianus subita sanguinis eruptione moritur, Quadorum respondens legationi in Illyrico. *Victor.* Gratianus anno Christi 367 nuncupatus Augustus, nunc incipit solus imperare cum Valente. *Hieronymus in Chron. Ammianus lib.* 30. *Socrates lib.* 4. *cap.* 26 Valens cogit Monachos ad militiam. *Hieron. in Chron.* Ambrosius in suo munere obeundo, accepit à Damaso Simplicianum, doctissimum & sanctum adiutorem, ac	*Post Consulatum Gratiani, & Aequitii.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			monitorem. *Augustinus Confessionum libro octauo capite secundo, lege Ambrosium Epistol. secunda.* quotidiè Sacrificium celebrat. *Epistola ad Sororem.* à tribus abstinebat, scilicet ne vlli vxorem quæreret, ne vlli suaderet militiam, & ne apud vllum accederet ad conuiuium. *Paulin. Possidius cap.* 17. Photinus Hæresiarcha moritur. *Hieronym. in Chron.*	
376	10 *Damasi I.*	13 *Valentis* 10 *Gratiani.* 1 *Valentiniani II. Iunioris.*	Valentinianus Iunior, post obitum patris Valentiniani, consors Imperii à Gratiano fratre factus, adhuc puer imperat, & in Italiam venit his Consulibus. *Hieronym. in Chron.* Eius electionem prius factam à Ducibus, probauit Gratianus: & sic Occidens duos accepit Imperatores: quadrimum aliqui faciunt nunc, istum Valentinianum: quem tamen anno 366 natum *prodit Socrates lib.* 4. *cap.* 9. vt ad eum annum obseruaui. Hunni descendunt in regiones Gothorum. Gothi verò, permittente Valēte, in Thraciam veniunt, promittentes se Romani Imperii fines defensuros. *Iornan. cap.* 25. *Ammianus libr.* 31. sed res hæc magno damno fuit Romano Imperio.	*Valens 5 & Valentinianus, Iunior.*
377	11 *Damasi I.*	14 *Valentis* 11 *Gratiani.* 2 *Valentiniani II. Iunioris.*	Gothi in Thraciam admissi à Valente: sed duriter excepti à Maximo & Lupicino Valentis ibidē Ducibus, & sic compulsi ad arma, vastant Thraciam: acceptisque copiis auxiliaribus ab Hunnis, & Alanis, sedes ibi figunt. *ex Ammiano libr.* 31. *Hieronymus in Chron.* imò ab eo tēpore *Iornandes cap.* 26, putat eos ibi non vt aduenas, sed vt rerum dominos hæsisse. *lege Sigonium lib.* 8 *initio.* hic Ammianus finit in Valente suam Historiam. Damasi iussu Petrus Alexandrinus recipitur à suis. *Socrates lib.* 4. *cap.* 3. Augustinus nunc ætatis ann. 23 auditor est Manichæorum quatuor annis. *Augustinus Confess. lib.* 4 *cap.* 1. *& libro* 3. *cap.* 6. natus anno Christi 355. *Augustinus de Vita beata initio.* Ambrosius nunc scribit de Virginitate.	*Gratianus 4. et Merobaudes.*
378	12 *Damasi I.*	15 *Valentis* 12 *Gratiani.* 3 *Valentiniani II. Iunioris.*	Basilius obiit Kalendis Ianuarii. *Nyssenus Epistola ad Olymp. de obitu Macrinæ.* Amphilochius vitam scripsit, sed ibi vera falsis permixta sunt. moritur Ephrem Edessenæ Ecclesiæ Diaconus. *vide Hieronymum in Ephrem.* Paulinus eius discipulus, acris ingenii, sæpe monitus à Magistro, vt cautè ageret, factus tandem hæreticus. *Gennad. de Viris Illust. cap.* 3. Gratianus Alemannos in Galliam erumpentes vincit apud Argentariam. *Ammianus libro* 31, *Sigonius libro octauo.* Valens non expectatis copiis à Gratiano victore, iniit in Thracia prælium contra Gothos, à quibus vincitur propè Adrianopolim, & viuus concrematur. *Iornandes cap. vigesimosexto. Ammianus libro trigesimo septimo. Ruffinus libro secundo, capite decimotertio.* mortem prædixit absens Monachus Isaacus, *ex Niceph. libro vndecimo capite quinquagesimo.* Gothi Constantinopolim obsident. *Ammianus ibid.* Hic declinantis Romani Imperii initia *notant Hieronymus & Ruffinus.* nunc tamen Gothi obsidentes Constantinopolim repelluntur à Saracenis, & mox à Theodosio (quem eò misit Gratianus) pulsi è Thracia: *vt notat Prosper initio Chron. Socrates libro quinto, capite secundo. Sozom. libro quarto, & Paulus Diaconus libro vndecimo.* cessit Imperium Gratiano & fratri, extincto impio Valente. Gratianus restituit exules Episcopos. Hi iam (hoc est nono mense post mortem Basilii) cogunt Concilium Antiochenum. *Nyssenus Epist. ad Olympium, apud Socratem libro quinto, capite duodecimo.* in hoc Concilio stabilitur concordia inter Antiochiæ Episcopos, Meletium & Paulinum, vt ambo regerent: firmaturque recta fidei regula. *ex Epistola ad Damasum apud Theodor. lib.* 5. *c.* 9 rem narrat rectiùs *Socrates*, nam *Theod.* nimis Meletio addictus, falsa miscet. Eusebius Samosat. fit Martyr. *Martyr.* 21 *Iunij. Theodor. lib.* 5. *cap.* 4. Hieronymus patitur calum-	*Valens, & Valentinianus.* A B

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			nias, refugiens tres Hypostases. *Hieronym. epist.* 77. ordinatur Presbyter à Paulino Antiochiæ Episcopo. *Hierony. Epist.* 61. nulli tamen Ecclesiæ adscribi se passus est. *Hieronym. ibid.* hinc aliqui Cardinalatum eius confutant. Nazianzenus missus à Concilio ad Constantinopolitanam Ecclesiam iuuandam. *Ruffinus libr.* 2. *cap.* 9. vixit tunc Simeon Stylita.	
379	13 *Damasi I.*	13 *Gratiani.* 4 *Valentiniani II. Iunioris.* 1 *Theodosij I*	In hunc annum incidit Consulatus Ausonij: quem magistrum hoc honore effecit Gratianus. *Auson. grat. act. pro Consulatu.* Gratianus Imperatorem creat Theodosium annorum 33 in publicis comitiis militaribus. *Socrates libro quinto, capite duodecimo.* factum hoc laudat *Augustinus de Ciuitate lib.* 5, *capite* 25. Theodosius Orthodoxus Princeps, Gothos vincit, pellitque è Thracia. *Sozom. libro quinto, capite quinto.* Sed ponit hanc victoriam ante electionem Theodosii ad Imperium. Cæterùm *narrant Sozom. & Synesius* admissos quosdam Gothos ad militiam Romanam: *addit Zosimus*, dispersos fuisse in varias Prouincias, ne nocerent. quâ arte detectâ à Gothis, scribit clam conuenisse, & tantum non cepisse Imperatorem, captaque ingenti præda abiisse trans Danubium. Gratianus vicit Alemannos in Gallia. *Sozom. libro* 7. *capite* 4. Sicque tandem per hos pios Principes restitutum est Imperium. Hieronymus ex Syria venit Constantinopolim, fitque discipulus Nazianzeni. *Hieronymus in Nazianzeno, & Epistola secũda.* vbi de voce *δευτερόπρωτον.* *vide an* 32. linguis superior erat Hieronymus. Latinam ignorabat Nazianzenus. *Nazianz. Epist.* 71 *ad Posthumianum.* Maximus Philosophus, olim Cynicus, nunc Christianus, dolose inuadit Episcopatum Constantinopolitanum. Sedebat ibi Episcopus Arrianus, sed Nazianzeno adiutore & legatum agente. *Nazianzen. Oratio. in Maximum; Hieronymus in Maximo, & in Nazianzeno.*	*Ausonius Gallus & Olybrius.* A B
380	14 *Damasi I*	14 *Gratiani.* 5 *Valentiniani II. Iunioris.* 2 *Theodosij I*	Pulsis Gothis, seu potius Visigothis, Theodosius, dùm curat muniri vexatas ab hostibus vrbes, incidit in periculosum morbum, quo accepto nuntio, recurrunt Gothi partim in Thraciam, Macedoniam, Achaiam, & Epirum, duce rege Fridigerne, partim etiam in Pannonias: sed superueniens Gratianus, hostes repellit, pace tandem cum ijsdem composita: quam postea Theodosius recuperata valetudine, illibatam seruauit. *Socrates lib.* 5. *Prosper, & Iornandes capite* 27. Eodem anno regressus in Occidentem Gratianus, Alemannos, denuó Galliam vexantes repellit, & castigat. *Socrates libro quinto, capite septimo.* Migrat ex hac luce Sapores Rex Persarum: succedit Artaxerxes frater. *Agathias.* Hoc eodem anno baptizatur Theodosius ab Acholio Episcopo Thessalonicensi, *Socrates libro quinto, capite sexto.* Promulgatur lex aurea Theodosii pro fide contra Arrianos, *l. secunda de fide Cathlic. Codic. Theodos.* Maximus detectus, rediit Alexandriam. *Nazianzen. in Carmin. de Vita.* Fauet Nazianzeno Damasus, & Theodosius eidem Ecclesiam dedit Constantinopoli. Thronum tamen ille non admisit. *Nazianzen. in Carmin. de Vita.* diem clausit Petrus Alexandrinus, substituto Timotheo fratre, *vt colligitur ex l. secunda de Hæreticis, Codic. Theodos.* Theophilus, postea illius Ecclesiæ Episcopus, iam Cyclum Paschalem scribit centum annorum. *Leo Epistola sexagesima quarta.* Iustina Augusta Arriana est, & quid cum Valentiniano iuniore filio, moliatur in Ambrosium, *scribit Paulinus in Vita Ambrosii.*	*Theodosius, & Gratianus, Augusti.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Consules.
381	15 *Damasi I.*	15 *Gratiani.* 6 *Valentiniani II.* 3 *Theodosij I.*	Mortuo Rege Fridigerne, Athanaricus à Vvisigothis electus successor, venit Constantinopolim ad confirmandam pacem, cum Theodosio priùs initam: honorificè excipitur, & breui ibidem morbo extinctus, regio apparatu sepelitur. Quæ res adeò Vvisigothorum deuinxit animos, vt ab hoc tempore dicti sint confœderati Romani Imperii. *Prosper, Marcellinus Comes, Zosimus, & Iornandes capite vigesimo octauo.* putant aliqui mansisse eos sine Rege, vsque ad obitum Theodosii. *ita Iornandes, & Orosius.* Hoc tempore notatur initium regni Vvandalorum, qui pulsi anteà à Longobardis, & quærentes nouas sedes, regem elegerunt Mogogisil. quo Duce posteà Gallias inuaserunt, & nunc sedes habebant in pannoniis, si creditur *Sigeberto & Iornandi, capite vigesimo secundo.* His Consulibus celebratur secunda Synodus Oecumenica Constantinopoli, 150 Episcoporum, mense Maio, ad firmandã Nazianzeno Sedem, datam à populo & Imperatore. *Socrates libro quinto capite octauo. lege eundem libro primo capite* 13. damnatur in eo Concilio Maximus, data Gregorio Sede, ex plena iam authoritate Ecclesiastica. *Canon.* 4. sed mox Nazianzenus electionem repudiabit. Cùm autẽ tot conuenissent Episcopi, placuit Damaso, & Theodosio, vt de fide ageretur. Itaq; stabilitur fides Nicæna, *Canon.* 5. addita particula de Spiritu sancto, damnãtur variæ Hæreses. *Vide Tom. prim. Concil. in Epist. Concilii ad Damasum.* cõfirmatur Concilium ab eodem Damaso. *Photius libro de septem Synodis*: sed solùm quoad Canones fidei. *Sanctus Gregorius Libro* 6. *Epistola* 125. certè Canon ille, de præcipuo honore Constantinopolitanæ Ecclesiæ post Romanam, nunquam fuit confirmatus, aut receptus à Romana Ecclesia: & appendix suppositicia multis videtur. *Baronius.* Posthæc, firmata subscriptionibus Synodo, renunciatur mors Meletij Episcopi Antiocheni: qua re audita, maior pars Episcoporum meliorem vincens, elegit nouum Episcopũ Flauianum: cùm debuissent (vt multi sentiebant) expectare obitum Paulini adhuc superstitis, *de quo supra anno* 378, quæ res Schisma excitauit. offenditur quoque Nazianzenus, qui prætereà superuenientibus cõtinuò Episcopis ex Ægypto, improbãtibus eius electionem, magis commotus; sponte renunciat Episcopatui Constantinopolitano: & abiit in Cappadociam; vt sedaret, inquit, tempestatem. *Nazianz. in Car. de Vita.* Abiit autem paucis post diebus quàm Thronum acceperat; sed post triennii morã in ea ciuitate, subrogatur in eius locum Nectarius Tharsensis, è Cilicia, Senatorij ordinis senex, sed Catechumenus, & rerum Ecclesiasticarum imperitus. *Sozom. lib. 7. capite* 8. Hoc eodem anno Nonis Septemb. celebratur Concilium Aquileiense: quod extorserunt à Gratiano, Palladius & Secundianus Episcopi Arriani, petentes causã suã examinari, vbi & dãnati sunt. extant Acta. interfuerũt ex Italia Ambrosius, ex Africa Felix, & Numidius. ex Gallia, Iustus Lugdunẽsis, & alii viri selectissimi. Porrò in Concilio Cæsaraugustano damnantur Priscillianistæ, qui secretò execrabilem tegebant superstitionem. *lege Seuerum lib. 2 Historia.*	*Eucherius, & Syagrius.* A B C
382	16 *Damasi I.*	16 *Gratiani.* 7 *Valentiniani II.* 4 *Theodosij I.*	His Coss. celebrantur duo Concilia, Romanum, & Constantinopolitanum, eodem ferè tempore. Romano interfuèrunt Paulinus Antiochenus Episcopus, Epiphanius. (*Hieron Epist.* 27) Ipse quoque Hieronymus inuitatus. *Epist.* 61. adfuère item Ambrosius, & alij. *Theodoretus. lib. 5. capite* 9. Sed reliqui Orientis Episcopi asture Romanum Concilium fugientes, impetrarunt allatis rationibus ab Imperatore, vt Constantinopoli conueni-	*Syagrius 2. & Antonius.* A

rent. quem eorum conuentum declinauit *Nazianzenus. Car. de Vita.* mittunt illi legatos Romam cum literis. *Theodoretus libro quinto capite nono*, ſed perierunt Acta huius Romani Concilii: nec ſatis ſunt certa, quæ narrat geſta *Theodoretus libro* 5. *cap* 11. *&* 25. Refert hic *Baronius* Decretum de Sedium Patriarchalium ordine & dignitate. Vbi etiam de Marcella, Paula, Blaſilla, Paulina, Euſtochio, & Ruffino. Hieronymus Romæ confutat Heluidium, æquantem Virginitati Matrimonium, & negantem Beatæ Virginis perpetuam Virginitatem. B *Hieronymus. Epiſt.* 50. confutat & Iouinianum Apoſtatam Monachum, hoſtem quoque Virginitatis. *Ambroſius Epiſt.* 82. *quæ eſt ad Vercellen. & Hieronymus libro* 1, *&* 2. *contra Iouinianum*: *lege Hieronymum Epiſt.* 24, *quæ eſt ad Marcellam, de morte Prætextati*: qui Chriſtianæ religionis contemptor fuit, & nunc obiit. habet illa epiſtola inſignem antitheſim & comparationem hominis impii morientis, cum Sancta Lea vidua, tunc etiam ex hac luce migrante. Scribebat nunc Varia Chryſoſtomus, qui tempore obitus Velentiniani Senioris agebat annum 24. *ex libr. de Sacerdotio, initio.* cohibentur Edicto mendicantes illi, qui erant Validi, L. 9. *Cod. Theodoſ. de Validis mendicantibus.*

383 | 17 *Damaſi I* | 17 *Gratiani.* 8 *Valentiniani II.* 5 *Theodoſij. I.* | *Saturninus & Merobaudes.*

Maximus Hiſpanus, Theodoſij antea commilito, nunc in Britannia Dux exercitus, tyrannicè occupat Imperium in Britannia & Gallia. *Victor in Gratiano. Zoſimus lib.* 4. vbi ſcomma illud in Gratianum: ſi Princeps non vult apellari pontifex Maximus, breui Maximus Pontifex fiet. A Gratianus interim, deſtitutus à Gallicis copiis, aduocat Heduos, & Alanos: ſed Lugduni occiditur ſuorum proditione, ab Andragatho 25 Auguſti. *Hierony Epiſt.* 3. *Zoſim. lib.* 4. *Proſper, Marcellinus, Socrates lib.* 5. *capite* 11. *Ruffinus lib.* 2. *cap.* 14, quo tempore accidit Ambroſio obitus Satyri fratris. Theodoſius in Oriente, Arcadium filium octo annorum pronuntiat Auguſtum. *Socrates libro* 5. *capite* 10. *Marcellinus, & alij.* Maximus tentat, an velit Theodoſius ſe ſocium Imperij. ſpe alit Tirannum, expectans meliora. *Zoſimus libro* 4. Nam Tyrannum ipſe occidet anno 388. B Arcadio datur præceptor Arſenius Diaconus, Roma miſſus à Damaſo, vir pius & eruditus. *Surius* 19 *Iulij.* Incerta multis hiſtoria eſt *Sigeberti*, de Conano ex maiori Britannia oriundo; quem hic auctor facit Ducem minoris Britanniæ iubente Maximo: mox etiam regē ibidem. incertum, inquam, hoc eſt, cùm nec Maximus nunc, nec poſtea Theodoſius victor, videantur paſſuri hoc regnum, ſi fuiſſet inchoatum.

Gratiani mors audita, cogit Valentinianū iuniorem ceſſare Mediolani à perſecutione Orthodoxorū, miſſo tunc Ambroſio ad Maximum legato, vt pax firmaretur, quæ vtriſque placuit. In his Britānicis tumultibus contigiſſe hiſtoriā Vrſulæ & 11 milliū Virginū narrat hîc *Baronius.* Hæ iubente Maximo, Londini collectæ, & inuitæ nauigiis impoſitæ, vt Britannicis Legionibus apud Armoricos darentur, tempeſtate aguntur ad litus C Germanicum, vbi à barbaris, Pictis, & aliis captæ, dùm virginitatem, morte tuentur, Martyres euaſerunt. *Baronius in Martyrolog.* 21 *Octobr.*

Celebratur Conſtantinopoli Concilium, à Theodoſio conuocatum, ad diſcordias Eccleſiarum pacandas, *Nazianzen. Epiſtola* 71, *&* 72. multa à Nouatianis acta mentiuntur hic *Socrates* & *Sozomenus* Nouatiani. *lege Theodoretum libr.* 5. *cap.* 16. res infecta manſit quoad pacem. Vigent hæretici Saccophori, qui & Euchaitæ, Meſſaliani. *de quibus Epiphanius hæreſi* 80, *& Theodoretus libr.* 4. *capite* 10. damnantur

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum Gestarum Series	Consules.
			in Synodo Sydæ in Pamphilia. *Photius in Bibliotheca*, refert Synodicam. Augustinus anno ætatis 29 desperans de veritate inuenienda apud Manichæos, venit Romam, & Rhetoricam docet. *Augustinus lib. 5 Confess. capite 3. 6. 7. 8.*	
384	18 *Damasi I.* *Siricius*	9 *Valentiniani II.* 6. *Theodosii I.*	Pace vtcumque firmata inter Imperatores & Maximum, dum Valentinianus Italiæ tantùm inte̅tus est, Maximus occupat Hispaniam, quando iterùm missus à Valentiniano legatus Ambrosius ad Maximum, pro impetrando Gratiani corpore, nihil obtinuit. Hoc anno accidit relatio Symmachi, qui nunc Præfecturam Vrbis gessit, *vt constat ex Rescriptis ad eum. L. 44 de Appellat. Cod. Theodos.* egitque illa relatione apud Valentinianum Iuniorem, de restituendo Deorum cultu, captans occasionem ex morte Gratiani, & Maximi Tyrannide, sed renitente Ambrosio nihil effecit. *lege Ambrosii Epistol.* 30. *& Symmachi duas epistolas apud Baronium*: vbi purgans se apud Imperatorem, mentionem facit honestam Damasi: indicatque non ante hu̅c annum, & hanc Præfecturam obiisse Damasum, consentiunt *Onuphrius & Prosper in Chronico* obiisse his Consulibus, quicquid significet *Marcellinus Comes*. obiit verò 3 Idus Decembris. de Damasi actis & scriptis *hic Baron.* Damaso mortuo succedit Siricius. *Prosper in Chronic. ex Codice correctiore.* idque pridie idus Ianuarij anni sequentis. Augustinus annum trigesimum attingens, mittitur à Symmacho Roma Mediolanum ad docendam Rhetoricam, vbi sancta Monica adueniens ex Africa, fluctuantem inuenit circa religionis electionem. *lege Augustinum Confessionum lib. 5. cap. 13, & lib. 6. cap. 1 & 11.*	*Clearchus, & Richimerus.* A B
385	I *Siricij.*	10 *Valentiniani II.* 7. *Theodosii I.*	Augustinus nunc oratione habita, Imperatorem laudat, *Confessionum libro 6. cap. 6.* conuertitur opera Simpliciani (qui successit postea Ambrosio) exemploque Victorini & Sancti Antonij. *Confessionum libro 8. cap. 1, & libr. 6 cap. 3. & lib. 8. cap, 8.* scripsit tunc Soliloquia, & alia quædam, *Retract. libro 1. capite 5.* scilicet biennio ante Baptismum. Hieronymo Romæ veritas odium parit. *Hieronymus epistola 8.* Hierosolymam cogitat. *Epist. 99 ad Asellam, & Apolog. aduersus Ruffinum*, scilicet petitus calumniis à Clero. *Hieronym. Epist. 23 & 25.* Illud de fuga in veste muliebri refutat *hic Baronius.* offensus à Clero, vocat ille Senatum Pharisæorum. *Præfat. versionis Didymi de Spiritu sancto.* Imperitos porrò vocat, & certè non omnes: erant enim ibi Arsenius Arcadij Magister, Anastasius, & Innocentius postea Pontifices, quos laudat *ad Demetriadem*: nec detrahit gradui, sed personis: non Ecclesiæ & doctrinæ, sed Vrbi, quam vocat Babylonem. Burdigalense Concilium habetur, in quo damnatus Priscillianus Hæresiarcha, prouocat ad Maximum Imperatorem, cuius tandem iussu occiditur gladio. *Prosp. Chron. Seuerus libr. 2.* moritur Placilla mater Arcadij & Honorij, vxor Theodosij. Timotheo Alexandrino Episcopo succedit Theophilus.	*Arcadius, & Bauto.*
386	2 *Siricij.*	11 *Valentiniani II.* 8. *Theodosij I.*	Concilium Romæ habetur 80 Episcoporum. Et inter alia, arcentur incontinentes à ministerio Ecclesiastico. *Siricius Epist. ad Episcopos Africæ, dat. 8 Idus Ianuar. hoc eodem anno*, vt colliges ex Consulatu ibi notato, scilicet post consulatum Arcadij & Bautonis. idem antea cautum in Co̅cilio Carthaginen. 2. cap 2. Gaudentius ordinatur Episcopus Brixianus. *Gaudent. Serm. de sua ord.* Iustina Augusta & Arriana, persequitur acriùs Ambrosium. *Ruffin. lib. 2. cap. 15. Paulinus in Vita.* prouocatus Ambrosius ab Auxentio iuniore, huius persecutionis ministro, (mortuo altero Auxentio) ad disputationem, renuit tractare causam fidei coram secularibus. *Ambros, Epist. 22, & lib.*	*Honorius, & Euodius.* A

Christi.	Pont.	Imp.		Consules.
			in Auxientium. scripsit & Maximus pro Ambrosio, *Theodoret. lib.* 5. *c.* 24. habetur Synodus Treuerensis. vbi Ithacius Episc. absoluitur iniustè. *lege Seuerum Dialog. lib.* 3. Sanctus Martinus conuiuio exceptus, Presbyterū præfert maximo cui & necem prædixit. *Seuerus in Vita Martini, cap.* 23. Basilicam sancti Pauli in via Ostiensi, ampliorem facit Valentinianus. *Baron. hoc anno.* Hieronymus Alexandriæ Didymum audit. *Hieronymus Epist.* 65. 51. Paula peregrinatur. *Hieronym. Epist.* 27. Nazianzenus peregrinationem omnem nunquam impugnauit, sed Virginum, & Monachorum. *Vide Hieronymum Epist* 18. Chrysostomus nunc ordinatur Sacerdos. *lege hic Baornium.* S. Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus, autor Catecheseos, moritur, *Hieronymus in Cyrillo.* subrogatur Ioannes, *de quo Hieronymus epistola* 61.	
387	3 *Siricij.*	12 *Valentiniani II.* 9. *Theodosii I.*	Durante adhuc Persecutione Iustinæ in Ambrosium, corpora Sanctorum Martyrum Geruasii & Protasii diuinitus reuelata reddunt miracula. *Ambrosius Epist.* 85 *ad Sororem, Augustinus lib.* 9. *c.* 7. de his Reliquiis piè susceptis, *lege Augustinum de Ciuitate libr.* 22. *cap* 8. Interim Maximus ex improuiso visus in Italia, coegit Valentinianum & matrem Iustinam fugere ad Theodosium; quando Gallam Iustinæ filiam duxit vxorem Theodosius: & bellum decernit in Maximum, vastantem Italiæ ciuitates. *Zosimus lib.* 4. *Marcellinus Comes.*	*Valentinianus* 3. *& Eutropius*
388	4 *Siricij.*	13 *Valentiniani II.* 10 *Theodosii I.*	Theodosius parans expeditionem in Maximū Tyrannum, indicit commune tributum; ob id Antiocheni deijciunt Placillæ vxoris iam defunctæ, & ipsius Theodosij statuas *Zosimus lib* 4. *Sozom. lib.* 7. *cap.* 23. tunc Chrysostomus Homilias ad populū habuit Antiochenum. *lege* 2. 3 11. 12. 13. 17. *&* 20. euertisset. totam ciuitatem, nisi placasset Flauiani insignis oratio. *Vide Chrysostomum Homilia* 3. *&* 20. Ergo Theodosius Sanctorum precibus munitus, pugnat, vincitque bis Maximum in Pannonia. & bene vsus victoria, hostem promptè insequitur Aquileiam vsque, vbi traditus à suis Maximus Theodosio, obtruncatur, & breui post filius. *Zosimus lib.* 4. Andragathus, Gratiani percussor, desperans de venia, se præcipitat in mare. sic totū Occidentale Imperium recuperatum est, & restitutum Valentiniano. *Zosimus lib.* 4. *Prosper, Ambrosius Epist.* 29. *Augustinus de Ciuitate lib.* 5. *c.* 26. *Suidas verbo Valentinianus*, qui ait Valentinianum nunc factum Orthodoxum. Baptizatur Augustinus. *Aug. Confess. lib.* 9. *c.* 6. Pacianus Episcopus Barcinonensis, Palladius (qui scripsit nunc ad *Lausum* Commentarios, seu Lausiaca) & Euagrius Ponticus Monachus, florent. duo posteriores fuerunt Origenis erroribus infecti, *ex Hieronymo Epist.* 60, *& Epist. ad Ctesiphontem.* Augustinus redit in Africam. *Aug. contra litteras Petili. lib.* 3, *c.* 25. ad Ostia Tiberina morientem Sanctam Monicam matrem iuuat. *Confessionum lib.* 9. *cap.* 8. *&* 10.	*Theodosius* 2. *& Cynegius.* A B
389	5 *Siricij*	14 *Valentiniani II.* 11 *Theodosii I.*	Gregorius Nazianzenus moritur. *lege Baron.* Theodosius Romam venit cum Honorio filio. *Marcellinus in Chron.* triumphat cum Valentiniano, quem restituit Imperio. *Sozom. lib.* 7. *cap* 14. prius tamen obiit in felix Iustina. Symmacho, qui Maximo Tyranno fauit, confugienti ad Ecclesiam, ignoscit. *Socrates lib.* 5. *cap.* 14. breui postea Theodosius venit Mediolanum. *Marcell. Chron.* tunc datum ab eo Edictum de euertēdo Serapidis templo, quo nihil ferè erat ambitiosius, *Marcell. Chronic. Socrates. Sozom. lege* de hoc templo *Ammian. lib.* 22. *& Ruffinum capite* 28. Eunapium, ex hac causa debacchantem in Monachos ibi substitutos, hominem Ethni	*Timasius, & Promotus Duces Theodosii.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Consules.
			cum, egregiè & laudant, & imitãtur nostri temporis hæretici. de reliquis etiam delubris euersis, *Marcell. Chron. Ruffinus lib. 2. c. 26, & 28.* de Episcopi Antiocheni Flauiani, & Euagrij prorogata dissensione, Capuensique Synodo, *Baron.*	
390	6 *Siricij.*	15 *Valētiniani II.* 12 *Theodosii I.*	Hoc anno accidit clades Thessalonicensium, quando ob interfectum ab illis Præfectum militum, (*vt ait Sozom. lib. 5. c. 25.*) iussit Theodosius trucidari aliquot millia ciuium. *Scribit Theod.* septem millia occisa. de Theodosio (qui anno præcedenti Mediolanum venit) prohibito ingressu Ecclesiæ , *Ambros. Epistola* 28 & peracta pœnitentia, *Theodoret. 5. cap.* 17. lex lata de differenda executione sententiæ de cæde, vsque ad 30 dies, *Sozom. lib. 7. c. 24.* Sed notati Consules, Antonius, & Syagrius, *in Cod. Theodos.* arguunt illam legem prius latam, quos notaui anno 382. In Concilio Mediolanensi, nũc habito, damnatur Iouinianus hæreticus, præsentibus Siricij Legatis. *ex Epistola Concilii, habetur Tom. 2. Epist. Rom. Pontif.* Hieronymus extollens Virginitatem libris contra Iouinianum, calumniamque passus, quòd nuptias deprimeret, vigentibus adhuc Manichæis nuptiarum depressoribus, cogitur scribere Apologiam. *Epistola.* 52, atque hinc etiam scripsit Augustinus de bono Coniugij. hoc anno accidit sub Nectario propalatũ adulteriũ nobilis fœminæ per Pœnitentiariũ. *Sozo lib. 7. cap. 10, & Socrates lib. 5. c. 19.* Nectarius Episcopus imprudentẽ hominem gradu mouit; non tamẽ Confessionis sustulit Sacramentum: quamuis duo citati authores, vt pote Nouatiani, sint cautè legendi in hac narratione.	*Valentinianus 4. & Neothelius.*
391	7 *Siricij.*	16 *Valētiniani II.* 13 *Theodosii I.*	Theodosius, promulgato in Italia Theodosiano Codice, redit Constantino polim. *Socrat. lib. 5. cap.* 19. mittit Promotum Ducem in Scythas, qui Barbarorum incursiones in Macedoniam strenuè repressit: tamen, *vt narrat Zosimus*, Ruffini dolo (Præfectus aulæis erat) cæsus ibidem est: cuius mortem postea putatur vindicasse Stilico, *vt subindicat Claudianus lib. 1, contra Ruffinum.* Theodosius in templum, à se ædificatum Constantinopoli, curat transferri caput Ioannis Baptistæ. *Sozom. lib. 7. cap. 21.* Augustinus initiatur Presbyterio anno ætatis 37. *Possid. Vit. cap. 4.* Aurelius creatur Episcopus Carthaginensis. *ex Augustini epistol. ad eum.* Agape è templis sublata propter abusum. *Augustinus epistola 64, & Concilium Carthaginense, vulgò 3. cap. 3.* hoc anno exortum dissidium inter Epiphanium, & Ioannem Hierosolymitanum Episcopum. *Baron.*	*Tatianus, & Symmachus.*
392.	8 *Siricij.*	17 *Valētiniani II.* 14 *Theodosij I.*	Arbogastes Comes, è gente Francorum oriundus (*inquit Zosimus*) & Magister militum, offendit Valentinianum, nimia authoritate sua abusus: & capitali oborta inter eos inimicitia, dum Valentinianus Theodosium de periculo monet: Arbogastes nihil cunctatus , Valentinianum nocte strangulauit, Idibus Maij pridie Pentecostes. erat adhuc catechumenus Valentinianus, sed expectans Ambrosium vt baptizaretur. accidit prope Lugdunum. *Epiphan. de pond. & mens. Ruffinus, Sozom. Socrat.* Arbogastes Eugenium ignobilem hominem euehit ad Imperium. *Zosim. lib. 4. Sozom. lib. 7. cap. 22.* hic Tyrannus, licet Christianus, Gentilibus concedit aram Victoriæ, toties Symmacho negatam ab aliis Imperatoribus; quem proindè arguit *Ambros. epist.* 15. Interim Theodosius mœrens, parat exercitum in Tyrannum. Augustinus habet disputationem plublicã Hippone, contra Fortunatum Manichæũ, excipientibus eam Notariis, victusque recessit hæreticus. *Possidon. cap. 6. & extant acta Augustinia, epist.* 244. hoc anno magis apparuit indignatio Ioãnis Episcopi Hierosolymitani in Epiphanium , quod Epipha-	*Arcadius 2. & Ruffinus.*

nius illum haberet pro Originista: & quod Epiphanius in aliena Diœcesi ordinasset Paulinianum Hieronymi fratrem. *lege Hieronymum epistola* 61. *Baron. & Epiphan. in epistola, quæ est* 60 *ad Hieronymum.* in qua quod additur de velo habente imaginem Christi scisse ab Epiphanio, additum putatur ab aliquo Iconoclasta. certè Epiphanium non fuisse Iconoclastam, *docet Concilium Nicenum Secundum, Act.* 6. & esto sciderit, fortè quia hominis profani imago erat.

393 | 9 *Siricij.* | 15 *Theodosii I.* | Dùm Theodosius piè se comparat ad bellum in Eugenium, creat sub initium Ianuarij Imperatorem filium Honorium. *Socrates lib.* 5. *cap.* 24. Duces belli delegit Stiliconem Vandalum hominem, Gainam, & Alaricum, qui postea Vvisigothorum Rex, Vrbem Romam cepit. Nepotianus, in re militari conspicuus, militiam Christi sequens, vitæ Clericali se addicit. *ex Hieronymo de vita Clericali in fine.* De Melania, Ruffino, & Didymo Origenistis, *lege Baron. ad hunc annum.* Alipius Hierosolymam, & Hieronymum inuisit. *apud Hieronymum epist.* 88. post reditum in Africam, creatur Episcopus Tagastēsis, anno, vt videtur, sequenti, *Augustin. epist. octaua.* Hipponense Concilium Africæ generale celebratur de restituenda collapsa disciplina. *Tom.* 1. *Concil.* eius Canones *extant in Concilio Carthaginensi tertio.* Enituit ibi Augustinus adhuc Presbyter. *Possidon. Vit. cap.* 7. *&* 8. *& August. Retract. lib.* 1. *cap.* 17. | *Theodosius & Abundantius.*

394 | 10 *Siricij.* | 16 *Theodosii I.* | Theodosius, superatis Iuliarum Alpium angustiis, pugnat prope Aquileiam ad ripam amnis nomine Frigidi. *ex Socrat.* Eugenius vexillum Herculis, Theodosius Christi referebat. pugnantibus pro Theodosio ventis, miraculosè victoriam reportat. | *Arcadius* 3. *& Honor.* 2.

Et coniurati veniunt ad classica venti.

inquit Claudianus. Eugenius à militibus perductus ad Theodosium, obtruncatur. Arbogastes seipsum in fuga occidit. *lege Augustinum de Ciuitate cap.* 20, *&* 26, *& Paulinum in Vita Ambrosii.* historiam rectè *narrat Sigonius, post Ruffinum, Theodoretum, Sozominum, & Socratem.* Sed *Zosimus* more suo multa refert mendacia. vno die pugnatum *scribunt Socrates, Sozomenus, & Orosius.* at biduò *Zosimus, & Theodoretus.* | A

Vigilantius ex Hispania veniēs, detegitur in Palæstina. *Hieronymus aduersus Vigilantiū.* quod apud *Balsamonē narratur,* celebratum nunc Concilium Constātinopolitanum, tantùm fuit Episcoporum conuentus ad Ecclesiæ Petri & Pauli dedicationem: non autem ad doctrinam & mores. illud etiam nunc celebratum Concilium Bagaiense in Numidia 310 Episcoporum, fuit tantùm Donatistarum conuentus, de controuersis rebus inter ipsos. *August. in Psalmo* 36, *& contra Cresconium lib.* 3. *&* 4. nunc exordium sumpsit controuersia illa 14 annorum, inter Augustinum & Hieronymum, *lege Baron. hoc anno, & August. c.* 8. 15, *&* 19. Paulinus Romanus, tamen Burdigalæ natus, Ausonij discipulus, (*Auson. epist.* 21, *&* 23) post gestum Consulatum (*Auson. epist.* 2.) & post præfecturam Vrbanam (*L.* 5 *de Scen. Cod. Theod.*) erogatis in pauperes bonis, secedens à coniuge in agrum Nolanum, renuntiat seculo, *ex Paulini Epistolis, Augustini, ac Hieronymi ad eundem, & Ambrosii epist.* 36. simile tunc accidit in Seuero Sulpitio, Romano ciue, agente in Galliis. *Paulin. epist.* 1, qui Monasticum vitæ genus arripuit. | B

395 | 11 *Siricij* | 1 *Arcadij, & Honorij.* | Hi Consules Christiani, ex clarissima sunt familia Probi patris, & Falconiæ Probæ Poetriæ, cuius est cento Virgilianus, de nouo & veteri Testamento. moritur feliciter Theodosius | *Olybrius, & Probinus fratres.*

Mediolani

Mediolani 17 Ianuar. diuiso filiis Imperio. Arcadio seniori cessit Oriens. *Socrates, Prosper, Marcellinus.* obiit anno ætatis 50 *ex Victore*, præsentibus filiis, & Ambrosio : Arcadio 20 annorum, & Honorio decem, iam baptizatis à sancto Arsenio: & commendatis fidei Stiliconis, cui Theodosius Serenam fratris filiam dedit vxorem *Zosim. lib. 4. Marcellinus in Chron. Ambrosius orat. de funere Theodosii.* Ruffinus humili loco in Aquitania natus, sed à Theodosio magnos consecutus honores, ex inuidia Stiliconis affectat Imperium. *Zosim. lib 4. Claudianus in Ruffinum,* poeta, qui nunc floret, sed gentilis. Ruffinus opera Stiliconis trucidatur 17 Nouemb. à militibus in Oriente. *Socrates lib. 1. cap. vlt. Sozom. lib. 5* sed post immissos à Ruffino in Asiam Hunnos, & in Græciam ac Europam Gothos, seu Vvisigothos, dictos Imperij confœderatos, Duce & iam Rege creato Alarico, cognomento Balta. *Hieron. epist. 3. & 30. Claudianus lib. 2.* Occiso Ruffino, Eutropius Eunuchorum Magister Stiliconi inimicissimus redditur. Vnde Occidentalis Imperii occasus sumpsit exordium. Florent tempore Claudiani, Prudentius Hispanus, & Synesius Episcopus Cyrenensis, qui libellum obtulit Arcadio de veteri Romana militia restituenda. B

Indict. 8. *Notat Cedrenus* tempore Theodosii omissa Olympiade, substitutum vsum Indictionum, *de quibus vide annum* 312. In hunc annum incidit octaua Indictio, iuxta Canonem ibi datum, idemque resultat subducta temporis ratione, ab anno illo 312, huc vsque. Augustinus creatur viuente Valerio Episcopus Hipponensis, anno 41. *Possidon. de Vit. cap. 8. Augustinus epist. 64 ad Aurelium.* Ignorabat adhuc Augustinus Canonem Nicenum, qui prohibet, ne viuenti Episcopo detur successor. Monachismus floret in Africa. *Possidon. cap. 11, & Paulinus apud Augustinum epistola 35.*

396 | 12 Siricij. | 2 Arcadij & Honorij. | Habet hic annus Marcomannorum conuersionem, opera sancti Ambrosii. *Paulinus in Vita Ambrosii.* alias porrò nationes Barbaras ad fidem nunc cōuersas, *scribit sanctus Paulinus, & attigit Hieron. epist. 3, & 7.* | *Arcadius 4, & Honorius 3.*

Indict. 9.

397 | 13 Siricij. | 3 Arcadij, & Honorij. | Hoc anno, Eutropius effecit, vt Ostrogothi, ob detractam pensionem solitam, arma caperent contra Imperium. Vincunt Romanos, in Asia. *Claudianus & Auentinus lib. 2.* Marcomirus Francorū Rex, captus à Stilicone, mittitur in Hetruriam ad Imperatorem. *Claudian.* Nicetas Episcopus è Dacia Romam nunc primùm venisse putatur. *de quo Paulin. epist. 19. ad Seuerū.* Ruffinus ille Presbyter Aquileiensis, & Melania, Romæ pro- | *Cæsarius, & Atticus.* A

Indict. 10. bare nituntur scripta Origenis. *Hieronym. Apologia 2, & epist. 78.* Origenistis se opponit Marcella. *Hieron. epist 16.* Obiit Ambrosius pridie nonas Aprilis, *Marcell. Chron.* anno ætatis 64. *lege Paulinum in Vita Ambrosii.* non est hic ille Nolanus, sed Mediolanensis Clericus. Succedit Simplicianus, qui consulens Augustinum, accepit ab eo duos libellos de Quæstionibus propositis. moritur Nectarius, succedit, sed anno insequenti, Chrysostomus, contra voluntatem Theophili Alexandrini. *Socrates lib. 6. cap. 2.* B

Celebratur Taurinense Concilium de moribus. Tomo 1. Concil. Concilium Carthaginense, quod Compilator Conciliorum tertium vocat (nimirum ex iis, quæ à tempore Constantini ipse reperire potuit) circa hunc annum sub Siricio celebratur : *vt habetur ex Canone 48 eiusdem Concilii*, de consulendis Siricio & Simpliciano. Sed Consules in vtroque ibi descripto Concilio Carthaginensi, malè notati sunt, vt Siricii Papæ, Alipii, & Aurelii Episcoporum (quorum mentio fit in

illis Concilijs) tempora collata cum Fastis, satis indicant. *Canone* 8 *Concilij* 2. *&* *Canone* 7 *Concilij huius tertij*. Fateor tamẽ horum Conciliorum annum esse controuersum satis. abutuntur Hæretici *Canone* 36 huius Concilii, ob vetitos ibi titulos Principis, & Summi Sacerdotis. Sed, *vt ex Canone* 28 *ibidem patet*, sermo ibi tantùm est de prima Sede intra Africam.

398 | 1 *Anastasij I.* | 4 *Arcadij, & Honorij.* | *Honorius 4 & Eutychianus.* A

Mortuo Siricio octauo Kal. Martij, substituitur Anastasius Romanus, pridie Idus Martij, magnus Origenistrarum aduersarius. Ruffinus accusatus est: tandemque, agente Marcella, damnatur anno 401. *lege Hieronymum Apologia 2 in Ruffinum.* Pammachius nobilis Senator fit Monachus. *Hieronym. epist.* 26. Augustinus exagitat scriptis Ianuarium & Petilianum Donatistas Episcopos. *August. contra literas Petiliani, cap.* 1. de Nebridio Honorii consobrino, eiusque raris virtutibus, maximè in superanda gloria, *Hieronym. epist.* 9. Chrysostomus Antiochenis dolo subtrahitur. *Pallad. in vita Chrysost.* ordinatur Episcopus Constantinopolitanus 26 Februar. *Socrat. lib. 6. cap.* 2. *Sozomen. lib.* 8. *cap.* 2. componit dissensionem inter Flauianum & Paulinum. *Sozom. ibidem cap.* 3. offenditur Eutropius Eunuchus cubiculi Regis Præfectus, à Chrysostomo, agente pro immunitate Ecclesiarum. *Sozom. ibidem cap.* 6. Gaines Dux exercitus, anno sequenti, Imperatorem impulit ad huius Eutropii necem. *Sozom. cap.* 4. *ibidem. Socrat. lib. 6. cap.* 6. Gazenses Christiani legati impetrant ab Imperatore, vt clauderetur templũ Marnæ Idoli. *Metaphrast 26 Febr. in Porph. & Baron. in Martyrol.*

Indict. 11. | B

Gildo Maurus, & potens inter Afros, tyrannidem affectans, victus bello est, & occisus. *Paulinus in vita Ambrosij.* quando Honorius duxit Mariam filiam Stiliconis vxorem. *Claudian. l.* 1. *de Laudibus Stiliconis.* Gestum est hoc bellum inter duo Concilia Africana, hoc anno habita. quartum scilicet, 70 Episcoporum, (*Compilator* 5 vocat:) celebratum quinto Kal. Iunii, post Consulatum Cæsarii & Attici: & quintum, scilicet Episcoporum 214 (*Compilator* 4. *vocat*) celebratum eodem anno, mense Nouemb. vtrumque approbatum est à Leone quarto. in huius 5 Concilii *Canonib.* 51. 52. 53, opus manuale præscribitur Clericis, in Euchaitas hæreticos, qui negabant manibus operandum. *lege Baron. anno* 398. *num.* 33, *&* 67.

399 | 2 *Anastasii I.* | 5 *Arcadij, & Honorij.* | *Manlius Theodorus, & Eutropius.* A

De recte notato hoc Consulatu, *lege Augustin.* 18 *de Ciuitate cap. vltim.* accidisse enim ait anno 365 post passionem. Erat hic Theodorus Consul, Christianus & doctus: ad quem Augustinus scripsit libellum de vita Beata. occiditur hoc anno Eutropius Collega. *Sozom. lib.* 8 *cap* 7. periit paganus, & perditus homo, miserando casu, *Sozom. lib.* 5. Gaines, Eutropium imitatus, res nouas molitur in Phrygia: & cum Constantinopolim incendere statuisset, patefacto consilio, omisit inceptum. *Socrat. Marcellinus Comes.* Sed de Gainæ cæde postea, *ex Zosimo lib.* 5.

Indict. 12 | B

Theophylus in Alexandrina Synodo, damnat Origenem, ac sectatores: & de hac re, dat hoc ipso anno Synodicã ad varios Episcopos, nempe vno anno ante primam Paschalem, *ex Hieronym. epist.* 73. *vide etiam Hieronym. epist.* 69, *&* 70. dedit quoque Theophylus quatuor Paschales, anno sequẽti. Prima fuit pro anno 341. secunda pro 342. tertia pro 343. quarta pro 344. *lege Hieronymum epist.* 78. insignia Idolorum templa hoc anno aut diruta sunt, iubentibus Imperatoribus: aut data Christianis. de cœlestis Dianæ templo in Africa, *Prosper in Prædictionibus, lib.* 3. *cap.* 38. de Sibyllinis libris Romæ incensis à Stilicone, *Hieronymus Præfatione ad Galatas, & Prosper citatus cap.* 28. *lege Baronium anno* 411.

Anni Christ.	Anni Pont.	Anni Imp.	Consules
400	3 Anastasii I.	6 Arcadii. & Honorij.	Stilico, & Aurelianus.
Indict. 13			

A

Alaricus Vvisigothorum Rex, qui sex ferè iam annis Græciã & Peloponesum populatus est, tandem venit in Pannonias. Et *scribunt Prosper, Orosius, & Cassiodorus*, hoc etiam anno venisse in Italiam: putabatur quidem venturus. Sed id sequenti accidit anno. Isdigerdes Persarum Rex regnat, *ex Agathia*. Romanorum amicus; & cuius tutelæ Arcadius posteà moriens Theodosium filium commisit. *Procopius*, Episcoporum iudicium & forum firmatur ab Honorio, *L. 35 de Episcopis*, C. *Theodosiano*, Vigilius Episcopus fit Martyr. *lege Baron. Martyrol. 25 Iunii*, *& in Annal.* Anastasius damnat Origenis errores. *Hiero. epistola 78.* Errores, inquam, non personas, aut libros. *Hieron. epist. 76*, eos *recenset epist. 61.* moritur Fabiola Senior, seu maior. *Hieron. epist. 30.* Gaines iterùm insurgit in Imperatorem *Zosim. lib. 5. Sozom. lib. 8. cap. 4.* Victus occiditur. *Socrates lib. 6. cap. 6.* de Origenistis Monachis *lege hic Baronium*. his à Theophilo damnatis, communio datur peregrina.

B

Celebratur his Consulibus Concilium Toletanum, reuera primum, & diuersum ab illo Toletano, *de quo annum* 405 sub secundo Consulatu Stiliconis, licèt ab aliis illud primum dici soleat. malè cum isto permiscetur, quasi vnum essent duo hæc Concilia, certè mentio S. Simpliciani, (qui non excessit hunc annũ) in Actis scripti Codicis (*quæ refert. Baron. an.* 405) satis, quod dixi, confirmat. nec aliud patitur, annorum Anastasii & Innocẽtii pontificũ verior cõsignatio. quid actũ sit in hoc Concilio, habes ad an. 405.

QVINTI CENTENARII initium.

Regna.

Dum ægrè admodùm Imperatores, post Theodosium Magnum, vsque ad Iustinianum, Italiam, & Orientale Imperium tuentur: Varia in reliquis Romanæ ditionis Prouincijs regna exoriuntur: Anglosaxonum in Britannia, Vvandalorum in Africa, Gothorum in Hispania Galliaque, Sueuorum quoque in Hispania, & nobilissimam Francorum regnum, quod hoc seculo sub Clodoueo penè in Mornarchiam excreuit amplissimam, tandemque Herulis & Ostrogothis Italiam occupantibus, defecit anno Christi 476 Occidentale Imperium.

Status *Ecclesiæ.*

Crebris plurimisque hac ætate Hæresibus agitata Ecclesia est, in Oriẽte præsertim & Africa. dedit etiam Africa, monstrorum ferax, persecutionem Vvandalicam, sanè acerbam. stetit tamen Ecclesia, etiam anno 476, quo toti Orbi Christiano, Hæretici Principes imperabant.

Doctrina *huius seculi.*

Ecclesiæ traditio, & authoritas certa. *August. epist. 86. Leo Magnus Serm. de Ieiunio Pentecost. initio.* Primatus. *August. qq. noui Testam. q. 75 in fin. Chrysost. orat. Encomiastiaca in Petr. & Paul.* Liberum Arbitrium. *Chrysost. Homil. 10 in Genes. sub initium. & iterùm ante medium. August. lib. 2 de Lib. Arbit. c. 1.* Bona opera, & merita, *Aug. 46. ad Valentinum, sub medium. Chrys. Homil. 41 ferè initio.* Sola fides exclusa. *August. de Fide & Oper. cap. 14. initio. Cyrill. Alexand. lib 10 in Ioan. ca. 14.* Eucharistia, & Sacrificium. *Chrysost. Homil. 17 in Epist. ad Hebr. & Homil. 2 in Epist. ad Tim. sub fin. August. in Psal. 98 ad illa verba,* Adorate Scabellum pedum. *Et Psal. 33, & lib. 3 de Trinit. ca. 14.* Pœnitentiæ Sacrament. *Cyrill. Alexan. lib. 12 in Ioan. cap. 56 sub fin. Chrysost. lib. 3, de Sacerdot. & Aug. in Psal. 101. Concio. 2 ante mediũ.* Purgatorium. *August. lib. 21 de Ciuit. c. 24 ante medium, & lib. 2 in Gen. contra Manich. cap. 20 fin. Chrysost. Homil. 41 (post medium) in 1 ad Corint.* Inuocatio Sanctorum. *Aug. lib. 20 contra Faust. cap. 21. Chrysost. in Liturgia sua, ante medium.* Reliquiæ. *Aug. agens de signo Crucis, Serm. 19 de Sanctis, & Chryso. Homil. 55 in Math.* Cælibatus. *Augu. Serm. 37 ad Fratres in Eremo, post medium, & Chrys. Homil. 2 in Iob, post medium.* Abstinentia à cibis. *Aug. agens de Quadrag. lib. 1. qq. in Gen. c. 169 initio. & Chrys. Homil. 1 in Gen. initio.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Consules.
401	4 *Anastasij*	7 *Arcadij, & Honorij.*	NAscitur Theodosius Iunior ex Arcadio, & Eudoxia. *Socrat. l. 6. cap. 6. Marcell. Chron.* quando & baptizatus est. Hoc tandem anno, & 14 Kal. Sept. Alaricus è Pãnonia per Noricas Alpes, & Tridentinum Saltum, pulso ibi Honorij præsidio, festinat in Hetruriam, & Hastam vrbẽ, vbi erat Honorius, obsidione cingit, interim dùm Stilico, in Rhetias profectus, exercitũ comparat. Hunni, subiugatis Dacia & Sarmatia, veniunt in Pannoniam, vbi centum viginti quinque millia cæsa sunt à Romanis, licèt primo certamine inferioribus. Sed dum victores non prosequuntur victoriam, rediisse	*Vincentius, & Fravitta.* A
14				

narrantur Hunni Duce Attila; & cæsis Romanis, Pannonias recepisse, fecisseque ibi regiam vrbem Sicambriam, quæ nunc Buda est nominata. *vide annum* 234.

Vita functus S. Martinus anno 16, à Treuerensi Concilio, *ex Seuero eius discipulo in vita Martini*: quicquid dicat *Gregor. Turon.* ingeniose magis, quàm solidè hanc Martini Epocham euertit *Scaliger lib. 9 de Emend.* agens de prisco Francorum Imperio. Tantùm sancto Martino prisci Galli & Franci detulerunt, vt firmata Epocha, annos suos inde numerarent vsque ad Pipinũ, & Carolum Magnum. quod docent Gallorum Historici, apud quos receptum est, obiisse Clodoueum anno 112, ab excessu Martini. *vt notamus anno* 514. *Lege Marcum Diaconum in vita Porphyrii*, de Marnæi templi euersione nunc facta apud Gazenses, *& Hieron. epist.* 7. Eudoxia Augusta ob vineam viduæ ademptã, vexatur à Chrysost. *Leo Imper. de Vita Chrysost.* Ruffinum iam Romam vocatum, & venire renuentem, damnat Anastasius, *Anastas. Epist. ad Ioan. Hierosolymitanum, apud Hieron. Tom.* 9 *& Hieronymus Apol. in Ruffin.* — B

Concilium Carthaginense Prouinciale mense Iunio habetur. *extat Tomo primo Concil.* Notatur ex 30 Canonibus, & legatione ad Anastasium ac Venerium Mediolanensem Episcopũ, post Consulatum Stiliconis. certè primum est, vt satis indicat tempus Anastasii & Venerii. indictum est etiam ibidem generale Concilium in sequentem mensem, *de quo ad annum* 403.

402 | 1 *Innocentii.* | 8 *Arcadii, & Honorii.* | *Arcadius, & Honorius.* A

Theodosius, lactens adhuc, declaratur Augustus. *Marcell. Com.* Stilico in Rhetiis, post res ibi compositas, & collectum inde exercitum, magnis itineribus redit in Hetruriam vbi inito certamine vincit Alaricum: sed fugientem hostem, vt par erat, non est insecutus, ex Italia tamen expulit, *Claudianus, Prudentius, Orosius.*

Indict. 15

Anastasius moritur: de cuius sanctitate *Hieronymus epist.* 6. Diaconos (quòd bona Ecclesiarum administrarent) insolescẽtes aduersus Presbyteros, repressit Anastasius, iuxta statutum Niceni Concilii, *Canone* 18. Idemque habetur *ex Concil. Carthaginensi* 6. *cap.* 18 in hoc argumento se versans *Hieron. epist.* 88 *ad Euagrium*, dixit æquatos esse inter se Diaconos, & similiter inter se Presbyteros, (Episcopos intelligit) hoc est, nec ex Vrbe, in qua est Episcopus, neque ex Ordine esse inæquales. Et hoc satis erat, ad quæstionem, quam tractabat. At de Iurisdictione aliud est. Successit Anastasio Innocentius 15. Kal. Iunii. Chrysostomus, qui ob causam Origenistarum antea dissenserat à Theophilo, nunc etiam aliud dissidium habet, ob eandem causam cum Epiphanio. *de quo lege Baron.* Epiphanius putatur obiisse post triennium.

Celebratur Concilium Mileuitanum, generale quidem ex omnibus Africæ Episcopis: dicendum Mileuitanum primum. propositis Episcoporum controuersiis, Constantina decernitur prima Sedes Numidiæ. Malè hoc confunditur cum Mileuitano secundo. Nam est materia, Consulibus, & toto genere diuersũ ab hoc posteriori, post quatuordecim annos celebrato.

403 | 2 *Innocentii.* | 9 *Arcadii, & Honorii.* | *Theodosius, & Rumoridus.*

Alaricus, rebus cum Stilicone compositis è Panooniis (quæ Arcadii erant) regreditur in Epirum. *Sozom. lib.* 8. *Zosim.* Chrysostomus, agente Eudoxia, Theophilo Alexandrino, & Origenistis, abdicatur, & mox restituitur. *Socrat. lib.* 6. *cap.* 14. Nilammon Monachus impetrat à Deo mori, ne fiat Episcopus. *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 10. Concilium Carthaginense, dictum generale in Africa ab anno 410, dilatum, nunc absoluitur. actum est de

Indict. 1

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			reconciliandis Donatistis. *vide Augustinum lib.3 contra Crescon. cap.45,& 46. & Epistola* 106.	
404 Indict. 2.	3 Innocentii 1.	10 Arcadii, & Honorii.	Honorio permittente, Ludi Seculares Romæ dicuntur restituti hoc anno, & gladiatorum munera, tot antea Edictis vetita. *Claudianus de Sexto Honorii Consulatu.* Sub prioris anni Consulibus, instante metu Gothici exercitus, Roma nouis mœnibus circundatur. *Claudianus, & vetus inscriptio portæ Portuensis Transtiberinæ.* dedicatur argentea Eudoxiæ statua Constantinopoli, arguit factum Chrysostomus. accusatur secundò, & pellitur in exiliũ apud Cucusum Ciliciæ oppidũ (sed postea mutauit locum) substituto Arsacio fratre Nectarii, qui breui moritur. *Socrat. lib.6. cap.6. & sequentibus, Sozom. lib.8. cap.20. Pallad. in Dial. & Chrysost. epist.* 3. post biennium obit Chrysostom. anno scilicet 407. Lex Auraria nũc postulata est: id est, de auri libris decem in hæreticos ordinatores, & concessa anno sequẽti. *vide Aug. epist.* 50 *ad Bonifac. &* 68, *ad Ianua. Baron.* 392. Paula moritur. *Hieron. epist.* 27. Felix Manichæus conuictus, & conuersus ab Augustino.	Honorius 6. & Aristænetus.
405 Indict. 3.	4 Innocentii 1.	11 Arcadii, & Honorii.	Pelagius senex & vagus Monachus, (cuias fuerat incertum) Hæresiarcha, innotescit. *de quo Isidor. Pelus. lib.* 1. *Epistola* 314 *& Chrysostomus epist* 4. Donatistarum reconciliatio, & controuersia non exigua in Africa. *August. epist.* 48 *ad Vincentium, &* 50. qui deinceps pugnat contra Ianuariũ & Cresconiũ. Nunc celebratum est Concilium Toletanum verè secundum: licèt malè primum vocetur: *vt supra anno* 400. natus error est ex duplici Stiliconis Cõsulatu. interfuêre priori illi (vt existimo) cõcilio, nouẽdecim Episcopi, Patrono Episcopo præsidente. interfuit Olympius, clarus inter Scriptores huius temporis, *ex Gennadio cap.* 24 *de Viris Illustribus.* Acta eiusdem Concilij extãt *Tomo* 1 *Concil* notari hîc solet *Canon* 17 de Cõcubina laicis permissa. *de quo lege Decretum, d.* 34. *c.* 3 *&* 4. nempe intelligendũ, *iuxta Augustinum, de bono coniugali capite* 5. Vbi de vario coniugio differit, & concubinatu facilius quidem eo tẽpore permittebatur concubinatus, maritali affectu initus, ac præsertim si tantùm deessent tabulæ dotales. vide Iustinianũ. nouella 18. *c.* 5	Stilico 2. & Anthemius.
406 Indict. 4.	5 Innocentii 1.	12 Arcadii, & Honorii.	Vvandali, Duce Mogogisil. vel Godigisil, accitis etiam aliis nationibus, irrumpunt in Gallias hoc Consulatu, *ex Zosimo, & Cassiodoro.* idque vltimo Decembris, *ex Prospero.* an hæc Barbarorum irruptio in Occidentale Imperium, dolo perfidiaque Stiliconis: an verò aliter acciderit, dissentiũt satis inter se Scriptores. Atticus ex Sebastia Armeniæ, vnus ex insidiatoribus Chrysostomi, creatur Episcopus Constantinopolitanus. *Socrat. Sozom.* Vigilantius, Hispanus, Calaguritanus Presbyter, notus & infensus Hieronymo, tandem in Gallias veniens, nunc hæreses suas propalat. *Gennad. de Script. cap* 35. *Hieron. epist.* 75. *& lib. contra Vigilantium* · vbi Galliam huc vsque sine monstris fuisse scribit. de Samuelis Prophetæ ossibus Constantinopolim nũc translatis, *hic Baron.*	Arcadius 6 & Anicius Probus.
407 Indict. 5.	6 Innocentii 1.	13 Arcadii, & Honorii.	*Sigebertus, Hieronymus, Marianus Scotus, & alii scribunt,* hoc anno in Galliis, à Vvandalis occupatas, & euersas ciuitates præcipuas, quæ sunt à Rheno ad Sequanam vsque: & Belgicę Galliæ, vicinarumque Prouinciarum partem non exiguam. peracta tragœdia hæc est Caraco Duce Vvãndalorum, qui postea apud Arelatem à Romanis occisus est. In maiori Britannia primùm Gratianus, mox Constantinus Tyrannus armatur cõtra Romanos, & collectis copiis, traiiciẽs Constantinus in Gallias, vincit primùm, & pellit indè Vvandalos. *Zosim. Orosius. Sozom.* interim Radagaisus Scytha, cum 200 millibus suorũ Italiã	Honorius 7. & Theodosius 2. A B

inuadens, vincitur, & extinguitur à Romanis apud Florentiã, absente Stilicone, qui sua iam agebat, *vt scribunt Orosius, Sozom. Iornandes, & Marcellinus Comes.* tamen *Zosimus, Prosper & Paulinus* (qui tunc viuebat) in Vita Ambrosii, insignem hanc victoriam ascribunt Stiliconi. Ita apud Scriptores incerta res est, quid animi tunc haberet Stilico, quem non valdè excusat *Hieronymus epist.* 11 *ad Geruchiam.*

Moritur Chrysostomus in itinere, de industria exagitatus. *Socrates lib.* 6. *cap.* 19. *Pallad. in Dial.* Post tres menses periit Eudoxia. *Zonar. & alii.* Innocentius Arcadium execratur, seu, vt aiunt, excommunicat, & posteà pœnitentem absoluit. *habentur de hoc, mutuæ Epistolæ apud Gennad. & Nicephorum.* Ruffinus anno Christi 410 moritur in Sicilia, anteà damnatus ab Anastasio. *Baronius.* Synesius quoque eodem anno 410, ex Philosopho Episcopus, multùm renitens creatur, postulatus à populo Ptolemaidis, vir eximius. *lege de eo Euagr. lib.* 1. *cap.* 15. *ipsum Synesium Epist.* 11. 18. & 105 & *Niceph. lib.* 14 *cap.* 55.

408 | 7 *Innocentii* 1. | 14 *Honorii et Theodosii* II. | *Bassus, & Philippus.* A
Vita cessit Arcadius Imperator primo Maij, anno ætatis 31. *Socrates libro* 6. *capite* 21. timens ille fratrem sibi perinfensum, reliquit filio Theodosio, tutorem regem Persarum, Isdigerdũ. qui optima fide pupillo Imperium conseruauit, vsus pace sine inuidia. iam firmata pax erat ad centum annos. *Paulus Diaconus, Marianus, Scotus, & alij.* hinc Persis aperta vita est ad fidẽ. In Occidente, dùm Constantinus Gallias percurrens, Arelate regnat, & Alaricus ex Norico infirma pace, immineret Italiæ, suasit Stilico, vt in Constantinum mitteretur Alaricus, libenter hoc bellum suscepturus. At dux Olympius persuasit Honorio Stiliconem affectare vtrumque Imperium, & id iam agere cum Barbaris. qua ex causa occisus est cum filio Stilico. B
Indict. 6. *ita Sozomenus, & Zosimus,* qui iniustè occisum narrat. licèt *Iornandes, & Marcellinus* proditorem nominent. nec tamen cessauit Alaricus agere de pace, quam parùm prudenter neglexit Honorius. Vvandali regrediuntur in Gallias contra Constantinum. Antiochiæ impio Porphyrio mortuo, succedit Alexander, vir optimus. *Theodoretus libro tertio, capite* 5. *libro* 5. *capite* 35. Ab anno 340, huc vsque mansit turbatus ordo Episcoporũ Antiochiæ, vti monui. Melania, timens Vrbis cladem, fugit Hierosolymam. *Pallad. in Lausiac. cap.* 33.

409 | 8 *Innocentii* 1. | 15 *Honorii Theodosii* II. | *Honorius* 8. & *Theodosius* 3.
Post diuturnam cunctationem, Alaricus se contemni videns ab Honorio, Italiam tentat, & nullis repertis in itinere obstaculis, Romam obsidet. hanc obsidionem ex recentioribus latè describit *Sigonius libro* 10. hoc eodem anno Romani auro & donis aliis obsidionem hanc primam soluũt, detractis Idolorum ornamentis. *Zosimus libro* 5. Eranthi Barbari, Christiani quidem: sed Arrianismo infecti. *Sozomenus libro* 9. *cap.* 6. & 7. Honorius apud Rauennam agebat: vbi erat etiam Innocentius Papa ob negotia pacis. Et cùm de re non conueniret inter Honorium & Alaricum, rursus Barbarus Romam obsidet,
Indict. 7. capietque anno sequenti. *Sozomen. libro* 9. *capite* 8. *Hieronymus Epistola* 16. *Zosimus l.* 5. Vvandali nunc primùm conantur inuadere Hispanias. rebus Imperii sic turbatis: Armorici in Gallia, & qui in maiori Britannia subiecti erant Romanis, se in libertatem vendicarunt, pulsis Romanorum Ducibus. *Zosimus.* Melania senior putatur reddita Catholica, ex congressu in Africa cum Augustino, & Hieronymo in Oriente. *lege Augustinum Epistola* 225. obiit 40 diebus post aduentum Hierosolymam, *lege Hieronymum Epistola* 79.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
410 Indict. 8.	9 Innocentii I.	16 Honorii & 3 Theodosii 2.	Dum Honorius Alarici obsequium aliquod honoratum, & conditiones pacis obstinatè repudiat, Alaricus capta Roma, & modico incendio fœdata, iungit se Attalo, nouo Imperatori electo in opprobrium Honorij. Sed hic Attalus, Vrbis antea Præfectus, nunc nomen Imperatoris vsurpans, breui ab Alarico redigitur in ordinem: & tandem captiuus traditur Honorio. *Sozom. libro 8. capite 8 & 9. Zosimus libro 6. Orosius libro 7. capite 42.* de hac re *post Hieronymum, Blondum, Sabellicum, Orosium, & Sigebertum. lege Sigonium ad hunc annum.* die tertio vel sexto discedunt Barbari in Campaniam, & Apuliam. *Orosius libro 7. capite 39.* Vandali in Galliis, inito certamine, iacturam fecerunt Ducis, occiso Mogogisil à Francis: cui substituitur Gundericus filius. quo Duce reuersi in Aquitaniã Vvandali, & tandem hoc eodem anno accedentibus Alanis sociis, admissi sunt in Hispanias: anno, inquam, eodem, quo capta est Roma, *vt cum Orosio, & Sozomeno, plurimi obseruant Chronologi. Procop. libro 3 de bello Vvand.* hunc regem nouum vocat Godigiscum. cui ait ab Honorio concessam Hispaniæ possessionem, ea lege, vt incolis non noceret. *Prosper* quidem & *Cassiodorus*, notant Consules anni 409. & *Seuerus* consentiens Æram 447. Sed fortè de prioris anni conatu loquuntur. diuiso tandem regno, Alanis cessit Lusitania: Silingis, id est, Vandalis, Bœtica, dicta à Vvandalis Vvandalosia. Marcella à Gothis capta & dimissa. *Hieronymus epistola* 154. fugit in Africam, & breui moritur. *Hyeronymus epist.* 8.16. Demetrias etiam capta, *ibidem.* Interim mittit Honorius in Africam, ad Donatistas reprimendos, Marcellinũ Tribunum, & Nolanum. *Possidonius in Vita August. cap* 13. Ad hunc Marcellinum, hoc ipso tempore, scripsit Augustinus libros de Ciuitate. tunc habita Collatio est cum Donatistis, *de qua August. epist.* 122.	Varanus, & Tertullus. A B
411 Indict. 9.	10 Innocentii	17 Honorii & 4. Theodosii 2.	Hierontius, qui Hispanias occupauit, fretus Vvandalorum ope, in Aquitaniam & Narbonensem Galliam irrũpens, Constantem occidit Cõstantini Tyranni filium. Hierontius, in Hispaniam regressus, à suis occisus est. interim missus ab Honorio Constantius cum exercitu contra Galliarum Tyrannos, coegit Constantinum ad deditionem: quem missum in Italiam, Honorius occidi fecit. *Paul. Diaconus, Marcellinus Comes, Sozom. lib. 9. cap. 13 & 14. Prosper, & Cassiodorus.* Alaricus hoc anno, traiecturus in Siciliam, moritur. *libro 13. Historiæ Miscellæ. Sozom. lib. 9. cap. 12.* Athaulphus Rex Gothorum declaratus, Gallam Placidiam Honorii sororem, captam Romæ, ducit vxorem: quæ marito suasit, & obtinuit pacem. Imò in optatis ei fuit Romanum imperium restituere in pristinum splendorem, & Honorio fideliter militare. *Orosius lib. 7. cap. 40 & 43. & Iornandes.* Gothi sequenti anno, Italiam penitus relinquentes, Gallias inuadunt. *Prosper, & Cassiodorus in Chron.* hoc anno habetur celebris illa disputatio seu Collatio cum Donatistis in Africa. *Vide Augustinum in Breuiculo.* rem prolixè hic describit *Baronius.* Pelagii hæresis propalatur, omnia tribuentis Libero Arbitrio. *Hieron. epist. ad Ctesiphontem. August. de Peccato Originali, cap 21. epist. 99 & Retract. lib. 2. cap. 3.* Alexandro Antiochiæ Episcopo succedit Theodatus. *Baron.*	Theodosius 4 sine collega; A B
412. Indict. 10.	11 Innocentii I.	18 Honorii & 5. Theodosii 2.	Maximus, Iouius, & Sebastianus, Tyranni in Galliis, delentur à Constantio. Honorii Duce: *vt referunt Iornandes capite 32. & Scriptores citati anno præcedente.* Theodosio 5 Consule Athaulphus Visigothorum Rex Narbonensem Galliam occupat, & Aquitaniæ partem· qui Hispaniam postea in-	Honorius 6. & Theodosius 5. A

greſſus, vexat Vandalos bello, *Iornand. cap.* 31. *& Oroſius.* nec abeſt coniectura, ab Honorio permiſſam illi Gallicanam hanc prouinciam, quam certè vides *anno* 419 Valliæ datam.

Habetur Concilium Cirtenſe in Numidia, vt mēdaciis Donatiſtarū occurreretur. *Augu. Epiſt* 152. interim Auguſtinus Voluſianum Philoſophum nobilem Romanum, & fratrem matris Melaniæ iunioris, ſtudet ad fidem perducere, qui non niſi moriens fit Chriſtianus. *Auguſtinus Epiſt.* 1. 2. 3. *&* 4. Cæleſtius primarius Pelagii diſcipulus damnatur Carthagine. *Auguſtin. de Peccato Originali contra Pelag. lib.* 2. *cap.* 23. moritur Theophilus Alexandriæ Epiſcopus, ſed non niſi cùm honorem detuliſſet imagini Chryſoſtomi. *ex Damaſc. de Imagin. lib.* 3. *in fine.* hoc pœnitentiæ ſignum profuit illi, vt poſt mortem reciperetur eius memoria. *Leo Papa Epiſt.* 64 *ad Marcianum.* Subrogatur Cyrillus, filius fratris Theophili. *Socrates lib.* 7. *cap.* 7. hic initio quidem Atticum arguit, quòd Chryſoſtomum poſuiſſet in diptycis. Sed ipſe Cyrillus poſteà eundem Chryſoſtomo honorem detulit. *Baron. lege Niceph. lib.* 14. *cap.* 28. | B

413 | 12 *Innocētij I.* | 19 *Honorij.* 6 *Theodoſii II.* | *Lucianus, & Heraclianus.* A

Huius prioris Conſulis collega Heraclianus, in Africa euaſit Tyrannus, & Romam properans cum 3700, vt ferunt nauibus, fugatus, & victus nauali prœlio à Marino Duce, occiditur à ſuis. *Oroſius lib* 7. *cap.* 42. Marinus victor in Africam traiecit:

11

vbi laudatum virum Marcellinum, Cognitorem Collationis cum Donatiſtis, cōtumelioſè à Donatiſtis accuſatum, occidit. *Oroſius ibidem.*

Burgundiones (profligatis in Gallia Tyrannis) à Conſtantino pacem petunt, & impetrant, conceſſis etiam ſedibus apud Heluetios, & verſus Rhodanum: idque inito fœdere. De hac prima Burgundionum in Galliis adepta poſſeſſione, *Prosper, Caſſianus, & Iornandes, cap* 31. auctum eſt progreſſu temporis hoc Burgundionum regnum iam naſcens, Prouinciis illis quæ hodie nominantur Sabaudia, Burgundiæ Comitatus, & Prouincia. de horum Rege primo varia Scriptores. Demetrias Virgo veſtes Monaſticas induit. *Hieron. epiſt.* 8. *& epiſt.* 179. *lege Auguſtinum epiſt.* 143. de Pelagij Epiſtola ad eandem Virginem. Scripſit tunc Auguſtinus ad Probam, auiam Demetriadis, & Iulianam matrem. *Auguſti epiſt.* 121. Burgundiones ad fidem conuertuntur. *Socrat. lib.* 7. *cap.* 30. | B

414 | 13 *Innocētij I.* | 20 *Honorij* 7 *Theodoſij II.* | *Cōſtantius, & Conſtans.*

Scribit beda Conſtantij operâ, maiorem Britanniam rediiſſe nunc ad iura Imperij Romani: & miſſus demum eſt in Aquitaniam contra Viſigothos, quando Attalus Tyrannidem iterum reſumit, & nomen Auguſti in Gallijs, impellente Athaulpho Rege. *Proſper.* Gothos hos ex ſociis Imperatoris hoſtes factos, Conſtantius Comes Narbona expellit, cogitque abire in Hiſpaniam. *Oroſius libro* 7. *capite* 43.

12

Franci ægrè ferentes *vt loquitur Sigonius*, Burgundiones non magnis opibus homines, pacatas accepiſſe in Gallia ſedes; demū irrūpunt ipſi, (*Gregorius Turon.* ſecundam irruptionē vocat) & euerſa iterum Treuerenſi ciuitate, Prouinciam quæ hodie Brabantia nuncupatur, occuparunt. an deinceps ibi hæſerint, electis iam Regibus, & nec fuerint à Caſtino, nec ab alio vltra Rhenum repulſi, certant Hiſtorici. Nunc miſſo Dulcitio Tribuno in Africam, Honorius ibi egregiè repreſſit Donatiſtas. *Auguſtinus Retractationum libro* 2. *capite* 59. Oroſius Presbyter Hiſpanus, hortatu Auguſtini, ſcribit Hiſtoriam ab Origine Mundi vſque ad ſua tempora: quod opus perfecit anno 417. *ſcribit Auguſtinus de Natura & Gratia contra Pelagium. Auguſtin. Epiſt.* 102.

415 | 14 Innocentij I. | 21 Honorij. 8 Theodosij II. | Honorius 10, & Theodosius 6 | A

S. Stephani Reliquiæ nunc inuentæ. *Baron.* habetur Synodus Diospoli (olim Lidda) vbi Pelagius, damnans suas hæreses, dolosè absoluitur. *August. lib. 2 Retractationum c.* 47. Hæreses illius *recenset August. Epist.* 106. *Baron.* viuebat hoc anno Alexandriæ Hyppatia in literis conspicua. *Synesius Epist.* 10. 15 16 23. 81. 124. & 154. sed indignè occisa. *Socrat. lib.* 7 *cap.* 13. Theodosius Pulcheriam sororem, sexdecim annorum, nouo exemplo Augustam facit. *Marcell. in Chron.* de eius incredibili prudentia & virtute, *Sozom. lib.* 9. *cap.* 1. hoc etiam anno Sozomenus finit historiam, quanta extat: nam alioqui scripsit vsque ad annum 439. *Ex eiusdem Præfat.* Augustinus laborat in Quæstione de Origine Animæ. *Baron.* Athaulphus rex Visigothorum occiditur à suis, *Iornandes cap* 31. electus rex Vuallia: idque decimo Consulatu Honorij, *ex Prospero.* hic Rex sequenti anno firmat pacem cum Honorio, reddita Imperatori Placidia sorore. *Iornan. c.* 32. idemque de pace in votis habuerunt postea anno 419, nationes aliæ Barbaræ in Hispania, Alani, Vvandali, & Sueui. *Prosper, & Oros.* Scribunt quoque Attalum hoc anno captum, & oblatum Honorio: cui truncata manu vitam reliquit. Placidia data est vxor Constantio, cum titulo Cæsaris. *Prosper, & alij.*

Indict. 13. | B

416 | 15 Innocentij I. | 22 Honorij. 9 Theodosii II. | Theodosius 7 & Palladius. | A

Hoc anno in Africa celebrata sunt duo Concilia contra Pelagium, scilicet Carthaginense, 77 Episcopum. *Epist. Synodica ad Innocent P P. qua petunt confirmationem. Augusti. in epist* 90. *Prosper carmine de ingrat.* alterum, fuit Mileuitanum, cui interfuit Augustinus in Numidia, 61 Episcoporũ: vbi eadem hæresis damnata est, *Augustinus citatus, & epist.* 92. & 95. fauit Innocentius. *Augustinus epist.* 106. *lege Innocentium epist.* 31. *& sequen.* diuersum est ab illo, de quo ad annum 402. licèt Collector ex duobus vnum conflauerit; etiam additis quorundam aliorum Conciliorum Canonibus, qui ponuntur post octauum Canonem. confirmatum est hoc Concilium ab Innocentio. *Innoc. epist.* 26, *quæ est ad Concilium Mileuitanum,* & 27. mortuo Ioanni Episcopo Hierosolymitano, substituitur Praylius. Rescriptum Theodosij de Parabolanis, *extat l.* 42. *Cod. Theod. de Episcopis & Clericis.* hi ægrotantium curæ adscripti ex minoris Ordinis Clero, fauentes Cyrillo, negotium faciebant Præfectis. numerum hic restringit Theodosius: dicti quasi παράβολοι, seu periculo incautè expositi.

Indict. 14 | B

417 | 1 Zozimi. | 23 Honorij. 10 Theod. sij II. | Honorius 11 & Constantius 2

Indict. 15

Innocentius moritur 5. Kal. Augusti, *vt patet ex Consulibus Epistolæ* 22 *Innocentij* Substituitur Zosimus Græcus. Pelagius, & Cælestius damnati anno præcedente, se dolosè Zosimo offerunt. Sed frustra. *Augusti. de peccato Originali, cap.* 6. 7. & 8. *refert hoc anno Baron.* Triumphum Honorij Romæ, de Attalo Tyranno, deuictis Barbaris, restitutoque Imperio.

418 | 2 Zosimi. | 24 Honorij. 11 Theodosii. II. | Honorius 12 & Theodosius 8.

Plinta Palæstinæ gubernator rebellat, & victus à Theodosio occiditur. *Marcellinus Comes.* Vandalis bellum est hoc anno in Hispania, *quod narrat cap.* 31. *Iornand.* perlato in Africam nuntio, quòd Romæ sub Zosimo instaurãdum esset iudicium de Pelagio: conuocatur Concilinm Carthaginense, 214. Episcoporum: decernuntque, vt maneat sententia damnationis data ab Innocentio Papa: deinde Pelagius toto orbe damnatus est. *Prosper in Chron. & contra Collatorem.* Zosimus verò, licet cunctando prudenter omnia examinauerit; tamen apertè tandem hos hæreticos damnauit: *Prosper contra Collat. Augusti. epist.* 157. *& de peccato Originali cap.* 8. & 22. *lege Augustin. contra Iulianum, libro* 1. *capite* 4. *& lib.* 6. *capite* 12. hoc eodem tempore quidam ex Adrumetino Monasterio, oppositum sectantes

Indict. 1.

errorem, negabant Libertatem Arbitrij, omnia Dei Gratiæ tribuendo. ad hos errores tollendos scribit Augustinus ad eosdem Monachos (*Tomo septimo*) de Gratia & Libero Arbitrio & de Corrept. & Gratia. moritur Zosimus, substituto Bonifacio Kalend. Ianuarij. Eulalius se volens intrudere, primùm placuit Imperatori. Sed audito iudicio Episcoporum, mutat sententiam. *Baron.* apparuitque (quicquid dicant Nouatores) Bonifacij integritas: vt iam dicetur.

419 | 1 *Bonifacij* | 25 *Honorij.* 12 *Theodosij. II.* | *Monaxius, & Plintha.*

A Bellorum multitudine & negotiorum mole pressus Honorius, tandem pacem cum Visigothis firmam iniuit, liberè iam data illis Narbonensi Gallia & Vasconia: sed ea lege, vt fideliter Imperatori militarent, quoties iuberentur. consimiles pacis conditiones petierunt in Hispania, Sueui, Vandali, & Alani: reiecti tamen sunt, *ex Orosio* & bello à Vallia rege victi hoc eodem anno. postquam insignem victoriam, promissam Prouinciam acceperunt Visigothi, & Tolosa regni sedes effecta.

Indict. 2

fusi hostes, plurimi se receperunt ad Gundericum, qui in Galæcia tunc Vandalis imperabat. *Isidorus, Seuerus, Iornandes, Paulus Diaconus, Rodericus Toletanus, & alij.* Cæterùm an permissione, an donatione Imperatoris, Vallia Rex partem Hispaniæ occupatam retinuerit, nihil scribunt, quod sciam, veteres Historici.

Narrat Marcellinus Comes, his Consulibus & mense Iulio, natum Valentinianum huius nominis tertium ex Constantino Cæsare, & Placidia. sedatur Romæ Schisma, probata vera electione Bonifacii, quam Augustinus meritò laudat, *contra duas Epistolas Petiliani, cap.* 1. quicquid in Bonifacium circa hanc electionem Magdeburgenses mentiantur, cum veteribus Pelagianis, de quorum calumniis *August. lib.* 6 *contra Iulianum Pelag. cap.* 12. rem magis explicant *hoc anno Sigonius, & Baronius num.* 47. *&* 48. B

Habetur mense Maio Synodus Carthaginensis, quæ solet vocari 5. sed melius hæc Concilia Carthaginensia designantur Romano Pontifice, aut ex rebus ibi actis, quam ex eorum numero. aderant Legati à Zosimo, iam tamen mortuo: qui inter alia, egerunt de appellatione ad Romanum Pontificem permittenda: & citabatur, Zosimi mandato, Canon, qui verè est septimus Concilij Sardicensis; tamen sub nomine Concilii Nicæni, quem in Nicæno Concilio non reperiri mirati sunt Patres Africani. Verùm cùm sæpe Canones vnius Concilii in aliud transferantur, (*vide annum* 416.) quid vetat hunc citatum Canonem, verè fuisse Nicæni Concilii; sed trãslatum in Sardicense; & Zosimum proinde citando recurrisse ad fontem. ridiculè omnino clamant hæretici nostri, voluisse Zosimum, falsatione Canonis, suffurari Primatum, ex citatione vnius Concilii pro alio. quis enim eum, qui etiam imperitè citaret legem, dicet statim esse falsarium? Et bone Deus, quales isti sæpè proferunt in hoc genere citationes? sed de re ipsa *lege August. epist.* 261 *editione Plantin.* moritur hoc anno Eustochium. de qua re *Hieron. Epistola* 79.

ORIGO REGNI Francorum in Gallia.

Habent, qui subsequentur anni, rerũ à Frãcis præclarè gestarum explicationem; & nobilissimi regni ab hoc Christi anno deducta incrementa. In qua temporum descriptione peccare me faterer, à quadraginta & amplius annis Gallico hoc fruens cœlo: nisi qua pietate, qua bellica virtute, & felicitate temporum, plerosque mortalium anteiuerint, suis ingenuè profiterer locis. Atque in ipso iã limine & narrationis vestibulo, Consulibus loco pulsis, auspicatò sedem hanc damus in hac temporum deinceps serie, inuictissimis his Galliarum Principibus; sed longè nobiliore, quàm Consulari potestate præterea imperaturis. Quamuis enim eosdem tu fasces (Clodouee Rex Christianissime) ac de Consulatu codicillos, dum Gothicum nomen hæresi infame obliterabas, acceperis; illud tamen illustrius longè tibi accidit, (ex quo Sicamber, Christi iugo colla submiseras) ita tuis armis, ex collabentis Romani Imperij ruinis, Regnũ hoc esse excitatũ; ita nobilitate, religioneque immortalitatẽ nactum: vt illustriori honoris tumulo, Romanũ Imperiũ donari nõ potuerit. Sed nõ est huius instituti, res sanè memorandas domi forisque à Francis gestas, quo par est stylo prosequi. angustiis operis excludimur. accipe tamen, Lector, in hoc Synopseos vestibulo, sacrãdorum Principũ, in suis ordinibus Duces primos; vnde reliqui mortales plurima habeant, quæ vel imitentur si possunt: aut si aliud assequi nequeunt, quod admirentur & laudent. At tuum hic in primis est LVDOVICE Princeps spe maxime; hanc auitam seriem diligentiùs recognoscere: & in his tuis gloriosis proauis elucentem virtutem, pari

qua nunc adolescis magnamitate, nō imitari modo; sed etiam, quod omnes à te expectant, superare. hîc tibi, victoriæ sese offerunt & magnitudine admirandæ, & multitudine prope infinitæ. Hîc te oblectabũt Aquilæ, Carolo tuo, aliisque sacri ordinis Principibus quondam familiares. Hîc profligatæ à tuis hæreses (Christianissimi nominis immortale decus) mirum quantam superimponunt tuis Principibus gloriæ coronidem. & ne in tam illustri Principum corona aliquid desideres; en tibi HENRICVM illum tuum verè MAGNVM, tot generosa Heroum agmina claudẽtem; qui te patria paternaque voce compellans, suoque exemplo iter monstrans, ad latè piéque imperandũ, & gloriam demúm te vocat immortalem.

PRIMI FRANCORVM
PRINCIPES, A FARAMVNDO
ad LVDOVICVM XIII.

1. *Faramundus.*	*PIPINORVM GENVS.*	*CAPETORVM GENVS*
2. *Clodio Comatus fil.*	22. *Pipinus, Caroli Martelli filius,*	35. *Hugo Capetus.*
3. *Merouæus fil.*	23. *CAROLVS MAGNVS Imperat.*	36. *Robertus fil.*
4. *Childericus I. filius.*	24 *Ludouicus primus Pius.*	37. *Henricus fil.*
5. *Clodoueus Magnus fil. primus Rex Christianus, primus quoque liliata accepit signa.*	25.	38. *Philippus fil.*
	26.	39. *Ludouicus Sextus Crassus.*
	27.	43. *S. Ludouicus.*

Reliquos principes dat index, verbo Franci.

Tandem.

HENRICVS MAGNVS, BORBONIVS, CHRISTIANISSIMVS PRINCEPS, OPTIMVS DOMI FORISQVE HABITVS, LIBERIS FELIX, BELLO CLARVS, PACIS FVNDATOR, INSTAVRATOR GALLICÆ MONARCHIÆ, GALLIARVM DELITIVM, ET ORBIS DECVS, OBIIT LVTETIÆ PRID. ID. MAII. 1610.

Anni Christi.	*Anni Pont.*	*Anni Imp.*		*Anni Franciæ Regum.*
420	2 *Bonifacij I.*	26 *Honorij* 13 *Theodosij 2.*	*Coss. Theodosius 9, & Constantius Cæsar 3.* quo tempore Romani Gallias à Rheno ad Ligerim ferè tenebãt, reliquas Visigothi & Burgundiones, creato nunc nouo Augusto: nobilissimum Francorum in Gallia regnum accepit initium, sub Faramundo Marcomiri filio *: vt post Adonem, Scriptores rerum Gallicarum affirmant.* Sanè cùm à sex tantùm annis sint in Gallia Franci, *vt notaui anno* 414; non potest multùm abesse hic annus à vero Faramundi initio, regnique Epocha. leges statim suis dedit. *Ado, Sigebertus, Otho Frisin. & alij.* lex tamen Salica, fuit ante ad-	1 *Faramundi.*

Indict. 3.

uentum in Gallias edita, *vt Legũ Præfatio Salicarum, quæ nullam facit Faramundi mentionem, testatur. lege Sigebertum, & Othonem.*

Constantius, Placidæ maritus, ex Cæsare creatur Augustus ab Honorio, Imperij socius. *Prosper in Chron.* misso in Hispaniam exercitu, Vandali pelluntur è Bætica. De Saracenorum nunc facta conuersione, *Cyrillus in vita Euthymij.* Sanctus Hieronymus, insignis Ecclesiæ Doctor, moritur pridie Kalend. Octobris, anno ætatis 91. *Prosper in Chronico.* de eius scriptis *hic Baron.*

421 | 3 Bonifacij I. | 27 Honorii. 14 Theodosij II. | 2 Faramundi.

Coss. Agricola, & Eustathius. Isdigertus Persarum Rex obijt: succedit Varanes filius. sub quo ortum videtur bellum illud Persicum aduersus Romanos, *de quo Marcellinus Comes.* sed breui constituta pax. *vt narrant Procopius, Marcellinus, Socrates, & Cedrenus. addit Miscella libr.* 14. appositam conditionẽ de Christianis benignius in Perside tolerãdis. vita cessit Cõstantius Augustus Rauennæ, (dolore, vt ferunt, cõfectus, quod eius electionem non probaret Theodosius,) Valentiniano infante ex Placidia relicto, *Nicephorus libr.* 14. *capite* 5. *Prosper etiam notat* sub his Consulibus id accidisse. Theodosius vxorem duxit Eudociam Atticam, Leontij Philosophi filiam, literis excultam. *Socrates libr.* 7. *capite* 21.

Indict. 4.

Ab hoc tempore Hispaniarum rerum Scriptores, recensent Gothorum Reges à Vallia. *lege Marianæ Historiam libr.* 5. Venetiarum ciuitatis nunc iacta fundamenta plerique putant, confugientibus ob Hunnorum in Pannonias irruptiones, accolis illius maris, in insulam, quæ dicta est Realte. *ita Sabellicus initio historiæ & Volateranus. tamen Blondus refert* ad tempora Aquileiæ euersæ ab Attila. discrepat valde *Onuphrius*, qui refert ad annnm Christi 31. Aetius, mortuo Constantio, præficitur rei bellicæ, & mittitur ab Honorio in Hispaniam contra Vandalos. *Prosper, Cassiodorus, Iornan. &c.*

SCOTORVM REGNI INItium: Posterius, & certum.

HAllucinantur plurimùm, qui Scotiæ reges tantùm à Rege primùm vncto, numerãt. errori locũ fecisse potuit illa ipsa sacra Regũ apud Scotos inũctio; quæ non nisi seró in Edgaro, & post plures annos à primo Christiano rege exactos inuecta est. Quod idẽ alijs nobilissimis Galliæ Angliæq; regnis, euenisse fatentur vtriusque regni Historiarum conditores. Nec tamen propterea à serie Regum reijciũtur; qui vel à Faramundo Francis, vel à Saxonum aduẽtu Britannis, regali titulo iura dederunt. Cæterùm ab hoc tantùm, in quo nunc versamur Christi anno, Scotorum Regum seriem deducimus; certam nempe apud omnes, & Epocham regni, vt antiquitate

etiam sua; ita duobus insuper alijs titulis, nō parùm nobilem. Prouinciæ enim illa, inaccessa tempore Tertulliani, Romanis Imperatoribus loca, nec postea quidem ab vllo omnes domitæ sunt. senserunt quidem Scoti externorum Principum arma sæpius; sed quibus numquam penitus cesserunt. Eam verò ex Religione (quod alterum erat) laudē consequuti sunt, quæ nescio an vlli alteri regno cōtigerit. numerant enim ad nostra vsque tempora à Donaldo, Reges 80 fide Catholicos; qui continuata serie tam feliciter regnârunt; vt nec Regnum sine regio stemmate, nec Reges sine Orthodoxa fide palàm vnquam, aut ex professo extiterint. sed hæc obiter. nobis hic ex veriore Historia receptissimum initium hoc, indicasse sat est. ne tamen quicquam Lectori videar consultò omisisse, en tibi Regum, quotquot Scotorum dant Historiæ, integer Catalogus.

SCOTORVM REGVM
SERIES.

Anno ante Christum.	330	*Fergusius* Primus.
	305	*Feritharis Fergusii fr.*
	290	*Mainus.*
	261	*Dornadilla.*
	233	*Nothatus.*
	213	*Reutherus.*
	187	*Reutha.*
	137	*Thereus:*
	161	*Iosina.*
	137	*Finnanus.*
	107	*Durstus.*
	98	*Euenus I.*
	79	*Gillus.*
	77	*Euenus II.*
	61	*Ederus.*
	12	*Euenus III.*
	5	*Metellanus.*
Anno post Christum.	29	*Caractacus.*
	54	*Corbredus.*
	71	*Dardanus.*
	75	*Galdus.*
	103	*Luctacus.*
	106	*Mogaldus.*
	148	*Conatus.*
	162	*Ethodius I.*
	102	*Satrabel.*
Primus Rex Christianus.	197	*Donaldus I.*
	216	*Ethodius II.*
	221	*Athirco.*
	242	*Nathologus.*
	253	*Findocus.*
	263	*Donaldus II.*
	264	*Donaldus III.*
	273	*Crathlintus.*

Lucius Britannorum Rex impetrat ab Eleutherio viros pios, & Christiana Sacra. Vide an. 183. Leslæus in Ethodio.

Sunt hæc Constantini tempora, ante quæ de Scotis aut Scotobrigantibus, nullam vnquã factam mentionem, primus assertor extitit nouus quidam authór in sua Britannia. Sed nec hoc ille vnquam euincet, nec grauissimis scriptoribus à quibus gratis dissentire voluit fidem abrogabit.

312	*Fincormacus.*
358	*Romacus.*
361	*Angusianus.*
363	Fethelmacus.
369	Eugenius *I.*
422	FERGVSIVS II. regni instaurator.

Reliquos 66 Reges Christianos Orthodoxos habes ab anno hoc 422 productos, iuxta temporum rationem, vsque ad Mariam fel. mem. Scotorũ Reginam, & Iacobum VI. totius iam Britanniæ imperantẽ.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Francia Regum.
422 Indict. 5.	4 Bonifacij. I.	28 Honorij. 15 Theodosii. 2.	*Coss.* Honorius 13, & Theodosius 10. Scotorum Historici repetunt regni illius initia à Græcis & Ægyptiis, inchoari, vt illi scribunt, annis 330 ante Christi aduentum. sanè initium hoc, & narrationem totam plerique Scriptores alij τὸ σκότωμα esse pronuntiant. vt vt res se habet, de tam antiqua origine, illud saltem receptum est, *vti dixi ad ann.* 210, Scotos in maiori illa Britannia diu ante Honorii Imperatoris tempora regnasse (*lege Baron. ad annum* 429) ac patriâ ante annos circiter 44 pulsos, à Maximo Imperatore seu Tyranno, *vt narrat Buchananus libro* 4: tandem hoc anno recepisse instauratum à se regnum, Duce ac Rege Fergusio secundo iam regnante: & à quo Regum series omnium Scriptorum cõsensu deduci potest. Scotobrigantes (cuius vocis ignoratio plerosque decepit) rectè explicatur *qui sint, à Scaligero in Eusebium. vide hic an.* 52. de Brigantibus *vide an* 183. Bonifacius genere Thrax, & bellicis artibus clarus, spretus à Castino Duce Romani exercitus in Hispania, nauigat in Africã, & arctam cum Augustino amicitiam contrahit. *Augustinus Epistola* 70. & 75. quo anno idem Castinus malè pugnans contra Vandalos, in Aragoniam se recipere coactus est. *Prosper, Cassiodor. & Ydatius.* Augustinus disputat contra Pascentium Comitem & Arrianum. *Possid. Vita capite decimo septimo, & Augustinus Epistola* 73 74. 75. 76. & contra Maximinum Arrianum. *Possid. ibidem.*	3 Faramundi.
423 Indict. 6	5 Bonifacij I.	29 Honorij 16 Theodosii 2.	*Coss. Marinianus, & Asclepiodotus.* Honorius Imperator Romæ moritur: vir in magnis Reip. tempestatibus versatus. obiit 15 Augusti, & in Mausoleo, iuxta corpus Beati Petri, reconditur. *Prosper, & Socrates lib. 7. capite* 23. dùm Placidia cum filio in Oriente est: Ioannes, vilis natalibus homo, Imperium Occidentis inuadit: Castino conniuente. *Socrates ibidẽ, Iornandes, & Cassiodor.* Moritur Bonifacius Papa. *Prosper, & Marcellinus in Chron.* post dies nouem creatur Cælestinus primus: idque pacificè, *ex Augustino Epistola* 261. Theodoretus Historicus, in Syria Cyri Episcopus fit, *ex eius Epistola ad Leonem in fine Operum.*	4 Faramundi.
424 Indict. 7.	1 Caelestini I.	17 Theodosii 2.	*Coss. Castinus, & Victor.* Ioannes Tyrannus, tentans Africam, repellitur à Bonifacio. *August. in Append. Epist.* 4. & 5. Ardaburius missus à Theodosio contra Tyrannum, vi ventorum abreptus à classe, capitur: sed anno sequenti liberatur, occiso Tyranno. *Socrates lib. 7. cap.* 23. Theodoretus conuertit decem millia Marcionitarum, *Theodoret. Epist.* 146.	5 Faramundi.
425 Indict. 8.	2 Caelestini I.	18 Theodosii 2 1 Valentiniani 3.	*Coss. Theodosius 11. & Valentinianus Cæsar.* Aspar, filius Ardaburij, missus à Theodosio, diuina ope Rauennam ingressus, Ioannem Tyrannum opprimit, patrem liberat. Valentinianus Placidius designatur Augustus à Theodosio. *Socrates libro 7. cap.* 23, & 24 venit Valentinianus cum matre in Italiam. Aetio venia conceditur, quòd Hunnis, quos pro Tyranno aduocauit, reditum persuasisset. missus in Galliam, Gothos, inuadentes Imperii fines, repressit. Castinus exulare iubetur. *Prosper Chron.* moritur Atticus Episcopus Constantinopolitanus. *Socrates libr. 7. cap.* 25, & 26. Theodosius Gymnasia literarum restituit, augetque. *lib. 3. de Stud. lib. Codic. Theodos. & tit. 1. de Profess. ibidem.*	6 Faramundi.
426 Indict. 9	3 Caelestini I.	19 Theodosii 2. 2 Valentiniani 3.	*Coss. Theodosius 12, & Valentinianus secundùm.* Augustinus iam annorum 72, Eradium sibi Coadiutorem assumit. *Epist.* 110. recognoscens opera sua, scribit libros Retractationum. *Possid. Vit. cap.* 28. at nõ potuit absoluere, interpellatus Quæstionibus Prosperi Aquitanici, & Hilarij Arelatensis. *Aug. ad Prosp. de*	7 Faramundi.

Anni Christi. Anni Pont. Anni Imp. Anni Franciæ Regum.

Prædest, Sanct. cap. 3. fuit Prosper acerrimus Augustini defensor *Prosp. de Libero Arbit.* Sisinnius creatur Episcopus Constantinopolitanus. *Socrates libr.* 7. *cap.* 25. de eius competitore Philippo Historico, *ibidem cap.* 26. Castinum ægrè ferentem exilium, & Africam inuadentem, repressit Bonifacius.

427. — 4 *Cælestini* 1. — 10 *Theodosii* 2. 3 *Valentiniani* 3. — *Indict.* 10 — 8 *Faramundi.*

Coss. Hyerius, & Ardaburius. Bonifacius Dux Africæ, calumniam passus Tyrannidis apud Imperatorem, Ætio authore & pessimo dolo. *Historia Miscellæ libr.* 14. Perduellis Imperii declaratur. vincit quidem hostes primùm ille. *ex Augustino Appen. Epist.* 13. 14. 15. 16. Sed ob nouum apparatum, missum ab Imperatore, Vvandalos ex Hispania vocat in Africam, data illis Mauritania. *Miscella citata.* Errantem in hoc Bonifacium studet Augustinus reuocare Epistola illa aurea 70. interim Gothi relictas à Vvandalis Hispaniæ Prouincias occupant, ductore Vallia, qui iam rediit Tolosam, rebus cum Imperatore compositis.

Africa Persecutionem patitur à Vvandalis Arrianis: quos reconciliatus Imperatori Bonifacius expellere iterùm non potuit. moritur Sisinnius Episcopus Constantinopolitanus. *Socrates lib.* 7. *cap.* 28. damnantur Messaliani. *Baron.* moritur Theodotus, Episcopus Antiochenus: successor datur Ioãnes. *de quo ad an.* 430 Theodoretus historiam claudere voluit suã in laudibus Theodori Mopsuesteni, nefandissimi hominis, e cuius schola hic Ioãnes & Nestorius scribuntur prodijsse. Sed Theodoretus (quem corrupisse putatur Theodorus ille) postea rediens in gratiam cum Leone, obiit in communione Ecclesiæ. *Baron. vide* 436.

428. — 5 *Cælestini* 1. — 21 *Theodosii* 2. 4 *Valentiniani* 3. — *Indict.* 11. — 9 *Faramundi.*

Coss. Taurus, & Felix. Vvandali (populus, vt supra notaui, olim apud Mæotidem paludem, *ex Procopio de bello Vvandalico libr* 1) vastant Africam, & Catholicos persequuntur Arriani homines. *Victor de Persecutione Vvandalica.* Bonifacius Imperatori reconciliatus, deficit à Vvandalis: & ab iisdem victus, obsidetur à Genserico in ciuitate Hipponensi. *Procopius lib.* 1, *de bello Vand.* sed euasit Bonifacius, & postea Romam peruenit. Aetius in Galliis benè pugnat aduersus Francos, Romanorum Prouincias inuadentes. *Prosper Chron. & Cassiod.* quos tamen penitus è Galliis non expulit, *ex Gregorio Turonensi, & alijs.* obiit Vallia Vvisigothorum Rex anno Regni 15. *vt significat Iornandes cap.* 33. succedit Theodoricus, vocatur Theudo, *à Gregorio Turonensi:* Theodorus, *ab Idatio.*

Hunni, qui hactenus in Pannoniis per 28 annos sub Republica vixerunt, nunc Regem eligunt Attilam: qui Flagellum Dei vocari voluit, & Mundi Terror: statimque Germanos sibi deuincit, Græciamque inuadit. *Volaterran. Bonfinius lib.* 1, *& alij.* Nestorius eligitur Episcopus Constantinopolitanus. *Socr. l.* 7. *c.* 24. hic Monachus fuit, &, *vt putat Suidas,* Pauli Samosateni nepos. breui hæresim seminat, Christum, vt ex Maria est, tantùm hominem, & non Deum natum, pronuntians: eique Diuinitatem collatam esse pro merito. Nestorii magister Theodorus Mopsuestenus. *Euagrius libro primo capite secundo.* duas in Christo personas, duos & Filios posuit, *ex Vincentio Lerinensi contra hæreses, capite decimo septimo.*

429. — 6 *Cælestini* 1. — 22 *Theodosii* 2. 5 *Valentiniani* 3. — *Indict.* 12. — 10 *Faramundi.*

Coss. Florentius, & Dionysius. Hoc anno, contra Pelagianos in Britanniam maiorem Cælestinus Papa misit Palladium, S. R. E. Diaconum. *Prosper in Chronic.* missus etiam eò tunc è Gallia S. Germanus Episcopus Antisiodorensis. *Beda Hist. Angli. cap.* 17. *Iuo in Chronic.* Propalatur hæresis Nestorii: cui se opponit *Cyrillus*, *Epistola prima.* Prælio

Episcopo Hierosolymorum mortuo, substituitur Iuuenalis. *Baron.*

430 | 7 Cælestini I. | 23 Theodosii II. 6 Valentiniani III. | II Faramundi.

Coss. Theodosius 13 *Valentinianus* 3. Dùm Aetius Romanam Legionem è maiorj Britannia sæpius cogitur in Gallias vocare: toties à Scotis & Pictis Britanni vexantur incursionibus: sed misso Galieno Duce, Britanni securitatem nanciscuntur. Romæ habetur Synodus, in qua damnatur hæresis Nestoriana: viginti diebus datis Nestorio ad resipiscendum. *Cyrillus Epist. ad Nestorium, & in Epistola Cælestini ad Nestorium, apud Baron.*

Indict. 13.

Cyrillus (*de quo ad annum* 412) Alexandriæ Synodum conuocat in Nestorium, vnde scripta Epistola Synodalis, cum 12 Anathematismis. *Concili. Ephesin. capite* 14. extat *apud Baronium.* Nestoriani ex his Capitulis Cyrillum, tanquam Appollinaristam, cauillando accusant: & mandat Theodoreto Cyri Episcopo, Ioannes Antiochenus Episcopus, vt contra eadem scribat Capitula: in quæ postea, velut in Appollinaris dogmata, dedit suas antitheses. *Liberati Breuiarium cap.* 4. Sed maturè Cyrillus se purgat, edita declaratione: ostendens se abhorrere ab Appollinarismo. *extat apud Cyrillum Tomo* 5. & cùm res longiùs progrederetur, indicitur Concilium generale Ephesinum, authoritate Cælestini, *lege Epistolam Theodosij, quæ apud Cyrillum est* 17. *vel* 18 *pro varia editione.* Theodosius vocat Augustinum ad Concilium, sed literæ iam mortuum inuenerunt. *Liberatus capite quinto. Breuiarii.* obiit Vvandalis obsidentibus Hipponem. *Possid. in Vita, capite vigesimo nono.* mirum est, capta vrbe mansisse integram Augustini Bibliothecam. Cassianus post editas Collationes, nunc scribit de Incarnatione. *Gennadius cap.* 61 *de viris Illustribus.* B

431 | 8 Cælestini I. | 24 Theodosii II. 7 Valentiniani III. | I Clodionis.

A *Coss. Anicius Bassus, & Flauius Antiochus.* Concilium Ephesinum Oecumenicum celebratur. Episcopi plusquam 200. Primus sedet Cyrillus, vicem gerens Romani Pontificis. *Baron.* Secundus Arcadius, vnus ex tribus Cælestini Legatis. Nestorius, Ephesi etiam cùm esset, post trinam citationem adesse Synodo recusans, omnium ore damnatur Anathemate. *Act. Synod. capite decimo, & vndecimo. Cyrillus epistola trigesima quarta. Tomo quarto.* damnatur quoque Pelagianismus. non tamen caruit Concilium hoc suis Tragœdiis de Cyrilli carcere, & similibus partim vi, partim fraude in Orthodoxos peractis, donec perspecta veritate, Theodosius, ab initio fluctuans, tandem Nestorianos reprimeret. quod præsertim fecit audita clade Africana. Iussitque aboleri Acta Conciliabuli Nestoriani. Ephesi tunc habiti, à quadraginta Episcopis. *Baronius.* Nestorius ad quadriennium addicitur monasterio. *Euagrius libro primo capite septimo.* Maximianus creatur Episcopus Constantinopolitanus. *Socrates libro septimo, capite trigesimo quarto. Liberatus Breuiarij capite septimo.* Interim scribit Cyrillus Apologiam contra Orientales, & commentarium contra Theodoretum, fautorem Nestorii. *Cyrillus Tom.* 4. B

Indict. 14

Hoc anno contigit clades Romani exercitus, victo Aspare Duce, à Vvandalis in Africa, *Procopius de bello Vvandalico libro* 1. Vbi etiam de Marciano, quem indicio Aquilæ dimisit, iurata amicitia, Gensericus. Augustini scripta in Galliis agitata, defenduntur *à Prospero contra Collatorem in fine, & à Cælestino Epist.* 8. quam Epistolam laudat *Vincentius Lerinensis Monachus, aduersus Hæreses capite vltimo.* de altero Vincentio Pelagiano *Baron.* Seuerus Sulpitius nunc quoque Pelagianus, postea resipuit. *Gennadius de Viris illustribus c.* 19. hic Aquitanicus fuit, nō tamen Episcopus, C

scripsitque vitam sancti Martini. moritur S. Paulinus Nolanus Episcopus. *lege Baron.* de eius captiuitate. *adde Hieronym. Epist.* 13 Ex quo professus est vitam Monasticam, stylo nuntium remisit. *Vide annum* 394, *&* 397.

Mortuo Palladio in Scotia Episcopo (*de quo Prosper*, *Vincentius Lerinensis*, *& Marianus Scotus*) succedit Sanctus Patricius Scotus, qui Apostolatum accepit in Hyberniam & Scotiam. *Sigibert. in Chron.* fuit Sancti Martini ex sorore nepos, & Germani Antisidorensis Episc. discipulus. *Probus in vita Patricij.*

Hoc eodem anno mortuo Faramundo Francorum rege, succedit Clodion filius, dictus Comatus, & Rex secundus. Sed Gallias nunc occupantibus Burgundionibus, Gothis, & Romanis, sæpe repulsus Clodion, magnum Regni sui tempus intra Franconiæ fines transegisse putatur: nisi fortè alius sit, quem Aetius vltra Rhenum, & in Franconiam repulisse dicitur. certè testatur *Sidonius Apollinaris* eum pugnasse contra Romanos, & Atrebatum terras peruasisse. laudatur à *Gregorio Turonensi*, qui sedem ei dat apud Disparum Castrum, in finibus Tungrorum: vbi hodie Leodium, & Brabantia. Fergusius Scotiæ Rex, inito contra Maximianum Romanum Ducem certamine, occiditur cum fratre Dursto. Succedit Eugenius, *Hector Boet. lib.* 7. — D

432 | 1 *Sixti* 3. | 25 *Theodosii* 2. 8. *Valentiniani*. 3. | *Indict.* 15 | 2 *Clodionis.*

Coss. Aetius, & Valerius. Cælestinus, firmata fide in Orientali Ecclesia, vir verè Apostolicus, moritur octauo Idus Aprilis. *Gennadius de Scriptoribus cap.* 54. Subrogatur Sixtus Romanus, huius nominis tertius, sexto Kalend. Maij. qui (inter alia) scripsit de pace Ecclesiæ ad Ioannem Antiochenum Nestorii fautorē. *ex Vincentio Lerinensi aduersus Hæreses capite vltimo.* Epistolas varias *hic refert Baron.* ac tandem opera Imperatoris, & Simonis Stylitæ (de cuius Vita & Miraculis *Theodoretus in Vitis Sanctorum patrum cap.* 26.) Ioannes, firmata pace cum Ecclesia, receptus est. *Cyrillus Epistola* 38. Cæterum Cyrilli Capita illa permanserunt, *de quibus anno* 430. Et Theodoreti Antitheses abolitæ sunt, *ex* 5. *Syn. cap.* 13. Sanctus Brixius Episcopus Turonensis, oppressus calumniis, appellat ad Summum Pōtificem: à quo rest tuitur. *Gregori. Turon de Gest. Franc. lib.* 2. *cap.* 1. *& l.* 10. *cap.* 31. Bonifacius Dux ex Africa rediens, militum Magister creatur, Aetium (nato in Italia dissidio) iusto prælio superat, & breui post obiit. *Prosper Chron. Marcellinus Comes*, *Miscella.* dicitur moriens consuluisse vxori, vt Aetio nuberet, tanquam illi, qui optimè posset Imperii res propugnare. figmentum de Pallio concesso à Valentiniano, Episcopis Rauennatibus, *satis hic refutat Baron.*

433 | 2 *Sixti* 3. | 26 *Theodosii* 9. *Valentiniani* 3. | *Indict.* 1. | 3 *Clodionis.*

Coss. Theodosius 14 *& Anicius.* Aetius, qui tantùm non occisus in Italia, fugerat in Dalmatiam, fretus auxilio Regum Hungariæ, seu Dalmatiæ Principum, rediit in gratiam cum Imperatore, & pristinæ dignitati restitutus: mox pugnabit feliciter in Gallia contra Burgundiones, Theodosio 15 Consule. *Prosper in Chronic.*

Nestoriani calumnias spargunt, doluisse Sixtum de Nestorii abrogatione. quod falsum esse notat *ex literis Sixti ad Cyrillum*, quas recitat *hic Baronius*. Cyrillus, ex occasione noui tumultus, exponit & interpretatur sua Capitula; profuit hoc ad pacem Ecclesiarum. *Liberatus Breuiar. capite nono.* Constantinopolis triduano incendio ferè consumpta est. *Socrates libro septimo*, *capite trigesimo octauo.* Cassianus in libris Collat. nimis extollens vires Liberi Arbitrij, cōfutatur vt Pelagianus *à Prosp. lib. contr. Collat.* purgatū hoc opus Cassiani fuit à Cassiodoro. *Ado in Chron. anno* 425 *in fine.* Gennadius, æquè Massiliensis ac Pelagianus, Cassia-

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
			num suum defendit. Prosperum damnat, *de Viris illustribus cap. 63.* At Gelasii censura, quæ potior est, reiicit Cassiani Opuscula, vt minus Catholica. Bassus vir Consularis, & ex familia Aniciorum, accusans Sixtum stupri, conuincitur mendacis calumniæ, & damnatus breui post moritur. *Baron. hic, vbi etiam de Actis Sixti.*	
434 Indict. 2.	3 Sixti III.	27 Theodosii 2. 10. Valentiniani 3.	*Coss. Aspar, & Ariobinda.* Dum Aetius in Galliis Francos studet repellere, Visigothi occupant omnia ferè vsque ad Ligerim: & Burgundiones, Prouincias vsque ad Rhodanum. Proclus, Chrisostomi olim discipulus, substituitur Maximiano mortuo Episcopus constantinopolitanus, *Socrates lib. 7. cap. 39.* quando Melania iunior, veniens Constantinopolim, Volusianum patruum suum conuertit ad fidem, in qua breui obiit. *Metaphrast. die vltimo Ianuar.* floret Cœnobium insulæ Lerinensis.	4 Clodionis.
435 Indict. 3.	4 Sixti 3.	28 Theodosii 2. 11. Valentiniani. 3.	*Coss. Theodosius 15, & Valentinianus 4.* Aetius in Gallia, victis, Burgundionibus, pacem, quam petebant, concessit: quando etiam Numidiam, & Hipponem, pacis conciliandæ causa, Vvādalis concessit Imperator, cogitans de bello renouando contra Visigothos. *lege Prosp. Iornand. cap. 34. & Cassiod.* damnantur libri Nestorii. *lege vltima de Hæresibus, Cod. Theod.* qui Codex his Consulibus editus est, 15. Kal. Martii. *Nouell. Theod.* tit. 1. Sed continens iam Constitutiones Christianorum Principum à Constantino, collectas iubente Theodosio hoc anno. de Theodori Mopsuesteni libris *lege hic Baron.* nunc contigit posterior legatio S. Germani in Britanniam. *Constantius in Vita S. Germani libr. 2. cap. 1. 13. 15.* Britanni desperato Romanorum auxilio, & vexati, *vt obseruo ad an. 430*, tandem Regem sibi creant Constantinum: quem subsequentur ordine Vortigerius, Vorlimerius, Vtherius, Arturus, & alij. *Vest monast. Polydor. vide ann. 449. in Præfat.*	5 Clodionis.
436 Indict. 4.	5 Sixti 3.	29 Theodosii 2. 12. Valentiniani 3.	*Coss. Isidorus, & Senator.* His Coss. *ex Prospero, Iornande, & Cassiodoro*, Theodoricus, iam Visigothorum Rex, obsidet Narbonem & bellum recrudescit illi cum Romanis. hoc eodem anno, publicatis Theodori Mopsuesteni libris, malum adhuc serpebat, quando Nestorius exulare iubetur à Theodosio, vbi & obiit. *Concil. Ephes. Tom. 5. capite 12. Edit. Pelt. Theodor. Epist. 1.* Eius linguā vermibus exesam *refert Euagrius libro 1. capite 7.* Theodoretus, qui ex familiaritate cum Nestorio malè audiebat, postea scripsit in eundem. *Theodoret. Epist. 1. 2. & 3.* Teodoreti vitam habet paucis *Baron. ad an. 427. in fine.* Mortuo Ioanne Antiocheno Episcopo substituitur Domnus ex Monacho. *lege Acta Sancti Euthymij.*	6 Clodionis.
437 Indict. 5.	6 Sixti 3.	30 Theodosii 13. Valentiniani 3.	*Coss. Aetius, & Sigenultes.* Romani, *vt ait Prosper*, Hunnos aduocant belli socios in Galliam contra Visigothos. Florent Socrates, & Sozomenus, Historici Ecclesiastici: qui à Constantino ad sua tempora Historiam protraxerunt. Hoc anno dira Persecutio Vandalica vexat, fœdatque Africanam Ecclesiam, sub Genserico. *Prosper in Chron.* Valentinianus in Orientem profectus Constantinopolim, ducit vxorem Eudoxiam Theodosii filiam cognomento liciniam. sequenti anno rediit Rauennam, *Prosper, & Marcellinus.*	7 Clodionis
438 Indict. 6.	7 Sixti 3.	31 Theodosii 2. 14 Valentiniani 3.	*Coss. Theodosius 16, & Anicius Acilius. Ex Sigiberto* res Romanæ in Galliis turbantur, nec minus populari quadam seditione, quàm Gothico bello. his Consulibus facta est celebris translatio corporis Sancti Chrysostomi, 16. Kal. Feb. Constantinopolim. *Socrates lib. 7. capite 44.* de miraculo circa corporis immobilitatem *lege Theodoretum lib. 5. capite 36.* Theodosius ibi-	8 Clodionis

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Anni Franciæ Regum.
			reprimitur vtcunque, hoc quidem anno, à Romanis Ducibus, in Mœsia & Thracia. Theodosius Imperator mittit classem in Africam, contra Vandalos, Areobindo Duce. Sed Ducis longa cunctatio in Sicilia, Siciliæ oneri fuit: nec aliud effectum, quàm vt Gensericus pacem peteret. *Prosper, Iornand.* Circa hæc tempora florent in Lerinensi insula, Honoratus Fundator, Maximus successor, Lupus, Vincentius eius frater, Caprasius, Eucherius, Salonius, Prosper, & Cæsarius: euocati postea ex eo Monasterio ad regendas Ecclesias, vt erant Viri Docti & Sancti. Huius Eucherij sunt Homiliæ, quæ vulgò ascribuntur Eusebio Emisseno Arriano. Celebratum est hoc anno in Gallia Narbonensi, Concilium Arausicanum prouinciale, primum, & approbatum à Leone. interfuit Eucherius Lugdunensis Episcopus: actúmque est de Ecclesiastica disciplina. *Azor. p. 2. libr. 5. cap. 19. & passim. alij.*	
442 *Indict. 10*	3 *Leonis I. Magni.*	35 *Theodosii 2.* 18 *Valentiniani 3.*	*Coss. Dioscorus, & Eudoxius.* Ex pacis conditionibus, Africa certis spatiis inter Gensericum Regem Vaudalorum, & Imperatorem diuiditur. *Prosper.* Exercitus ille Theodosij, qui in Sicilia morabatur, reuocatur in Orientem contra Attilam Hunnorum Regem, iterum vastantem Thraciam, & Illyricum. *Iornād. Prosper, Marcellinus Comes.* Theodosius Attilæ recessum auro redimit: *Procopius Miscella li. 14. in fine, Lege Sigon. anno 443.* Habetur Concilium Vasionense secundum, in Gallia Narbonensi. *Baronius* Vasatense dicēdum putauit, habitum in Narbonensi Gallia ab iisdem, qui Arausicano interfuerunt Episcopis. certè hæc conuincunt Vasionense dicendum: cùm constet Vasatas, vulgò Bazas, non eiusdem esse prouinciæ, quod putat *Baronius*: vt de Narbonensi Gallia nihil dicam. Romæ ingens terræmotus.	12 *Clodionis.*
443 *Indict. 11.*	4 *Leonis I. Magni.*	36 *Theodosii 2.* 19 *Valentiniani 3.*	*Coss. Maximus, & Paternus.* Hoc anno, qui est vigesimus ab excessu Honorij, reperitur Sabaudia (dicta tunc Sapaudia) data Burgundionibus. *ex vet. Chron. M.S.* Clodion, qui iam tenebat ex parte Tungrorum Prouinciam seu Brabantiam, & Texandriam (oppidum est inter Traiectum, & Leodium) nouis victoriis profert fines regni, *Ex Sigeberto, & Belgij Historicis.* Manichæi, qui Africa à Vandalis occupata, in Italiam venerant, coguntur, incensis etiam libris, turpitudinem suam prodere, & damnare. *Prosper. Leo Sermone quinto, de Ieiunio decimi mensis.* Theodoretus Cyri Episcopus, iterum Antiochiæ vocatus in suspicionem Nestorianismi, iubetur ab Imperatore redire Cyrum. vnde scriptis Epistolis 90. 91. & 92, se purgat. accidit hoc, anno 12, à Concilio Ephesino.	13 *Clodionis*
444 *Indict. 12*	5 *Leonis I. Magni.*	37 *Theodosii 2.* 20 *Valentiniani 3.*	*Coss. Theodosius 18, & Albinus.* Attila, Hunnorum Rex, superstitione Ethnicus, in Pannonia imperans, fratrem Bledam imperii consortem perimit, & solus regnat, *Prosper Chron. Cassiodor. & Marcellinus Comes.* De Hunnis *lege Ammianum. libro 31.* Romæ Leo habito Concilio acrius adhuc exagitat Manichæos. *Leo Epist. 2. & Sermone 5. de Ieiunio 10 men.* moritur Cyrillus Alexandriæ Episcopus. *Liberat. in Breui.* falsò putatur exultasse Theodoretus de eius morte. *Baron.* succedit Dioscorus impius, *Theodoret. Epist. 60.* Leo mandat Dioscoro, vt aliqua corrigat, *Leo Epist. ad Dioscorum apud Baron.* horum Episcoporum Alexand. seriem, *habes in Indice, verbo Alexandria,* à Marco, Aniano, & Abillio, qui sedit an. 87.	14 *Clodionis*

445. Indict. 13. — 6. Leonis I. Magni. — 38. Theodosii II. 21. Valentiniani III. — 15. Cladionis.

Coss. Valentinianus 6. & Nonius. Prosperi quidem Chronicō, quod extat, finitur hoc anno: tamen *Cassiodorus lib. 1. cap. 7. Institut. Diuin lect.* scribit protractum ab Adamo ad Genserici tempora. Hilarius vir Sanctus, & ex Monacho Lerinēsi, Episcopus nunc Arelatensis, dùm iura suæ Ecclesiæ tenaciùs tuetur, Leonem Papam offendit: qui habita deliberatione, sententiam tulit cōtra Hilarium. *Leo Epist. ad Viennenses, quæst. 93. inter Epist. Pont.* Honorati Lerinensis, & Magistri vitam scripsit; egregius impugnator Pelagianorum. *Gennad. Baron.* qui simul refert insigne Rescriptum Valentiniani, pro suprema authoritate Ecclesiæ Romanæ.

446. Indict. 14. — 7. Leonis I. Magni. — 39. Theodosii II. 22. Valentiniani III. — 16. Cladionis.

Coss. Aetius 3. & Symmachus. Proclo Episcopo Constantinopolitano mortuo, succedit Flauianus. *de quo Martyrol. 18. Feb. & Nicephorus lib. 14. cap. 47. & cap. præcedente*, agit de Cyro, qui ex Idololatra Episcopus euadit. Pulcheria, soror Theodosii, ab administratione semouetur. *Nicephorus lib. 14. cap. 47.* De pauendo per Orientem terræmotu, & trisagio nunc vsurpari cœpto, *Nicephorus citatus, Baron.* Scoti & Picti, absente Romana Legione, & Aetio alibi occupato, rupto muro, Britannos faciunt Tributarios. *Polyder. lib. 3. Lesleus in Eugenio II.* *Hector Boetius libr. 7. & Buchana. libr. 5. in Eugenio Fergusy filio, Rege* 41.

447. Indict. 15. — 8. Leonis I. Magni. — 40. Theodosii II. 23. Valentiniani III. — 17. Cladionis.

Coss. Alypius, & Ardaburius. Leo, Vniuersalis Ecclesiæ Pastorem agens, deponit abdicátque Bassianum Episcopum Ephesinum, Asiæ Primatem. *art. 11. Concil. Chalcedonensis.* seuerè ad Episcopos Siciliæ & alios scribit. *Epist. 3. 4. 5.* decernítque Concilia præsertim in Hispania In Gallæciæ municipio, contra Priscillianistas qui vnam in diuinis personam ponebant, Cōcilium Celenense celebratum est. Et acta eius, postea simul cū primo Cōcilio Toletano à Compilatore in vnum conflata: Symbolóque horum Cōciliorum additum habetur, *Ex Patre, Filioque procedit.* Idem iam ad hos Episcopos & Turibium scribens, edixit *Leo in Epistola 93. vel 91. capite primo*, & ante eum *Damasus in Concilio Romano, in Crescon. Collec. extat demum particula illa, in aliis Toletanis* 4. 8. 11 ac denique in Arelatensi Synodo sub Carolo Magno. atque sic quidem sæpe definita fuit veritas hæc, tamē de illa Symboli Celenensis additione citata aliqui subdubitant: vtpote nec antea in veteribus codicibus reperta, nec adhuc satis à nouo repertore antiqui codicis comprobata. verùm, ne fides reperto codici abrogetur, æquū est putare patres Cōcilij, ita statuisse, ex illa citata ad Turibium epistola Leonis, Cæterùm quando hæc particula primùm fuerit Niceno Symbolo adiecta, in variis ecclesiis, non ita constat. eam enim Patres Niceni non posuerunt: & tamen passim nunc est in Symbolo: sicut etiam Chalcedonense Concilium eidem Symbolo pleraque adiecit, vt semper potest Ecclesia suā explicare fidem. Sed lege quæ dixi ad an. 340. Romæ in Symbolo legi cœpit primum sub Benedicto septimo. vt ait Berno abbas Augiensis. de reb. ad missam spectantibus. Hoc anno Theodosius Nouellas Constitutiones suas curat edi: quas Codici suo addi voluit, & pari cum prioribus esse authoritate.

Attila, deuicta Scythia, Europam Orientalē infestat. Sed pace cum Theodosio constituta, post cladem à Duce Anthemio acceptam, quiescit, *vt testatur Sydonius Apollinaris, in Panegyrico ad Anthemium*: cui magis credendum, quàm *Marcellino Comiti*, qui victos scribit Romanos. *lege Sigon. hoc anno*. In Hispania Gothorum Regia tūc erat Toletum: & crescebat maximè Sueuorum potentia, quorum Rex Rechila, Herménici Regis filius, successit patri anno 440. hic cæso Audeboto Romano Duce Bæticā subigit, Hispalim redigit in potestatem, & in Lusitania Alanorū delet reliquias. *Mariana lib. 5 cap. 3. ad annum* 440.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Franciæ Regum.
448.	9. Leonis I. Magni.	41. Theodosij I. 24. Valentiniani III.	*Coss. Posthumianus, & Zenon.* moritur Clodion Francorum Rex. *Sigebertus, Paulus Æmil.* Clodioni Meroueus, siue filius, siue alienus, successit. *Abbas Vrspergensis* filium naturalem, alij parentem esse volunt. Huic postea bellum erit cum Clodionis filiis, qui nunc pueri, apud Tungros cum matre manebunt: quâ conditione cum Meroueo incertum. Mortuo Rechila Sueuorum Rege, succedit Ricciarius filius, qui primus Sueuorum, Christiana suscepit sacra. *Marian. hoc anno, Isidor. Hist. Sueuorum.* Ibæ Episcopi Edesseni causa, qui aliquãdo senserat cum Nestorio, examinatur. quo iudicio absoluitur ille. *Concilium Calcedonens. Actione 9. & 10.* Eutiches Monachorum pater, dùm à Nestorio distinctas Personas Christi vehementiùs improbat, ipse confusionem naturarum inducens, damnatur à S. Flauiano, & 32. Episcopis, tunc Constantinopoli congregatis. *apud Liberatum cap. 11.*	18. Clodionis.
Indict. 1.				

DE REGNI ANGLICI INITIO, ET Heptarchia Saxonica.

Britanni. DE *primis Britanniæ cultoribus res satis incerta est. Reges aliquot illorum temporum* dedit in fine operis sui Polydorus Verg. *durarunt illi vsque ad Claudium Cæsarem, qui imperatorum primus, post eam insulam à Dictatore Cæsare superatam, in Britannos arma mouit*, vt commemoraui ad ann. 44. *res à Romanis ibi gestas* persequitur idem author toto libro 2. vsque ad Constantinum Imperatorem. *mansitque, quæ nunc Anglia vocatur, in Romanorum ditione, vsque ad tempora Theodosij &* Arcadij, *annumque* Christi 346. *quando absente Aetio, Romanâque Legione, malè habuit se Romanorum illa prouincia à Pictis, & Scotis. sicque Britanni, qui iam creatis Regibus,* vti commemoro ad an. 435. *à Romanis desciuerunt: & necdum à vicinis illis gentibus tuti, tandem* Saxones *Anglos è Germania accersunt, quibus sedes in* Cantio *ad habitandum data quod accidisse* noto ad an. 449. *Verùm Saxonum Principes breui rerum domini euaserunt: & progressu temporis Prouincias inter se partiti, Heptarchiam constituerunt, seu regna septem, variis annis inchoata, & quibus totidem Reguli præfuere, in summa tamen discordia.* Ex quo *sanè dissidio finem illa tandem acceperunt, facto incremento Occidentalis, & Septimi Regni: quando nimirum ad illud cætera accesserunt. magnis tamen bellorum euentibus*, Anglorum *hoc in Britannia imperium creuit: nempe ab Hengisto per annos circiter* 363, *vsque ad* Egbertum 17. *West Saxonum regem: & inde porrò ad annum* Christi 1067. vti sequentium annorum series indicabit. *en interim* Heptarchiæ *breue* Diagramma.

Romani. Heptarchia. Monarchia.

Hengistani, in Cantio.

VEnere Saxones *primi, Duce Hengisto in* Cantium *anno* Christi 449. Polydorus *ab hoc Hengisto ad Regni huius finem putat annos* 363. *atque ita cessasset* Regnum *anno* Christi 812 *aut paulò ante, vt alij coniiciunt. In istud* Cantium Regnum *appulit* Augustinus Roma *missus anno* 596 *fuitque aliquot pijs* Regibus *nobile. Sed posteriorum* Regum *inertia vitiisque,* Cantiorum Regnum *tandem in Occidentalium venit potestatem.*

Occidentales Saxones.

COepit hoc regnum in Cerdicio primo Rege, anno Christi 522, & ab aduentu Saxonum annis 72. Hæc Heptarchiæ Saxonicæ ditio, si originem spectes, prima non est: tamen facta tandem omnium amplissima, accessione aliorum Regnorum. cui incremento magnum dedit initium Inas rex à Cerdicio vndecimus. viuebat iste, Offæ Merciorum Regis 12 tempore: amboque, vt scribunt Angl. Historici, regna sua fecere vectigalia Romano Pontifici.

Antiquorum Britonum Regnum.

ABsente Romana Legione, inchoatum à Britannis Regnum nouum est, vt noto ad an. 435, sub Regibus Constantino, Vortigero, Vortimerio, Vtherio, Pendracone, Arturo, Constantino, Conano, Vortiporio, Maglocuno, Carentio, Caduano, Cadouallone, & Cadoualladro. stetitque hoc regnum, donec gliscente inter Britannos hos discordia, Cadoualladrus sub annum 650. in Britanniam continentis trajciens, Romam peruenit: vbi laudatus Princeps viuendi finem fecit. Britanni verò, qui post patriæ excidium superauerant, tandem in eam insulæ partem, ad Occiduum Solem, quæ hodie Vallia nuncupatur (Galli Gales vocant) se receperunt. (notant aliqui annum 586.) à quo etiam tempore varia illis prælia fuere aduersus Saxones. sæpeque ab Anglis deficere conati sunt. Antiquiores omitto Britones illos, quos Cæsar indigenas vocat: quorum Reges, ante Romana arma in Britanniam mota, numerantur supra 60, à Bruto Ascanij nepote, vti gens illa sibi persuasit. quam qui probant, & prosequuntur Regum seriem, gentisque originem, incertis planè nituntur coniecturis, vt Gildas ad suam de his rebus Historiam præfatur: qui floruit anno 581. Alterum, qui proximè successit, rerum Britannicarum statum sub Romanis, iam hic attigi à Cæsare Dictatore, ad annum Christi 346. Tertiam in Illis Prouinciis mutationem Principum effecerunt Saxones, ab anno 449. quorum Dynastia Heptarchiam dedit, quam qui iam sequitur Regum Catalogus facilè demonstrat. Tandem successit Monarchia inchoata in Aluredo 22 VestSax. Rege: aucta à Guilelmo Conquæstore, & & quæ sub Iacobo Rege huius nominis apud Scotos sexto, sua magnitudine Magnobritanniam complexa est vniuersam.

CANTIANI REGES.

1 *Hengistus, an. 449.*
2 *Osea, 474.*
3 *Otha.*
4 *Himericus.*
5 *Ethelbertus, Christianus, 569.*
6 *Edbaldus, ann. 615.*
7 *Ercombertus.*
8 *Egbertus.*
9 *Lotharius, 673.*
10 *Edricus.*
11 *Vithredus, Edbertus.*
12 *Ethelbertus, 722.*
13 *Alricus.*
14 *Edbertus, seu Edelbertus.*
15 *Cuthredus.*
16 *Etheluolphus: aliqui Ethelstanũ ponunt, & ab eo translatum Regnum ad Occidẽt. Saxones.*

Durauit annis 363. cessauit enim an. 812.

MERCIORVM REGES.

1 *Crida, ann. 585.*
2 *Vibbas.*
3 *Cearlus.*
4 *Penda, 626*
5 *Peda, primus Christianus, 656.*
6 *Vulferus, 660.*
7 *Ethelfredus, 675.*
8 *Kinredus, 706.*
9 *Celredus, 711.*
10 *Ethelbaldus, 719.*
11 *Bernredus.*
12 *Offa Magnus, 754.*
13 *Egfridus, 759.*
14 *Kenulphus, 799.*
15 *Kenelmus.*
16 *Ceuolphus.*
17 *Bernulfus.*
18 *Ludicenus.*
19 *Vshlachus.*
20 *Bertulfus.*
21 *Burthredus.*
22 *Ceuolphus seruus.*
Sub isto translatũ est regnũ ad Vestsaxones, vide tamẽ an. 820

Durauit annis 235.

VESTSAXONVM REGES.

1 *Cerdicius, ann. 522.*
2 *Kenricus.*
3 *Ceaulinus.*
4 *Celricus.*
5 *Cœlulfus.*
6 *Cynigillus, 635. fiunt Christians*
7 *Cenoualchius.*
8 *Elcuinus, 672.*
9 *Kentuinus.*
10 *Cedouall i seu Petrus.*
11 *Inas 685. occupat Reg. Britonũ.*
12 *Ethelardus, 723.*
13 *Cuthredus,*
14 *Sigebertus.*
15 *Cyneuolphus, 748.*
16 *Brithricus, 784.*
17 *Egbertus, qui plurimum auxit hoc Regnum, 800.*
18 *Ethelnolfus, 838.*
19 *Ethelbaldus.*
20 *Ethelbertus.*
21 *Ethelbredus.*
22 *Aluredus, seu Alfredus, 872. Huic regi obuenit Monarchia, in Anglia: propagataq. est successio vsque ad Gulielmũ Normannum, qui dictus Conquestor est.* vide ann 1067.

NORTHVMBRIAE Reges: Berniciorum.

1 *Idas, anno 548.*
2 *Addas, 560.* } regnãt annis 12.
3 Clappas }
4 *Theodulphus.* }
5 Freodulfus. }
6 *Theodoricus.*
7 *Ethelricus.*
8 *Ethelfredus, 592.*
9 *Eduinus, 600. 617. 625. Christianus.*
10 *Osualdus.*
11 *Osuuius, 642. 653.*
12 *Egfredus, 670.*
13 *Alfredus, 684.*
14 *Osredus, 703.*
15 *Chenredus,* } 714.
16 *Ofrichus,* }
17 *Ceolulphus, 726.*
18 *Egbertus 735.*
19 *Osoulphus, 755.*
20 *Altredus, 758.*
21 *Ethelbertus, 766,*
22 *Asualdus, 767.*
23 *Osredus, 771.*
24 *Ethelbertus, aliàs Edelredus, 783* vide Chron.

Stetit vtcumque hoc regnũ ad Egbertum Vestsaxonum, & annum Christi 828, ac proinde durauit annis ferè 280.

DEIRORVM REGES, in Northumbria.

Ella, primus regnat apud Deiros, annis, vt ferunt 30. demum ab Osuino quarto, vel quinto Regulo translatum est Deirorum Regnum ad Osuium Berniciorũ Regem, in Northumbria. de qua iam satis.

ORIENTALIVM Anglorum Reges.

1 *Vffa, anno 571.*
2 *Titullus.*
3 *Redoualdus, an. 615.*
4 *Carpualdus, Christianus, 627.*
5 *Sigebertus, 636,*
6 *Egricus, cæsus à Penda.*
7 *Annas, 652.*
8 *Ethelherius.*
9 *Ethelualdus.*
10 *Aldulphus, 664.*
11 *Elnoldus.*
12 *Beornas.*
13 *Ethelredus.*
14 *Ethelbertus.*
15 *Edmundus Martyr.*
16 *Guthormus Danus. 870.*
17 *Ericus, Danus.*
Ab hoc vltimo Dano Rege, Regnum venit in potestatem Vestsaxonum.

Stetit verò ad Edmundi Martyriũ seu ad Danos (annis 293) & annum Christi 870.

ORIENTALIVM Saxonum reges.

1 *Erchenuinus, 527.*
2 *Sladdas.*
3 *Sibertus.*
4 *Serredius.*
5 *Sigebertus Paruus.*
6 *Suthelinus.*
7 *Sigerius.*
8 *Sigehardus.*
9 *Offa.*
10 *Colredus.*
11 *Suthredus.*
Ab hoc vltimo Rege translatum Regnum est ad Vestsaxones, per Egbertum Regem anno 828.

Durauit ergo annis 301.

AVSTRALIVM Saxonum reges.

1 *Ella, an. 481.*
2 *Sisca.*
3 *Ethelualchius.*
4 *Berutius.*
5 *Aldinus.*
Sub hoc rege translatum Regnum est ad Occidentales Saxones, anno 590.

Durauit ergo annis 109.

Beda, rerum Anglicarum Scriptor, qui obiit anno Christi 734. diem clausit, quo tempore regnabant Reges Cantiorum quintus: Merciorum decimus: Vestsaxonũ duodecimus: Northumbriæ 17. Estangliæ 13. & Orientalium Saxonum decimus. vide an. 726.

Venêre penè omnia hæc Regna in Egberti potestatem annis 812. 820. & 828. vti hoc indicat Diagramma, quibus Angliæ nomen dedisse noto ad ann. 835. obiit post bienniũ. iis, qui eum sequentur, Regibus certamen erit aduersus Danos, & illud permolestum indicabit, quæ reliqua sunt Index.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rervm gestarvm series	Reg. Franc.
449 Indict. 2	10 Leonis I. Magni.	42 Theodosij II. 25 Valentiniani III.	*Coss. Asterus, & Prothogenes.* Eutyches per Dioscorum Alexandriæ Episcopum, & Aulicos quosdam impetrat à Theosio Concilium illud Ephesi habitum, à centum viginti octo Episcopis, Præside eodem impio Dioscoro. Legati missi quidem à Leone. *Epist. 15. ad Pulcheriam, Nicephorus lib. 14. cap. 4.* in hac prædatoria Synodo omnia euertit Dioscorus, incredibili Catholicorum Episcoporum vexatione, renitentibus Legatis Leonis. *Vide Liberatum cap. 12. Marcellin. Chron.* Denique Eutyches Dioscori iudicio absoluitur, damnatur Flauianus Catoñlicus, & Theodoretus. *Concilium Chalced. Act. 3.* & ne quid tragœdiæ deesset, Alexandriam reuersus Dioscorus, Leonem Pontificem Romanum excommunicat. *Concilium Chalced. Actione 1. Liberat. capite duodecimo.* facinus hactenus inauditum. Anatolius substitutus est Flauiano. *Niceph.* Britanni, quibus Rex erat Vortigerus, oppressi à Scotis, & Pictis, vocant, vt iam commemoraui, è Saxonia Prouincia in auxilium Anglosaxones, Hengisto Duce, hoc ipso anno, qui postea Regnum sibi in Britannia fecerunt, dictum Cantiorum regnaruntque annis 363. *Beda, Sigebertus, Polydorus Vergilius, libro tertio & quarto.* Saxones *vult Beda* (sed *vide Camdenum in sua Britannia*) esse ab Anglis nationem diuersam: licèt simul venerint in Britanniam. nascitur Sanctus Remigius, postea Episcopus Remensis. *Sigebert.*	1 Merouei.
450 Indict. 3	11 Leonis I. Magni.	43. Theodosij 2. 26 Valentiniani. 3. 1 Marciani.	*Coss. Valentinianus 7. & Auienus.* Attila inuitatus à Genserico Vvandaloum Rege, inuadere parat Gallias, cum quingentis hominum millibus, occiso in itinere Burgundiorum Rege. Theodosius, tandem resipiscens, Pulcheriam sororem reuocat in Aulam: & Chrysaphium Eunuchum malorum authorem, Eutychetis patronum, vita priuat. *Niceph. libro decimoquarto capite quadragesimonono. Marcellin. & Cedrenus.* Breui postea moritur Theodosius. Pulcheria Marcianum, virum Senatorem & Tribunitium, virtute militari spectatum, & moribus grauem, euehit ad Imperium. *Euagrius libro secundo capite primo & alij. notant Theodorus Lector, & Marcellinus* Comes, hoc accidisse Indictione tertia, quod rectè quadrat ad hunc annum. *lege Niceph. libro decimoquinto, capite decimosexto. & libro decimo quarto, capite quinquagesimo octauo.* addit *Zonaras* de Pulcheriæ Virginitate seruata, electum hac conditione Marcianum, εἴ μοι δοίης (inquit Pulcheria) πληροφορίαν τηρῆσαί μοι τὴν παρθενίαν ἀνέπαφον, ἣν τῷ θεῷ ἀνατέθεικα. Marcianus Episcopus decreto Conciliabuli Ephesini (annno 449.) exulantes reuocat. Indicitur Concilium Chalcedonense. *Leo Epist. 42. & 44.* Anatolius resipiscit. *Leo Epistola 40. & 42.*	2 Merouei.
451 Indict. 4	12 Leonis I. Magni.	27 Valentiniani 3. 2 Marciani.	*Coss. Marcianus, & Adelphius.* Attila, Hunnorum Rex, Gallias cum memorabili exercitu inuadens, cogitur, soluta obsidione Aurelianensi, descendere in aciem cum Aetio. profligatus ille in campis Catalaunicis (vbi sit campus non conuenit inter authores) ab exercitu conflato ex Romanis, Vuisigothis, & Francis, sub Rege Merouco: quem cum eximiis laudibus dimisit Aetius, parta victoria. Cæsa sunt 200000 in hoc conflictu. Attila in fines Veneticos se recepit. *Misceлla libro decimo quinto. Isidorus Chronic. Gothorum, Marian. Historia Hispan. libro quinto capite tertio ad annum 448. Iornandes capite trigesimo primo, trigesimo octauo, & trigesimo nono.* Huic Consulatui adscribunt hanc victoriam *Marcellinus Comes, Iornandes, & Cassiodor.* vbi occidit Theodoricus Visigothorum Rex, cui succedit Thorismundus filius. *Ex Iornande & Volaterano* bis pugnatum *scribit Idatius*: plures, semel tantùm.	3 Merouei.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			malè aliqui campum hunc Catalaunium prope, Tolosam statuunt. Ab hac victoria Merouęus ditionem suam in Gallia dilatauit, occupatásque Prouincias, Franciam nominauit: à quo posteri cognominati sunt Merouingi. *Sigibert. Æmil. Trithem.* Celebratur Generale Concilium Chalcedonense, inchoatum octauo Idus Octobris, contra Eutychetem, & Discorum, 600 ferè Patrum. de sedendi ordine, *Baron.* approbatur Nicena fides: damnantur Dioscorus, & Eutyches. quibus & Nestorio anathema dictum est. Soluta sunt Comitia pridie Kal. Nouemb. & cōpleta Sessionibus 12. Accessit tamen 13, per Legatos Leonis, ad reprimendam fraudem Anatolij, ambientis primam Sedium dignitatem post Romanam. *vide Acta Concilij, & Leonem Epistola quinquagesima. Baronius* hîc agit de Canonibus Concilii, & Primatu Romanæ Sedis. *vide porro Euagrium lib. 2. cap. 5.* de Dioscori exilio, & morte. Maximus, Episcopus Antiochenus fit.	
452 *Indict. 5.*	13 *Leonis I. Magni.*	28 *Valentiniani 3.* 3 *Marciani.*	*Coss. Asporatius & Herculatius.* Hoc tandem anno Carthaginensis Ecclesia accepit Episcopum, cum tredecim annis vacasset. is fuit Deogratias, vir sanctus. *Victor de Persecutione Vandalica lib. 1.* Aquileia capta ab Attila, an hoc anno, & his Consulibus, *vt scribunt Marcellinus Comes, & Cassiodor.* an post triennium, *vt volunt Blondus, & Sabellicus*? Attila vastatis Ticino, & Mediolano, Romam contendit. Sed à Leone persuasus, & pacem Romanis concessit, & vltra Danubium se recepit, non amplius rediturus. *Cassiodorus Chro. Miscell. Hist. lib. 15.* Venetorum ciuitas, ante 30 circiter annos inchoata, multis nunc, ad vitandas Barbarorum iniurias eò confluentibus, magnū accepit incrementū. quod effecit, vt aliqui huic anno consignarent prima huius ciuitatis fundamēta. Floret Vigilius, natione Romanus, & Episcopus Tridentinus. Item Voconius, Episcopus Mauritaniæ, *ex Gennad.* Alexandriæ ordinatur Episcopus S. Proterius. *Liberat. cap. 14.* Valentinianus tollit Episcoporum iudiciale Tribunal, nisi in iis, quæ ad Religionem pertinēt. *Baron.*	4 *Merouei.*
453 *Indict. 6.*	14 *Leonis I. Magni.*	29 *Valentiniani 3.* 4 *Marciani.*	*Coss. Opilio, & Vincomalus.* Augebatur in dies Burgundionum in Galliis Regnum, & Francorum. *Iornandes scribit* hoc anno Attilam in Gallias redeuntem, iterum victum ab Alanis ad Ligerim. Sed mirum est de hac re silentium *apud Idatium, Isidorum, & alios Scriptores.* Pulcheria, Theodosij iunioris soror, omni laude digna, feliciter diem claudit. *Marcel. Chron. Niceph. lib. 15. cap. 13.* Solet hoc anno notari Concilium Arelatense 3. quia ibi huius anni notantur Consules. *habetur Tom. 1. Concil.* an rectè illi præfuisse dicatur Cæsarius Lerinensis, *expendit hîc Baronius.* Florent Sanctus Syluester, Cabilonensis Episcopus; Sanctus Porcarius Abbas Lerinensis, & Pomerius Afer Presbyter & Rhetor. omnes notissimi Cæsario. Cæsarii tantùm extant Homiliæ. *Baron.* Concilium Andegauense hoc anno habetur, & nuper editum in lucem *habes apud Baronium, anno 453.* Statuit, ne ab Episcopali iudicio Clerici recedant. aduersari videtur Valentiniani Decreto, de quo ad annum præcedentem.	5 *Merouei.*
454 *Indict. 7.*	15 *Leonis I. Magni.*	30 *Valentiniani 3.* 5 *Marciani.*	*Coss. Aetius, & Studius.* Anatolius monente tandem Leone, deponit studium Primatus. *Leo Epistola septuagesima prima. Vide annum 451.* Aetius, Attilæ magnus terror, & Occidentalis Imperii salus, occiditur iniustè à Valentiniano. sic nempe festinauit Imperium ad ruinam, & ipse Imperator ad interitum suum. *Procopius de bello Vandalico libro primo. Cassiodorus Chron.*	6 *Merouei.*

affectatam Tyrannidem ab Aetio persuaserat Imperatori Maximus Senator, in vltionem stupri à Valentiniano vxori illati. Attila quoque moritur, anno ætatis quinquagesimo sexto, *ex Sabellico, & alijs*: an sanguinis effusione è naribus, an cultro perfossus à muliere, incertum. *Marcellinus Chronic. & Cassiodorus*, qui hos notant Consules. Extincto Attila, qui sexaginta filios reliquit, dissipatum est magnum hoc Hunnorum imperium, partim filiorum dissidio, partim vindicantibus se in libertatem subactis ab Hunno nationibus. *Bonfin. decade prim. libr. sext.* Thorismondo Visigothorum Rege à fratribus occiso, succedit Theodoricus secundus, quem impensè laudat *Sidonius Apollinaris libro primo Epistola secunda.* Floret S. Seuerinus, Noricorum Episcopus, (in parte Austriæ est, Bauariam nunc vocant.) *Eugippius Abbas in vita S. Seuerini.*

455 | 16 Leonis I. Magni. | 6. Marciani. I Maximi. | 7 Merouei.

Coss. Valentinianus octauum, & Anthemius. Valentinianus in campo Martio, *Cassiodor.*, ab amicis Aetij, & Maximi Senatoris dolo occiditur. *Euagrius libro secundo capite septimo.* post quem multi exorti sunt Tyranni. *Marian. libro quinto anno 445.* Primus Imperium Tyrannicè inuadit idem Maximus. Eudoxiam Augustam, Valẽtiniano cæso nolentem accipit vxorem. *Procopius libro primo.* ipsa Maximo infensa, euocat Romãm Gensericum 3..0000. quam per quatuordecim dies diripit. *Euagrius libro secundo capite septimo. Nicephorus libro decimo quinto capite vndecimo.* Eudociam & Placidiam Eudoxiæ filias ex Valentiniano genitas, abducit vna cum matre. Sed missas postea Constantinopolim Placidiam & Eudoxiam matrem, scribunt Euagrius & Procopius. Eudociam Hunnerico filio tradidit Barbarus: captiuos multos Carthaginem abduxit. à Leone cædem impeditã *notat Baronius.* Maximus post duos menses lapidibus obruitur. *Procop.* Eudoxia Augusta vexatione post hæc euasit Orthodoxa, ex Eutychiana. *Cyrillus in Vita Sancti Euthymij, apud. Sur. vigesimo Ian.*

Indict. 8

Auitus

Auitus Aruernus, Sidonii socer, acclamatur in Galliis iuuitus Imperator, authore Theodorico. *Sidonius Appollin.* Alter etiam tunc floruit Auitus, Sidonio σύγχρονος. Ricciarius Sueuorũ Rex dum Hispaniam subiugare nititur, à Theodorico secundo, Visigotho, (qui suadente Auito Imperatore, ex Aquitania digressus, Sueuis occurrit) victus & occisus est. *Iornand. & Isidor* qui volũt hũc primũ legitimè regnasse in Hispania, consentiente nimirum iam Auito Imperatore. Magnã Aquitaniæ partẽ occupat Visigothus. *Isidorus Chron.* Itaq; tuetur strenuè in Hispania; nunc rupto, nunc redintegrato cum Romanis fœdere.

456 | 17 Leonis I. Magni. | 7 Marciani. I Auiti. | 8 Merouei.

Coss. Ioannes, & Vararis. Auitus, sibi metuens à Ricimero, Aetij successore, Imperium deponit, decimo octauo Maij, & ex Imperatore, Placentinus factus est Episcopus. *Cassiodorus Chronic. Nicephorus lib. decimo quinto capite vndecimo.* vacat Imperium Occidentis decem mensibus. interim Gensericus totam occupat Africam, quam tenuerunt Vandali, vsque ad Iustinianum. de Voconio Philippo Presbytero, Hieronymi auditore, Victore, & aliis viris Illustribus, *Baronius ad hunc annum.*

Indict. 9.

457 | 18 Leonis I. Magni. | I Leonis I | 9 Merouei.

Coss. Constantinus & Rufus. Marcianus, insignis Imperator, & meritò laudatus, bellum in Tyrannos parans, moritur vigesimo sexto Ianuarii. *Cassiodorus Chronic. Nicephorus libro decimo quinto, capite decimo quinto. Marcellinus.* Leo primus, Tribunitius, Thrax genere, ex sententia Senatus, fauentibus Orientis militibus Imperator salutatur. *Nicephorus libro 15. capite decimo quinto & vigesimo primo.* fauit eius electioni Aspar:

Indict. 10

1 Maioriani cuius proinde filium Ardabarium Cæsarem creat. interim hæretici Ægypti incredibiles excitant turbas. *Liberat. in Breuiario capite decimo quinto.* Maiorianus, consensu Leonis Imperatoris, vt aliqui scribunt, & Senatus voluntate, creatur Imperator Occidentis, ex Magistro militiæ, primo April. *Sidonius in panegyrico Maioriani.* Imperator valde laudatus *à Procopio.* Bellum parat in Vvandalos. Iuuenalis Episcopus Hierosolymitanus moritur. *Nicephorus libro decimo quinto, capite decimo quarto.* Antiochiæ Maximo succedit Basilius Catholicus.

458 | 19 Leonis I. Magni. | 2 Leonis I. 2 Maioriani | 10 Merouei.

Coss. Leo, & Maiorianus Augusti. Theodoricus, qui perbonam Hispaniæ partem tenebat, victo ibidem Arnulpho, & diuiso exercitu, regrediens in Gallias, vexat Romanorum prouinciam Narbonensem. *Idat.* Alter Theodoricus Ostrogothus, postea potiturus Italiâ, nunc nascitur in Pannoniis. *Iornand. cap.* 55. Anatolius Episcopus Constantinopolitanus moritur: succedit Gennadius Presbyter, vir egregiè doctus. *Marcell. Comes, & Theodorus Lector Collec. lib.* 1. Anastasius item ex Presbytero Episcopus, substituitur Iuuenali Hierosolymis. *Cyril. in rebus gestis Euthym. apud Surium* 20. *Ianuarij.* Varias Leonis Papæ Constitutiones *refert hoc anno Baronius*, & præsertim illam in Virgines, quæ contra propositum nubunt. Gensericus ciuitatum mœnia euertit, excepta Carthagine. *Procop. Narrant idem Procopius, Cassiodor. & Iornandes,* expeditionem Maioriani in Africam, qui putatur Africam recuperaturus, si vixisset. Antiochiæ ingens terræmotus contigit hoc 2 Leonis anno. *Euagrius libro secundo capite duodecimo.*

Indict. 11

Erat hic annus Antiochenorum *quingentesimus tertius, vt colliges ex Tomi primi capite decimo nono, numer. vigesimonono, & anno Christi expanso centesimodecimoseptimo.* Sunt enim ab Epocha Antiochena ad Christum anni quadraginta quinque, inde verò ad primum Antiochiæ terræmotum sub Traiano, anni centum & septemdecim, ab hoc Christi anno centesimodecimoseptimo, ad annum quadringentesimumquinquasimumoctauum (qui est Antiochenus quingentesimus tertius) sunt anni tricenti quadraginta & vnus. *rectè Eusebius dixit.* annum secũdum Probi, esse Antiochenum tricentesimum vigesimumquintum, & nobis tertius annus Antiochenus non discrepat multum à primo Iuliano anno, *vt citato capite decimo nono insinuatum est.* Antiochiæ Episcopus fit Acatius.

459 | 20 Leonis I. Magni. | 3 Leonis I. 3 Maioriani | 1 Childerici I.

Coss. Ricimerus, & Patritius. Dum Theodoricus bellum transfert in Hispanias, & Romanorum Narbonensem Prouinciam vexat, Franci hac vsi opportunitate, firmant Regnum, & Parisios occupant, vt plures scriptæ Historiæ testantur. Cæterùm hoc anno Regni sui decimo moritur Meroueus. Succedit filius Childericus. Primus, vt habent Francorum Historiæ, præest Francis & Gallis, in vnum iam coalescentibus: fateri tamen oportet, incerta illis initiis fuisse Regni incrementa: & omnes Clodoueum insigniorem Regni fundatorem agnoscunt.

Indict. 12

Maiorianum Imperatorem venisse hoc anno in Galliam, & Lugdunum, siue Burgundionibus, siue Visigothis eripuisse, *satis testatur Sidonius Apollin.* habetur Synodus Constantinopolitana septuaginta trium Episcoporum, præsentibus Legatis Sedis Apostolicæ. Confirmatur Decretum Concilii Chalcedonensis in Eutychetem, præsente Gennadio Episcopo Constantinopolitano. *Baron.* Martyrius Antiochiæ Episcopus.

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
460 Indict. 13	21 Leonis I. Magni.	4 Leonis I. 4 Maioriani	*Coss. Magnus, & Apollonius. Isidorus, & Sulpitius notant hoc anno* Maiorianum Imperatorem transisse in Hispaniam: vt indè traiiceret in Africam. Sed pax Genserico, eam petenti, data est. Si creditur aliquibus, iam Britanni, pulsi ab Anglis & Saxonibus, sedes occupant Armoricorũ, nomenque ponunt minoris Britanniæ. Sed ab aliis plerisque hoc improbatur. Eò venisse nonnullos, & admissos ab incolis, constat quidem: reliqui suam tenuerunt Britanniam adhuc multis annis, saltem in Vallia, *vt scribit Polyd. libro primo.* Eudocia Augusta, dicta Attica, iunioris Theodosii vxor, Hierosolymis piè moritur. *Nicep. libro decimo quarto capite quinquagesimo.* Vita cessit Simeon Stylita. *Surius 4. Febr.* succedit columnam ascendens, Daniel Stylita. *Surius vndecima Decemb.* Timotheus, inuasor Ecclesiæ Alexandrinæ exulat, iubente Leone Imperatore: substituitur Timotheus Solofaciolus, Orthodoxus. *Liberat. capite decimo quinto. Leo Epistola* 101. 102. 103.	2 Childerici I.
461. Indict. 14	1. Hilarij.	5. Leonis I. 1 Seueri.	*Coss. Seuerinus, & Dagalaiphus.* obit diem 3 Idus April. Leo Papa, meritò Magnus dictus. Substituitur Hilarius Sardus, ex Diacono S. R. E. pridie Idus Nouemb. *Marian. Scot.* Maiorianus Imperator apud Derthonam Hispaniæ ciuitatem secundo Augusti redigitur in ordinem, & mox occiditur à Ricimero Magistro militum; cuius auxilio Seuerus inuadit Imperiũ. *Cassiod. in Chron. Euag. Marcell. Procop.*	3 Childerici I.
462. Indict. 15	2 Hilarij.	6. Leonis I. 2 Seueri.	*Coss. Leo 2, & Seuerus, Augusti.* Bello clarus Childericus, sed ob vitia suis ingratus, cogitur ad fugam per octo annos continuos: regnum interim administrat Ægidius, *de quo Gregorius Turon. Ado, & alij.* Fugit Childericus in Turingiam ad paternos amicos. erat verò hic Ægidius Romanus ciuis, & pro Romanis Præfectus Suessionum. Seuerus Imper. Gensericum insulas Mediterranei maris occupare volentem repellit. *putat etiam Iornandes,* hoc anno Narbonem venisse in potestatem Theodorici Vvisigothi. proditione factum *narrant Isidorus, & Idatius.* Eugenius Scotorum Rex moritur, succedit Dongardus frater. *Hector Boetius libro octauo, Lesleus libro quarto.* Victorinus Aquitanus, iubente Hilario Papa, edidit Paschalion in sequentem annum, & deinceps, *Marian. Scot.*	4 Childerici I.
463. Indict. 1.	3 Hilarij.	7. Leonis I. 3 Seueri.	*Coss. Decius Basilius, & Vibianus.* Concilium Arausicanum secundum, quod alii aliò referunt, rectè in hunc annum coniicit *Baronius.* sub Consulatu hoc Decii Iunioris. Præside Cæsario Arelatensi, *de quo supra* 433. interfuit Eucherius Lugdunensis, huc vsque superstes, quicquid dicant *Ado, & Gennadius:* item Principius Suessionensis, S. Remigij frater. Decreta sunt pleraque de Gratia & Libero Arbitrio, contra aliquos obliquè fauentes Pelagianismo. & quò maior appareat Concilii authoritas, capita ibidem tractata olim fuerunt à Sede Apostolica eò trãsmissa, *vt præfatur ibidem Cæsarius. Vide Acta.* in hunc eundem annum coniicio (ab iisdem ferè Episcopis) habitum Concilium Carpentoratense, & Vasionense, non Bazatense nuncupandum.	5 Childerici I.
464 Indict. 2.	4 Hilarij.	8 Leonis I. 4 Seueri.	*Coss. Rusticus, & Olybrius.* Ricimerus, missus à Seuero Imperatore obuiam Beogoro Alanorum Regi, vastanti Italiæ Prouincias, ad Cisalpinam Galliam hostem victum, occidit tandem apud lacum Benacum, 6 Febr. *Iornand. Cassiod. Marcell. Comes.*	6 Childerici I.
465.	5. Hilarij.	9 Leonis I. 5 Seueri.	*Coss. Basiliscus, & Herminericus, hæretici.* Romæ celebratur Concilium, vbi iterùm confirmantur Decreta Concilii Chalcedonensis contra Eutychetem. Et causæ aliquot Episco-	7 Childerici I.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Francorum Regum.
Indict. 3.			porum tractantur. *Tomo secundo Concilior.* interfuit Maximus Taurinensis, cum prærogatiua ætatis. Vixerat enim ille sub Honorio. *Gennad. Massiliensis capite quadragesimo de Viris Illustri.* viuebat etiam tunc alius Maximus, vir Sanctus, qui coactus est Episcopatum Tolosanum suscipere. *Sidonius libro* 4, *Epistola vigesima quarta.* Seuerus Imperator, dolo Ricimeri, veneno extinguitur, decima quinta Augusti. *Marcellinus, Cassiodorus.* Obtrudit *ex veteri Chronico Vignerius* vacasse Imperium septem mensibus, sed *Marcellinus* notat obiisse anno sequenti, redintegrata amicitia, inter Imperatorem Leonem, & Valamirum Ostrogothorũ Regem. datur obses Imperatori Theodoricus Iunior, filius Valamiri, octo tantùm annorum puer, Imperatori gratissimus. *Bonfin. decad. septima libri primi Iornandes, Miscella libro* 16.	
466 *Indict. 4.*	6 *Hilarii.*	10 *Leonis I.*	*Coss. Leo* 3, *& Titianus.* Hispania hoc tempore trifariam diuisa erat. Galecia, & pars Lusitaniæ Sueuis parebat: Bætica, & Catalaunia Gothis. Romani ferè reliquas tenebãt Prouincias. interim Eurico, cuius fraude periit Theodoricus frater, (anno 10 Leonis *ex Seuero Sulpit.*) cessit Gothorũ Regnũ *si creditur Iornandi.* hic Rex, comparato exercitu valido, Romanos spoliauit vniuerso tandem Hispaniæ Imperio, quod annis ferè 700 steterat. *Marian. lib. 5. cap. 5 initio.* Scribit tamen *Idatius.* nõ nisi 16 Leonis anno, totam, quam vocabant superiorem Hispaniam venisse in potestatem Eurici Regis. res Romani Imperii in Italia, ob intestina arma, vix consistebant; caruitque hic annus Imperatore Occidentis. interim Marcellinus, iubente Leone Imperatore, Vvandalos pellit è Sicilia. *Iornand. Procop. Idat.* Dongardo Rege Scotiæ occiso in acie à Britannis, succedit Constantinus. *Lesleus libr. 4. Hector Boëtius lib.* 8. Prospero Rhegiensi in Aquitania Episcopo demortuo, successit Maximus Abbas Lerinensis. Et post eum Faustus, ex eiusdem Cœnobii Abbate. *Baron.* Epiphanius succedit Crispino Ticinensi Episcopo. quo etiam seculo florebat alius Epiphanius, quo vsus est Cassiodorus Græcorum Scriptorum interprete. *Cassiod. Diuin. Institut. cap.* 5, *&* 17.	8 *Childerici I.*
467 *Indict. 5.*	7 *Hilarii*	11 *Leonis I.* 1 *Anthemij.*	*Coss. Flauius Puseus, & Ioannes.* Anthemius Iunior, Senioris nepos, Imperator Occidentis postulatus Legatione ad Leonem, datur & coronatur Romæ 12 Aprilis, ex consensu Senatus, & Ricimeri. *Niceph. libro decimoquinto capite vndecimo. Euagrius libro 2. cap. 18. Marcell. Comes, Cassiodor.* moritur Hilarius Papa, quarto Idus Sept. succedit Simplicius Tiburtinus post dies decem.	9 *Childerici I.*
468 *Indict. 6*	1 *Simplicij.*	12 *Leonis I.* 2 *Anthemij*	*Cos. Anthemius Augustus* 2 *sine Collega.* Hoc anno Præfectorum Romanorum sæuitia & auaritia, Romanis in Gallia impensè obfuit. *Saluianus lib. 5 de vero Iudicio.* à Leone Imperatore, missa classis contra Vvandalos in Africam, Duce Basilisco Imperatricis fratre, quæ (*ex Procopio l. 1. de Bello Vvandalico*) 100000 armatorum habebat. appulit quidem, sed rediit re infecta; siue ignauia, siue perfidia Ducis: qui putabatur cum Aspare, ad Imperium aspirante, consilia communicasse: rediitque ad Vvandalos Sardinia.	10 *Childerici I.*
469 *Indict. 7.*	2 *Simplicij.*	13 *Leonis I.* 3 *Anthemij*	*Coss. Zeno, & Marcianus.* Hoc tandem anno Childericus, post octauum exilii annum, Regno in Francia restituitur: pulso Ægidio. *Gregorius Turonens. Sigibert. Chro.* quando Britanni, ductore Ambrosio, ex Romanis Ducibus vno, fortiter dimicarunt, viceruntque sæpius Anglosaxones, *Beda, Polydor. lib. tertio post medium.*	11 *Childerici I.*

Anni Christ.	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Francis Reg.
470. Indict. 8	3. Simplicij.	14. Leonis I. 4. Anthemij	*Coss. Seuerus, & Iordanus.* Leo Imperator, insigni arte Asparem Principem Imperium affectantem fallens, Asparis filium Cæsarem creat: & mox patrem & filium, arrianos, iamque securos, tollit è medio. *Marcell. Chron. Niceph. libr.* 15. *capite* 27. Hunc Consulatum *notat Cassiodorus.*	12. Childerici I.
471. Indict. 9.	4. Simplicij.	15. Leonis I. 5. Anthemij	*Coss. Leo* 4, *& Probianus.* S. Remigius Francorum Apostolus, eligitur Rhemẽsis Episcopus, ætatis anno 22. quam electionem huic anno *adscripsit Iornandes* : licèt sequenti *tribuat Gregorius Turonensis.* succedit Gennadio Episcopo defuncto. *lege Sidonium Appoll. libr.* 9. *Epist.* 7. Moritur Gennadius Episcopus Constantinopolitanus. *Zonar. Niceph. Chron. Gennad. de Script.* succedit Acatius. *Euag.* Eudocia Iunior Valentiniani & Eudoxiæ filia, nupta Hunnerico Genserici filio, genuit Hildericum : & pertæsa Arrianum thorum, abijt Hierosolymam. *Victor l.* 15. *cap.* 12. vide supra an. 455. Vesuuius Campaniæ mons æstuans, puluere omnem penè contegit Europam. *Marcell. Procop.* Martyrius (*de quo* 459) abdicat se Episcopatu Antiocheno.	13 Childerici I.
472. Indict. 10	5. Simplicij.	16 Leonis I. 6. Anthemij 1 Olybrii.	*Coss. Festus, & Marcianus.* Euthymius Archimandrita moritur. *Surius* 20 *Ianuar.* Anthemius Imperator, orto dissidio & bello, occiditur à Ricimere genero, Romæ 10 Iulij, & Roma tertiùm diripitur. Olybrius substituitur Imperator, missus à Leone Orientis Imp. Ricimerus post 39 dies, sæuis corporis cruciatibus Romæ extinguitur. *Cassidior. Marcell. & alij.* Olybrius 7 mense vitam finiuit. *Cassidior. in Chron. Marcel. & alij.* hoc anno, vt apparet, Theodoricus, iam 18 annorum, permittente Leone, redijt ad patrem Theodomirum: qui etiam hoc ipso anno rediit è Galliis. Sidonius, ab auo cognominatus Appolinaris, Auiti Imperatoris gener, & ex primis Galliæ Senatoribus, putatur nunc creatus Episcopus Aruerniæ. *Sidonius lib* 6 *Epist.* 1. *Gregor. Turon. lib.* 2, *cap.* 21. Sunt tamen qui post quinquennium creatum volunt.	14 Childerici I.
473 Indict. 11	6 Simplicij	17 Leonis I. 1 Glycerij. 1 Leonis II.	*Cos. Leo August.* 5, *sine Collega.* Occiso Olybrio, succedit in Imperio Glycerius, Rauennæ electus, fauore militum, & Gondibari Ducis, quinto Martii, quod vix annum vnum tenuit. *Cassiodor. Chron.* interim Leo Imperator, Leonem Iuniorem, suum nepotem, Zenonis filium, facit Imperii consortẽ. *Cassiod. Cedren. Zonar.* Vindemirus Ostrogothorum Dux, & Theodomiri frater, inuadens Italiam, moritur: & filius Vindemirus Iunior, Italicis victus præmiis, à Glycerio datis, cœpto desistit, *vt scribit Iornand.* Leo Senior mittit Iulium Nepotem Imperatorem Occidentis, antequam sciretur Constantinopoli electio Olybrii. *Cassiod. Iornand. Miscella Marcell. Comes.*	15. Childerici I.
474 Indict. 12	7 Simplicij	18 Leonis I. 1 Zenonis Isaurici. 1 Iulij Nepotis.	*Cos. Leo Iunior Augustus sine Collega.* Euricus, Vuisigothorum Rex, quod reliquum Romanis erat in Aquitania, & Narbonensi Gallia, hostiliter inuadit; miré in hoc bello vexatis Episcopis, Burdigal. Petrochor. Lemouicen. Ruthenen. & aliis, *vt testantur Iornandes, & Sidonius.* Leo Senior Imperator mense Ianuario moritur, laudatissimis Imperatoribus annumerandus, si Basilisco vxoris fratri, & Zenoni genero indulgentior, viam non strauisset ad Imperium. Leo Iunior, infirmæ valetudinis, patrem Zenonem hunc Isauricum in Imperii consortium assumit, aut potius Imperium ei defert, breui post morbo extinctus. *Cassiodor & Euag. lib.* 2. *cap.* 17. *Nicep. Marcel. Comes, Zonaras.* impius hic Zeno Imperator hæreticos reuocat ab exilio, & inter alios Petrum Gnaphæum Fullonem, qui creatus Episcopus Antiochenus, damnat Concilium Chalcedonense. *Baron.* Iulius Nepos, destinatus Occidentis Imperator à Leone	16. Childerici I.

Seniore, cogit Glycerium deponere Imperium. attōdet hominem in Clericum: & curat creari Salonæ in Dalmatia Episcopum. *Iornand. Euag.* Ipse verò Imperium retinet. *Cassiod. Chron.* Britanni, commisso prælio, Hengistum Anglosaxonum Ducē occidunt, succedunt filij Osca, & Otha. *Beda. Polidor. lib. 4 initio.*

475 | 8 *Simplicij.* | 2 *Zenonis Isaurici.* 1 *Augustuli* | 17 *Childerici 1.* | *Indict. 13.* | *Basiliscus*

Coss. Zeno 2 sine Collega. Orestes, Magister militiæ creatus à Nepote Imperatore, felicitatis authori malam reddēs gratiam; Nepotem imperio priuat, 27 Sept. & Rauennæ filium Momilum Augustum (Augustulum ex contemptu dictum) appellat Imperatorem. Nepos in Dalmatiam fugit. *Marcell. Cassiod.* Nepotiani Odoacrem Herulorum Regem euocant in vindictā per Legatos. Vortimerius, Britannorum Rex moritur, pugnans contra Hengistinos Anglosaxonas: qui iam Cantium tenebunt. *Polydorus sub finem lib. 3.* Zenonem expulit hoc anno Basiliscus, vsurpans Orientis Imperium. *Niceph. l. 16 c. 2. Zonar. Euag.* Vita functus Theodomirus, relicto successore Theodorico, Ostrogothorū rege. *Iornād. c. 56.* Timotheus, *de quo ad an. 460*, pellitur à Sede Alexādrina per Ælurū, superstes tamen vsque ad an. 482.

ROMANVM IMPERIVM in Occidente deficit, & succedit Regnū Italiæ.

476 | 9 *Simplicij.* | 3 *Zenonis Isaurici.* 1 *Basilisci.* | 18 *Childerici 1.* | *Indict. 14.*

Coss. Basiliscus, & Armatus. Odoacer, *ex Procopio*, natione Italus, quondam Orestis armiger in Italia: nunc, *ex Iornande, & Cassiodoro*, Rex Herulorum, & Citorum, trans Danubium in Germania interiore: his Italiæ tumultibus excitatus, exercitum cōparat, & Italiā inuadit. Vbi Oreste interfecto, & Augustulo relegato in Lucullanū Campaniæ, Rex Italiam tenet. *Marcell. Cassiodor. Onuph.* notari solet 23 Augusti, quo cœpit regnare. deficit ergo Imperiū Romanum in Occidente in Augustulo isto, cum etiam in Augusto primùm cœperit, Arrianis Principibus misera cōditione Ecclesiæ omnia ferè occupantibus. Odoacer enim Arrianus tenebat Italiā; Gensericus Arrianus Africā. Vvisigothus Arrianus penè Hispaniam, & magnā Galliæ partē: reliquum ferè Franci gentiles, & Burgundiones. Orientē denique obtinebat Zeno Eutychianus, qui Basilisci insidiis petitus, fugit in Isauriam, sed iam comparato exercitu, parat reditū. *Marcell. Chron.* moritur eodem anno in Africa Gensericus, *si creditur Victori de Persecutione Vvandal.* rectius an. 478. Persas, seu Perozes Persarum Rex, victus à Nephtalitis, qui Persis vicini sūt, & captus, iurat pacem in posterum. *Niceph. lib. 16. cap. 36. Procopius lib. 1. de bello Persico.*

477 | 10 *Simplicij.* | 2 *Basilisci.* 4 *Zenonis Isaurici.* | 19 *Childerici 1.* | *Indict. 15.*

Post Consulatū Basilisci. Impius Basiliscus Imperator, defectione Armati Exconsulis traditur Zenoni, qui sic Imperio restituitur, misso in exilium Basilisco. Vbi cum vxore, & liberis fame contabuit. *Euag. lib. 3. c. 8. Marcell. Niceph. Procop.* Odoacer suppressa, hoc anno, in Italia dignitate Consulari, & Senatus authoritate imminuta, omnino Regem agit: ad firmandā verò amicitiam cum exteris Principibus, cessit Eurico Vvisigotho quicquid Romani ab Alpibus ad Rhodanum habebant. Ægidius Suessionum, & Paulus Andium pro Romanis, Duces reliqui adhuc erant. *Simplicius epistola 7* hortatur Zenonē, vt hæreticos expellat, quod in Gnaphæo Fullone, & aliis præstitit. *Euag.* successit in Antiochena Ecclesia Stephanus secundus. Timotheus Ælurus (à quo Timotheani Hæretici) occupator Ecclesiæ Alexandrinæ, hausto veneno extinguitur. *Liberat. cap.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Fran.
			*cap.*10. de Timothei Catholici restitutione. *lege Acatij epistolam ad Simplicianum, Tom.*1. *Epist. Decret.* Moritur Anastasius, Episcopus Hierosolymitanus: succedit Martyrius Cappadox, ex Monacho. *apud Cyrillum in Vita Euthimij, Sur.* 29 *Ian.*	
478 *Indict.* 1.	11 *Simplicij*	5 *Zenonis Isaurici.*	*Cos. Illus sine Collega.* Nunc ferè Andium Prouincia cessit Childerico, post Pauli Romani Ducis, & Comitis mortem. diem obit Gensericus, primus Vvandalorum Rex in Africa, succedit Hunnericus, insignis Catholicorum Persecutor, *ex Procopio libro* 1. tamen, *ex Vict.* obiit ann. 476 Gensericus. Habet etiam hic annus Legationes Timothei Catholici, anno præcedente restituti, ad Simplicium Papam, & Zenonem Imperatorem. *Liberat. cap.* 17. *Baron.*	20 *Childerici* 1.
479 *Indict.* 2.	12 *Simplicij*	6 *Zenonis Isaurici.*	*Cos. Zeno* 3. Childericus Francorum Rex conciliat sibi tum Anglosaxonas, tum in Italia Odoacrum. moritur Ægidius, Suessionum Dux, relicto filio Siagrio. moritur quoque Lupus Trecensis Episcopus, & insigne Galliæ decus. succedit Camelianus, de Lupi discipulis, Polychronio Lugdunensi Episcopo, Seuero Treuensi, & Albino Catalaunensi, *vide Surium* 19 *Augusti.* Stephanus Iunior, qui tertius vocatur, succedit Episcopus Antiochiæ, Stephano Seniore, ab Eutychianis Sacerdotibus trucidato inter Sacra. *Euag. Niceph. Onuph.*	21 *Childerici* 1.
480 *Indict.* 3.	13 *Simplicij*	7 *Zenonis Isaurici.*	*Cos. Basilius* Iunior. Nunc tandem Hunnericus permittit in Carthaginensi Ecclesia Episcopum, agente id Zenone. Itaque anno 24 cessationis, ordinatur ibi Episcopus Eugenius, vir Sanctus. *Victor de Persec. Vvand. lib.* 2. Euricus, Visigothorum Rex, Aruernum ciuitatem, diu optatam accepit. *Sidon. lib.* 7. *Epist.* 7 *ad Agricium Massil. Episcopum.* Florebant tunc Aruernis Amabilis Presbyter, & Abraham. *Baron,*	22 *Childerici* 1.
481 *Indict.* 4	14 *Simplicij.*	8 *Zenonis Isaurici.*	*Cos. Placidus, sine Collega.* Ella, Australium Saxonum Dux, in Angliam appulisse nunc putatur è Saxonia, & partem insulæ occupasse, quæ postea dicta est Sussexia, seu Regnorum: nempe 30 annis ab aduentu Hengisti, & primorum Saxonum. *vide an.* 449. Odoacer in Illyrico Odinam Ducem victum occidit, quod occidisset ille anno præcedente Iulium Nepotem, nuper Imperatorem. De Theodorico Gotho, & Scirorum domino, qui tantùm suorum insidiis à capienda Constantinopoli deterritus, regreditur & moritur; *lege Euag. lib.* 3. *cap.* 25. *Marcell. Chron.* Triarii filium *vocat Iornandes, de Success. Regnor.* & cognomento Strabonem. alius est, *de quo ad an.* 483.	23 *Childerici* 1.
500 *Indict. 8.*	2 *Symmachi.*	10 *Anastasii I.*	*Coss. Patricius, & Hipatius.* Clodoueus, impellente Clotilda vxore, Gondebaldum Burgundionum Regem, apud Diuionum in acie victum, coegit mediam Regni sui partem fratri Godegesillo relinquere. de hoc bello multa *Æmilius, & Annales Franciæ.* Theodoricus Rex Romæ exceptus magno applausu. vbi ille vicissim magnis operibus antiqua Vrbis miracula superauit, *inquit Cassiodorus. Miscella.* Schismatici petunt à Rege visitatorem dari Romanæ Ecclesiæ. datus est Petrus Altinæ ciuitatis Episcopus: sed adhærens ille Schismaticis, damnatus ibidem est in Concilio 115 Episcoporum. Rex literis rogatus, res Ecclesiæ more maiorum agi permisit. Hoc secundum est sub Symmacho Concilium. *lege Apologeticum Ennodii pro Symmacho.* Extat *Tomo 2 ante Concilium Epaunense.*	17 *Clodouei 2.*

sine Collega. 530 P*osthumius Lampadius*, & *Orestes*. 531 *Post Consulatum Lampadij* I. 532 *Post Consulatum Lampadij* 2. 533 *Iustinianus Augustus* 3. 534 *Iustinianus Aug.* 4. & *Decius Theodorus Paulinus*. 535 *Belisarius*, *solus*. 536 *Post Consulatum Belisarij* 1. 537 *Post Consulatum Belisarij* 2. 538 *Ioannes*, & *Volusianus*. 539 *Appio Ægyptius*, *solus*. 540. *Iustinus V. C. sine Collega*. 541 *Basilius*, *sine Collega. Hic consulum vltimus est*, *inter priuatos. numerantur tamen non pauci adhuc anni*, *Primus*, 2. 3. 4. 5. *Post Consulatum Basilij*, *vsque ad annum Iustiniani* 38 *quando Indictionum vsus magis inualuit.* Lege de hac re Constitutionem Iustiniani Nou. 105 & Auth. de Cos. Col. 4. tit. 3.

Regna.

SVB IVSTINIANO redière ad iura Romani Imperij Africa, Sicilia, maximaque Italiæ pars. Sed vario bellorum casu perculsa, & afflicta Italia, primùm Totilam Ostrogothum sustinuit: deinde Longobardos diu habuit regnatores. interim Franci Gallias, Visigothi Hispanias, & Anglosaxones Romanam Britanniam in Heptarchiâ possident.

Status. *Ecclesiæ*

Ecclesia, *grauia sub Anastasio Imperatore hæretico perpessa*, *respirauit sub Iustiniano*, *vsque ad annum* 541. *sed breui hanc pacem excepit illata à Longobardis Persecutio* : & *apud Britannos Saxonica*, *Danicaque.*

Doctrina.

Ecclesiæ certa in Decretis & Traditionibus Authoritas, *Greg. Mag. epist.* 24 *lib.* 1. *Cassiodor. libr.* 1. *Diuin. Instit. cap.* 11. Primatus. *Euagri. libr.* 2 *Hist. cap.* 4. *Cassiod. libr. de Amicitia. cap. Qualiter discretione &c. Gregorius iam citatus* : & *idem testatur Iustinnia. Imp. epist. ad Ioan.* PP. *extat Tom.* 2 *Concil.* Liberum Arbitrium *Ennod. Episcop. de Lib. Arbit. ad Constantium. Boe. libr.* 5 *de Consol. Prosa.* 2. Bona Opera, & Merita. *Greg, Hom.* 29. *in Euang. Boeth. citatus.* Eucharistiæ Sacrament. *Euag libr.* 4 *Hist. cap.* 35. *Cassiod. in Psal.* 109. Sacrificium. *Felix IV. Epist. ad omnes Orthodoxos: citatur à Grat. de Consec. d.* 2. *cap. sicut non alij. Greg.* Homil. 22. *in* Euang. Pœnitentia, *Cassiod. in Psal.* 6. *S. Benedict. ca.* 7 *Regula sua. Greg. Hom.* 26 *in* Euang. Purgatorium Concil. *Valent. in* Hisp. *c.* 4. *Boeth. l.* 4 *Consol. Prosa* 4. *Greg. l.* 4. *Dialog. cap.* 39. Inuocatio Sanctorum. *Euag. libr.* 1. *Hist. cap.* 16. *Fulgen. Sermo. de Laudib. B. V.* & *Saluatoris. Greg. libr.* 3. *Epist.* 30. Reliquiæ, *Euag. libr.* 4. *cap.* 25. *vbi de Cruce. Concilium Epaunense cap.* 25. *Gregor.* Hom. 32 *in Euang.* Cælibatus *Concil. Lugdun. cap.* 1. *Concil. Turon. cap.* 11. *Greg.* Lib. 1. *Epist.* 42. Abstinentia à cibis. *Concil. Aurelian. cap.* 29. *Greg. Hom.* 16. *in Euang.*

RERVM GESTARVM SERIES.

Anni Christi.	*Anni Pont.*	*Anni Imp.*		*Anni Franciæ Reg.*
501 *Indict.* 9.	3 *Symmachi.*	11. *Anastasij.* I.	CLodoueus victo Gundebaldo, qui contra pacta conuenta bellum redintegrauit: Regnum Burgundionum diuisit : & ea parte, quæ cis Ararim est retentâ, reliquum dat Sigismundo Gundebaldi filio, *si vera narrat Paul. Æmil.* Tamen *Procop. lib.* 1. vult partem aliquam concessam Theodorico Italiæ Regi. Congallus Scot. Rex moritur, Regni anno 20. post quem Conranus Regnum tenuit annis 35. *Boet. lib.* 8. & 9. & *Lesleus lib.* 4 *in* Congallo. sub quo narrat gesta ab eo aduersus Saxones bella: constantiam Britonum in fide, & nunc extitisse Merlinum illum apud Scotos pro Vate habi-	18 *Clodouei I.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Fran.
			tentat pacem inter eos componere: qud cùm non succedit, iungit se Alarico, gentili suo. Clodoueus ergo, traiectis Ligeri & Vienna, seu Guienna, rendit in Alaricum, qui leucis fere 5 à Pictauorum oppido consederat. acies in campo Vocladensi concurrunt: diu acriterque vtrinque pugnatum: tandem Gothis in fugam versis, Alaricus Rex cecidit. extant hodie in loco certaminis sepulchralia monumenta prope ripam præterlabentis fluminis, quæ & multitudine, & origine sua spectatoribus admirationi sunt: vulgo *Cemetiere de Ciuaux*. De hac insigni victoria *lege Sigon. ad an.* 506. Annum Anastasii 17 exeuntem notarunt *Isidorus & Hispan. Historia.* Restabat Visigothis post hanc cladem, Gallia Narbonensis, quã superueniens Theodorici Ostrogothorum & Italiæ Regis nouus exercitus, retinuit Amalarico Alarici filio, & pupillo. *Cassiodorus in fine Chron. scribens*, acquisitas tunc domino suo Theodorico Gallias, veritatis lineam transgreditur. Massilia quidem, Arelate, Narbo, & Carcasso, Theodorico Amalarici auo (saltem tutorio nomine) remanserunt. *Procop. lib.* 1. *de bello Gothico.* Vasconiam *addit Æmilius*: & in pugna redintegrata contra Ostrogothos, vel obsidione, aliquot Francorum millia desiderata: quod *in Chron notat Vasæus.* sed reliquas Francorum opes, *vt ait Æmilius*, tentare non est ausus Theodoricus.	
509 *Indict.* 2	11 *Symmach.*	19 *Anastasii I.*	Anastasius Imp. eximia ad Clodoueum dona mittit, & codicillos de Consulatu, è Mesopotamia, dum rediret Rex à Gothico bello. Moritur Gundebaldus Burgundionum Rex, relictis filiis duobus, Sigismundo, & Gothomaro. *Sigebert.* Sigismundus natu maximus, ab Arriana hæresi transit ad fidem Catholicam. *Greg. lib.* 3. *de gestis Franc. cap.* 5. *Sigebert. Chron.* Concilium Epaunense intra Burgundionum fines habetur, opera Sigismundi Regis. Canones 40. de Ciuitate non constat inter Geographos, vnde Epaunensis dicta sit Synodus.	26 *Clodouei I.*
510 *Indict.* 3	12 *Symmachi*	20 *Anastasii I.*	Idas Rex Scotos vincit, & Pictos, *Polydor. lib.* 4. *in Ida.* Boëthius, huius anni Consul, Romanorum nobilissimus, primus Aristotelem Latinorum manibus tradit.	27 *Clodouei I.*
511 *Indict.* 4	13 *Symmachi*	21 *Anastasii I.*	Theodoricus, misso in Hispaniam exercitu, expulit inde Gesalaricum, tanquam vsurpatorem Regni Visigothorum, quod Theodoricus retinuit quamdiu vixit, nomine tamen Almarici, nondum maturi ad gubernandum. *Isidor. Iornandes, & alij.* Moritur Theodon primus Bauariæ Rex, relicto eiusdem nominis successore, *Auenti. lib.* 3. Anastasius Imperator vexat Orthodoxos. Ex his Macedonius Episcopus Constant. pellitur in exilium, substituto Timotheo, nefario hæretico. *Niceph. libr.* 16. *cap.* 26. *Theodor. Lect.*	28 *Clodouei I.*
512 *Indict.* 5	14 *Symmachi*	22 *Anastasii I.*	Clodoueus, post Regulos quosdam, à quibus sibi timebat deletos, Regni sui fines ad extremas ferè Gallias protraxit. Congregata Sydone Eutychianorum Synodus, ad damnandam Synodum Chalcedonensem. *Euag. libr.* 3. *cap.* 31. Flauius pellitur in exilium, recusans damnare Synodum Chalcedon. substituitur illi in Episcopatu Antiocheno Seuerus Monachus, dux Acephalorum. *Euag.* ibidem.	29 *Clodouei I.*
513 *Indict.* 6	15 *Symmachi*	23 *Anastasii I.*	Taxat hoc anno *Vignerius* crudelitatem iniustam Clodouei Regis, licèt excusetur à *Gregorio.* quem ibidem citat. Alamandarus, inter Saracenos Regulus, baptizatur, quià Seuero Antiocheno Episcopo hæretico missos Sacerdotes repellit, allato scommare de morte S. Michaelis. *Theodor. Lect. Cedrenus, Nicephorus lib.* 6. *cap.* 35. sic enim euicit Christum mortuum, duarum Naturarum fuisse: quod faterentur Seueriani Angelum mori non posse. Idem Seuerus curat pelli in exilium Eliam	30 *Clodouei I.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Episcopum Palestinæ : subrogato Ioanne 3 hæretico. Dorotheus Ancyre Episcopus moritur, qui Anastasio semper pro fide restitit. *Marcel. Chron.*	
514 Indict. 7.	16 *Symmachi* 1 *Hormisda*	24 *Anastasii. I.*	Clodoueus vita cessit anno ætatis 45, diuiso Regno inter 4 filios in toditem Tetrarchias, anno 112 post S. Martini obitum, vt omnes cum *Aimoino*, & *Adone* notant. Parisiis regnat Childebertus, natu maximus, Clotario Suessiones, Clodomiro Aurelianum, Theodorico notho Mediomattices euenerunt, vnde pendebant Prouinciæ vltra, & cis Rhenum: Austrasiæ Regnum nuncupatum, quòd ad Orientem vergeret. Moritur Symmachus Papa: post 7 dies substituitur Hormisda, Kal. Aug. Hoc accidisse oportet, ante mortem Clodouei, iuxta ea, *quæ notat Baron.* de corona aurea missâ Hormisdæ à Clodoueo. Rhemense Concilium habetur, Præside Remigio Episcopo. Floret Proclus Philosophus, & author speculi, quo adusta est classis hostilis Vitaliani, historiam *narrant* Marcel. *Com. Zonar. Cedren. &* Euagr. *libr.* 3.	31 *Clodouei I.* I *Childeberti & Fratrum: Clotarij I. Clodomiri, & Theoderici.*
515 Indict. 8	2 *Hormisda*	25 *Anastasii. I.*	Ariadne, vxor Anastasii Imp. impia moritur. Vitalianus iterùm arma deponit, spe noui Concilii, & donis Anastasii: sed nihil effectum est. *Marcel. Comes*, *Cedren.*	2 *Childeberti & Fratrum.*
516 Indict. 9.	3 *Hormisda*	26 *Anastasii. I.*	*Notat Genebrardus ad annum Christi* 505, circa hæc tempora, à Mar filio Rabbi Asæ, absolutum Thalmud, dictum Babylonicum: pars illa est, quam vocant Iudæi Ghémara, idque centum annis, *vt ait idem author*, exactis, post Thalmud Hierosolymitanum. Denique annis 317 post primam partem: & annis, *inquit*, 29 post puncta. Theodoricus Eutharico, gentili suo, ex Hispania vocato, dat filiam Amalasuntham vxorem. *Iornand. de reb. Get. cap* 59. Hunni Armeniam & Cappadociam vastantes acceptâ ab Imperatore pecunia recedunt. *Nicephorus libr.* 16. *Cedrenus*. Concilium Tarraconense in Hispania habetur de Ecclesiastica Disciplina. Canones 13 editi; notatus annus sextus Theodorici, ex quo in Hispania ille regnat. nunc putatur obiisse Auitus Episcopus Viennensis. Anastasius Imperator, post simulationem cum Hormisda, Vitalianum redigit in ordinem. *Nicep. libr.* 16. *cap.* 38. Alcysonno Episcopo Nicopolitano subrogatur Ioannes. communicat cum Romana Ecclesia. *Tom.* 1 *Epistolarum* Rom. *pont. pag.* 448. *Baron.* Dioscorus Iunior succedit Episcopus Alexandriæ, mortuo Ioanne Mathiotha hæretico. *Anast. in Chron.*	3 *Childeberti.*
517 Indict. 10	4 *Hormisda*	27 *Anastasii. I.*	Iterùm Anastasius auro redimit vexationem à Barbaris illatam. *Marcel.* Theodoricus, Mediomatricum & Austrasiæ Rex, Danos hostiliter incursantes occidione penè deleuit. *Sigebert. Greg. Tur.* Secunda nunc instituitur legatio Hormisdæ ad Imperatorem Anastasium, sed indignè ab illo reiectis Legatis, res ab hæretico homine turbantur. Hormisda, vt tempora ferebant, ad Gallos & Hispanos se conuertit, & dat literas. *Tomo* 1 *Epist. Pont. & Tom.* 2 *Concil. in Hormisda.* habeturque Gerundēse Concilium in Prouincia Tarraconēsi de Ecclesiastica Disciplina. Canones decem editi. Constantinopoli mortuo Timotheo Episcopo succedit Ioannes Cappadox, Orthodoxus.	4 *Childeberti.*
518 Indict. 11.	5 *Hormisda*	28 *Anastasii. I.* 1 *Iustini I.*	Moritur impius Imperator Anastasius, ictus fulmine de cœlo, decimo Iulii. eligitur à militibus Iustinus militiæ & Prætorianorum Præfectus, in Imperatorem, humili loco in Thracia natus. *Marcell.* qui ait regnasse ab Indictione 11 ad 5, Orthodoxus Imperator. Casiodorus finem Chronico imponit. *narrat Miscella libro* 15, cæsos hoc anno Hunnos, ob perfidiam erga Iustinū, à Cabade Persarū rege, qui pacē renouat cū nouo Imperatore, de qua tamen nihil. Procopius. San-	5 *Childeberti.*

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			cta Brigida è Scotia obiit. *Trithem.* Proclus Platonicus Philosophus, author machinæ, qua classis Vitaliani exusta est, & octodecim argumentorum in Christianos, quæ refutat Ioannes Philoponus: hic inquam, coniector somnii Imperatoris Anastasij mortem prænuntiauit. habetur Concilium Constantinopolitanum vigesimo Iulii, 40 Episcoporum. *Nicephorus lib. 17. cap. 9.* damnatur Seuerus: approbatur Concilium Chalcedonense: restituti Episcopi Catholici: quatuor Sanctæ Synodi in Diptycha relatæ. *lege Rustic. Rom. Eccles. Cardin. in Dialogo contra Acephalos, Tom. 4 Bib. SS. PP. Editionis nouæ, columna* 1174. extat *Tom. 2. Concil.*	
519. Indict. 12	6 *Hormisda*	2 *Iustini I.*	Vitalianus iterùm militiæ præficitur, occiso Theocrito, *Marcel. Cedren.* Vniuersalis Ecclesiæ res, pro officio, curat literis & legationibus Hormisda, *quas prolixè refert ad hunc annum & sequentem Baronius.* & inter alias ad Hormisdam literas, est illa Pompej V.C. cui præficitur titulus, vsu receptus, VNIVERSALIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO, cuius tot testimonia habet vel præsens annus, vt manifesti erroris arguatur hac in parte *Vignerius ad hunc annum in sua Chron. Gallica.* Antiochiæ Paulus sedet Episcopus Orthodoxus, sed licenter viuens.	6 *Childeberti I.*
520 Indict. 13	7 *Hormisda*	3 *Iustini I.*	Vitalianus, huius anni Consul, septimo Consulatus mense occiditur, septemdecim vulneribus confossus. *Marcellinus Comes. Euagrius libr. 4. cap. 3* dat causam, putatur euasisse Eutychianus. Ioannes Basilides, Episcopus Constantinopolitanus moritur: succedit Epiphanius. *Nicephor. Chron.* Legationes Constantinopolitani & Thessalonicensis Episcoporum hoc anno ad Hormisdam, & Possessoris Africani Episcopi Epistola, confugientis ad Hormisdam in rebus fidei, velut ad Ecclesiarum caput; docent satis quàm apud omnes constaret de authoritate Romani Pontif. *extant Epistolæ, & alia apud Baronium.*	7 *Childeberti I*
521 Indict. 14	8 *Hormisda*	4 *Iustini I.*	Iustinianus hoc anno Consul, suum Consulatum spectaculis & largitionibus famosissimum reddidit, *inquit Marcellinus in Chron.* missus contra Persas cum exercitu Belisarius, nunc primùm sibi nomen fecit. *Procop. libr. 2.* Legati Orientis Romæ tandem redeunt, dimissi ab Hormisda cum repulsa, quòd iniqua peterent: enituitque tunc constantia vigilantissimi Pastoris. *extant Epistolæ apud Baron.* Paulo Episcopo Antiocheno, qui se spõte (quod ob mores odio esset) abdicauit, succedit Euphrasius. *Euag. libr. 4. cap. 4.* Alexandriæ Austerius Catholicus Episcopus datur ab Imperatore. *Acta Arethæ Martyris.* Sancta Brigida Scota moritur in Hybernia. *Surius primo Februarij.*	8 *Childeberti I.*
522 Indict. 15.	9 *Hormisda*	5 *Iustini I*	Cerdicius Saxo nunc in Britanniam appulit, & septimum Regnum fundauit, dictum ibi Occidentalium Saxonum. *Polydor. lib. 4. & 6. narrat hoc anno Baron.* conuersionem Zati Regis Lazorum. Cholchos olim vocatos *ait Agathias, Nicephorus, Cedrenus, Zonar. Miscella libr. 15.* duo huius anni Consules Symmachus, & Boetius, doctrinâ, genere, diuitiis, & virtute in magno sunt pretio.	9 *Childeberti I.*
523 Indict. 1	10 *Hormisda*	6 *Iustini I.*	Theodoricus Italiæ rex', suspicione finistrâ in Senatum conceptâ Boetium iussit exulare Ticini: Papiam nunc vocant. vbi libros scripsit de Consolatione. moritur Hormisdas 8 Idus Augusti. *de cuius laudibus Baron. ad hunc annum.* Successit post septem dies Ioannes, Hetruscus.	10 *Childeberti I.*
524 Indict. 2	1 *Ioannis I.*	7 *Iustini I.*	Cabades Persarum Rex Manichæos, quos in suo reperit Regno, iubet trucidari; quòd filium ad inuadendum Regnum impulissent. *Cedrenus. Sigebert. Miscella.* Iustinus Imperator vexat Arrianos in Oriente.	11 *Childeberti.*

Clotarius Radegundem victi Regis filiam abduxit captiuam, quam posteà sibi matrimonio copulauit. *Vide Gregor. lib. 3. cap. 7.* Belisarius militiæ Præfectus mittitur ab Imperatore cum exercitu in Persas, contra Cabadem Regem, & numero impar, insignem reportat victoriam. *Procop. lib.* 1. Constitutiones Codicis Iustiniani sub huius anni Consulibus editæ sunt: tamen post biennium editas *narrat Marcellinus*. de Compilatoribus *lege Baronium*. Florebat Ferrandus Scriptor illustris: cuius adhuc extant Epistolæ. moritur Fulgentius, Ruspensis Episcopus, Africę decus. Sanctus Benedictus petit Cassinum montem. *Leo Ostien. Cassin. Chron.*

530 | 5 Felicis 4. 1 Bonifacij 2. | 4 Iustiniani 1. | 17 Childeberti. | Indict. 8.

Iterum exercitus Persarum vincitur à Romanis, recuperata Armenia: & Tzani vicini euadunt Christiani. *Procop.* sub huius anni Consulibus data cura Treboniano colligendi Leges, ex quibus postea extitit Digestorum volumen. *Procop.* moritur Felix Papa Idibus Octob. licet vna eius Epistola malè notatum habeat 12 Kal. Nouemb. quando sedebat iam Bonifacius, electus 17 Kal. Nouemb. *ex Anastasio*. aduersus quem Pontificem Dioscorus in Schismate eligitur. Huius Bonifacii conficta est ad Eulalium Episcopum Alexandrinum epistola, quæ nunquam extitit. hoc Schisma sextũ *numerat Onup.* in Rom. Eccles.

531 | 2 Bonifacij 2. | 5 Iustiniani 1. | 18 Childeberti. | Indict. 9.

Militum seditio, causa fuit, vt Belisarij exercitus vinceretur. ipso Paschatis die, à Persis. Protractum tamen est bellum cum magno Persarum detrimento. Interim Imperator societatem init cum Homeritis. qui regionem ad littus Rubri maris tenebant, & cum AEthiopiæ Monarcha tunc Christiano. *Procopius libr. 1 de Bello Persico, ad 5 annum Iustiniani.*

Childebertus, & Clotarius Francorum Reges, quòd sororem suam Clotildam, quæ data erat vxor Amalarico Visigothorum Regi, duriter ob religionem tractari audirent, ducunt in Hispaniam exercitum: vbi, occiso Amalarico, reportant insignem victoriam: & redeuntes cum sorore in Galliam, occupant Vasconiam, ac quicquid cis Pyrenæos Visigothorum erat, exceptis paucis ciuitatibus viciniioribus Hispaniæ, quas retinuerunt Visigothi, & prouincia, quæ Ostrogothorum erat. *Aimoinus*. licèt *Gregorius* solum nominet Childebertum. in Hispania successit Theuda Arrianus, electus ibidem Visigothorũ Rex. *Procop.* qui illam Vasconiæ accessionem testatur titulis Gallorũ factam: licet ex errore ponat Theodobertum pro Childeberto.

Bonifacius Papa, Vigilium, collecta Synodo, sibi delegit successorem: vt hac arte, iam cœptã vsurpari à Gothis electionẽ (an. 526) impediret. Sed merito, vt ait Anastasius, ipse posteà in Synodo iterata factum improbat, decretumque comburit. quòd verò reum se fassus sit Maiestatis Bonifacius ex Decreto edito, hoc dixit forte ad mentem Gothorum, qui iam vsurpare cœperunt Romani Pontif. electionem. aut certè (quod successores decreuerunt) quia non conueniebat bono Ecclesiæ vt superstes pontifex successorẽ nominaret. tandem moritur Bonifacius 17 Octob. substituitur Ioannes secundus, hoc eodem anno. Sabas ille Magnus obijt anno hoc 531.

532 | 1 Ioannis 2. | 6 Iustiniani 1. | 19 Childeberti. | Indict. 10.

Cabades Rex Persarum vita cessit: regnat Chosroas filius. *Agathias.* Hic Rex post aliquot contra Romanos prælia, pacem tandem constituit, velut perpetuam futuram. *Procop. libr.* 1. Belisarius Pompeium & Hippatiũ Anastasii nepotes rebellãtes vincit, & occidit, cum armatorũ 30000. *Euag. & Marcell. Comes*, qui notat Indictionem 10. Childericus, & Clotarius bello petũt

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Frã.
			Burgundiones,& pulsi in Hispaniam,tandemque in Africam Godomaro,partum Regnum inter se diuidunt. *Gregor. Turon. Procop. Agathias.* qui duo posteriores volunt etiam, Theodoricum Mediomatricum Regem, partem huius regni accepisse. sicque cessauit nunc quidem Burgundionum Regnum. Origenistæ vexant Orientem,& Palæstinam præsertim. *Baron.*	
533 *Indict. 11.*	2 *Ioannis 2.*	7 *Iustiniani I.*	Penitus concluditur hoc anno pax cum Persis, vt bellum in Vandalos,antea meditatum, inchoari possit. *Procop.* Volumen ff. cum quatuor libris Institutionum operâ Treboniani,iubẽte Imperatore, hoc anno authoritatem in iudiciis cœpit habere. *Vide Procop.* Childebertus, & Clotarius Aurelianense Regnum inter se diuidunt. *Greg.Tur.* Iustinianus ad summum Pontificem Legatos mittit, & Epistolam de dubiis circa res fidei; in qua egregié Romani Pontificis testatur Primatum, & omnium vocat Ecclesiarum caput. *Anast.* Baron. *& alij.*	20 *Childeberti.*
534 *Indict. 12.*	3 *Ioannis 2.*	8 *Iustiniani I.*	In Italia diem claudit Athalaricus Ostrogothórum Rex. Amalasuntha mater maritum accipit Theodatum; à quo breui in insulam ad lacum Vulsinum Tusciæ relegata est, ibique trucidata. *Procop. lib. 1 de bello Gothico, Iornand. de rebus Geticis, capite* 59. Quæ causa fuit Iustiniano, vt cogitaret de recuperanda Italia. Interim Belisarium cum exercitu mittit in Vandalos, qui trimestri spatio Africam Imperio restituit; capto Gilimero Rege,quem misit Constantinopolim: sicque cessauit Regnum Vandalorum in Africa. *Iornand. de Success. Regnor. & Marceli. Comes*, qui hic finem Chronico imponit, notatque Iustiniani Codicem(nempe recognitum)nunc Orbi promulgatum. profuit Belisario Africam recuperanti, euersa olim fuisse ciuitatũ mœnia à Genserico. *Procopius lib.* 1. *& 2 de bello Vandalico.* decernit tandem Pontifex, quid de fidei controuersia à Iustiniano superiori anno missa sentiendum sit, & Decretum vnà cum Imperatoris fidei professione iam recognita,mittit Constantinopolim, insuper & Epistolam, *qua extat Cod. de Summa Trin. & fid. l.* 8. *Cedrenus, Miscella.*	21 *Childeberti.*
535 *Indict. 13.*	1 *Agapeti I.*	9 *Iustiniani I.*	Belisario huius anni Consule, sine Collega, rebelles noui in Africa vincuntur à Salomone, quem ibi Præfectum reliquit Belisarius,qui nunc est Constantinopoli, & post denũtiatum Theodato in Italia bellum, missus ab Imperatore, Siciliam totam hoc anno recuperat. Quando etiam Mundus Dux, missus à Iustiniano, Gothos profligat in Dalmatia apud Salonam, & iterùm pugnans vincit. Sed occisus ipse est cum filio in acie. *Procop. lib. 1 de bello Gothico.* Sanxit Iustinianus, de rebus Ecclesiæ nõ alienandis, *Nouell.* 5. de Romanæ Ecclesiæ priuilegio proscriptionis centum annorum, & alijs quibusdam, *Nouell.* 5. 8. 9. in quarum vltima pronuntiat Romæ esse summi Pontificatus apicem. Moritur Ioannes Papa Sexto Kal. Iul.(si creditur Anastasio) substituitur post sex dies Agapetus Romanus. *Anastas.* ad quẽ scribit Imperator, petens ab eo confirmari fidei suæ professionẽ: extat respõsio in Sexta Epistola Agapeti. De Synodo Carthaginensi,de Synodalibus ad Agapetum literis,& aliis ab Imperatore ad eundem Agapetum, *lege hic Baronium.* Rogauit Imperator Agapetum,vt recepti in Africa Lapsi,retinẽant pœnitentes Episcopatum. rescribit Papa, veré pœnitentes non quærere honores: se tamen mittere in Africam Legatos, qui de tota re statuant. extant literæ. *Baron.* Moritur Epiphanius. Substituitur Episcopus Constantinopolitanus Anthimius Eutychianus,operâ Theodoræ Augustæ, quæ occultè Eutychiana erat. iisdem artibus Alexandriæ Asterio defuncto succedit Theo-	22 *Childeberti.*

dosius, sectator Seueri. At de Theodosianis, & Agnoitis, qui ex Damasceno dicti sunt Iacobitæ, ab Authore. *lege hic Baronium.* hæc enim portenta nunc grassabantur. Conranus Scotiæ Rex occiditur. Succedit Eugenius 3. Congalli filius. *Hector Boetius lib. 9. Lestaus.* hic Conranus adfuit Arthuro Regi contra Saxones. celebratur hoc anno Concilium Aurelianense in Gallia: vbi inter alia de oblationibus defunctorum. Canones 21.

536 | 2 *Agapeti I.* | 10 *Iustiniani I.* | 13 *Childeberti, vltimus Theoderici.*

Rebelles Legionis Romanæ in Africa domantur, Ducibus Symmacho, & Germano, profligato Stoza, seditiosorum ductore. *Procopius.* Iubetur Belisarius ex Sicilia mouere arma contra Italiam. *Procopius de bello Gothico. Scribit Gregorius Turonensis,* Theodoricum Austrasiæ & Mediomatricum Regem, obiisse anno Regni 23. successit Theodebertus, à pietate & virtute bellica laudatus. de huius expeditione in Italiam, dum viueret Theodatus, *mentionem facit Æmilius*: sed ab aliis hoc meritò reiicitur. Agapetus Papa cogitur à Theodato legationem pro pace sucipere ad Imperatorem. *extant literæ Regis apud Cassiodorum lib. 10. Epist. 22. & 23. lege Procop. & Liberat. capite 21.* Sed nihil effectum est, Barbaro Rege voluntatem pacis mutante. Ergo Belisarius Neapolim obsidet. A

Interim Anthimius, recusans concedere duas in Christo Naturas, eiicitur: & Mennam successorem creat præsens in Oriente Agapetus. petunt aduersarii testes huius rei, & scriptores. Sanè *Sigonius* opponi potest dissentienti *Vignerio*: & ex veteribus accedunt *Liberat. capite 21. Zonaras, Miscella, Anastasius, & alij.* Idemque conceptis verbis legere poterant apud *Cedrenum, anno hoc decimo Iustiniani.* quibus potior fides adhibenda est, quàm Apostolicæ Sedis aduersariis. imò *Nicephorus addit,* impositionem manuum. proferat, si potest, *Vignerius,* vel vnum dissentientem. quod semel dixisse volui, vt videat Lector, qua fide author ille, ius Romanæ Ecclesiæ sit prosecutus. *Vignerio* consentientia pasim *in suo Inuentario Gallico scripsit de Serres Caluinista*: sed hunc damnati dogmatis Ministrum minus est quod mireris: quamquam ab eo, si viuere diutius fuisset concessum, expectabatur Palinodia. B

Indict. 14

Siluerius

Cæterùm dum illa Constantinopoli agerentur, moritur ibidem Agapetus mense Aprili. post cuius decessum habetur Synodus Constantinopolitana sub Menna die secundo Maii. in qua damnatur Anthimius. *de quo lege hic Baronium.* Theodosio Episcopo Alexandrino mortuo, Episcopus subrogatur Paulus Monachus Tabennen. Orthodoxus. *Liberat. capite 20.* Romæ creatur Papa Siluerius (Hormisdæ Papæ ante ordinationem filius, ex legitimo procreatus matrimonio) mense Iunio; primùm quidem à Theodato Rege intrusus, sed ad vitandum Schisma tandem approbatus à Clero Romano. Paulo Alexandrino exuli, succedet anno seq. Zoilus Catholicus: cui eiecto subrogatus breui est Apollinaris.

537 | 1 *Siluerii.* | 11 *Iustiniani I.* | 14 *Childeberti, & Clotarii I.*

Belisarius Neapolim capit, immissis per aquæductum veterem militibus. Theodatus à Gothis occiditur, substituto Vitige, qui Rauennam se confert. Belisarius à Romanis in Vrbem recipitur decimo Maii. *Anastas. Procop. & alij.* accessit quoque Belisario Hetruria. nunc putatur à Vitige, Prouincia concessa Francorum Regibus, ad conciliandam amicitiam. à Iustiniano templum Sanctæ Sophiæ restituendum decernitur Constantinopoli. *Ad Marcell. Appendix.* Fortunatus Tuderti Episcopus clarus miraculis. *Baron in Martyrol. 14. Octob.* de Venantio *vide an. 559.*

Indict. 15.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Frã.
538 Indict. 1.	2 Siluerij.	12 Iustiniani I.	Vitiges cum exercitu 150000, Romam obsidet mense Martio, & belli huius Gothici anno tertio; sed coactus est mense Iulio sequentis anni soluere obsidionem: vbi enituit Belisarii virtus. *Procopius*. Interim à Theodeberto Mediomatricum Rege submittuntur Burgundiones, velut sponte euntes in auxilium Vitigis. *Procopius*. Belisarius, iubente Theodora Imperatrice hæretica, Siluerium, prætextu quòd faueret Gothis, mittit in Græciam, & Vigilium substituit. *Procop*. Sed volente Imperatore in Italiam reuersus est: tamen à Belisario traditus Vigilio inuasori & emptori Romanæ sedis, relegatur in insulam Palmariam, vbi postea inedia confectus obiit. *Baron.* hoc tempore nec gesta à Vigilio spurio Pontifice vlli probãtur; nec quæ circumfertur eius Epistola apud liberatũ contra duas in Christo naturas (supposititia etiam putatur) vllo modo recipienda est. Conficta quoque est illa Siluerii ad Amatorem Episto.	25 Childeberti, & Clotarij I.
539 Indict. 2.	3 Siluerij.	13 Iustiniani I.	Vitiges, soluta obsidione Vrbis Romæ, Mediolanum obsidet, tandémque capit, & vastat. *Procop. lib. 2*: Dacius Episcopus Mediolanensis fuga euasit. *Gregor. lib.* 3. *Dialog. capite* 4. Chosroas, timens sibi ab aucto iam Romano Imperio, pacem cum Romanis initam violat, & bellum parat redintegrare. *Procop. lib.* 2. Siluerius in Palmariensi exilio scribit anethema in Vigilium, illudque ad eundem misit. Extat tom. 2 Concil.	26 Childeberti, & Clotarij I.
540 Indict. 3.	4 Siluerij. 1 Vigilij.	14 Iustiniani	Interim dum Chosroas rupta pace vastat Orientis Prouincias, & auro pax iterum redempta est ab Imperatore (*vt ait Procopius lib. 2. belli Persici*) Belisarius, expugnatis aliquot Italiæ vrbibus, Vitigem tandem Rauenna inclusum capit, cum thesauris omnibus: quem duxit Constantinopolim, Bessam relinquens, qui præesset Italiæ, iam, vt putabatur, recuperatæ. *Procop.* hic etiam *Iornandes* Historiam suam Gothicam finit, seu de rebus Geticis: ẽstque annus quintus huius Gothici belli. *Isidorus Iunior in suo Chron.* res Gothicas prosequitur, ab Æra 214, vsque ad Æram 666. extatque excusus Lugduni Batauorum vnà cum *Iornande*. Siluerius Pontifex, inediâ & ærumnis confectus, moritur Martyr duodecimo Kal. Iulii in exilio. *Liberat. Anastas.* Tũc post habitam à Clero & Senatu deliberationem, electus legitimè est (vt temporis conditio & Schismatis periculum suadebant) Vigilius 4 Kal. Iulij. qui mox in alium virum planè mutatus est, constanter deinceps se Theodoræ & Belisario pro fide opponens. huius Pontificis integritatem post hanc electionem, egregiè testatam habes ex Patribus, aliunde, & *apud Cardinalem Bellarminum de Romano Pontif. lib.* 4. *capite* 10. Celebratur in Gallia Aurelianense Concilium 3. sed anno præcedente, nempe 26. anno Childeberti. Episcopi aderant 25. Canones editi 32. vbi Canon 31, est de Clericorum immunitate à seculari iudicio. alii multi de Iudæis. Acta *apud Baronium*. celebratur hoc anno Concilium Aruernense, 15 Episcoporum. Vbi cum Episcopo Gallo viro sancto, aderant Hilarius Gabalitanus, Nicetius Trecen. & Flauius Rhemensis Episcopus. Theodebertus Italiam intrat, & mox regreditur.	27 Childeberti, & Clotarij I. A B
541 Indict. 4.	2 Vigilij.	15 Iustiniani I.	Hic annus habet Consulatum Basilii, post quem cessant Consules, *vt notaui ad initium huius seculi*. cessarunt igitur anno Vrbis conditæ 1292. deinceps Indictiones maiori sunt in vsu, & præsens annus quartam habet, *vt hactenus, & subsequenter in margine noto*. Belisarius missus in Persas, post aliqua hosti damna illata, redit Constantinopolin. *Procopius*. Ostrogothi tandẽ Totilam eligunt in Italia Regem; sub quo	28 Childeberti, & Clotarij I.

Christ.	Pont	Imp.		Reg. Frāc.
			Hetruriā, Neapolin, & Cāpaniam recipiūt. *Procop. lib.* 3. Artus veterum Britannorum Rex moritur. *Ioan. Maior Hist. Scot.* Successit Constantinus. *Polydor. lib.* 3. Iustinianus Imperator illud priuilegium præscriptionis centum annorum, *de quo supra*, reuocat ad quadraginta. *Nouell.* 3. & *Auth. col.* 8. *tit.* 7. Quid de Episcoporum rebus aliis edixerit, *Lege Baron. num.* 16. Auximitæ fiunt Christiani. *Cedrenus, Miscella.* Placidus martyrio coronatur cum sociis in Sicilia à piratis, 5 Octob. Hoc anno Iustinianus se sacris & Ecclesiasticis rebus immiscet, idque supra modū, editis variis Constitutionibus. *Baronius citatus.*	
542 *Indict.* 5.	3 *Vigilij.*	16 *Iustiniani* I.	Belisarius nunc in Orientem missus, Chosroam ad pacem petendam coegit. *Procopius.* Totilas Florētiam inuadens, repellitur à Iustino Duce, anno septimo belli Gothici. *Procop.* Antiochia restituitur à Iustiniano; qui eodem tempore in honorem Deiparæ & D. Michaelis præclarisima extruxit templa. *Procop. de ædificiis.*	29 *Childeberti, & Clotarii* I.
543 *Indict.* 6	4 *Vigilij.*	17 *Iustiniani* I.	Totilas Tibur obsidet, & Ostrogothorum res promouet in Thuscia. Brussios item, & Lucanos subigit. *Procop.* Turbata pax in Oriente cum Persis. nunc obiisse scribit Sanctum Benedictum, *Onuphrius, Baron. an.* 542. *num.* 72. de Ordine S. Benedicti. *lege Tritem. in Benedicto, & Azorium libro* 12. *Moraliū. Instit. cap.* 21.	30 *Childeberti, & Clotarii* I.
544 *Indict.* 7	5 *Vigilij.*	18 *Iustiniani* I.	Florent in Gallia gemini, Sanctus Medardus, & Gildardus, Episcopi Nouiodunensis & Rothomagensis. obiêre etiam eodem die. *Annal. Franc. Martyrol. sexto Ianuarij, Baron. an.* 564. *Scribit Sigebertus,* Narsetem hoc anno destinatum contra Totilam. Stozas à Romanis occiditur. Rebelles Antalam substituunt in Africa. Arator Subdiaconus Romæ Vigilio obtulit carmen de Actis Apostolorum, & Cæsarius Episcopus Arelatensis obiit: substituitur Auxianus. *Baron.*	31 *Childeberti, & Clotarii* I.
545 *Indict.* 8	6 *Vigilii.*	19 *Iustiniani* I.	Hoc anno Iustiniani, induciæ, *ex Procopio*, pactæ sunt cum Persis in quinquennium: & Belisarius paucis comitatus mittitur in Italiam contra Totilam. Interim Tibur à Totila expugnatur anno 10 belli Gothici. *Procop. lib.* 3. *belli Gothici.* Concilium Aurelianense quartum circa hæc tempora celebratur, ab iisdem ferè Episcopis, qui tertio Concilio interfuerant. actum de Paschate, & Quadragesima. de quibus hoc ipso tempore edicens Iustinianus errauit, vt putat Baronius. Sed est quæstio alterius cuiusdam instituti. quam discussit noster Petauius in sua *προθεωρία* ad notas in Nicephori Breuiarium historicum.	32 *Childeberti, & Clotarii* I.
546 *Indict.* 9.	7 *Vigilii.*	20 *Iustiniani* I.	*Procopius in fine Historiæ de bello Vandalico narrat*, nunc à Romanis Ducibus, Artabane, & Ioanne sopitos tumultus Africanos, pulsis Antala Tyranno, & Mauris. Chosroas, ruptis induciis cum Romanis, hostiliter per triennium agit; nullo tamen suarum rerum commodo. *Procop. lib.* 2. *belli Persici in fine.* Narses mittitur in subsidium Belisarii cum nouis copiis hoc anno vndecimo belli Gothici: & obsidetur Roma à Totila. *Procop. lib.* 3 *belli Gothici*; obtruncato antea S. Herculano Episcopo Perusino. *Gregor.* 3. *Dialog. cap.* 35. Imperator suasu Theodori appendit an. 551, Edictum, damnans tria Capita Concilii Chalcedonensis. Erant ea tantum de personis, non de fide. *ex Gregor. lib.* 3. *Epist.* 37. Nam Concilium illud laudauerat Theodorum Mopsuestenum, & Ibam, ac Theodoricum, resipiscentes restituit. quæ Capitula anno 553 recognita à Concilio Generali quinto sunt quidē reiecta, vt volebat Imperator. Et tandē etiam Vigilius cōsensit. Cæterū hoc anno, dānationi Capitulorū resistūt orietis plures Episc. Et maximè Africa.	33 *Childeberti, & Clotarii* I.

ni, volentes omnia esse fixa, quæ erant in Chalcedonensi Concilio. vocatur ex hac causa Vigilius Constantinopolim, *ex Procop. & Facundo*, malè *Anastasius* alias adfert causas: *lege Sigonium* 545, *& sequent.* mortuo Petro Episcopo Hierosolymitano succedit Macarius secundus. *Niceph. lib.* 17. *cap.* 26. *Euag.* Domnus creatur Antiochenus Episcopus.

547 | 8 Vigilij. | 21 Iustiniani I. | 34 Childebertis, & Clotarij I. — Totilas dolo Vrbem capit, & cum Imperator pacem negasset, omnia vastat incendio, dirutis etiam muris. Sed digresso in Lucaniam Totila, Belisarius post quadraginta dies Vrbem recepit, quam nunc reparat, & munit. *Procop.* Theodebertus Austrasiæ Rex armatus Italiam inuadens, occupat Liguriam,
Indict. 10 — & vicinas Prouincias. *Agathias, & Procop. libro* 3. Vigilius peruenit Constantinopolim, agit cum Episcopis de tribus capitibus, & cernens rem agi vi ac potentia: iudicat ad vitandum Schisma, reiiciendam esse controuersiam ad Generale Concilium. Verum, tum hoc Vigilij silentium, tum communicatio cum altera parte, mouit calumniam, quòd faueret damnationi Concilii Chalcedonensis, cuius erant illa tria capita.

548 | 9 Vigilij. | 22 Iustiniani I. | 35 Childebertis, & Clotarij I. — Totilas, frustratus spe capiendi Romam, exercitum duxit Perusiam: quæ obsessa tenebatur á Gothis: atque apud Crotonem, & in Roscia obsidione multa strenuè gessit. *Sigon. Procop. libro* 3. annus est decimus tertius belli Gothici, quo Antonina Belisarij vxor profecta Constantinopolin, reperit obiisse Theodoram Augustam, impiam hæreticam: vbi tandem impetrauit, vt reuocaretur maritus. *Sigon. Procop.* Theudis Vvisigothorum Rex in Hispania occiditur. *Chron. Isiodor.* qui tamen Æram dat minus aptam. eligitur Thaudegesillus, & ipse etiam post annum occisus. *Chron. Visigoth.*

Indict. 11. — Vigilius Papa Constantinopoli à suis deseritur. Plures quoque Episcopi se ab eius separant communione, quod cum Acephalis communicaret: quæ res Schismati dedit initium. *extat Rustici Diaconi de his tribus Capitulis Dialogus, aduersus Acephalos.* In Vigilium etiam stylū acuerunt *Liberatus, Facundus, & Victor* Episcopi, in eadem causa. *Sigon. anno* 550, *& initio lib.* 20. Historia satis intricata est apud Scriptores de cōtrouersia trium capitulorum, quam sola inuexit Iustiniani culpa, de rebus Ecclesiasticis temerario adulatorum suasu decernentis. In Schismate hinc excitato, omnes quidem (controuersia enim tantùm erat inter Catholicos) Chalcedonense Concilium, in his, quæ ad fidem pertinebant, integrum & illæsum manere volebant, in his verò, quæ erant de personis, non debet vitio verti Vigilio, si ad vitanda incommoda, vt occasiones ferebant, prius retinenda illa de personis Capitula putauit, (cùm Zoilum, qui subscripsit in damnationem, arguebat) & postea mutato consilio, tollenda & damnanda, quando recepit quintam Synodum, cui ipse interesse iustis de causis *ex Nicephoro* nolebat: quam etiam Synodum postea receperunt Pelagius, & Gregorius, *de quo Sigon. initio lib.* 20. sed de ipsa Synodo plura anno 553, quæ solet vocari Concilium de tribus Capitulis Concilij Chalcedonens. item Generale quintum, & Constantinopolitanum secundum. *lege Baron. anno* 547.

Lautianus patitur martyrium quarto nonas Iulij apud Massiliam, Arriano gladio, authore Totila. Simeon Salus nunc sanctitate clarus erat. *Euag. libro quarto cap.* 33. Hierosolymis, pulso Macario, subrogatur Eustochius. Northumbriæ Regnum in Saxonica illa Heptarchia nunc putatur accepisse initium, quod postea in duo Regna, Berniciorum, sub Ida Rege primo,

& Deirorum, sub Ella diuisum est. *Polyd. lib.* 4. *Matth. Vest.*

549 — 10 *Vigilij.* — 23 *Iustiniani I.* — *Indict.* 12. — 36 *Childeberti, & Clotarii* 2.

Hoc anno 14 belli Gothici, reuocato in Græciam Belisario, ferè tota Italia iterum cessit Gothis, & quia Pannonias tunc ac Syrmium occupauerunt Barbari, *Procopius ait* nunc iterum defecisse ab Imperatore Occidentis Imperium. Imperator Francis pleno iure cessit Galliam Narbonēsem; & primi auream pecuniam, cum sua imagine tunc cudunt. *Procop.*

550 — 11 *Vigilij.* — 24 *Iustiniani I.* — *Indict.* 13 — 37 *Childeberti, & Clotarii* 1.

Totilas iterum Romam capit, Isaurorum proditione. rem narrat post *Procopium Sigenius anno* 546. Slauini in Dalmaciam erumpunt. *Procopius, Sigon. anno* 550. Totilas Siciliam occupat, anno belli Goth. 15. *Procopius.* Vigilius damnationis sententiam mox feret in Schismaticos. *Vigil. Epist.* 5. Ille interim ab vtraque parte impetitur, hoc est, tam à defēsoribus, quam ab impugnatoribus Capitulorum, dum omnia silentio inuoluenda docet, vsque ad Concilium Generale. huc vsque Iornandes Gothorum Episcopus, libellum produxit de Successione Regnorum.

551 — 12 *Vigilii.* — 25 *Iustiniani I.* — *Indict.* 14 — 38 *Childeberti, & Clotarii* 1

Celebratur quinta Synodus Aurelianensis anno 38 Childeberti, occasione trium Capitulorum. vbi damnata est hæresis Nestorii, & Eutychetis. aderant Sacerdos Lugdunensis, Tetricus Ligonensis, Agricola Cabilonensis, Eleutherius Antissiodorensis, omnes viri sanctitate conspicui. Item Episcopi Firmius, Gallus Aruernēnsis, Isichius Viennensis, Prætextatus Rothomagensis, Quintianus Ruthenensis, & alii. Slauini incursando repetunt Romanas Prouincias, & Dalmatiam. *Procopius libro* 3. *& Auentinus.* Moritur hoc anno Theodobertus Austrasiæ Rex, *ex Procopio lib.* 3. *& Gregorio Turonensi.* Succedit filius puer, & vnicus, Theobaldus, à virtute paterna multum degener, *ex Agathia l.* 1. Visigothi in Hispania Agilam regem creāt, occiso Theudegisillo. *Isidor. Ritius, Rodericus*, & alii. Hoc anno debellatos omnino Gepidas à Longobardis, *narant Procopius l.* 3. *Sabellicus Enneade octaua lib.* 3. *& Blondus libro* 4. moritur Clotilda, vxor olim Clodouei, *Gregor. Tur.*

A

Dum Vigilius perstat in sententia de expectando Generali Concilio, vt statuatur de tribus Capitulis, Iustinianus, instigantibus Theodoro Cæsariensi, & Menna Constantinopolitano, Edictum appendit, damnans tria Capitula. Vigilius vim passus fugit in templum, vbi sententiam Excommunicationis scribit in Mennam, & Theodorum. quos etiam abdicauit eadem sententia. *Vigil. Epistol.* 7. *Tom. Epistol. Roman. Pontif.* Quam tamen non statim promulgat, *vt ex eiusdem Epistola Circulari, postea data apparet.*

B

552 — 13 *Vigilii.* — 26 *Iustiniani I.* — *Indict.* 15 — 39 *Childeberti, & Clotarii* 1.

Tandem, deploratis Italiæ rebus, Narses eò mittitur cum exercitu, & dum parantur omnia, Ioannes Dux Romanorum soluit obsidionem Anchonitanam. Artabanes Siciliam recuperat, restituitque Imperio, *Procopius.* Vigilius, maioris securitatis causa, Chalcedonem profectus, in Basilica sanctæ Euphemiæ commoratur. *Anastas.*

Tandem Iustinianus cessit Vigilio, *ex Epistola Circulari eiusdem Vigilii*, & tum Theodorus, tum Mennas libellum offerunt supplicem Vigilio; quos ille pœnitentes recipit. sicque reddita est pax Ecclesiæ, vt habet Vigilii Constitutum (ita enim ipse illud vocat) seu Decretum, *lege Baron. anno* 553. obiit hoc anno Mennas, Ecclesiæ reconciliatus. *Euag.*

553 — 14 *Vigilii.* — 27 *Iustiniani I.* — *Indict.* 1. — 40 *Childeberti, & Clotarii* 1.

Narsetis exercitus per Venetiam tenuit tandem Italiam quamuis Franci, (qui Alpes Cottias, Liguriam, & aliquot Venetiæ loca, tenebant à Theodeberto occupata) transitū impedire tentassent. Ventum est ad Apēninum, ad Taginnam vicum,

vbi olim Camillus Gallos occidione deleuit.

Certamen nobile describit prolixè *Sigonius anno* 552. Victor demùm Narses ope præsertim Longobardorum, exercitum hostiũ deleuit, occiso Totila, anno vndecimo Regni sui. Gothi, qui ex prælio euaserunt, Tesam Regem elegeruut. Sed hic iterùm à Narsete victus est, & in acie occisus. sic Ostrogothi, pace acceptâ se legibus Imperij submiserunt; redditaq; est Imperio Italia, hæc *Procop. de bello Gothico*, quod anno 18 finitum est.

Athanagildus in Hispania Agilam vincit, auxilio illi submisso ab Imperatore, *Chron. Visigot. vbi Isido. notat* Æram 593. respondet anno 555. ex magis recepto Æræ initio. *Sigebertus* idem attigit. Monasterium sancti Germani in Parisiensi suburbio, à Childeberto Rege extruitur, consilio S. Germani, tunc Parisiensis Episcopi. *Aimoinus.*

Tandem conuocatum est Concilium Constantinopolitanum secundum, & quintum Generale nuncupatum, cui tamen Pontifex interesse noluit. Vt mirum non sit, aliqua ibi reperiri, non satis digna, *inquit Baronius*, Oecumenica Synodo. Nec valuisset, nisi eam posteà approbassent Vigilius, Pelagius, Gregorius Magnus, *lib.* 1. *Epist.* 24. & alii. vt reuera ante hanc approbationem multi Episcopi in Africa, Italia, & Illyrico se illi Concilio opposuerunt. Cæterùm damnantur ibi, *ex Nicephoro lib.* 17. *cap* 2, tria Capitula, & errores Origenis. Sed plura tum in Concilio, quod extat, tum apud *Baron.* prolixè has res prosequentem. hoc anno post Mennam sedit Eutychius Episcopus Constant.

554 | 15 *Vigilij.* | 28 *Iustiniani* I. | 41 *Childeberti, & Clotarij I.* | *Indict.* 2

Finito Gothico bello, successit in Italia Francicum. Ergo Franci, vt sua, quæ in Italia habebant, tuerentur, exercitum 72 millium eò deducunt; qui se Gothis sociantes, per annum & amplius Italiæ ac Siciliæ damna intulerunt: donec morbis extenuatus militum numerus ita est, vt qui reliqui erant, facilè à Narsete sint deleti. *Agathias, & Sigon. anno* 554. Clerus Romanus, & Narses rogant pro reuocando Vigilio: quod impetrant, ac tunc tandem putatur Vigilius Constitutum suum reuocasse, & probasse Concilium Constantinopolitanum secundum: quod & successores sequuti sunt. *Baron.*

555 | 16 *Vigilij.* 1 *Pelagij* 1. | 29 *Iustiniani* I. | 42 *Childeberti, & Clotarij. I.* | *Indict.* 3.

Theodobaldus Mediomatricum & Austrasiæ Rex, ferè adolescens, moritur, *Agathias, & Gregor. Turon. vide ann.* 551. liberos non habebat: quare Regnum eius tenuit Clotarius, *vt notat Aimoinus.* fuit illi hoc ius testamento Theodobaldi quæsitum, non sine Childeberti offensione. Narses Venetiam, & Liguriam recipit hoc anno, cum nullum ibi esset Francorum, aut exiguum præsidium. Athanagildus Regnum Visigothorum occupat. *Roderic. & Isidor. Chron. Visigoth. vide anno* 553. in Britannia maiore, Constantino Britonum Regi succedit Aurelius Connanus. malè pugnatum est à Romanis in Colchide contra Persas. *Agathias.* Iudæi Christianos trucidant, puniuntur ab Imperatore. *Miscella.* Vigilius, in reditu, moritur ex calculo, Syracusis. post tres menses (incertum quinam sint) substituitur Pelagius, qui licèt subscripsisset Constituto Vigilii pro tribus Capitulis, tamen secutus vltimam Vigilij sententiam, approbauit Synodum Constantinopolitanam secundam. sed cum suspectus esset de morte & vexatione Vigilii, purgauit se per Euangelium & Crucem. *Anastas.*

556 | 2 *Pelagij* 1. | 30 *Iustiniani* I. | 43 *Childeberti, & Clotarij* 1. | *Indict.* 4.

Pacata tandem Italia, quam rexit Narses vsque ad obitum, Roma ab eodem Narsete penè dignitati pristinæ restituitur. *Agathias. Sabell. Miscella, Blondus.* Romanus exercitus egregiam reportat victoriam in Colchide contra Persas.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
			Agath. tenebant tunc Lazij Colchidem, confœderati Romanis. Clotarius Francorum Rex, Saxones, Austrasiæ Regis subditos, & nunc mortuo Theodebaldo rebellantes, auxiliantesque eis Turingos, graui pugna & excidio perdomuit, *inquit Sigebertus*: idemque *notant Aimoinus, & Gregorius Turonensis.* Dum approbatio quintæ Synodi vnionem attulit inter Ecclesiam Orientis & Occidentis; attulit etiam scissionem in Occidente, quibusdam Venetiæ & Liguriæ Episcopis non recipientibus, nisi quatuor Concilia Generalia. Aquileiensis Episcopus in Schismate hoc & separatione à Rom. pontifice, mansit vsque ad tempora Sergii, per annos 100 circiter. *Baron.* extant de hac re *Pelagij. Epistol.* 2 3. 4. *&* 5.	
557 Indict. 5.	3 Pelagii I.	31 Iustiniani I.	Imperator Iustinum nepotem præficit Colchidi, & Armeniæ. pax à Persis petita conceditur. *Agathias lib.* 4. *Scribit Zonaras in Iustiniano in fine,* serica oua allata per Monachos ex India: & sic didicisse Romanos sericum conficere. Dum Clotarius in expeditione est contra Saxones rebellantes, Cramnus, Clotarii filius, contra patrem arma mouet: & Childeberto patruo se iungens periculum Regno creat ex hoc ciuili tumultu, & bellum non modicum. *Agathias lib.* 2. VVortiperius in Britannia succedit Rex Britonum, patri Aurelio Comnano occiso à Saxonibus. *Polydor. lib.* 3. Sophiæ templum, insigne opus, complectum à Iustiniano Constantinopoli. *de quo Euagrius libro* 4. *cap.* 30. *vide an.* 537. *& Procopium lib.* 1. *ædific. Iust. Imper.*	44 Childeberti & Clotarii I.
558 Indict. 6.	4 Pelagii I.	32 Iustiniani I.	Dum periclitatur ex fraterno bello Franciæ Regnum, moritur Childebertus. Cramnus ergo ope hac destitutus, redit in gratiam cum patre Clotario; ac sic tandem tota Monarchia Galliæ in vnum rediit Clotarium. *Sigeber. Gregor. Tur. & alij.* tamen *Æmilius* Cramnum (quem Granum vocat) periisse scribit incendio. deplorat huius anni miserum statum in Oriente *Euag. lib.* 4. *cap.* 31. pestis Constantinopolim acerbè vexat. Hunni Thraciam inuadunt: & ipse Imperator tantùm non insanit cũ aurigarum factione: in aurigas, & effœminatos, ac audaces homines militare stipendium insumens. *Agath.* missus est decrepitus Belisarius ad hanc vltimam pugnam contra Hunnos: qui tandem repulsi sunt. *Agathias libro* 5. (qui hic finit historiam suam,) *Cedrenus.*	45 Childeberti. & Clotarii I.
559 Indict. 7.	5 Pelagii I	33 Iustiniani I.	Fatis concessit Pelagius Papa 2. Martij: substituitur Ioannes huius nom. 3, dictus Catellinus 27 Iunii. *Anast.* extat Pelagii Epistola ad Childebertum Regem, quâ se contra falsam opinionem probat Catholicum. *Scribit Sigebertus ad annum* 557, Radegundem Reginam, mutata veste, claruisse sanctitate Pictauii. *Vide Gregorium Turonensem lib.* 9. *cap.* 39. Concilium Parisiense habetur pro immunitate Ecclesiæ. *Baron.* Sanctus Euphronius creatur Episcopus Turonensis, *de quo Gregor. Turon.* & floret Venantius Fortunatus Episcopus Pictauensis. de huius patria & scriptis, *Miscella & Baron. anno* 568. *nu.* 7.	46 Clotarii I.
560 Indict. 8.	1 Ioannis 3.	34 Iustiniani I.	Brendanus, vir doctus, floret apud Scotos. *Sigebertus anno* 561. Iustinianus morbo laborans, & mortuus habitus, conualescit ex insperato, ope Sanctorum. *Procop. lib.* 1. *de Ædificiis.* habuit hic annus Regum mutationem in Northumbria, vbi ab anno Christi 548, & primo Rege Ida, cui *Polyd.* dat 12 tantùm Regni annos, regnarunt Addas, Clappas, Theodulphus, Theodoricus, & Ethelricus, per annos ferè 32. si rectè annorum numerum ille Scriptor collegit. sed vti supra monui, tota hæc annorum ratio perincerta est. nunc Addas rex 2, cœpisse videtur regnare.	47 Clotarii I.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			à Narsete inuitatos Longobardos. Celsus Iurisconsultus gubernator Burgundiæ à Guntranno creatur. Photinus Belisarii priuignus, mittitur ad sedandum Alexandriæ tumultum sectarum. *Miscell.* de Iustini prauis Edictis & moribus, *Enag. lib.* 5. *cap.* 1. tanto Imperio regendo imparem omnes notant. Leontius Iunior dictus, Placidinæ maritus, ex coniugato factus Episcopus 13 Burdigalensis. *Gregor. Turonensis de Gloria Martyrum cap.* 65. *& Venantius Fortunatus lib.* 1 *Car.* vbi hæc de Placidina: QVÆ TIBI TVNC CONIVX, EST MODÒ CARA SOROR. fuit hic Leontius generis nobilitate, & virtute insignis: & Placidina ex Imperatorio stemmate procreata. De contentione inter Cheribertum Regem, & Leontium, ob reiectum Emeritum Santonensem Episcopum, minus Canonicè electum, *scribit Gregor. Turonensis lib.* 4. *cap.* 26. Nec dubitat *Baronius* factum Regis, graui censura notare. Hiberni Episcopi, ob damnata tria Capitula, adhærent Schismaticis, vsque ad tempora Gregorii Magni. *Gregor. lib.* 2. *Epist.* 36. Victor Tunnensis Africanus Episcopus, diem clausit Constantinopoli in carcere, propugnans tria Capitula. de eius Chronologia, *Isidorus de Viris Illust. cap* 25. *Baron. hic num.* 44.	
567 *Indict.* 15	8 *Ioannis* 3	2 *Iustini* 2.	Imperatores deinceps, primo authore Iustino, cœperunt esse Consules perpetui, exactis 25 annis à Consulatu Basilii. quo toto tempore 25 annorum cessauerant Consules. ergo annus Consulatus notabit deinceps (excepto Mauritio) annum Imperii. Sigebertus Austrasiæ Rex, victus & captus ab inuadentibus Hunnis, (qui Austriam tenebant) euadit, pace vtrinque composita. *Gregor. Turonensis*, *Aimoinus.* Imperator Iustinum cognatum bello clarum mandat necari. *Euagrius lib.* 5. *cap.* 1.	4 *Clotarii I. Filiorum.*
568 *Indict.* 1.	9 *Ioannis* 3.	3 *Iustini* 2.	Alboinus Longobardorum Rex, concessâ Hunnis Pannonia, (certis tamen conditionibus) Italiam intrat, secundo Aprilis, hac Indictione prima, *ex Miscella*: apparet Regnum hoc durasse 206 annis, *Sabellicus*, *Miscella.* dissipatis Imperatoris præsidiis, multæ ciuitates deditionem fecère, & Ticinum vsque omnia parebant: de Narsetis fine varia *hic Baron.*	5 *Clotarii I. Filiorum.*
569 *Indict.* 2.	10 *Ioannis* 3	4 *Iustini* 2.	Longinus, missus ab Imperatore in Italiam, & nouum Imperii modum in Italiam ferens, Exarchus dictus est: Rauennæque sedem sibi delegit, vt olim Gothi. *Blondus*; *Sabellicus*, *Miscella*, *& alii. Sigonius* tamen vult prius Exarchum venisse, quàm Longobardos in Italiam. In Britannia, mortuo Himerico succedit Ethelbertus Cantiorum Rex quintus ab Hengisto. *Polydor. Virgil. initio libr.* 4. Est hic annus 120 ab aduentu Hengisti Saxonis in Britanniam: ac proindè, si in hunc annum Christi 569 incidit hæc mutatio Principis, oportet Hengisto, Oscæ, Othæ, & huic Himerico, primis quatuor Regibus, hos 120 Regni annos adscribere, vt rectè constet calculus. hoc sexto anno Cheriberti, habetur Synodus secunda Turonensis. octo tantùm leguntur in subscriptione Episcopi. Canones 28. horum vigesimus est contra Nicolaitas: 22 contra incestuosos: & 25 contra inuadentes bona Ecclesiastica. eodem anno habetur Lugdunensis Synodus prima, quatuordecim Episcoporum, quo Concilio duo abdicati depositique sunt Episcopi: sed restituti postea à Summo Pontifice, *vt narrat Gregor. Turonensis libr.* 5. *cap.* 20.	6 *Clotarii I. Filiorum.*
570 *Indict.* 3.	11 *Ioannis* 3.	5 *Iustini* 2.	Alboinus, *vt ait Miscella*, Mediolanum cepit quinto Septembris, Indictione 3. & indè se Regem Italiæ nominat. Athanagildus Rex Vvisigothorum diem claudit: Succedit Luiba, seu Lymba, Narbone electus. sed, *ex Gregorio Turonensi*, post bie-	7 *Clotarii I. Filiorum.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
			nium concessit fratri Regnum, contentus Prouincia Gothica, quæ erat in Gallia Narbonensi. Moritur Eugenius Rex Scotiæ tertius huius nom. successit frater, dictus Conuallus: *Hector. Boet. Lesleus lib.* 4 *in hoc Eugenio*: vbi de Arthuro, eiusque rotunda mensa quæ hodie asseruatur in Vintoniensi castro, vulgo notissima. vita functus Apollinaris Episcopus Alexandrinus, anno Sedis decimo nono. *Niceph. Chron.* obiit in vnione Ecclesiæ, *Baron. ad ann.* 553. succedit Ioannes quartus. *Scribit Miscella lib.* 2. *cap.* 10. & 12, nunc obiisse Paulinum, qui in Schismate primus cœpit vocari Patriarcha Aquileiensis. *Baron.* successit Probinus. toleratus postea à Romanis Pontificibus titulus hic est, indulgentiâ Sedis Apostolicæ.	
571 *Indict.* 4.	12 *Ioannis* 3.	6 *Iustini* 2.	Alboinus Rex Ticinum obsidet: nec obiit hoc anno, *vt putauit Onuphrius.* nam *Miscella* dat illi triennium à capta ciuitate Mediolanensi, & *Gregorius Turonensis ait*, per septennium vastasse Italiam. Iustinopolis circa hæc tempora condita est in Istria, seu, vt hodie vocatur Sclauonia, quam vrbem Iustinus Iunior munitam esse voluit contra incursiones Barbarorum in Italiam. *Sabel. lege inscriptionem apud Volaterranum libr.* 4 *Geographiæ.* Theudemirus in Hispania Sueuorum Rex putatur nunc regnare cœpisse: qui suos ex Arrianis fecit Orthodoxos. *Isidor. in Chron. Sueuorum.* Vffa in Estanglia regnare incipit.	8 *Clotarii* 1. *Filiorum.*
572 *Indict.* 5.	13 *Ioannis* 3.	7 *Iustini* 2.	Maioris Armeniæ populi Christiani, vexati à Chosroa, se subdunt Iustino. *Euagrius lib.* 5. *cap.* 17. Persarmenios vocat, *cap.* 8, *alii* Homeritas. Leonegildus, seu Leuigildus in Hispania, pater Ricaredi, regnat. *Isidor. Chron. Visigoth. Gregor. Tur. lib.* 4. *cap.* 32. post Maglocunum Regulum, & Carentium Britonum Reges in Anglia, succedit Caduanus. *Polyd. sub finem lib.* 3. *Narrat Gregorius Turonensis libr.* 4. *cap.* 26, Cheribertum Regem à Sancto Germano Episcopo Parisiensi excõmunicatũ, ob incestas nuptias, & breui postea obiisse. habetur Cõciliũ Bracarense secundum, Episcoporum duodecim. Canones 10 de Ecclesiastica disciplina. secutum est Lucense Concilium. *Baron.* Ioãnes Papa obiit tertio Idus Iulii: vacat Sedes menses decem. *Anastas.* eius Epistola ad Episcopos Germaniæ spuria est. *Baron.* Antiochiæ Episcopus Gregorius creatur.	9 *Clotarii* 1. *Filiorum.*
573 *Indict.* 6.	1 *Benedicti* 1.	8 *Iustini* 2.	Alboinus, occupatis Vmbria, & Tuscia penè tota, Ticinum expugnat, & regiam facit. *Sigon.* moritur Cheribertus Parisiorum Rex sine liberis, qui succederent. *Sigebert.* hinc dissidium inter fratres de successione. *Gregor. Tur. Æmilius. lege Gregor. libr.* 4. *cap.* 40. & *lib.* 5. *cap.* 48. Benedictus Papa creatur 16 Maii. Longobardorum persecutionem *latè ad hunc annum descripsit Baronius.* Franci de Paschate celebrando contendunt cum Hispanis. *Sigebert.* & miraculo probatur Francorum sententia. *Ibidem.*	10 *Clotarii* 1. *Filiorum. Cheriberti, vltimus.*
574 *Indict.* 7.	2 *Benedicti* 1.	9 *Iustini* 2.	*Euagrius libr.* 5. *cap.* 9. & 10 *narrat*, hoc anno captum Daras castrum Romanorum munitissimum. post alias clades, tandem vnius anni (aut etiam triennii) pactæ induciæ, & eodem nono anno Iustini, Tiberius creatvs est Cæsar. dissidium, & bellum inchoatum à Chilperico in fratres, ob Cheriberti Regnum, *narrat Gregorius Tur. libr.* 4. *cap.* 40. & 47. Alboinus fraude vxoris Rosimundæ extinguitur 25 Septembr. Veronæ. *Lege Sigonium. Onuph. Miscellam.* Triennium Regni, quod illi datur, à victoria Mediolanensi numerandum est, non ab ingressu Italiæ. obiit Euphronius Episcopus Turonensis, succedit Gregorius Turonensis, nempe 16 annis ante electionem Gregorii Magni. *author Vitæ Gregorii Tur.*	11 *Clotarii* 1. *reliquorum Filiorum.*

Longo-

Anni Christi	Anni Pont	Anni Imp.		Reg. Franc.
575 *Indict. 8.*	3 *Benedicti I.*	10 *Iustini 2.*	Longobardi Clephonem renuntiant Regem Ticini. hic Forum Cornelii occupat, & arte munitissima contra Rauennates, quam Imolam dixit, firmauit. *Sigon. Narrant porrò Gregorius Tur. libr. 6. cap. 6. Miscella*, & *Aimoinus*, Longobardos nunc excursionem fecisse in Burgundiones. quæ causa fortè potuit dissentientes adhuc Francorum Reges, impulisse iam tandem ad concordiam. Theudemiro Sueuorum Regi in Hispania, succedit Misron, seu Miro. *Isidor. Chron. Sueuorum, & Chron. Visigoth.*	12 *Clotarii I Filiorum.*
576 *Indict. 9.*	4 *Benedicti I.*	11 *Iustini 2.*	Vita functus Iustinus Constantinopoli, secundo Octobris. *Onuphrius, Ado, & Sigon.* notant imperii annum vndecimum: tamen *Cedren. & Zon.* scribunt obiisse anno 12. succedit Tiberius. Clepho Longobardorum Rex à puero familiari suo percussus interiit. Longobardi vniuersam administrationem triginta Ducibus permiserunt per decennium. Sub his accesserunt Longobardorum Imperio, Vmbria, (vbi nunc Vrbinates) Picenus ager, aliaque loca finitima. *Sabell. Blond. Miscella, Sigonius.* Romam tamen nunquam occuparunt. Merlinus Vates Caledonius adhuc viuebat. recrudescens inter Franciæ Reges bellum, iterum sopitum est. *Gregor. Tur.*	13 *Clotarii I. Filiorum.*
577 *Indict. 10.*	5 *Benedicti I.*	1 *Tiberii 2.*	Longobardi, subacta iam & vastata Italiæ parte magna, post vltima crudelitatis exempla in Ecclesiasticos, omnesque ordines; tentant iterum Galliam hoc anno: sed à Delphinatu, & Prouincia, cum occidione etiam repulsi, conuertunt arma in reliquam Italiam. *Gregor. Miscella, Sigon.* Benedictus Papa moritur pridie Kalend. Augusti. *Anastas.* subrogatur vndecimo Nouembris Pelagius Iunior, seu secundus.	14 *Clotarii I. Filiorum.*
578 *Indict. 11.*	1 *Pelagii 2.*	2 *Tiberii 2.*	Insignem Imperator victoriam in Cappadocia reportat contra Persas, & castro Daras recuperato, cum plurimis aliis vrbibus, exercitus Romanus in Perside hybernat. *Zonaras, Cedrenus, Euag.* Gregorius missus ante à Benedicto Legatus (Orientales Apocrisarium, hoc est, Responsalem vocabant) hoc, vel præcedente anno, confutauit Eutychium Patriarcham Constantinopolitanum de Resurrectione carnis malè sentientem. Iterum redintegratur bellum, Chilperico authore, contra Sigebertum. Sed Sigeberto, post occupatum fratris Regnum, occiso à milite, Chilpericus Regno iterum potitur amisso: & Childebertus, Sigeberti filius quinquennis, cœpit regnare in Austrasia pro patre. *Gregor. Aimoin. Ado, Sigebert.* moritur hoc anno Sāctus Germanus Episcopus Parisien. *Gregorius Turonen. Baron. anno* 579. in Scotia Conuallo, succedit Kinnatillus Rex. *Hector Boetius, Lesleus*, qui Conuallum à pietate plurimum laudant. hic Rex ante se Crucem semper ferri statuit. ad eius tempora referuntur SS. Kentigernus, Brigida, & Columbanus. Episcopus Constantinopol. creatur Eutychius, post Ioannem Scolasticum.	15 *Clotarii I. Filiorum. Sigebertus vltimus.*
579 *Indict. 12*	2 *Pelagii 2.*	3 *Tiberii 2.*	*Euagrius scribit*, nunc Chosroam dolore victum obiisse, atque edixisse, ne Persæ deinceps aduersus Romanos bellum gererent. *Agathias* tamen vult obiisse tantùm post biennium, & Regni sui anno 51. Hic annus in Gallia habet tentatam à Chilperico Aquitaniam, & filii Merouei mortem, post relictam Monasticam vitam, & matrimonium incestuosum cum Brunichilde Sigeberti patrui defuncti vxore. *Gregorius Turon. lib.* 5. Cæterùm Mummolus pro Austrasiano Dux, repulit ex Aquitania Chilperici arma. Concilium Parisiense habetur, volente Chilperico Rege, aduersus Prætextatum Episcopum Rothomagensem, qui licet insons criminis, tamen dolo impulsus ad petendam veniam, eiicitur in exilium. *Gregor. Tur. libr.* 5.	16 *Clotarii I. Filiorū: Chilperici, & Guntheramni, Fratrum.*

Christ.	Pont	Imp.		Reg. Franc.
			cap. 18. hoc tantùm anno electum Pelagium Papam, *putant Onuphrius, & Sigonius.*	
580 *Indict.* 13.	3 *Pelagii* 2.	4 *Tiberii* 2.	Tiberius Imperator, quindecim millia delegit, quos milites Tiberianos dixit: quibus, & bello Persico præfecit Mauricium. *Cedre. Euag.* Longobardi Classam oppidum, non lõgè à Rauenna, occupant, & valido ibi locato præsidio, Romam obsidione cingunt: sed subuecto in Vrbem frumento, quod per Tiberim submisit Imperator, Barbari soluunt obsidionem. *Sigon. Landulphus Sagax.* Kinnatillus Scotiæ Rex moritur, succedit Aidanus Conrani filius. *Hector.* Boet. *lib.* 9. *Leslaus lib.* 4.	17 *Chilperici, & Guntheramni, Fratrum.*
581 *Indict.* 14.	4 *Pelagii* 2.	5 *Tiberij* 2.	Nunc, post insignem Mauricii contra Persas victoriam, obiisse Chosroam *vult Agathias*, anno Regni 51. successit illi filius Hormisda. *vide annum* 579. Chilpericus tributariam sibi facit, & subiectam minorem Britanniam. *Gregor. Tur. libr.* 5. *cap.* 26. *Aimoinus libr.* 3. *cap.* 25. Ioanni succedit Eulogius Alexãdriæ Episcopus. *Nicep.* floret Leander Hispalensis Episcopus. *Platina, Isidorus de Scriptoribus cap.* 28. *Baron.* 583. *num.* 13 *&* 35. *& ann.* 581. *nu.* 7. Laurentius Iunior, post Frontonem, Episcopus Mediolanensis, relictis Schismaticis in causa trium Capitulorum, petit à Pelagio communionem Catholicam. *Gregorius Magn. libr.* 3. *Epist.* 11. Initia & acta quædam Gregorii Magni *habet* Baron. 581. & de *Miscellæ* lapsu in scribendo. floret Gildas Scriptor.	18 *Chilperici, & Guntheramni.*
582 *Indict.* 15.	5 *Pelagii* 2.	6 *Tiberii* 2.	Mauricius bello clarus constituitur gener Imperatoris, & Cæsar creatur, adoptatus ab eodem, primo Iulii. *Onuph. Zonar. Cedren. Niceph.* anno præcedente habitum est Concilium Cabilonense propè Lugdunum, contra duos illos deploratæ vitæ Episcopos Salonium & Sagittarium. *Gregor. Tur. libr.* 5. *cap.* 27. & eodem anno Matisconense, nempe 18 Guntheramni. actum de Monastica disciplina, & de Quadragesima S. Martini, scilicet 2, 4, & 6. Feria per aduentum. *Baron. ann.* 582.	19 *Chilperici, & Guntheramni.*
583 *Indict.* 1	6 *Pelagii* 2.	7 *Tiberii* 2. *Mauricius*	*Notauit quidem* Gregor. *Tur.* obiisse Tiberium ann. 22 Regis Guntheramni, nempe post biennium, sed fallitur. Nam hoc anno obiisse, idque 10 Augusti (aut 14. *ex Cedreno*) est Historicorum consensus. succedit Mauricius gener, imperans annis 19. *Euag. libr.* 5 *&* 6. *Cedren. Zonaras, Theophanes, Nicephorus libr.* 18. *cap.* 5. *Sigonius, & apud eum Beda.* Chilpericus quatuor characteres voluit addi communibus. *Gregor. Tur. libr.* 5. *cap.* 44. vbi à Sabellianismo etiam reuocatum scribit. Gregorius Turonensis falsò accusatus, declaratur innocens apud Chilpericum, pœna lata in calumniatores. *Greg. lib.* 5. *cap.* 47. 48. 49. In Hispania Leuigildus Rex Arrianus, persequitur Orthodoxos. *Isidori Chronicon Gothor. & Gregor. lib.* 5. *cap.* 38. Leuigildo duo filii erant, Hermengildus qui pro fide Orthodoxa iussus est à patre necari. *Gregor. Tur. libr.* 5. *cap.* 38. *& Gregor. Mag.* Dial. *libr.* 3. *capite* 31. alter erat Riccaredus, qui Chilperici filiam desponsauit, de quo postea.	20 *Chilperici, & Guntheramni, Fratrum.*
584 *Indict.* 2	7 *Pelagij* 2.	1 *Mauricii.*	Philippicus, missus à Mauricio, victis Persis, vastat eorum Prouincias. *Euag. libr.* 6. *cap.* 3. Mauritius, reuocato Longino, Smaragdum Exarchum mittit in Italiam cum nouis copiis. hic Longobardorum fregit audaciam. Droctrulphum, virum strenuum, ab hostibus ad se traduxit. Mauritius Childebertum Regem in societatem pellexit contra Longobardos. florebant nunc in Hispania literæ, & insignes Episcopi, sub Persecutione Arriani Regis Leuigildi: ex quibus exulare coguntur S. Leander, (cognitus Constantinopoli à Gregorio Magno,) Fulgentius frater, Mausonas Emeritensis Archiepiscopus, Li-	21 *Clotarii* I. *Filiorum: Chilperici, & Guntheramni,*

cinianus Carthaginensis, & Ioannes Gerundensis. Idem Leuigildus circa hunc annum, si aliquibus creditur, Sueuorum Regnum tributarium fecit, Arrianum, & Gothicum in Hispania. *Isidor. in Chron. Sueuorum.* Diem clauserunt viri insignes, Vincentius Abbas, & Martyr ab Arrianis, vndecimo Septembris: Ferreolus Vcecensis Episcopus, (*Greg. Turonensis libr. 6. cap. 7. 8.*) Eparchius Engolismensis, & Sanctus Maurus Abbas. *de quo Onuphrius.*

585 | 8 *Pelagii 2.* | 2 *Mauritii.* | 22 *Chilperici, & Guntheramni.*

Indict. 3.

Childebertus, Sigeberti Austrasiani filius, reposcebat à patruis oppida, alioqui ad arma paratus. Ipse ergo cum Chilperico Guntheramnum armis vexant: sed post aliquot pugnas, actum de pace est, conditionibus ex iudicio Sapientum & Ecclesiasticorum firmanda. dùm Franci Reges consentiunt cum Imperatore in bellum contra Longobardos, hi rebus suis vehementer timentes, Regem eligunt. quem *Sigonius* Autharim nominat, & qui Brixillum oppugnare cœpit, recepit deditione, & solo æquauit.

Leuigildus Visigothorum Rex in Hispania, successorem filium Riccaredum designat, & Regni socium. consignationem temporis produnt Concilia sub Riccaredo celebrata. qui tādē abiurato Arrianismo, Regnum suum vniuersum Orthodoxum fecit; sed post obitū patris. *Ita Historici Hispan. & Marian. libr. 5. cap. 12. 13. & 14.* Hoc 22 Guntheramni anno habitum est secundum Concilium Lugdunense. *Gregor. Tur. libr. 6.* Canones editi sex. *meminit Baron.* 587. inter alia decretum, ne leprosi vagari permittantur. nunc cœpisse putatur Merciorum Regnum in Britannia.

586 | 9 *Pelagii 2.* | 3 *Mauritii.* | 23 *Chilperici hoc anno mortui, & Guntheramni, Filiorum Clotarii.* *Clot. 2. an. 4.*

Indict. 4.

Philippicus duas iterum insignes ex Perside reportat, cum opimis spoliis victorias. *Nicep. Euag. scribit Sigonius*, Gregorium Magnum anno 583 rediisse Romam. Sanè quòd nunc tantùm rediisse aliqui putent, est ex Imperatorum annis non rectè subductis. Chilpericus Rex occumbit, domesticis insidiis vxoris, & Landrici equitum Magistri occisus, mense Septembri. *Æmilius, Aimoinus, Ado.* Clotarius filius, & nominis huius secundus, ante quatuor menses natus, renunciatur futurus successor; Guntheramno patruo tutore designato. Carlomannus, Pipini pater, Turingorum & Brabantiæ Prouincias nunc tenet post patris Hasbani obitum. *notat Sigonius*, Autharim, Regem Longobardorum abiecta gentilitate, Christiana sacra cum suis suscepisse: sed sub Arriana hæresi. antiquorum Britannorum in Valliam secessio post cladem putatur in hunc annum incidisse, *vt colligit Math. Vestmon.* Gregorius hoc anno libros Moralium perfecit, *vti ipse in Præfatione testatur*; & scribit contra Eliam Rauennatem Episcopum, ob tria Capitula Schismaticum: cui mortuo successit Seuerus. hoc eodem anno Constantinopoli electus Ioannes 4, dictus Ieiunator.

587 | 10 *Pelagii 2.* | 4 *Mauritii.* | 24 *Guntheramni.*

Indict. 5.

Scribunt Euagrius, & Nicephorus, libr. 18, hoc atque sequenti anno, infeliciter semper pugnatum esse à Persis, & cum insigni Romanorum Ducum gloria. Smaragdo successit Romanus, Exarchus missus à Mauritio. *Miscella, Onuph.* Franci, & Childebertus Rex, cùm malè contra Longobardos pugnassent, redeunt in Galliam. *Miscella.* Guntheramnus, Gundebaldum impostorem, qui se Clotarii filium dicebat, opprimit. *Gregor. Tur. libr. 7.*

Gregorius Antiochenus Episcopus falsò à quibusdam accusatus, prouocat ad Concilium, habitum nunc ea de re, à Ioanne Constantinopolitano Episcopo. in quo Gregorius quidem iudicio absoluitur, sed Ioannes Constantinopolitanus, se Vniuersalem prædicat Episcopum. Pelagius tum

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			hoc Oecumenicum nomen damnat. tum omnia ibidem acta declarat irrita. *Extat Pelagii epistola.* Voluit tamen ratam esse illam Gregorii absolutionem. *Gregor. Magn. libr. 7. Epist.* 69. *lege Euagr. libr. 6. cap. 7. & Baron.* Moritur Sanctus Saluius, Albiensis Episcopus. Valentiæ in Gallia habita Synodus nunc, sed non extat, nisi Decretum. *Baron.* 589. *num.* 1. hic annus est Childeberti decimus, quo habetur Concilium Matisconense secundum, vbi Episcopi 62. In his, Priscus Lugdunensis, Patriarcha dictus, primum in Synodo locum tenens, Euantius Viennen. Prætextatus Rothomagen. & alii. Canones viginti. extant Acta *To. 2 Conciliorum.* Childebertus Austrasiæ Rex hoc anno ætatis 15, & Regni 10, filium Theodebertum suscepit.	
588 *Indict. 6.*	11 *Pelagii 2*	5 *Mauritii.*	Malè pugnatum à Francis est contra Visigothos in Septimania, (nunc vulgo Languedoc,) apud Carcassonem, *ex Gregorio, Aimoino, & Isidor Chron. ad Æram* 635. Interim Leuigildus data noua occasione, Sueuorum Regnum penitus suum effecit in Hispania; cùm durasset annis 177. *Ex Isidor. citato, & Chron. Hispan.* Successit mox Leuigildi mors; filius Riccaredus, opera Leandri Episcopi, renuntians Arianismo, Orthodoxus euasit, cum suis. quæ res impulit Guntheramnum & Francos ad pacem, toties negatam, iam tamen libenter Riccaredo catholico principi concedendam. Cui porrò iuncta connubio est Childeberti soror; licèt antea promissa Authari Lõgobardo; *ex Greg. Tur. lib. 9. cap.* 7. Vascones, incolæ Pyrenæorum montium, nunc primùm in vicinam Prouinciam, quam hodie tenent, descendentes, sedes ibi posuerunt nouas. Horum meminerunt *Cornelius Tacitus libr.* 20 *Annalium, Silius Italicus, & Iunenalis Satyra* 17.	25 *Guntheramn* I. *Clotarii II.*
589 *Indict. 7.*	12 *Pelagii 2.*	6 *Mauritii.*	Hormisda Persarum Rex, victus à Commentiolo Mauritii Duce, suisque inuisus, deturbatur à solio Regni erutis oculis: substituunt Persæ Chosroam filium. Detecta conspiratione in Childebertum Regem per Guntheramnum, renouatur Francica amicitia inter duos Reges. *Gregorius Tur. lib. 9. cap. 20. Testantur ibidem Gregorius cap 15. & 16. Sigebert. & alij*, Edicto dãnatum iussu Riccaredi, Arianismum per vniuersam Hispaniam. exustis libris, & habito hac de re Concilio Toletano 3, anno Ricaredi 4. nempe ex hoc cœpit cum patre regnare: seu primò à patris morte, *ex Ioanne Biclarensi, Episcopo Gerundensi, in Chron.* qui interfuit Concilio. notatur hoc Concilium Æra 627 numeranda, à 38 anno ante Christum. Episcopi adfuere circiter 70. præfuit Leander Hispalensis. Canones 32. Narbonense etiam Concilium hoc eodem anno habitum, nuper inuentum, *de quo Baron.* Childedertus iam pacem & amicitiam firmat cum Riccaredo, cunctante adhuc ea de re Guntheramno. *Gregor. Tur. libr. 9. cap. 16.*	26 *Guntheramni.* 2 *Clotarii II.*
590 *Indict. 8.*	1 *Gregorii I. Magn.*	7 *Mauritii.*	Chosroas Hormisdæ filius, exosus suis, confugit ad Mauritium: cuius ope, victis hostibus, restituitur Regno, regnatque in Perside annis 38. *Euagrius lib. 6. cap. 17. Cedren. Zon.* Childebertus Austrasianus, vrgente Mauritio, exercitum misit in Italiam. sed illo à Longobardis fuso atque fugato, dùm Childebertus nouam parat expeditionem, rogatur ab Authare de pace, magnis pollicitis & conditionibus oblatis. *Gregor. Tur. lib. 9. cap. 20. & 25 & Sigon.* Lues atrocissima Romam inuadit, mense Ianuario, & Pelagio mortuo 6 Idus Feb. Gregorius Magnus ex Diacono Cardinali post sex menses renuntiatur Pontifex: dilata tamen ordinatione, vsque ad Imperatoris respõsum. *Gregor. lib. 4. Dial. cap. 36.* Post ingentes pluuias, subsecuta est maxima Tibe-	27 *Guntheramni.* 3 *Clotarii II.*

ris inundatio; & per vniuersam Italiam pestis grauissima. *Sigon. Greg. & alij.* Northumbriæ Rex Alla secundus, moritur in Anglia: succedit Ethelricus. *vide an. Christi* 560, quo cœpit regnare in Northumbria Addas: nam iuxta 30 & amplius annos, quos *Polydorus* dat Regibus, illo anno 560 recensitis, non malè circa hunc annum dicetur cœpisse regnare Ethelricus. quo etiam Australium Saxonum Regnum finem accepit. Hoc septimo anno Mauritii, Slauini, è Scythia oriundi, eam Pannoniæ partem occupant, quæ nunc ab illis Sclauonia dicta est. *Gregorius Magnus Epist. ad Ionium Gubernatorem Illyrici.* obiit nunc Radegundis Regina decimo tertio Augusti, miraculis clara. *Surius.* de hac multa, *Venant. Fortunatus.* & Gregorius Turon. qui eam sepulturæ mandauit. Extat Pictauii, præter templum insigne, sub eius nomine Deo dicatum, nobile fœminarum ordinis S. Benedicti Monasterium, pristino splendori, & morum integritati ab Illustrif. Carola Flandrina, è Nassouiensi familia principe, & dum hæc scribo Abbatissa, restitutum: in quo celebre visitur sacellum, vbi S. Radegundem Christus alloquio dignatus est, vti constans traditio, & in Christi digressu relictum lapidi impressum vestigium testantur. de Gregorii pietate & vigilantia in vrbe afflicta, *prolixè hic Baron.* habitum hoc anno Hispalense Consilium, Præside Leandro Episcopo. notantur Episcopi octo: & pauci Canones. de quodam Antisiodorensi Concilio sub vno Episcopo *Baron. ad hunc an.*

591 | 2 *Gregorii Magni.* | 8 *Mauritij.* | Mauritius, assumpto Theodosio filio ad societatem Imperii, & pacato Oriente in Perside, Legiones reuocat in Thraciam, contra Auares, & Chaganum. *Cedren. Niceph. Chron.* anno 14 Childeberti, Guntheramni exercitus in Septimania vincitur à Riccaredi Ducibus. *Gregorius Tur. lib. 9 cap. 31.* Interim Autharis, dum à Childeberto illatum bellum deprecatur, veneno extinguitur Ticini, 5 Septembr. Successor Agilulphus (alii aliter nominant) pacem firmat cum Francis diuturnam. *Gregorius Tur. lib. 10. cap. 3.* Pleraque hoc anno statuta à Gregorio Magno. inter alia, de mersione trina, *Epist.* 41. ne fiscus ex delicto commodum sentiat, *Epistola* 42. de Ecclesiarum dedicatione, 50. & 54. ne Clerici cum fœminis habitent, *eadem Epistola* 50. Item de Chartulario, qui in Oriente Chartophylax, χαρτοφύλαξ dicebatur. erat is iudex Ecclesiasticus loco Pontificis, *Epist.* 52. *libr.* 1. & publicarum chartarum custos: maioris tamen dignitatis in Oriente, quàm in Occidente. *Baron ann.* 591. *num.* 31. | 28 *Guntheramni.* 4 *Clotarij* 2.

Indict. 9

592 | 3 *Gregorii Magni.* | 9 *Mauritij.* | Detegitur tandem conspiratio, quâ occubuit Chilpericus, (*Gregor. Tur. libr. 10. cap.* 19.) abdicato Ægidio Episcopo Rhemensi. Habetur Concilium Cæsaraugustanum 2, anno 7 Riccaredi, & Aera 630. *Baron.* | 29 *Guntheramni.* 5 *Clotarij* 2.

Stomachatur *Gallus Chronologus Vignerius*, quòd nomen Vniuersalis Episcopi, ademptum Constantinopolitano à Gregorio Magno, sit assumptum à Romanis Pontificibus. in quem egregiè conuenit, (ne prolixior sim) quod in *Molineū scripsit Baron. anno.* 687 *num.* 13. Næ quidem ille, dum in Ecclesiæ Hierarchia nihil discriminat, omnia confundit. quasi verò singulis Episcopis tribuatur, & (si diis placet) etiam Parochis, quod capiti Ecclesiæ ad regimen illius necessarium apertissimè Christus concessit: & hoc ipso tempore obseruatum legisse potuit, quo maiores & difficiliores causæ, ad Sedem Apostolicam vndique deferebantur. hanc sanè prærogatiuam & Pelagius, & Gregorius Magnus Orientalibus negare omnino debuerunt: nisi præuaricatores esse voluissent. Cæterum, cùm nomen Vni-

Indict. 10

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
			uerſalis Epiſcopi notare poſſit, vel vnũ & ſolum: vel inter multos Supremum: poſterior appellatio Vicariorum Chriſti eſt in Sede Romana: prior à nullo vnquam poſt Chriſtum vſurpata. *lege Baron.* 595.	
593 *Indict. 11.*	4 *Gregorij Magni.*	10 *Mauricij*	Auares Duce Chagano Mœſiam inuadunt: à quibus Priſcus Dux Romani exercitus obſeſſus, tantùm per literas Imperatoris ad dolum compoſitas liberatus eſt: pactis ex hoc ſtratagemate induciis cum hoſte. *Cedrenus.* de Lege Mauricii, ne milites, & publicis rationibus obnoxii, fierent Monachi; deque literis Gregorii eam ob rem ad Imperatorem, multa *ad hunc annum Baron.* Gregorius Andream Epiſcopũ Tarentinum iubet duobus menſibus abſtinere à Miſſæ ſacrificio in pœnã delicti. *Epiſt.* 44. Concilium Africanum inualidum decernit, quòd contra Canones aliquid ſtatuiſſet. *lib.* 2. *Epiſtola* 7. 47, 48. Theodolindam Longobardorum Reginam Orthodoxam iuuat contra Schiſmaticos. *lib.* 3. *Epiſtola* 4.	30 *Guntheramnj.* 6 *Clotarii* 2.
594 *Indict. 12*	5 *Gregorij Magni.*	11 *Mauricij.*	*Paulus Diaconus lib.* 4. *cap.* 17, *& Appendix Gregorij Turonenſis,* notant Perſarum Reginam ſuſcepiſſe Sacra Chriſtiana. quod tamen *Baronio* minus probatur *ad annum* 593. Gregorius Turonenſis finem ſuæ Hiſtoriæ imponit hoc anno, quem notat eſſe 31 Gunthcramni, & 5 Gregorii Papæ, atque Epiſcopatus ſui Turonenſis 21. ſequentes tamen ibidem numeri errorem habent, ſaltem Typographi. deſudat hoc anno Gregorius Papa, contra eos, qui ex tribus Capitulis Schiſmatici erant, contra hæreticos, & corruptos Eccleſiaſticorum quorundam mores variis in Prouinciis. *Baron.*	31 *Guntheramni.* 7 *Clotarij.* 2.
595 *Indict. 13*	6 *Gregorij Magni.*	12 *Mauricij.*	Hoc anno duodecimo Mauricii, *Euagrius ſcribit*, ſe finẽ ſuæ imponere Hiſtoriæ. hic primus eſt ex Græci Hiſtoricis Orthodoxus. Ethelrico Northumbriæ Regi circa hunc annum, vel potius ante biennium vita functo, ſuccedit Ethelredus. Maximi Salonitani Epiſcopi (quem Gregorius Miſſæ celebratione priuauit) cauſa agitur, & quinquennio terminata eſt, depoſita contumacia. *Gregor lib.* 4. *Epiſt.* 34 *& lib.* 7. *Epiſt.* 79. 8 & 81. Hamos Hieroſolymorum Epiſcopus eligitur. *Baron.* vbi etiam de Virgilio Arelatenſi Epiſcopo, Gregorii per Gallias conſtituto Vicario. renouat idem Pontifex veterem Eccleſiæ conſtitutionem de reditibus Eccleſiæ diuidendis in 4 Partes. *lib* 4. *Epiſtola* 42. *Indict.* 13. iterum Anaſtaſius Sinaita redit ad Antiochenum Epiſcopatum.	32 *Guntheramni* 8 *Clotarii* 2.
596 *Indict. 14*	7 *Gregorij Magni.*	13 *Mauricij.*	Imperator munus ducendarum copiarum Priſco abrogatum, dat Petro fratri. *Cedren.* Moritur Ioannes, dictus Ieiunator, qui Vniuerſalis Epiſcopi nomen vſurpauerat. *Niceph.* ſubſtituitur Cyriacus Patriarcha: hic communionem Catholicam à Gregorio poſtulatam obtinuit. *Gregor. lib* 4. *Epiſtola* 4. 5. *&* 6. Veteres in Britannia maiore Britones, iam antea Catholici, ſuo exemplo Anglos ad fidem prouocarunt: ad quos proinde informandos, firmandoſque, Gregor. Auguſtinum & ſocios mittit. *Beda Hiſt. Angl. lib.* 1. *cap.* 2. *& lib.* 1. *cap.* 23. obijt ibidem Auguſtinus ann. 609. *Sigeber.*	33 *Guntheramni* 9 *Clotarij* 2.
597 *Indict. 15*	8 *Gregorij Magni.*	14 *Mauricij.*	Die 28 Martii obiit Gũtheramnus, vltimus Clotarii primi filius, Rex Aurelianenſium, Burgũdionum, & Pariſiorum, princeps meritò laudatus. *Aimoinus lib.* 3. *c.* 81. Succeſſorem inſtituit Childebertum Auſtraſiæ Regem: qui etiam ad tutelam aſpirabat Clotarij Iunioris, vnde illi natum bellum cum Clotarianis, quos Landricus ducebat. Sed victo Childeberto, (Fredegonde Clotarij matre prælijs ſe immiſcente) viginti millia hoſtium à Clotarianis cæſa ſunt. *AEmil. Scribit Gregor. lib.* 7. *Epiſt.* 3. *Indictione* 1, conuerſa decem millia Anglorum operâ Au-	10 *Clotarij* 2.

Christi.	Pont.	Imp.	Rerum gestarum series	Franc. Reg.
			gustini & sociorum. Toletanum Concilium Aera 635 habetur an. 12 Riccaredi, de castitate à Clericis seruāda. adfuêre Episcopi 16. Canones 2 tantùm extant. Antiochus Anachoreta annorum 100 moritur. *Baron.*	
598 *Indict. 1.*	9 *Gregorij 1. Magni.*	15 *Mauritij.*	Priscus cum imperio in Thraciam mittitur contra Slauinos, reuocato Petro;& Exarcho Romano mortuo substituitur Calinicus. *Nicephor. Miscella.* Chaganus Hunnorum inter Auares Rex, in Pannonia moritur. succedit Chaganus alter. Duo notantur hoc anno Concilia, Æra 636. Oscense in Hispania. canones duo de castitate clericorum : & Narbonense in Gallia. de disciplina Ecclesiastica, & clericorum vestitu. *Baron.*	11 *Clotarij 2.*
599 *Indict. 2*	10 *Gregorii Magni.*	16 *Mauritij.*	Schismatici ex Capreensi insula Istriæ, redeunt ad vnionem. *Greg. Epist.* 94.97.98 Obiit Anastasius Synaita, Episcopus Antiochenus: *Martyrol.* 21 *Aprilis*: succedit Anastasius alius, *ex Nicephoro in fine Chronici*.. quos duos malè confundit Nicephorus Calistus. Gregorius Serenum Episcopum Massiliensem arguit ob confractas imagines, docens quo modo, quaque de causa illis honor exhibeatur. *lib. 1. Epist.* 111. habetur Concilium Barcinonense in Hispania, Æra 637. anno. 14 Riccaredi. Canones quatuor aduersus Simoniacos, & voti violatores.	12 *Clotarij 2.*
600 *indict. 3*	11 *Gregorii Magni.*	17 *Mauritij.*	Diem clausit hoc anno Childebertus Austrasiæ Rex, vnà cum vxore, eodem die, non sine veneni suspicione; anno quarto à morte Guntranni, *vt notant Francorum Historiæ.* filiis, Theodeberto Mediomatrices & Austrasia: Theodorico Aurelia & Burgundia obuenerunt, sub tutela Brunichildis. Isidorus Iunior Hispanensis, post Leandrum Episcopus, qui scripsit Gothorum chronicum, vsque ad an. 616. mortuo Constantio Mediolanensi Episcopo subrogatur Deusdedit. Eduinus Deirorum Rex exulat.	13 *Clotarij 2.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
			piscopus ab Arelatensi Episcopo, regreditur in Britanniam, *Beda lib. 2. c. 29.* Gregorius respondet ad consulta Hibernorum, de Nestorianis, an rebaptizandi, & quid supplendum. *Baron.* Obijt Hamos Hierosolymis Episcopus: succedit Hesichius.	
602 Indict. 5.	13 Gregorii 1. Magni.	19 Mauritij	Callinicus Exarchus reuocatur, & iterùm mittitur Exarchus Smaragdus: quo tempore Longobardi nouis à Chagano copiis acceptis, Mantuam & Cremonam expugnant. *Anast. Miscella. Sigon.* Moritur Riccaredus Rex in Hispania. Succedit Luiba filius. *Roderic.* Tergestinus Episcopus Schismaticus, reluctante Seuero Gradensi Schismatico, redit ad vnionem Ecclesiæ. *Baron. ad hunc an. nu. 2.*	15 Clotarii. 2.
603 Indict. 6.	14 Gregorii Magni.	20 Mauritij 1. Phocæ.	Dum Constantinopolitani cogitarent de Romano Imperatore nouo subrogando, (adeò displicuit Mauritius) Phocas Centurio, à Legionibus proclamatur Imperaror, & occupata vrbe Constantinopolitana, statim Mauritium cum liberis quinque, trucidari fecit, ex fuga retractum. *Cedren. anno 20* Mauritii vbi occũbentis Imperii cladẽ narrat in Mauritii morte. hic Tyrannus octo omninò annis imperauit. *lege Niceph. lib. 18. cap.* 43. Brunechildis, pulsa ab Austrasianis, recepit se ad alterum filiorum Theodebertum, Burgundionum Regem. *Appendix Gregor. Turon.*	16 Clotarii 2.
604 Indict. 7.	1 Sabiniani.	2 Phocæ.	Narses Ductor Legionum Orientis, salutatur Imperator à militibus: sed sequenti anno Phocas, violata fide data, hominem occidi fecit. *Cedren.* Reges, Austrasianus & Aurelianensis, armis Clotarium inuadunt. Victus Clotarius, ad iniquas pacis conditiones cogitur, tantùmque vrbes duodecim Regni sui retinere iussus est. *Aimoinus, Appendix Gregorij.* Luiba Rex Visigothorum in Hispania occiditur dolo Vitterici Principis: qui Rex electus, regnat annis septem. *Histor. Hispan. Marian. lib. 6. cap. 2.* obiit Gregorius Romæ 12 Martii, Indictione 7. quæ narrantur de Traiani anima liberata à Gregorio, & quibusdam eius exustis scriptis, velut fabulosa, *satis ad hunc annum refutat Bar.* Eligitur successor Sabinianus Volaterranus, post quinque menses, scilicet Kal. Septemb. *Anastas.* nunc Augustinus Episcopus in Anglia, Mellitum Londinensem, & Iustum Cantuariensem creauit Episcopos, eodemque anno moritur. de Synodis eius *lege Bedam lib. 2. cap. 2, & 3.*	17 Clotarii 2.
605 Indict. 8	SEDES VACAT	3 Phocæ.	Moritur Sabinianus 11 Kal. Mart. & vacat sedes. Chosroas, olim à Mauritio restitutus Regno, nunc bellum mouet in Phocam, Mauritii mortem vindicaturus, & post insignem victoriã Romanis eripit amplas Prouincias. *Cedren.* Hoc tempore duo erant Patriarchæ Aquileienses, ex mutatione sedium, vrgentibus bellis. Vnus dicebatur Aquileiensis, alter Gradensis. ille adhuc Schismaticus erat, hic sentiens cum Ecclesia, *vt dixi an. 602.* de qua re *lege Sigon. an 605. & Baron.* obiit hoc eodem anno Seuerus ille Aquileiensis Patriarcha.	18. Clotarii
606 Indict. 9.	1 Bonifacii. 3.	4 Phocæ.	Prorogantur in triennium induciæ inter Romanos & Longobardos. *Blondus.* Dum Vascones, assuetis direptionibus, vexant vicinas Prouincias, Theodoricus Austrasianus, & frater Theodebertus, immisso exercitu, eos acerbè castigant, & tributarios reddunt. *Aimon. & Appendix Gregorij Turonensis.* Cùm annum penè vacasset sedes Romana, creatur Pontifex Bonifacius, Romanus 15 Kal. Martii, & moritur hoc eodem anno, 11 Nouemb. *Anastasius.* Phocas, infensus Cyriaco Constantinopolitano Episcopo, (qui hoc etiam anno obiit, substituto Thoma ex Thesaurario) declarat Romanum Pontificem esse Supremum Episcopum, & solum Oecumenicum. Cæterùm imperitiæ vitium est, & gliscente calumnia maleuolorum men-	19 Clotarii 2.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
			dacium, Papam à Phoca primatum obtinuisse, quem tota Antiquitas agnouit esse à Christo.	
607 Indict. 10	1 Bonifacii 4.	5 Phoca	Tantum non concidit nunc Orientis Imperium, dum Phocas in milites & Mauritii fautores sæuit. Auares vsque in Thraciam omnia vastant: & Persæ, Armenia ac Paphlagonia subactis, penetrant vsque Chalcedonem. *Cedren.* pugnant Franci aduersus Saxones, victoria ferè dubia, certè vtrinque sanguinolenta. Bonifacius huius nominis quartus, ex Valeria Marsorum ciuitate, creatur Papa 18 Septemb. qui statim domum erexit in Monasterium, & Pantheon Deo sacrauit, in honorem B. Virginis, & omnium Martyrum. *Anastas. Sigon.* 610. *Baron.*	20 Clotarii 2.
608 Indict. 11	2 Bonifacii 4.	6 Phocæ.	Hoc anno Mahometa, annos 40 natus, cœpisse putatur diuulgare perniciosas suas adinuentiones, & Mundo venenum illud propinare. Thomas Patriarcha Constantinopolitanus moritur, succedit Sergius, postea futurus Hæresiarcha. *Niceph. Chron. Baron.* Eulogius Alexandrinus Episcopus obiit. *Martyrol. Idibus Septembris.* succedit Theodorus Scribon.	21 Clotarii 2.
609 Indict. 12	3 Bonifacii 4.	7 Phocæ.	Exoritur bellum inter Austrasianos & Clotarium. Esychius Episcopus Hierosolymitanus obiit, succedit Zacharias. nouæ conspirationes in Phocam Imperatorem, omni crudelitate nobilem. post obitum Theodori, Episcopi Alexandrini (qui incidisse putatur in annum 610) successit Ioannes 5, dictus Eleemosinarius, vir verè Othodoxus, & Sanctus. *Baro. an.* 620 *n.* 9.	22 Clotarii 2.
610 Indict. 13	4 Bonifacii 4.	8 Phocæ.	Clotariani sub Duce Landrico vincuntur ab Austrasiano Theodorico, qui sic Parisiensi vrbe potitur. Iudæi Antiochiæ, concitato tumultu, ingentem Christianorum numerum trucidant, vnà cum Episcopo Anastasio, quos Phocas, in pœnam tanti delicti, partim cæcidit, partim exilio multauit. successit Episcopo Gregorius. *Refert Beda l.* 2. *cap.* 4, Mellitũ Episcopum Londinensem nunc Romam venisse ad Pontificem, & habita Synodo dimissum ad suos, cum literis ad Regem Edilbertum. *refert etiam hoc anno Baron.* Toletanum Concilium, habitum Aera 648, de controuersia ex primatu Toletanæ Ecclesiæ in Prouincia Carthaginensi: constat tamen illius nobilissimæ Ecclesiæ ampliorem fuisse postea, & in omnes Hispaniæ Ecclesias prærogatiuam. actum hoc est sub Gondemaro Rege. Quare paulò ante occisum oportet Vittericum. *Isidorus in Chron. Goth. notat* eandem Aeram 648. Historia *habet Mariana li.* 6. *c.* 2, *an.* 612.	23 Clotarii 2.
611 Indict. 14	5 Bonifacii 4	1 Heraclij 1	Collabente Orientis Imperio, Duces Imperij Heracleon, qui præerat Africæ, Heraclius filius, & Crispus Phocæ gener, ex improuiso Constantinopolim aggressi, Phocam cum fratribus & necessariis obtruncant, Indictione 14. Heraclius Imperator eligitur, coronatus à Sergio Patriarcha. *Onuph. Cedren.* ita Heraclii initium cum Phocæ annis & indictione compono. dant etiã Critici vtriusque Syderis cyclũ 4. Chosroas pacem spernit. Smaragdus Exarchus reuocatur, substituto Ioanne Lemigio. *Sigon.* hic annus numeratur primus integer Gundemari, vti iam subindicaui, inchoatus nẽpe anno præcedente. Aidano Scotiæ rege occiso in bello, ab Edelphredo Northumbriæ Regulo, succedit Kennetus. Et huic demum post quatuor mẽses mortuo successit Eugenius quartus, Aidani filius. *Hector l.* 9. *& Lesleus lib.* 4. Obiit in Gallia sanctus Austregisillus, Episcopus Bituricensis, mense Maio. *Sur.* in Scotia, propagatam Religionis & morum integritatem sub Aidano, *narrat ibidem Lesleus.*	24 Clotarii 2
612 Indict. 15.	6 Bonifacii 4.	2 Heraclij 1	Exarchus Lemigius, pacem cum Longobardis cõfirmat, quos tamen Chaganus Auarum Rex incursione premebat, nõ sine strage, *vt aiunt Blondus, & Sabellicus.* hoc tamen *Sabellicus,* videtur ad annum alium referre. Cæsarea Cappadociæ à Persis	25 Clotarii 2

nunc euersa. de Sancto Desiderio Viennensi Episcopo, & Martyre, Brunichildis consilio lapidibus obruto, per Theodoricũ Regem, *scribit Sigebertus*. Eudocia Augusta Imperatoris coniũx hac indict. fato cessit. *Nicephori Breuiar.* De Colũbano, qui nũc in Gallia miraculis & sanctitate claret, *Beda l.5 c.17. & Baron.*

613 | 7 Bonifacii. 4 | 3 Heraclii 1. | Indict. 1. | 26 Clotarii. 2.

Notant Onuphrius, Nicephorus, & alij, Indictione prima, & 26 Martii, Heraclii filium, vnius anni infantem, nunc renunciatum cum patre Imperatorem. dant aliqui diẽ Ianuarii 22. notat *Cedrenus*, natũ an. 2 Heraclii. Theophanes quoque addit indict. 15. quo etiam anno Saraceni Syriam incursionibus fœdè vexarunt. in Hispania mortuo Gundemaro Regi Visigotho, successit Sisebutus. hoc tamen initiũ Regni eius referunt aliqui ad annum 616, & Aeram 654. *Alfonsus Carthag. & Roderic. Tolet.* alii ad Aeram 651. & ad hunc, quem tenemus Christi annum, *Chronica MM. SS. & plerique recentiores, cum Sigeberto.* floret Maximus, Episcopus Cæsaraugustanus, Historicus. Chosroas Heraclii spernit munera, pacem, & oblatum tributum, aspirans ad Imperium. *ex Theophane.* S. Columbanus Mediolanum veniẽs, plerosque Longobardos Arrianos, reddit Orthodoxos: & Bobiense Monasterium ædificat. *Baron. Sigon.*

614 | 8 Bonifacii 4. | 4 Heraclii 1. | Indict. 2. | 27 Clotarii 2.

Slauini sedes fixas ponunt, vbi nomen hodie remanet Sclauoniæ. *Sabell. Ennead. octaue. lib. 6.* Agilulphus hoc vel sequẽti anno obiit: successit filius Adoualdus Longobardorum Rex, cum piissima matre Theodelinda. *Miscella, Sigon. Anastas. Sabel.* moritur Pontifex 8 Maii: succedit Deusdedit ex Subdiacono electus 13 Nouembr. Persæ Damascum expugnant.

615 | 1 Deusdedit | 5 Heraclii 1. | Indict. 3. | 28 Clotarii 2.

Persæ tandem hoc quinto anno Heraclii, Palæstinam occupant, & vrbe Hierosolymorum vastatâ, Sanctam Crucem trãsferunt in Persidem. *Theophan. Cedren.* qui ad annos hic notatos referunt, hanc vrbis ἅλωσιν. quo etiam anno Saraceni in Lauram Sabæ irrumpentes, trucidatis plerisque Monachis, vastarũt Monasteria. *Martyrol. 16 Maij. Narrat Sigebertus* anno 617, exortum bellum inter Theodoricum & Theodebertum fratres, captumque Theodebertum: alii sopitum sine cæde volunt, ob bellum, hoc eodem anno gestum contra Alemannos, in Transiuranã Burgundiã irruentes. *Appendix Greg. Tur.* Edelberto Regi Cantiorum (*inquit Sigebertus*) mortuo, succedit filius Edbaldus. *Polyd. lib. 4 initio.* item Titullo Anglorum Orientalium Regi succedit Redoualdus, *iuxta narrationem Polyd. sub initium libri 4.* Chosroæ duces indict. 4, superata Ægypto, & vastata Lybia, penetrant Carthaginem vsque, mortuo iam ibidem Heracleone Heraclii patre. *Miscella ex Theophane.* Obijt S. Columbanus in Bobiensi Cœnobio. *Ionas Abbas.*

616 | 2 Deusdedit | 6 Heraclii 1. | Indict. 4 | 29 Clotarii 2.

Ioanne Exarcho ob crudelitatem à Rauennatibus occiso, & Confinio Duce Neapolitano, Calabriam, Apuliam, & Campaniam occupãte, mittitur ab Heraclio Exarchus Eleutherius. *Sigon. Onuph. Miscella.*

617 | 3. Deusdedit | 7 Heraclii 1. | Indict. 5. | 30 Clotarii 2.

Obiit hoc anno Deusdedit 8 Nouembr. *Anastas. & Martyrol.* Eleutherius Exarchus, inito certamine prope Neapolin, Confinii exercitum fudit, occisoque Tyranno, redierunt illæ Prouinciæ ad iura Imperatoris. *Onuph. Sigon. Blond.* Theodoricus iterùm in fratrem Theodebertũ mouens arma, bis victoriam reportat: & Theodebertum ex fuga retractum scribunt occisum. *Aimon. & quidam alij.* sed anno 31 Clotarii. *Sigebertus* obiisse tunc eum notans, non ait occisum. In Britanniæ Northumbria Eduinus Regno Deirorum post exilium 17 annorum restituitur, ope Redoualdi Regis Orient. Anglo. *Polyd. lib. 4 in sexto Regno.* Persæ Carthaginem expugnant.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
618 *Indict.* 6.	1 *Bonifacii 5.*	8 *Heraclii I.*	Bonifacius quintus, Neapolitanus, substituitur, mortuo Deusdedit exeunte anno 617. *Anast.* Heraclius parat se ad bellum, dum Chosroas omnem pacis conditionem repudiat; nisi Fide & Crucifixo abnegatis, Solem adorarent Christiani. Exarchus Eleuterius Tyrannidem in Italia arripiens, Luceolis tumultu militari occiditur: sed anno sequenti, *inquit Onuphrius.* submittit Imperator Isaacium Exarchum, qui annis 23 Italiam rexit. *Miscella. Sigon.* Nunc obijt Theodoricus: an veneno à Brunechilde, an fulmine ictus, incertum. sic fraternæ cædis dat pœnas anno Regni 18 &c. licèt repugnante Brunechilde, Austrasiani Burgundionesquè omnes se subdunt Clotario. qui sic Galliarum Monarcha euasit, dignus tanto Imperio Princeps. Brunechildis mortem violentam, iubente Clotario, *scribit Sigebertus ad hunc annum.*	31 *Clotarii II.*
619 *Indict.* 7	2 *Bonifacii 5.*	9 *Heraclij I.*	Arnulphus Metensis Episcopus, datus est à Clotario institutor Dagoberti filij & Regni hæredis; cuius pii viri consiliis dum Rex vtitur, magnam passus est S. Episcopus inuidiam maleuolorum hominum, & in dies gliscentem calumniam. *Ionas Abbas in eius Vita*, ille post annos duodecim, solitudinis amans, solitariam elegit vitam. Sisebutus Visigothorum Rex misso in Africam exercitu, Prouincias aliquot occupat; & Cantabriam vsque ad Pyrenæos sibi subijcit. A*imoinus, Æmilius, &* R*itius.* habetur secundum Concilium Hispalense in Hispania sub hoc Rege, Aera 657, contra Acephalos, seu Eurychianum Episcopum, qui ex Syria venerat.	32 *Clotarii II.*
620 *Indict.* 8.	3 *Bonifacii 5.*	10 *Heraclii I.*	Tandem Hunnorum Rex Chaganus, pacem iurat cum Heraclio: qui sic metu liberatus, expeditionem parat in Persas. interim Persæ Ancyram capiunt. Obiit hoc anno Ioannes Eleëmosynarius, Alexandriæ Patriarcha. N*iceph.* C*hron.* successit Georgius 2. Carlomannus Tungrorum Dux (nunc Barbantia est) filium moriens Pipinum reliquit; qui perfecit, vt Clotarius ab Austrasianis reciperetur. Eugenius huius nominis quartus Scotiæ Rex quatuor post se reliquit filios. quorum natu maximus Ferquardus Regnum tenuit, *Hector. Boet. li. 9. Leslæus, & alij.* hic Eugenius liberis fœlix scribitur. ad hunc Caducillus Britonum Rex confugit. L*eslæus in Eugenio* 4.	33 *Clotarii 2.*
621 *Indict.* 9.	4 *Bonifacii 5.*	11 *Heraclij I.*	Pensitabat Longobardorum Rex, Francorum Regibus annuũ tributum, nomine præsertim Prouinciarum ad radices Alpium; Clotarius tributi huius remissionem concessit; non tamen anno Christi 606 *vt scribit Sigonius*: sed hoc anno, vel certè Clotarii anno 36. *vt habet Appendix Gregor. Turon. quamuis Sigebertus notat* annum 619. Interim Heraclius iam de Hunnis securus, Legiones in Asiam, contra Persas, duxisse putatur. vel potius anno insequenti.	34 *Clotarii II.*
622 *Indict.* 10	5 *Bonifacii 5.*	12 *Heraclii I.*	Consentiunt Scriptores hoc primo Persici belli anno, & Indictione decima, Heraclium in Armeniam progressum, reportasse memorabilem victoriam contra Persas, fuso exercitu Persico, fugato Rege, & acta ingenti præda. Hybernat Christianus exercitus in Armenia. *Zonar. Cedren. & alij.* Sisebutus Rex in Hispania moritur: succedit filius Riccaredus secundus, R*oderic. & alii Histor.* Mahometus Arabs, post diuulgata apud multos mortales dogmata sua peruersa in Alcorano notata, cœpit à plebe (cuius se Ducem fecit) vocari Propheta, *vt habent Saracenorum & Arabum Chronica.* & pulsus à nobilibus, Ietribam oppidum occupat, prædator insignis per triennium, ope perditorum hominum, maximè è Saracenis eo confluentium. Mox Mecham vrbem cepit, exacto à fuga triennio. anno Christi 621. Ab hac Hegira (Genebrardus expe- [redacted]	35 *Clotarii 2.*

Anni Christi	Anni Pont	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Franc. Reg.
		Hegira	ditionem *interpretatur)* annos deinceps suos Arabes numerant, tanquam à receptissima annorum Epocha; & proinde ab hoc Christi anno 622. Afri tamen, & alii Mahometani ab anno Christi 591. vel 592 quo Mahometum natum putant. sic in pace, quam Carolus Quintus cum Afro Rege firmauit, notatur annus Christi 1535. & Mahometi 942. Item in literis Solimanni ad Ferdinandùm, notatur Christi annus 1547. & à natiuitate Mahometi 954. tamen *ex Arabum Historiis & Isidoro, Genebrardus* Regni huius initium orditur ab anno Christi 617. de Mahometi sepulchro, *lege Baron. 630.*	
623. *Indict. 11.*	6. *Bonifacii V.*	13. *Heraclii I.*	Persas debellat Heraclius, hoc, & sequentibus quinque annis: quibus Syriam recepit, & veteres Imperii limites restituit: demum, occiso Chosroa, Crucem Dominicam reportauit, nobilissimæ victoriæ trophæum. Cæterùm hoc anno penetrata Perside, vastatisque vrbibus, hybernat in Albania. *Cedren.* mortuo Riccaredo Iuniore regnat Suintilla in Hispania. cui Regi decennium, & Monarchiam *dant Historia Hispanica. Mariana lib. 6. cap. 4.*	36. *Clotarii 2.*
624. *Indict. 12.*	7. *Bonifacii V.*	14. *Heraclii I.*	Habet hic tertius Persici belli annus, tres insignes victorias in Perside diuinitus ab Heraclio reportatas, *quas refert Cedrenus.* obiit Theodolinda Longobardorum Regina, magnæ virtutis fœmina: cùm filius eius Adaluald us mentis inops esse cœpisset, electus Rex est Ariobaldus Arrianus, nec sine magnis in eo Regno motibus. *Paulus Diaconus. Onuph.* Dagobertus Clotarii filius, quòd præceptorem, euulsa barba, effecisset ignominia insigni, patrem ita offendit, vt vix speraretur reconciliatio.	37. *Clotarii 2.*
625. *Indict. 13.*	8. *Bonifacii V.*	15. *Heraclii I.*	Bonifacius Pontifex obiit 25 Octobris, cùm sedisset annis 7, mens. 10. di. 1. *ex Anastasio.* substituitur Honorius Campanus, anno tamen insequenti, & 14 Maii: Indict. 14. quem *idem Anastasius* plurimum laudat, quicquid dicant Centuriatores. hic quartus est Persici belli annus, quo Heraclius in Perside promouet suas victorias. *Cedren. narrat Beda lib. 2. cap. 9.* Eduinum iam apud Aquilonares Anglos in Northumbria Regem, accepta Edelburga Edelberti Cantianorum Regis filia Christiana in vxorē, ita demum diuinitus permotū, vt relicto Paganismo, Christianæ Religioni nomen dederit.	38. *Clotarii 2.*
626. *Indict. 14.*	1. *Honorij I.*	16. *Heraclij I.*	Missus est à Chosroa exercitus, qui Constantinopolin obsideret: sed fusus apud Chalcedonē est à Theodoro Imperatoris fratre: & ipse Heraclius pergens in Persas, nouis potitur victoriis. *Cedren.* Penda inter Saxones quartus Rex Merciorum regnat in Anglia: & posteà occisis Eduino, Osualdo, aliisque Regulis, regnauit omnino annis 30. *Angl. Hist. Polyd. lib. 4.* Dagoberto Austrasia datur hoc anno, & Pipinus, vt sit illi à consiliis.	39. *Clotarii 2.*
627. *Indict. 15.*	2. *Honorij I.*	17. *Heraclii I.*	Heraclius, nouis auctus victoriis, Euphratem transgressus, Niniuen occupat. *Cedren.* hic annus putatur baptizati Eduini, Eboraci. quem breui imitatus est Carpualdus, Orientalium Anglorum Rex. *Beda lib. 2. & Polydorus Vergilius lib. 4. in Regni tertij descriptione.*	40. *Clotarii 2.*
628. *Indict. 1.*	3. *Honorii I.*	18. *Heraclii I.*	Ad extremum Chosroas, rebus desperatis, dum filium iuniorem Merdasen Regno præficere nititur, maior natu Siroes, rebus cum Imperatore compositis, patrem fratrémque necat. Initum tunc fœdus, & Imperii terminus Tygris decretus. redit in Palæstinam Zacharias Pontifex cum Sancta Cruce, & captiuorū amplissima multitudine. *Cedren. Zonar.* Hic septimus est, & vltimus belli Persici annus.	41. *Clotarii 2.*

Y

vocant. cuius principium est Iunius anni præcedētis; & primus mensis Persici anni. sic ergo finem accepit vetus illa Periodus magni Neuruz apud Persas, quando Othman filius Ophan, Amiram Scenitarum Arabum, Calipha Babyloniæ, occidit Iedagirdum Regem. Rectiùs diceretur hic annus Othman Caliphæ primus, & Hegiræ 11. Hoc etiam anno Saraceni in Palæstina vincunt Romanos: & Imperatorem, Orientis domitorem Heraclium, dùm esset Catholicus: nunc factum hæreticum, imbelles vincunt Saraceni. victo Theodoro Imperatoris fratre, Imperator deserta Syria, & sublatâ Hierosolymis Sancta Cruce Constantinopolin recepit. *Cedren. Theopha.*

In Hispania Rachimirus moriēs, duos post se reliquit fratres; quorum minor natu Sisenandus Regnum occupat. R*oderic.* In Britannia maiore Eduinus, Northumbriæ Rex, acie occiditur à Cadouallone Britonum Rege. Eduini filiis breui etiam occisis, successit Osualdus tertius Edelfredi filius: qui à morte patris latebat in Scotia. *Beda, lib. 4 in Regno Sexto*, vbi Eduini baptismum notat ad an. 527. Cyrus Alexandriæ Episcopus, habitâ Synodo, Monothelitarum hæresim cautè inducit: dū prætextu cōcordiæ, suppressis vocibus vnius & duarū voluntatū, suadet Christi voluntatem vocandam Deiuirilem, (θεανδρικὴν.) Honorius Papa *in Epistola posteriore ad Sergium*. perspicuè duas Naturas profitetur, vnámque personam: vnde clarum est concedi duas operationes. *refertur Epistola à Baronio.* quare Honorium fuisse Monothelitam impostura hæreticorum est, *vt etiam post alios obseruauit Genebrardus in Honorio.* si verò (quod in re simili fecit Vigilius anno 550.) silendum tunc quidem putauit de duabus operationibus, æque ac de vna: fuit, quia iudicauit eo tempore sic expedire, ob causam, de qua 638. hoc fortè anno post Zachariam Patriarcham Hyerosolymis successit Sophronius.

634. | 9. *Honorij I.* | 24. *Heraclii I.* | *Indict. 7.* | 3. *Dagoberti I.*

Sequenti hoc anno, qui tertius est Sisenandi Regis in Hispania, habetur Concilium quartum Toletanum. adfuere Episcopi 62. Canones 70. actum de Catholica doctrina, & morum reformatione. præfuit Isidorus Hispalensis. Inter alia, Patres professi sunt Spiritum Sanctum à Patre Filioque procedere. quod idem, veteres quoque habebant Fidei professiones. Aribertus Aquitaniæ Rex, Vascones rebellantes domat. *Æmil.* Osualdus sextus Northumbrorum Rex, ex Eduini sorore natus, *de quo ad an. 633.* Cruce defixa in loco pugnæ, Cadouallonem Britannorum Regem victum occidit: & euocatis è Scotia viris doctis, Christianam Religionem propagauit. *Beda lib. 3. c. 1 & deinceps.* Cadoualloni successit Cadoualdrus filius, Britonum Rex vltimus. *Polyd. lib. 4.*

635. | 10 *Honorij I.* | 25. *Heraclij I.* | *Indict. 8.* | 4 *Dagoberti I.*

Saraceni, victis Romanis in Palæstina, transeunt in AEgyptum: sed promisso ipsis tributo annuo, regrediuntur. *Cedren.* Hierosolymam obsessam tenent, Damascum obtinēt, soliumque Regni ibidem figunt. Dagobertus Pictauensem vrbem, *vt Annales Gallorum referunt*, euertit, quòd repugnantibus Vasconibus fauissent. Birinus Episcopus, ex Italia ab Honorio missus, Saxones Occidentales in Anglia ad Christiana sacra perduxit. *Beda lib. 3. c. 7.* sub Cynigillo 6 Rege Saxonum Occident. *Polyd. lib. 4. sub finem.*

636. | 11. *Honorii I.* | 26. *Heraclii I.* | *Indict. 9.* | 5. *Dagoberti. I.*

Hic annus est, quo Saraceni Hyerosolymis potiuntur. *Cedren.* τὴν ἁγίαν πόλιν vocat. Egit Sophronius Patriarcha, vt

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Christianis liceret sua ibi sacra peragere. mansit hæc captiuitas, donec post 463 annos à Francis recepta ciuitas est, anno Christi 1099. obiit eodem anno Sophronius, insignis fidei propugnator contra Monothelitas. *Martyr.* 11 *Martij.* Moritur Ariobaldus Rex Longobardus, sine virili stirpe. habita creando Regi Comitia; eligunt Rotharicum, Arrianum quidem, sed qui passus est Orthodoxos liberè sentire de Religione, ac proindè sub eo narrant in quauis Diœcesi duos fuisse Episcopos, Catholicum vnum, alterum Arrianũ. *Paulus Diaconus. Onuph.* Habitum nunc Toletanum Concilium quintum, decretis precibus pro salute Principis. Episcopi 20. Can. 9. obiit Isid. Hispalensis, *de quo lege Baron.* nunc ferè regnare cœpit apud Orientales Anglos Sigebertus, optimorum Gymnasiorum in Anglia fundator. de eius Vita, eaque tandem Monastica, *Polydor. lib.* 4. *& Math. Vestmon.*	
637 Indict. 10.	12 Honorij I.	27 Heraclii I.	Dagobertus Templum & Monasterium Sancti Dionysii à se extructa, donis plurimis exornat. *Hist. Frãcorum.* Arabes, seu Saraceni Duce Omaro Antiochiam capiũt, & Muhaniam præficiunt Prouinciis ab Ægypto vsque ad Euphratem. aliũ mittũt exercitum in Ægyptum, renuentem pẽdere promissum tributum. quâ subactâ, progreditur exercitus in Africam, Tripolim vsque. *Cedren. Ioan. Leo lib.* 8. *Hist. Africanæ.*	6 Dagoberti I.
638 Indict. 11.	13 Honorij I.	28 Heraclij I.	Moritur Honorius Papa, cùm sedisset duodecim annis, & quinque mensibus, id que quarto Idus Octobr, *Anast.* ante annum notat obijsse *Sigonius*; omitto calculũ *Onuphrij:* illud receptum est, vacasse sedem annum vnum: quod aliqui interpretãtur spatium fuisse, ad confirmationem ab Imperatore expectatam, cùm anteà facta sit electio Seuerini. Cæterùm quã alienus fuerit Honorius ab hæresi Monothelitarũ, *indicatũ est anno* 633; & constat ex celebri illa disputatione inter Pyrrhum Monothelitam, & Maximum. *de qua Baron. anno* 646. At typus Constãtis, *de quo* 648, silentium indicens de vna & duabus volũtatibus, damnatus est? idem verò silẽtium suasit Honorius? Occurrendum tamen est huic obiecto, damnatum esse typum post tẽpora Honorii; multumque interesse quibus vtamur in rebus fidei vocibus, quando mutata sunt tempora; vt norunt, qui verè sũt Theologi. Prudens etiam Ecclesiæ praxis est, initio controuersiarum, & voces & disceptationes interdùm supprimere. Posteà verò, cùm tẽpus aliud feret, easdem definire. sed de hac Honorii causa, *lege qua scripsit Cardinalis Bellarminus Tom.* 1 *de Rom. Pont. l.* 4. *cap.* 11. *in Honorio.* vbi de duabus Honorii Epistolis, de quibus tota controuersia est, latè disseruit: & quas confictas ab hæreticis, insertasque sextæ Synodo, vehemens est, nec leuis suspicio, sicut alia pleraque illi inseruerunt. Moritur Sisenandus, vel Sisecundus, Visigothorum Rex Hispaniæ: successit frater Suintilla secundus. *Ritius.* eodemque anno habitum 6 Concil. Toletanum.	7 Dagoberti I.
639 Indict. 12.	1 Seuerini.	29 Heraclii I.	Habitum est Concilium Toletanum sextum, Generale seu Nationale, hoc anno, qui est Suintillæ, seu Suintillani secundus. Episcopi 52, vbi inter alia illud memorabile, non tolerandũ in Regno vllum, qui non sit Catholicus. Hic annus habet Seuerinum Papam, *iuxta Anastasii calculum.* sub quo contigit expilatio Lateranensis Episcopij. *Blondus*, *Baron.* hoc eodem anno promulgata est Ecthesis illa hæretica, quæ dicta est Heraclii, continens fidei professionem: approbata quidẽ à Sergio Constantinopo-	8 Dagoberti I.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
	10 annos.		litano, in Synodo ibidem habita, sed quam detestatur Maximus Abbas, agens contra Pyrrhum Sergii successorem, & Monothelitam: qui hoc eodem anno Sedem tenuit. *Baronius.* promulgata Ecthesis Indict. 12 perlata Romam est ad Seuerinum, qui eam damnauit: *vt constat ex Concilio Lateranensi sub Martino, in Secretario 1 & 3.* Hinc constat Seuerinum hoc anno adhuc superstitẽ. cui successit tamen eodem anno Ioannes Papa, vt patet ex Synodo sequentis anni. obitum Seuerini referunt aliqui ad 4 Non. Aug. & creationem Ioannis ad exeũtem omnino annũ. fuit hic Dalmata, & huius nominis quartus. Rotharicus Rex Longobardorum, receptis aliquot vrbibus, Opitergio, aliisque in agro Veneto, Romanos vincit ad Scultemnam Mutinensem amnem. *Sigon.* Saraceni captis vrbibus Edessa, Constantia, & Castro Duras, potiuntur tota Mesopotamia. *Cedren.*	
640 Indict. 13.	1 Ioannis 4.	30 Heraclii 1.	Mortuo nunc Ariberto Rege, tota Aquitania redit ad Dagobertum. *Appendix Tur. Gregor. Æmilius.* Iaddus Saracenorum in Mesopotamia Ductor, Persidem, iam ab Heraclio & ciuili bello attritam, inuadit, occupatque. accidit hoc 30 Heraclii anno. Ioannes Papa in Synodo Romana Ecthesin, & Monothelitarum Hæresim damnat, *ex Theophane Baron.* curatque Honorii Epistolam explicari. Constat insuper ex Actis publicis in Senatu Constantinopolitano promulgatum ab Heraclio Edictum, quo declarat Ecthesin non suam esse, sed Sergii inuentum. mortuo Cyro Alexandrino successit Petrus, eiusdem Sectæ homo, & Monothelita. sedit vsque ad annum 650, interrupta tunc Patriarchatum illorum successione per annos plurimos. *vide anno* 742.	9 Dagoberti 1.
641 Indict. 14.	2 Ioannis 4.	31 Heraclij 1. 1 Heraclij 2. iunioris, seu Constantini 4. 1 Heracleonis	Heraclius, magnis Imperatoribus æquãdus, si Monothelitas deuitasset, moritur mense Martio, vel Aprili. succedit filius Heraclius Constantinus, dictus Iunior, Orthodoxus. Cui tamen post quatuor menses extincto (dolo nouercæ Martinæ) substituitur Heracleon Martinæ filius. *Theopha.* Isacio Exarcho mortuo, subrogatur Theodorus, Calliopa dictus. *Onuph.* tamen *Sigonius* refert ad annum 642. Suintillæ Regi Hispaniæ defuncto sine prole, succedit electus Tulga, seu Cluga. *Ritius lib. 1 in fine.* in hunc annum incidit obitus Ioannis Papæ die 12, Octobr. substituitur illi 25 Nouembr. Theodorus, patria Hierosolymitanus.	10 Dagoberti 1.
642 Indict. 15.	1 Theodori.	1 Constantis 2.	*Authore Cedreno, & aliis,* Heracleon, post paucos menses, (detecta iã matris fraude) exulat: matri lingua amputatur. lege Theophanem. Pyrrhus quoque Patriarcha, eiusdem criminis habitus reus, eiicitur. Imperat Heraclius Constans, Constantini filius mense Octobri. *Onuphr.* Pyrrho subrogatur Paulus Monothelita. *Cedren.* secessit Pyrrhus in Africã. Osualdus Northũbrorũ Rex sextus, & Christianissimus, occiditur in prælio à Merciorũ Rege pagano. *Beda lib. 3. c. 12.* successit Regno Osui᷑ *Polyd. lib. 4.*	11 Dagoberti 1.
643 Indict. 1	2 Theodori	2 Constantis 2.	Obiit hoc anno Tulga Rex Visigothorum: successit Cindasuindus, regnat annis 10. *Ritius initio lib. 4, & alii.* Haumar Saracenorum Princeps in Palæstina extruit templum Hierosolymitanum. *Theophan.* Mauricius templi Lateranensis expilator euadit Tyrannus, & malè perit. *Baron.*	12 Dagoberti 1.
644 Indict. 2.	3 Theodori.	3 Constantis 2.	Rotharicus Longobardis scriptas nunc Leges Edicto Papiæ promulgat, anno 77 ab eorum aduentu in Italiam. *Sigon.* qui proœmium refert, ad imitationẽ Iustiniani, Codicem vocauit. Dagobertus Galliarum Monarcha Seniori filio Sigeberto dat Austrasiam; Iuniori autem, ex alia vxore, Clodoueo, Neustriã, quæ hodie Regnum Franciæ vocatur, addita Burgundia. *Aimoin. & Gregorii Appendix.*	13 Dagoberti 1.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
			be in Cypro à Saracenis, Imperator inducias petit ad bienniũ, quas cõcessit Muhanias. *Narrat Polydorus Virgilius sub fin ẽ lib. tertii,* huc vsque regnatum apud veteres Britannos in Anglia, quando Cadoualdrus, vltimus Rex, mundo nuntium remittens, Romam se contulit. *vide annum* 685. Constans, post actos in exilium duos Maximos, Abbatem, & Apocrisarium, *(vide annum* 645,*)* fecit etiam Sanctum Martinum Papam vi adduci in Orientem. qui toto anno detentus apud Cycladas, grauiter vexatur. *Surius primo Decembr. Baron.* actor Tragœdiæ fuit Theodorus Calliopa, qui mortuo iam Olympio substituitur iterum Exarchus. *Sigon. Cedren.*	
651. Indict. 9.	3 Martini 1.	10 Constantis 2.	Rothaticus Longobardorum Rex, Rodoaldo filio Rege relicto vita cessit. *Paul. Diac. Onuph.* tamen *Sigon.* refert hoc ad annum sequentem. Saraceni, pulsis Romanorum præsidiis, Carthaginem euertunt, recepta etiam Numidia, & sedem locant Tuneti. *Leo lib.* 1. 5. *& 6 Histor. Afric.* Donualdo Scotorum Regi vita functo, successit Ferquardi filius, dictus Ferquardus secundus. *Hector. Boet. lib.* 9 *Lesleus lib.* 4. Martinus Constantinopoli grauissima passus, relegatur Chersonam. *Martin. Epist.* 15. *&* 16. Northumbrorum Regnum continuatur in Osuio. *Histor. Angl.*	4 Clodouei 2.
652 Indict. 10.	4 Martini 1.	11 Constantis 2.	Sigebertus Austrasiæ Rex, male pugnat contra Rodulphum Thuringorum Proregem rebellantem. *Appendix Gregor. Aimoin.* Puluis è cœlo delatus, Constantinopolitanos magno affecit timore. *Cedren.* In hũc annum incidit mors Sigeberti, & Egrici, qui Orientalium Anglorum Reges fuerunt, illata à Penda Merciorum Tyranno. regnat Anas. *Polyd. lib.* 4. Martino exuli subrogatur Vicarius Eugenius. *Anast.* Paulo Constantinopolitano Episcopo mortuo anno præcedẽte, nunc tandem Pyrrhus iterum succedit, & post paucos menses moritur. *Baron.* Successit Petrus Monothelita.	5 Clodouei 2.
653 Indict. 11.	5 Martini 1.	12 Constantis 2.	Vita functus est Cindasuindus Hispaniæ Rex vltimo Septembris, relicto filio Recisuindo successore, qui nunc solus regnare cœpit. *Ritius initio lib.* 2. Mahuuias Saracenorum Dux, Rhodo potitus, Colossum Solis æneum memorabilem confregit, altum cubitos 80, vnum è septem Orbis miraculis. *Cedren.* vnde Colossenses, inquit, denominati sunt. constat Toletanum Concilium octauum habitum anno quinto Recisuindi. sed quia regnauit simul cum patre, dubium est an nunc, vel certè anno 658 habitum sit. Episcopi 52. Canones 13. actum de Cleri continentia, & Quadragesima seruanda. Peda Merciorum Princeps, Pendæ filius, in Anglia, accepta Osuii Northumbrorum Regis filia in vxorem, Christiana sacra suscipit, *ex Beda in Epitome, & Polydor. lib.* 4. Osuius, occiso postea Penda per triennium Merciis imperabit, nempe ab anno 656.	6 Clodouei 2.
654 Indict. 12.	6 Martini 1. 1 Eugenii 1.	13 Constantis 2.	Allato Romam nuntio de obitu seu Martyrio Sancti Martini, Eugenius eius Vicarius, nunc noua electione legitimus Pontifex renuntiatur, quarto idus Augusti. *Sigon. Baronius.* Constans Imperator filium Constantinum secum imperare facit, qui Græcis ὁ πωγωνάτος dictus est. *Zonar.* & hinc numeratos in 6 Synodo eius annos aliqui coniiciunt. *Narrat Theophanes* Constantem nauali prælio victum iam à Saracenis.	7 Clodouei 2.
655 Indict. 13.	1 Vitaliani	14 Constantis 2.	Moritur Eugenius Papa secundo Iunii post sex menses ab obitu Martini. *Anast.* creatur Pontifex Vitalianus vltimo Au-	8 Clodouei 2.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
			gusti. *notat Baronius* iam habitum nonum Concilium Toletanum: alii ascribunt 7 anno Recisuindi, & referunt proinde, (pro initio Regni controuerso) ad annum Christi 660. *vide annum 653.* Episcopi 16. Præfuit Eugenius Episcopus Toletanus. Canones 17.	
656 *Indict. 14.*	2 *Vitaliani.*	15 *Constantis 2.*	Rodoaldus Rex à Longobardo quodam (cuius vxori stuprũ intentabat) occiditur, virili stirpe nulla relicta. habitis Comitiis electus Rex Aripertus, filius germani Theodolindæ. *Sigon.* Catholicus fuisse perhibetur. Contentionem nunc ortam inter Saracenos de Principatu, *narrat Zonar. & Cedrenus.* Vnde quies aliquandiu Romanis. ad contentionem de Imperio, sequuta est diuisio falsæ Religionis in duas Sectas. Hic annus est, quo occiso Penda, Osuius cœpit Merciis imperare. de Peda Osuii genero, & Pendæ filio, *vide ad an. 653.* Petro Constantinopolitano Episcopo vita functo subrogatur Thomas hæreticus, *ex Baron.* qui ad hunc annum locat Concilium Toletanum decimum, anno quidem octauo Recisuindi habitum, sed quem annum alii referunt ad Christi annum 661. Canones septem. vbi Potamius Episcopus lapsus, se prodit, & abdicat.	9 *Clodouei 2.*
657 *Indict. 15.*	3 *Vitaliani.*	16 *Constantis 2.*	Constans Imperator vincit & subigit Slauinos. Maximus Abbas in Oriente, durissimè tractatur ab hæretico Imperatore, & lingua excisa loquitur. de huius Martyris scriptis *Baron. num.* 31.	10 *Clodouei 2.*
658 *Indict. 1.*	4 *Vitaliani.*	17 *Constantis 2.*	Hic annus Recisuindi decimus quidem est, ab eo tempore quo cœpit cum patre regnare. alii aliter, & annos eius numerant, & consignant Toletana Concilia. Muhanias, pactis cum Imperatore inducijs, promittit tributum. Sigebertus Austrasiæ Rex, insignis Monasteriorum fundator, diem obit primo Febr. & Regni 16. *Appen. Greg. Tur. Aimoin.* Dagobertum Regis filium puerum Grimoaldus relegat tonsum in Scotiam, ad vitam Monasticam, sibi & filio Regnum occupans. Sed victo Grimoaldo in bello, captoque, Clodoueus Childericum filium illi Regno præficit. A*imoin. lib.* 4 *cap.* 43. *&* 44. A*ppen. Gregor.* obiit Thomas Constantinopolitanus Episcopus. subrogatur Ioannes Presbyter. *Baron. Niceph. Chron.*	11 *Clodouei 2.*
659 *Indict. 2.*	5 *Vitaliani.*	18 *Constantis 2.*	*Scribunt Paulus Diaconus,* Blondus, *& alii,* factam ab Ariperto Romanæ Ecclesiæ, donationem Alpium Cottiarum. Verùm hæc facta est donatio ab Ariperto secundo. *de quo ad annum* 704. Constans nunc occiso à se fratre Theodosio, filios Heraclium & Tiberium Cæsares creat. *Cedren.*	12 *Clodouei 2.*
660 *Indict. 3.*	6 *Vitaliani.*	19 *Constantis 2.*	Occiso Peda, seu Veda Pendæ filio ab vxore, Mercii excutiunt iugum Osuii Regis Northumbrorum, & regnant sub Vvlfhero Pendæ filio annis 16. *Polydor. Vergil.* S. Maximus Abbas post triẽnii exilium apud Alanos Barbaros, migrat Martyr in cælum. B*aron. notat hoc anno Sigebertus* Clodouei Regis amentiam, ob raptum S. Dionysii brachium. *vide annum sequentem.*	13 *Clodouei 2.*
661 *Indict. 4*	7 *Vitaliani.*	20 *Constantis 2.*	A*imoinus notat,* ab eodem Clodoueo detractum tecto templi S. Dionysii aurum & argentum, & datum egenis. putant aliqui in capite 43 libri quarti, finiri hic historiam Aimoini, deinceps ab aliis continuatam. consentiunt Gallicarum rerum Scriptores, ab hoc tempore ita inualuisse in dies Maioris Domus potentiam, vt (*quod scribit Sigebertus anno* 622) Reges, solo nomine regnarent. obiit S. Amandus Traiectensis Episcopus, Flandrorum Apostolus, & annuntiator Euangelii apud Vascones in Pyrenæis, & Slauios ad Danubium. *Baron.*	14 *Clodouei 2.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
662 Indict. 5.	8 Vitaliani.	21 Constantis II.	Ariperti Longobardorum Regis nunc vita functi, duo filii de Regno contendunt, quod tamen vtrique eripuit Grimoaldus Longobardus, & Beneuantanus Dux. *Paul. Diacon, Sigon.* Idem Grimoaldus Gallos, in subsidium missos Perthariti, (is filius erat Ariperti,) dolo dicitur oppressisse, apud Hastam. *Sigon. Paulus Diacon. Blondus.* cuius tamen expeditionis non meminerunt. *Apendix Gregorij Tur. & Aimoin.* In bello inter Saracenos exorto victus Hali: rerum potitus est Muhanias, & late cœpit dominari. *Zonar. Leo Afric. lib.* 3 Circa hæc temqora, & sub Clodoueo, habitæ sunt in Gallia duæ Synodi: Vna Clypeacensis, in territorio Parisiensi; quādo agente Rege, Monasterium S. Dionysii solutum est omniū dominio. *Aimoin. lib.* 4. *cap.* 41. Altera Cabilonensis. *Baron.* Rectius ad præcedentem annum hæc Concilia referentur; si non etiam prius sunt habita.	15 Clodouei. 2.
663 Indict. 6.	9 Vitaliani.	22 Cōstantis 2.	Constans Imperator è Græcia exercitum ducit in Longobardos: sed non longe à Beneuento profligatus est à Grimoaldo. Imperator ipse Romam delatus; inde post paucos moræ dies, omnia veteris Vrbis ex æreornamenta surripiens, secum exportauit in Siciliam. *Blondus, Paul. Diac. Sigon.* hic primus dicitur annus integer Grimoaldi, *ex quadam Grimoaldi Constitutione, in Codic. Longobard.* vbi eius annus sextus notatur cum Indictione 11.	16 Clodouei. 2.
664 Indict. 7.	10 Vitaliani.	23 Cōstantis 2.	Ab hac Indictione 7, vsque ad 11, mansit Imperator in Sicilia, magno Siculorum detrimento. *Paulus Diac. lib.* 5. *c.* 5. facta cū Saracenis conuentione, concessit illis Damascum, & Syriam. Ioanni Episcopo Constantinopolitano mortuo, succedit Constantinus, *ex Nicephor. Chron.* obiit Ferquardus 2 Scotiæ Rex anno Regni 16. successit Malduinus Donaldi Regis filius. *Hector, Boet. lib.* 9. *Lesleus.* apud Oriētales Anglos incipit regnare Adulphus Rex. *Beda.* dissensio inter Anglos & Scotos de Paschate nunc agitata. Vincunt Angli, celebrandum more Romano, non Asiatico, vt putabant Scoti. *Beda lib.* 3. *c.* 25. *& Segebert.* persliterunt in suo erroneo calculo Scoti, vsque ad annum 716. *Baron.* Vbi de Gertrude Virgine, & Aigulpho Mart.	17 Clodouei. 2.
665 Indict. 8.	11 Vitaliani.	24 Cōstātis 2	Diem clausit Clodoueus secūdus. *ex Appen. Gregor. Tur.* licet *AEmilius* tantum det 16 annos Regni. successit Clotarius 3 in Gallia. fratribus Theodorico, & Childerico diuisa ac relicta Austrasia est. Eccembauldus sub Clotario Maior Domus: alii alium dant. obiit nunc S. Eligius Nouiomensis Episcopus. *Surius primo Decembris.*	18 Clodouei 2.
666 Indict. 9.	12 Vitaliani.	25 Cōstātis 2	Vitalianus Papa, misso in Angliam Theodoro viro religioso & docto, Ecclesiasticam disciplinam collabentem restituit. *Beda.* Constantino, qui vita cessit, succedit Theodorus Presbyter in Episcopatu Constantinopolitano. *Nicephor Chron.* retulit ad huncannum *Baronius* Concilium Emeritense in Lusitania habitum, anno 18 Recisuindi: qui tamen annus Christi apud illos tanrūm est annus 13 illius Regis, *vti iam notaui.* Canones 23. decernit Sacrificium quotidianum pro Rege bellis occupato.	1 Clotarij 3.
667 Indict. 10.	13 Vitaliani.	26 Cōstātis 2	Sapotius Armeniæ gubernator, rebellans contra Imperatorem, & Saracenis se adiungens, breui moritur, interim dum exercitus Constantis (qui adhuc hærebat in Sicilia) bellum gerit in Africa contra Saracenos, captas tunc in Phrygia à Saracenis vrbes, recuperārūt Duces Constantis. *Cedren. Theophanes.* Ebroinus succedit Comes Palatii sub Clotario, moritur Sanctus Idelphonsus Episcopus Toletanus. *Baron.* successit Syriacus.	2 Clotarii 3.
668 Indict. 11.	14 Vitaliani	27 Cōstātis 2	Excurrit hoc anno Indictio 11. nihil aliud habet notatu dignum.	3 Clotarii 3.

Christ.	Pont.	Imp.		Reg. Frãc.
669 Indict. 12.	1 Adeodati.	1 Constantini V. Pogonati.	Constans Imperator occiditur, 15 Iulij Syracusis in Sicilia, Indictione 12, *Miscella. Paul. Diac. Ado, Anastasius in Põtificali, in Vitaliano.* succedit filius Cõstãtinus Orthodoxus, & Romanæ fautor Ecclesiæ: qui ducto in Siciliã exercitu, contra Tyrãnũ patris percussorem, eundem occidit, & regressus Constantinopolim barbatus apparuit, dictus inde Pogonatus. *Zonar. Cedren.* Saraceni inuadentes Africam, 80 millia captiuorum abducũt. *Theophanes.* Clotarius Franciæ Rex vita cessit. Theodoricus frater (dum Ebroinus adhuc esset Maior Domus Regiæ) substituitur: sed Childericus, Austrasiæ Rex, & natu maior, armisque superior, Theodoricum adegit in Monasterium: pulso etiam ad vitam Monasticam Ebroino vide an. 665. migrat è vita Vitalialianus Papa 6 Kal. Febr. Eligitur Adeodatus post duos menses & 13 dies.	4 Clotarij 3.
670 Indict. 13.	2 Adeodati.	2 Constantini V. Pogonati	Osuio, Northumbrorum Regi, successit Egfridus filius, Regni & virtutis hæres. *Polydor. lib. 4.* I*ndictione* 13. B*eda. notat Sigebertus*, virtutem & martyrium S. Proiecti Episcopi Aruernensis. de hoc Osuio *vide Mathæum Vestmon. ad an.* 670.	1 Childerici 2 & Theodorici, Fratrum.
671 Indict. 14.	3 Adeodati.	3 Constantini V. Pogonati.	Theodorus Dorouernẽsis Episcopus Concilium conuocat in Anglia, Episcoporum omnium illius Regni. Canones 10. actum de Ecclesiastica disciplina. *Beda lib. 4. c. 5.* Hæc 10 Capitula *recenset Mathæus Vestmon. ad an.* 673.	2 Childerici 2.
672 Indict. 15.	4 Adeodati.	4 Constantini V. Pogonati.	Saraceni Lydiæ & Ciliciæ Prouincias subigunt: & mox obsident Constantinopolim, Ducibus Cano & Muhamato. sed totum hoc bellum, quod aliquot annos durat, potissimum ad mare & nauale fuit: tandemque, vti postea dicam, Orthodoxus Imperator Arabes ad pacem compulit, & tributum. *Zonar. Cedren.* Vita functus est Grimoaldus Longobardorum Rex, eius filio Gaubaldo per ætatem ad gubernandum inepto, & à Proceribus exturbato: Regnum iniuit Pertharitus, è Frãcia quasi diuinitus reuocatus. *Paulus Diaconus. Sigon.* diem etiam nunc clausit Recisuindus Hispaniæ Rex Visigoth. primo Septembris, Æra 710. *vt habet illorum Regũ Catalogus, Legum Codici præfixus*: ac proinde hoc Christi anno. succedit Vvamba, seu Bamba 13 Kal. Octobr. ex Regali Gothorum stirpe electus. vterque Rex insignis, & virtutis eximiæ. *Ritius lib. 2 initio.*	3 Childerici 2
673 Indict. 1	5 Adeodati.	5 Constantini V. Pogonati.	Saraceni in illa Constantinopolitana obsidione, post varia prælia naualia, repelluntur ad stationes hyemales, cum magna classis iactura. redintegrarunt hoc bellum anno sequenti, maioribus suorum detrimentis. idemque per septennium repetitum *scribunt disertè Zonaras & Cedren.* licèt *Baronius ex Theophane putet* pro septennio biennium substituendum. illud constat, victis tandem Barbaris, & Græco igne, seu marino, (*θαλάσσιον vocat Cedrenus, ὑγρὸν πῦρ Zonaras*) exusta eorum classe, firmatam ad 30 annos pacem, statuto annuo tributo Imperatori, *vt noto ad an.* 677. Reliqua Arabum classis hyberno æstu perijt tota. Bamba Visig. Rex Nemausum, & Narbonensis Galliæ quasdam alias ciuitates recipit: quæ sub Renocindo Duce Celtiberiæ, seu Aragoniæ, ad defectionem spectabant. *Rodericus.* Obiit in Anglia Egbertus Cantianorum Rex, succedit Lotharius. *Beda, Polid. lib. 4.*	4 Childerici 2.
674 Ind ct. 2.	6 Adeodati.	6 Constantini V. Pogonati.	Excurrit hoc anno Indictio secunda: nec aliud habet hic annus, nisi quòd *Aimoinus, & Ado* notent Childericum, Francis ob corruptos mores exosum.	5 Childerici 2.
675 Indict. 3	7 Adeodati.	7 Constantini V. Pogonati.	Hoc ferè anno, vel sequenti, qui quartus est Bambæ pii Regis, celebrata sunt duo Concilia in Hispania, Toletanum 11, vbi Episcopi 19. Canones 16. & Braccarense 3. Episcopi 8. aderant Isidorus Asturicensis, & Valerius Abbas, viri doctrina & virtute	6 Childerici 2.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			conspicui. *Acta refert ex Tudensi Baronius.* idem Rex, Saracenorum classem inuadētem Hispaniam, bello profligat, & incendit. obiit nunc Volpherus Merciorum Rex in Anglia: succedit frater eius Ethelfredus. *Polyd. lib.* 4.	
676 *Indict.* 4.	1 *Doni vel Domni I.*	8 *Constantini V. Pogonati.*	Childericus in venatione ferro obtrūcatur à Bodilone Franco, quem ipse ad stipitem ligatum cædi anteà iusserat: nec pepercit grauidæ Reginæ, sacrilega manus. Theodoricus, extractus è Monasterio, restituitur regno. *Sigeber. Aimoin.* Vlfoaldus Maior Domus iam fugerat in Austriam, omniaque ibi regebat: adfuit Theodorico Ebroinus, relicto Luxouiensi Monasterio, in quod intrusus fuerat à Childerico, (LOÇON EN BOVRGOVGNE.) quo authore cædes in Gallia patratæ sunt nefandæ, occiso inter alios Leodegario Episcopo Augustodunensi. obiit Adeodatus Papa. *Anastas. Sigeber.* substituitur Donus post quatuor menses Kalend. Nouembr. quem alii Conum, & Cunonem vocant. florentem nunc in Anglia Ecclesiam notant passim Historici.	7 *Childerici I. & Theodorici, Fratrum.*
677 *Indict.* 5.	2 *Doni vel Domni I.*	9 *Constantini V. Pogonati.*	Mardaitæ, seu Maronitæ, regionem occupant à monte Tauro ad Libanū vsque: à quibus grauiter & periculosè pressi Saraceni, petunt ab Imperatore pacem, promisso tributo annuo. quam ille, nescio qua facilitate, concessit ad annos 30. & simul in Occidente pacata esse cœperunt Imperatori omnia: ad hanc etiam pacē accesserūt Auares, & Slauini. *Cedren. Zonar.* Theodorus Patriarcha Constantinopolitanus, datis ad Donum literis, vnionem petit cum Ecclesia Romana: responsum non extat. *Baron. anno* 676. mortuo Reparato (*vt notat Anastasius*) Rauennas Ecclesia, quæ schismate veteri se à Romana separauit, paulò post hæc Romanæ Ecclesiæ se subdit. *Platin. Nauclerus, Sabell. lege Sigon. anno* 679. *& hic infra* 683.	8 *Childerici. I.*
678 *Indict.* 6.	1 *Agathonis*	10 *Constantini V. Pogonati.*	Tertio Idus Aprilis obijt Donus, cùm sedisset an. 1. m. 5. *Anastasius.* probat tamen *Baronius ex Epistola Imperatoris*, data pridie idus Augusti ad Donum, aliquot menses adhuc illi dandos. successit hoc anno Agatho. Imperator Vnionem Ecclesiarum expectans, Theodorum Patriarchatu Constantinopolitano abdicat, substituto Georgio (qui, *ex Nicephoro in Chron.* sedit tantùm annos 3. & mens. 3.) literas ad Vnionem spectantes dedit ad Domnum, quem adhuc superstitem sperabat. extant illæ *apud Baron. hoc anno.* hinc aditus ad 6 Synodum reseratus.	9 *Theodorici.*
679 *Indict.* 7.	2 *Agathonis*	11 *Constantini V. Pogonati.*	Pertharius Rex Longobardorum, Cunipertum filium vocat in Regni societatem. *Sigo. Paulus Diac.* Celebratis hoc anno variis Synodis, in Anglia, Gallia, & Italia, damnatur Hæresis Monothelitarum. de qua re *prolixè Baron. narrat ad hunc annum Matheus Vestmon.* grauem vtrinque conflictum inter Egfredum Northanhum, vt Ethelredum Merciorum Reges.	10 *Theodorici.*
680 *Indict.* 8.	3 *Agathonis*	12 *Constantini V. Pogonati*	Bulgari è Scythia, iuxta Mæotidem, Thraciæ fines inuadūt. Contra quos malè pugnatum casu est à Romanis: sed promisso annuo stipendio recedunt: & Mœsiam inferiorem pro sedibus nouis accipiunt: quæ indè Bulgaria dicta est; ortumque Bulgarorum Regnum *Sigeber.* Sed *Cedrenus notat* annum Imperatoris 10. Bāba Rex Hispaniæ ex lætifera potione euasit amens, & fit Monachus. Eligitur Rex, Eruigius Comes. Bamba ad se reuersus, factum non probat. indictum prius à Bamba Concilium Toletanum 12, habetur primo anno Eruigii, Episcop. 35. Canones 13. *lege de hac re Canonem* 1. *&* 2 *eiusdem Concilij Toletani Tom.* 3 *Cōcil.* Obiit hoc anno Muhanias Saracenorum Princeps, & Regni sui anno 24. succedit filius Gizit, vel Birith, *inquit Sigebertus. Lege Chron. Arab.* Romæ habita est Synodus 125 Episcoporū contra Monothelitas: (*lege 6 Synodum Actione* 4) inter quos leguntur	11 *Theodorici.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Frāc.
			ficis (primùm à Gothis, deinde ab Imperatoribus) fiebat. *Anastas.* *Sigon.* & *alij.* de huius Benedicti Epistolis suppositiitiis, *Baron.* habetur hoc 4 anno Eruigii Regis, Concilium Toletanum 14. vbi confirmantur acta 6 Synodi missa à Pontifice. Cur post quatuor prima Generalia Concilia, hanc Sextam Synodum hi Patres quintam fecerint, *differit hic Baron.* Constantinopoli sedet Episcopus Paulus 3.	
685 *Indict. 13.*	1 *Ioannis 5*	17 *Constantini V. Pogonati.*	Cadoualadrus, veterum Britannorum Rex, diu antea Romā profectus, circa hæc tempora moritur ibidem, sub habitu Monastico, nullo successore relicto. postea occuparunt hoc Regnum Saxones Occidentales, Rege Ina. *Mattha. Vestmon.* hoc, post triennium notat. Obiit hoc anno Malduinus Scotiæ Rex, ab vxore strangulatus: quæ sceleri debitas pœnas dedit. Succedit Eugenius quintus. *Hector Boet. Lesleus lib.* 4. Huius anni tragœdias inter Saracenorum factiones, *lege apud Cedrenum,* & *Zonaram.* moritur Benedictus Papa 7 Maii, relatus in numerum Sanctorum. eligitur Ioannes quintus, Syrus, Antiochenus, 22 Iulii: vir doctus, & moderatus. *ex Anastas.*	16 *Theodorici.*
686 *Indict. 14*	2 *Ioannis 5*	1 *Iustiniani 2.*	Diem clausit Constantinus Imperator exeunte Ianuario: successit Iustinianus II. *Zonar.* Indictione 14. Recuperat Imperator Iustinianus Armeniam, Mediam, Albaniam, & Hircaniam, Duce Leontio. sed renouata tunc pace, minus prudenter concessit Imperator, vt Mardaitæ, seu Maronitæ à monte Libano recederent. quod experientia posteà probauit. Obiit Ioannes Papa, 2 Augusti post Sedem duobus mensibus vacantem, & contentionem inter Clerum & exercitum; Conon creatur Thrax genere, educatus tamen in Sicilia. Iustinianus voluit, vt Exarchi consensus probaret electionem Pontificum. iam cœpisse nutare in fide Iustinianum *obseruat* Baron.	17 *Theodorici.*
687 *Indict. 15.*	1 *Cononis.* *Sergius 1*	2 *Iustiniani 2.*	Nunc obiisse putatur Theodorus Calliopa Exarchus, cui successit Ioannes, cognomento Platina. *Anastas. Sigon.* Pipinus, qui Austrasiam regebat, nouo exorto bello, Theodorici exercitum vincit; & pulso (quod Franci optabant) Dertario Maiore Domus, Pipinus eandem consequitur etiam in Francia dignitatem, & sic cœpit iterum Francorum redintegrari Monarchia; horum Regnorum diuisione, Vasconumque, atque Aquitaniæ defectione, hactenus satis dissipata. *Appendix Gregor. Aimoin.* Conon Papa vir Sanctus moritur 13. Octobris. vacat sedes ex contentione inter Clerum & populum, mensibus duobus. *Anastas.* Tandem 26 Decembris electus est Sergius Syrus communi consensu. quo tempore Paschalis, pecunijs inuocans Exarchi fauorem, detectis Simonia & alijs criminibus, retrusus est in Monasterium. *Baron.*	18 *Theodorici.*
688 *Indict. 1.*	1 *Sergij 1*	3 *Iustiniani 2,*	Hoc, vel sequenti anno vitam reliquit Perthari tus Longobardorum Rex. Regnum continuat Cunipertus filius. *Sigon.* Obijt quoque Eruigius Hispaniæ Rex, succedit Egicanes Regis gener. *Roderic.* moritur Eugenius. Rex Scotiæ. Regnum tenuit Eugenius 6, Ferquardi filius. *Hector. Boet. lib.* 9. Habetur 15 Concilium Toletanum, Episcopi 61, actum de Regis iuramento, eoque bino. *Baron.*	19 *Theodorici.*
689 *Indict. 2.*	2 *Sergij 1.*	4 *Iustiniani 2.*	Theodoricus Francorum Rex moritur, relictis duobus filiis. natu maximus est Clodoueus, huius nominis tertius. Regnum ille continuat. *Sigeber. Appendix Gregor. Tur.* sed hunc *Ado* Clotarium uocat.	1 *Clodouei 3.*
690 *Indict. 3.*	3 *Sergij 1.*	5 *Iustiniani 2.*	Hac Indictione 3, contigit obitus Theodori, in Anglia Legati Apostolici, & Archiepiscopi Dorouer. Item Eduini Abbatis, quis datus erat ei socius. & in Hispania sancti Iuliani Archiepiscopi Toletani, apud Longobardos regnat Cunipertus solus.	2 *Clodouei 3.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	RERVM. GESTARVM SERIES.	Reg. Frãc.
			Concilio. *Baron.* Moritur, vt aliqui putant, Hispaniæ Rex Egicanes. Succedit filius Vitiza: quem tamen *Roderic.* Regno præficit Aera 740. hoc est post triennium. opinio est, non solum quidem, sed cum patre regnasse ante hanc Aeram. *vide* 701.	
699 *Indict. 12.*	12 *Sergij I*	1 *Tiberij 3. Absimari.*	Hoc, vel præcedenti anno Tiberius Absimarus proclamatus Imperator ab exercitu, qui ex Africa pulsus erat, & Constantinopolin delatus, Leontium naso præciso iubet asseruari in Monasterio. *Cedren. Zonar.* AmbirKeletus Scotiæ Rex in bello contra Pictos occubuit. regnat frater eius Eugenius septimus: qui Scotorum Historiam scribi curauit. *Hector Boet. lib. 9. & Leslæus lib. 4. in hoc Eugenio.* Saracenis bellum est de Perside intestinum. *Cedren.* Floret Sanctus Hubertus Episcopus Leodiensis, S. Lamberti Tungrensis Episcopi, & Martyris successor; & Sanctus Althelmus in Anglia. *Baron.* Scoti & Hyberni ferè omnes, Pascha incipiunt legitimè colere. *Beda lib. 5. c. 16, & 22.*	7 *Childeberti 2.*
700 *Indict. 13*	13 *Sergij I.*	2 *Tiberij 3. Absimari.*	Romani hoc secundo anno Absimati Syriam & Samosata peruagati, ad ducenta millia Arabum interfecerunt, onustique spolijs regrediuntur. *Cedren.* Ferraria mœnibus cincta ab Exarcho. obiit Cunibertus Longobardorum Rex, vt aliqui notant. *Sigonius* tamen post biennium eius ponit obitum. Luitperto filio Regnum eripitur à Ragumberto Taurinatium Duce, & Gundeberti filio. Slauinorum posteritas, à fratribus Lech & Zech producta: putatur circa hæc tempora defecisse, in Bohemia, & Polonia: quando electi dicuntur Duces seu Palatini duodecim, penes quos esset rerum administratio. sed postea ventum est ad reges. iterumque ad Duces. ad quam variam regiminis formam, sequuta, quod deterius est, historiæ incertitudo sanè non exigua.	8 *Childeberti 2.*

OCTAVI CENTENARII INITIVM.

Regna.

MAgnum fuit hoc Seculo Francorum nomen, sub Martello, Pipino, (à quo Pipinorum genus,) & Carolo Magno: qui Galliarum, Austrasiæ, Bauariæ, Austriæ, atque Italiæ Regnator euadẽs: renuntiatus est exeunte hoc Seculo Imperator Occidentis. stabat adhuc Orientis Imperium à Iustiniano, (qui ῥινότμητος,) ad Irenem. Saxones, & Scoti, Britanniam tenebant. reliqua ferè Saraceni, præter noua Legionense, & Nauarricum, Regna, à Christianis iterum inchoata hoc Seculo in Hispania, reluctantibus semper Mauris.

Status. *Ecclesiæ.*

PEractâ 7 Synodo, Orientis Ecclesia quietior fuit: reliqua sub Christianis Europa, felicem satis hoc Seculo cursum tenuit, ac præsertim sub Imperio Francico Syriæ AEgypti, & Africæ Ecclesias, premebat exortum præcedente Seculo Barbarorum Imperium.

Doctrina.

ECclesiæ Authoritas, & Traditio. *Concil. Genera. 7. Act. 7. Damasc. lib. 4. de Fide c 13.* Primatus. *Concil. Genera. 7. Cã. 4. & Actio 2. Beda Homil. de SS. Petro & Paulo.* Liberum Arbitrium *Damascen de Fide Ortho. c. 25. Beda in Gene. c. 2* Bona Opera, & Merita. Beda *in c. 12. Lucæ, & Gregor. 3. in sua Epist 2. ad Bonifacium.* Sola Fides exclusa. *Damascen. lib. 4 de Fide c. 10. Alcuin. de Trinit. sub finem.* Eucharistia *Beda in Boethium de* Trin. *initio & deinceps. Damascen. de Fide c. 14.* Sacrificium. *Concil. Generale 7.* Actio. 6. Pœnitentiæ Sacram *Beda ad c. 11. & 16. Lucæ.* Alcuinus *de Diuinis Offic. in c. Ieiunij.* Purgatorium. D*amasc. Orati. quod hi, qui cum* Fide *ex hac vita, & c. Beda in Psalm* 37 Inuocatio Sanctorum. *Damascen in* Orat. *de Natiuit.* B. *Virg. & Orat de Assump.* Beda *in c 1. Lucæ.* Reliquiæ. *Damascen lib* 4. *de* Fide, *c. 12. Beda de sex AEtat. in Leone 2. Imp.* Cælibatus *Alcuin. lib. de Virtut. & Vit. c. de Castitate.* Beda *in c. 1. Lucæ.* Abstinentia à cibis. *Damascen. lib. de Hæresib.* Beda *in. in c. 4.* Luca, *sub initium.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Reg. Franc
701 Indict. 14	14 Sergij.	3 Tiberij 3. Absimari	9 Childeberti a.

RAGVMBERTO post hunc, vel sequentem annum hum extincto, filius Aripertus suscepit Regnum Longobardorum. *Notauit Sigon.* annum 704. De huius Regis initijs & bello, *Paul.* Diacon. *Anastas. Blondus.* Theophylactus destinatur in Italiam Exarchus aliqua in Pontificẽ, vt putabatur, moliens; coactus est re infecta Rauennam abire. *Onuph. Blond Sgon* 7 2. moritur Sergius Papa 5 idus Septẽbr. *Anast.* successit Ioannes sextus, 29 Octob. natione Græcus. huius precibus postea effectum, vt Beneuentanus Dux, Campaniam ferro vastans, sese inde reciperet. *Sigon. anno* 704. *& Paulus Diac.* Sergij res gestas *notauit* Baron. 701. vbi aduertit ab hoc tempore imminutam plurimùm Exarchorum potentiam in Romanos Pontifices: dum militares copiæ Italicæ, Romanam Sedem percupiunt esse ab iniuria Exarchorum securam. nunc saltem, *vt habes anno* 698, mortuo patre, incipit regna-

Christ.	Pont.	Imp.		Franc. Reg.
			Toletani Concilij 18 sub eo habiti, nullum extet vestigium. memorandum Principibus exemplum, ne aliena, & præsertim Ecclesiæ iura subuertant. Præterit enim eorum vita, & posteriora secula de illis, vt verè, ita liberè loquentur.	
702 Indict. 15.	1 Ioannis 6.	4 Tiberij 3. Absimari.	Heptadæmon quartam Armeniæ partem, cui præerat, deficiens ab Imperatore, tradidit Arabibus. Philippicus exulat, quòd somniasset sibi aduenturum Imperium. *Cedren.* pulso Callinico Patriarcha Constantinop. subrogatur Cyrus Monachus, anno 703.	10 Childeberti 2.
703 Indict. 1.	2 Ioannis 6.	5 Tiberij 3. Absimari	Saraceni victi pelluntur è Cilicia: sed Armeniam, quæ ad Imperij iura redire studebat, opprimunt magna cæde edita, *Cedren.* Norbertus moritur. Subrogatur Maior Domus Franciæ Grimoaldus, Pipini filius. *Aimoinus cap.* 48. *Ado.* excessit è viuis Alfredus Northumbrorum Rex anno Regni 19. succedit filius Osredus. *Beda, Malmesberien.* at *Matheus Vestmon. notat* anno 705. S. Benedictus Abbas in Anglia migrat è vita. *Baron. idem Matheus, ad annum* 705.	11 Childeberti 2.
704 Indict. 2.	3 Ioannis 6.	6 Tiberij 3. Absimari	Iustinianus, relicta Chersona exilij loco, Daras ad Chaganum peruenit, inde ad Bulgaros, & Slauinos: quos ad se pertraxit, parans se magno animo ad recuperandum Imperium. *Cedren.* nunc saltem Aripertus regnat apud Longobardos, profligatis Ducibus, qui obnitebantur, *Sigon. anno* 705. hic Rex fundos plurimos, & patrimonium Alpium Cottiarum, Romanæ Ecclesiæ restituit, à Rotharico Rege adempta: quam ipse donationem aureis literis exaratam misit ad Romanum Pontificem. *Paulus Diacon. Anast. Ado in Chron. Beda, Sigon. & alij.*	12 Childeberti 2.
705 Indict. 3.	1 Ioannis 7.	7 Tiberij 3 Absimari	Obiit Ioannes Papa 10 Ianuarij: substituitur primo Martii Ioannes septimus, Græcus. Iustinianus ὁ ῥινότμητος, hunc ferè annum ponit in aditu parando ad Imperium, & ducendis copijs. annus sequēs illi primus erit à restituto Imperio; vel, iuxta alios, hic idem annus 705. inualuit iam in Gallijs summa potestas apud Maiorem Domus; & Regibus, nomen penè solùm manebat, nec dabant se in publicum, vt aliqui narrant, nisi ineunte Maio.	13 Childeberti 2.
706 Indict. 4	2 Ioannis 7	1 Iustiniani 2. Rhinotmiti iterū	Hoc anno Iustinianus ῥινότμητος, deuictis hostibus, Leontium (qui in carcere erat,) & Absimarum crudeliter occidit, aliorum editâ cæde memorandâ: regnatque sex annis. *ex Cedreno.* regnante Ariperto obiit Gisulphus Dux Beneuentanus: succedit filius Romualdus. Trasimundo Duci Spoletano mortuo succedunt duo filij. *Paulus Diacon.* Iustinianus anno 3 à restitutione, *inquit Cedren.* ingratè se gerens erga Bulgaros, pacem rumpit & vincitur. Ethelredus, vnus ex Pendæ Merciorum regis filiis, Kenredo nepoti regnum relinquens, Monachus efficitur, *vide an.* 711.	14 Childeberti 2.
707 Indict. 5.	3 Ioannis 7	2 Iustiniani 2. Rhinotmiti iterū.	Dissentiunt hic plurimùm Hispanici Historici de exitu & successore Vitizæ, Regis Hispaniæ: quorum aliqui Costam regem nunc illi substituunt: alij eundem prætereunt. de qua re *vide inferius indictione octaua, & anno* 710. excessit è vita Ioannes Papa 17 Octobr. Indictione 5. succedit anno sequenti Sisinnius Syrus. hoc eodem anno secundo Iustiniani restituti, misit ille Romam Canones Sextæ Synodi, quos coactâ Synodo recusat approbare Pontifex Ioannes adhuc superstes. *Baron. an* 705. *Sigon.* 709.	15 Childeberti 2.
708 Indict. 6.	1 Sisinnij & Constantini.	3 Iustiniani 2 Rhinotmiti iterū.	Habuit hic annus duos Pontifices. Sisinnius syrus, electus 15 Kalend. Februarii, obiit post 20 dies. succedit 7 Martii Constantinus syrus. initio huius Pontificatus refractaria, & sæpe rebellis Ecclesia Rauennatum, coacta ab Imperatore obedire Pontifici, & punita, fuit deinceps ab hoc tempore obsequens Romanæ	16 Childeberti 2.

Anni Imp.	Anni Pont.	Anni Christi		Reg. Franc.
			Ecclesiæ. *Baron.*	
709 *Indict.* 7.	2 *Constantini.*	4 *Iustiniani 2. Rhinotmiti iterum.*	Excurrit hoc anno septima Indictio. Theophilacto Exarcho mortuo substituitur Ioannes Tizocopus. *Sigon.*710.*Onuph.* Vita functus est in Galliis Childebertus secundus. Regnat Dagobertus secundus, quem omnes regnasse ponunt 5 annis. *Atmoin.c.49.lib.*4.& nunc quidem cœpisse, veteres docent Annales,	17 *Childeberti 2.* 1 *Dagoberti 2.*
710 *Indict.* 8.	3 *Constantini.*	5 *Iustiniani 2. Rhinotmiti iterũ.*	dum notant eũ obiisse diem anno 715. Costa (si tamen regnauit) nunc regnandi, viuendique finem fecit: regnatque Rodericus in Hispania, Theofredi filius. *Tuden. in Chron.* hic Visigothorũ Rex vltimus scribitur. De Constantini Pontificis profectione Constantinopolin, rogante Imperatore: de honore illi exhibito, & prospero reditu, *prolixe Sigon. anno* 710, *&* *Baron. ex Anastasio, Beda, Mariano Scoto, & Anselmo.* actum ibi de Canonibus Synodi quinisextæ: & licèt hanc profectionem Constatini in Orientem, quando accidisse ad pedes Põtificis narratur Imperator, velut honorificam Pontifici nollent audiri Nouatores Caluinistæ: nemo tamen est, qui non fateatur, nunquam potuisse adduci Pontificem, vt hos Canones approbaret.	
711. *Indict.* 9.	4 *Constantini.*	6 *Iustiniani 2. Rhinotmiti iterũ.*	Tizocopus tyrannicè se gerens in Exarchatu, à Rauennatibus occiditur; & mansit triennio Italia sine Exarcho. *Onuph.* Kenredus, seu Couiredus Merciorum Rex, & Offa Orientalium Saxonum Regulus, Romam profecti, vitam profitentur Monasticam. regnat Ceolredus. *Polydor. lib* 4.*Malmesber. & Mathaeus Vestmon. ad an.*710. Saraceni Mauritaniam omnem vicinásque Prouincias sibi subiiciunt. *Leo African. lib.*3 *Histor.* Iustinianus, cùm duriter ageret in Chersonenses ad Pontum Euxinum, Philippicus, dictus Bardanes, acclamatur Imperator ibidem, deficiente ad eum nouo Imperatoris exercitu: & sic capto, occisoque Imperatore Orthodoxo, imperat hæreticus. *Zonar. Cedren. Theophanes, Sigon.* Huius hæretici Imperatoris, & Monothelitæ professionem fidei missam Romam, reiecit Pontifex. de qua *lege hic Baron. vide an.*702.	2 *Dagoberti 2.*
712 *Indict.* 10.	5 *Constantini.*	1 *Philippici.*	Hoc Christi anno, & Æra 750, anno Hegiræ 91, Saraceni deficiente ad eos Iuliano, qui in Mauritania pro Roderico gubernatorem egerat, ingrediũtur Hispaniam è freto Herculeo per fluuium, qui veteribus Bætis dicebatur: & Bæticam Hispaniã misere vastant, abducta ingenti præda. *Roderic. Toletan. Alphõsus Cartagena, & alij.* Philippicus, occisis Iustiniani fautoribus, & Cyro Patriarcha deturbato, Ioannem Monothelitã substituit: coactaque Pseudosynodo, cogit Episcopos sentẽtias dicere in damnationem Sextæ Synodi. *Zonar.* apud Longobardos Ariperto mortuo, Asprandus victoriã & Regno potitur: sed post tres menses, Indictione decima, vita cessit: regnat filius Luitprandus. Cõstat hæc ratio temporis, ex Edictis huius Luitprãdi Regis *in Cod. Lõgobard.* relatis ad Indictiones. malè itaque Onuphrius huic initio dedit primam Indictionem. de interitu Ariperti, *Sigon.*	3 *Dagoberti 2.*
713 *Indict.* 11.	6 *Constantini.*	2 *Philippici.*	*Ado*, qui vult Childebertum tantùm 13 annis regnasse, debet hic Dagoberti 2 excessum collocare: sed de hoc nos *supra* 710. hoc anno certatim Saraceni, Iuliani proditione callidâ, Hispaniã armis nudatam, & euersis vrbium mœnibus, inuadunt, & occupant, occiso post aliquot certamina Rege Roderico, Aera 751, vt anno præcedente notatum est. de hoc primo Maurorum aduẽtu in Hispaniam, *lege Marianam lib.*6.*c.*21. quo etiam tempore, magno Dei iudicio, Barbari Arabes Orientem, & Græciam magnis affecere cladibus. Pseudomonachus diuinator, & Monothelita, qui Philippico Imperiùm prædixerat, cùm à Philippico promouendus esset ad Patriarchatum, cœcus factus est. *id narrat Baronius* 217.*num.*2.	4 *Dagoberti 2*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Franc. Reg.
714 *Indict. 12.*	1 *Gregorii 2.*	1 *Artemii, seu Anastasii 2.*	*Cedrenus, & alij ferè omnes*, dant Philippico biennium: qui facta conspiratione, & plerisque consentientibus Senatoribus, priuatus nunc Imperio, orbatur oculis. *Zonar. Cedren.* subrogatus Imperator est Artemius, dictus quoque Anastasius secundus. diem clausit hoc anno Pipinus mense Decembri; qui magna cum laude 27 annis Maior Domus vixit in Francia, & Austrasia, quam ipse Præfecturam, Carolo filio notho resignauit, qui Martellus dictus est: quod tamen nouerca Plectruda impedire studuit. circa hunc annum occiso Osredo Northumbrorum Rege, regnant Osricus, & Kenredus occisores, & filij Egfredi Regis. *Malmesberien.* annum 717 notant aliqui. Saraceni, seu Mauri reliquam Hispaniam sibi subiiciunt, & octo ferè mensium spatio possidere ibi cœperunt, quod vix 800 annis recuperarunt omnino Christiani. reliquiæ Visigothorum, in Cantabriam se recipientes, armis & locorum asperitate effecerunt, ne Maurorum arma vlterius progrederentur. notatur suprema & memoranda hæc à Mauris reportata victoria, mense Iulio, vel Septembri, Aera 752. ac proinde hoc Christi anno. Iulium mensem *dat Gueuarra in Epistolis: & Paulus Diaconus lib.* 10. *Historiæ Longobard.* notat annum 10 antequam Saraceni venirent in Galliam contra Martellum Principem. Constantinus Papa ex hac vita decessit nono Aprilis, magna laude dignus Pontifex: succedit Gregorius Secundus 22 Maij, Romanus, *ex Anstas. Theophane, & Sigeb.*	5 *Dagoberti 2.*
715 *Indict. 13.*	2 *Gregorii 2.*	2 *Artemii, seu Anastasii 2.*	Anastasius Artemius Imperator, Scholasticum mittit Exarchum. Italiam *in Sigon.* & deturbato Ioanne Patriarcha Constantinopol. substituit Germanum *Zonar.* Theodobaldum Maiorem Domus pellunt Franci. moritur Dagobertus, & educto ex Monasterio Danieli, qui ex stirpe Regia erat, nomen Chilperici imponitur, vnà cum Regni Diademate. Carolus Martellus euadēs è carcere, cœpit armis ius paternum repetere, & nunc quidem à Francis repulsus est. hinc tamen rectè sumitur initium Principatus illius; si, quod multi affirmant, 27 annorum fuit, vsque ad Pipinum Breuem, & Pipinorum Dynastiam in Gallia. Regnarunt intereà duo Reges: sed ferè nomine tantùm; & quorum anni non satis notati sunt à Scriptoribus. itaque Martelli annos hîc vt Chronologicos damus.	1 *Caroli Martelli, Maioris Domus Regni Franciæ.*
716 *Indic. 14.*	3 *Gregorii 2.*	1. *Theodosii 3.*	Mense Augusto, Indictione 14, Anastasio acto in Monasterium, cogitur quidam Theodosius Imperium acceptare. *Cedren.* Iulianus Comes ob præmium proditæ Mauris Hispaniæ, priuatur nunc quidem patrimonio, postea etiam vita, ab ijsdem Mauris. post diuisam in regna Hispaniam, tributis premunt Christianos, *ex Tudensi in Chron.*	2 *Caroli Martelli, Maioris Domus.*

REGNORVM IN HISPANIA INITIVM.

VARIVM.

M*Ansit penes* Romanos *Hispania vsque ad Honorij & Theodosij tẽpora*, vti obseruaui ad annos 409, & 410. *à quo tempore Vvandali, &* Alani *socij, sedes ibi figere cœperunt. breui tamen successerunt Visigothi, qui Reges suos saltem in Hispania, numerant à Vallia,* de quo ad annos 415, 419. & demum 427. *quo tempore Vandali cesserunt Hispania vocati in Africam. regnatum à Visigothis in Hispania deinceps est, vsque ad* Rodericum *Regem vltimum, & annum 713. quando cæso Roderico,* Saraceni *Hispaniã occuparunt. amissa ergo Hispania Iuliani Comitis proditione, diu Mauris seruiuit; partim cæsis, partim compulsis in* Can*tabriam* V*isigothis. verùm coeuntes iterum hi Christiani in vnum, cœperunt nouorum Regnorum iacere fundamenta in Asturiis, Legione, & Iacetanis Aragoniæ montibus ab annis 717, 727, & 732. à quibus* Regno*rum initiis, Regum deinceps* Chronologiam, *seriemque deducimus. ergo post* Seculi *octaui initium, inchoata, vel inuitis Mauris regna numerantur præcipua, Legionense, Castellanum, & Aragonicum. è quibus Legionense antiquissimum est.* Castellæ *verò, & Aragoniæ* Regni *initia, circa annum 1015. & 1016. tandem tamen* Legionensis Regni *posthabito nomine pulsisque sensim Mauris,* Castellani *Regni titulus, & ditio inualuit: donec circa annum 1479,* Castellæ Regno *vnitum etiam* Aragonicum *est, in* Ferdinando *&* Elizabetha *Principibus: ad quos à Pelagio Legionis primo Rege illustrium* Regum *producitur* Catalogus, *mansitque post Ferdinandum hæc* Regni *felicitas & amplitudo* Carolo 5, *& Philippo 2. integra: auctaque ab iisdem in hoc nostro, alteroquè Orbe amplissimis victoriis. quarum fructum, ob insigne* Religionis *propugnandæ studiũ, (quod in magnis his Monarchis semper enituit) Deus singulari hactenus fouit prouidentia.*

Anni. Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	Franc. Reg.
717 *Indict. 15.*	4 *Gregorij 2*	1 *Leonis 3. Isaurici,*	3 *Caroli Martelli, Maioris Domus Regni Franciæ.*

LEo Isauricus salutatur à suis militibus Imperator. Anastasius verò sponte se abdicauit, deteriora pertimescens. accidit id 15. Indictione. *ex Græc. Annal.* & præsertim Theophane qui dat hanc 15. Indict. licet *Cedrenus* det Anastasio biennium. Paulo Lucio Venetorum Duci, succedit Marcellus. *Volateran. Sabel.* Pharoaldus Spoletanus Dux, Rauennam obsessam capit, sed cogente Rege Luitprando breui restituta est Romanis. *Paul. Diacon.* Carolus Martellus, dùm pergit ius paternum repetere, pugnat hoc anno iusta acie apud Cameracense oppidum, aduersus Francos, mense Martio, & victo Chilperico Rege, persequitur hostes Parisiis vsque. *Sigebert.* qui Carolo dant tantùm 25 annos, numerant ab hac pugna apud Vinciacum. extincto Visigothorum Regum nomine, cœpit hoc anno, vt præfatus sum, Regnum Legionense in Hispania, Rege Pelagio, ex patre Fauilla Duce Cantabriæ, quem occidit Vitiza. Rex hic ex Cantabria, & aliundè comparato exercitu (Astures enim eum delegerunt Ducem) memorabili pugna Mauros vicit, & Legione ciuitate (Leon Gallice) primùm erepta Mauris, nomen regni fecit. sub hoc Maurorum dominio, Christiani licet tributis grauati, retinuerunt tamẽ liberum Religionis exerci-

Anni Christi.	Anni Pontif.	Anni Imper.	RERVM GESTARVM SERIES.	Franc. Reg.
			tium. Nunc ex humanis excessit Eugenius Scotiæ Rex: succedit Mordacus; laudatus Princeps *apud Boet. lib.* 9. Eugenii 6 nepos. *Lesleus*. hac Indictione 15. Tiberis alueum egressus, inundat per septem dies, & Vrbem, agrosque latè occupat. *Beda de sex Ætat.*	
718 Indict. 1.	5 Gregorij 2.	2 Leonis 3. Isaurici.	Carolus Martellus Austrasiam inuadens, Coloniam cepit: & nouercam ad ea, quæ ipse volebat, compulit. mox Chilpericum iterum victum fugere coegit ad Aquitaniæ Ducem, qui ab aliquot annis supremum ibi agebat Principem an vsurpatione, an verò Roderici Hispanorum Regis concessione, certatur inter Historicos Galliæ, & Hispaniæ. Saracenorum Princeps (quem *Cedren.* & *Zonaras* Solimannum vocant, alii aliter) Constantinopolin obsidere aggreditur, hac prima Indictione. Durat biennio obsidio. numerantur nauium 3000. & hominum 300000. omnes miserè periere. *Cedren. Baron.*	4. Caroli Martelli. Maioris domus.
719 Indict. 2.	6 Gregorij 2.	3 Leonis 3. Isaurici.	Mortuo quodam Clotario, quem Carolus Martellus titulo tenus regnare fecerat, idem Carolus repetit Chilpericum à Duce Aquitaniæ: quem pari titulo, regnare fecit. *Ado.* in Anglia defuncto Regi Merciorum Celredo succedit Ethelbaldus, regnat annis 41, *ex Malmesber.* & *Mattheo Vestmon.* Soluitur obsidio Constantinopolitana, (718) cum incredibili Saracenorum damno, *vt constanter narrant Historici.* Nam Saraceni diuinitus igne, fame, frigore, & tempestate ita repressi sunt; vt tantùm quinque naues euaserint. Sanctus Bonifacius Presbyter Anglus, accepta potestate à Gregorio Papa, Verbum Dei annuntiat in Frisia, magno cum fructu. *Auentin. lib.* 3. *Baron.*	5. Caroli Martelli. Maioris domus.
720 Indict. 3.	7 Gregorij 2.	4 Leonis 3. Isaurici.	Nascitur Leoni Imperatori Constantinus filius, dictus Κοπρώνυμος, à fœdo futuræ vitæ indicio dum baptizaretur. *sed vt narrāt Cedrenus*, & Miscella, natus est excurrente adhuc *anno* 3 *Leonis.* defuncto Chilperico, Carolus Martellus substituit quendam Theodoricum, regnatque hic personatus Rex annis 18. *Annal. Ferunt hoc anno*, Hispaniæ Mauros, seu Saracenos, capta Narbone, vastasse illam prouinciam; sed prope Tolosam repulsos à Duce Aquitaniæ, occiso eorum Rege. moritur Vulfranus Archiepiscopus Senonen. *Surius* 20. *Martii.*	6. Caroli Martelli. Maioris domus.
721 Indict. 4.	8 Gregorij 2.	5 Leonis 3. Isaurici.	Copronymus, iubente patre, coronatur, ipso Paschatis die. *Cedren.* tamen non hac, sed 3 Indic. ex Breuiario Nicepho. & Theophane. Concilium Romæ habetur 22 Episcoporum, in quo damnātur qui inibant vetita coniugia, cum Moniali, Presbytera, aut Diaconissa. Dicebantur Præsbyteræ, & Diaconæ, quæ à viris ad Presbiterium, & Diaconatum promotis relictæ erant, ex mutuo consensu, & cum obligatione seruandi castitatem. *Baron.* 721. *num.* 1.	7. Caroli Martelli Maioris domus.
722 Indict. 5.	9 Gregorij 2.	6 Leonis 3. Isaurici.	Habent hæc tempora magnam rerum inconstantiam. nam attrita iacebat Hispania à Saracenis, subacta ab iisdem Africa, Imperatoris Orientis intestina cæde & externis Saracenorum bellis afflicti, parum valebant. Francia, Reges quidem habebat, sed nullius ferè authoritatis, eamque grauiter affixerant Caroli Martelli bella. In Italia incipiunt ciuitates, suos proprios habere Duces, vnde multa Italorum nata inter se, & cum Græcis deinceps bella. Carolus Martellus Eucherium Aurelianensem pellit in exilium. & Leo Imperator, Iudæos ac Montanos impellit ad Baptismum. qui fuerint hi Montani, non constat.	8. Caroli Martelli. Maioris domus.
723 Indict. 6.	10 Gregorij 2.	7 Leonis 3. Isaurici.	Idem Bonifacius, *de quo* 719, nunc Romam à Papa vocatus, ordinatur Episcopus, & præstito solemni Episcoporum iuramēto, (*extat apud* Baronium *formula*) acceptisque literis à Sūmo Pon-	9 Caroli Martelli. Maioris domus

tifice, destinatur in Germaniam: quæ hac ratione Euangelium recepit. Sed non soli sunt Germani, qui accepto hoc beneficio, Euangelioque à Romanis Pontificibus, ingrati postea, & beneficii immemores, quintum sibi confinxerunt Euangelium.

Ad hunc Bonifacium extat Danielis Episcopi Angli Epistola apud Baron. 724. de ratione agendi cum nondum conuersis ad Christiana sacra hominibus in Germania. & rectè sanè inter cætera monet, non irritando, sed placidè & cum moderatione, esse illis obiiciendos paganismi errores. In Britannia, Ina Occidentalium Saxonum Rex, Regnum relinquit cognato Æthelardo. ipse Romam profectus, scholam ibi Anglorum ædificat, vt esset seminarium ad Anglos in virtute & fidei doctrina erudiendos. *Mathæus Vestmon. ad an.* 727. quo ferè tempore Historiam cœpit scribere *Beda*. quam Ceolulfo posthæc Regi Northumbrorum 17, dicauit. P*olyd, & Mathæus citatus*. exoritur in Oriente Iconoclastarum Hæresis, authore Iudæo, *vt ex Nicena Synodo secunda narrat Baronius*: quando Leo Imperator, cœpit sacris Imaginibus (vt suaserat Iudæus) bellum indicere. rem *narrat Zonaras in Leone*, & veteratoris Iudæi breui securam mortem.

724 | 11. *Gregorij 2.* | 8. *Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.* | 10 *Caroli Martelli, Maioris Domus Regni Franciæ.*
Indict. 7.

Notat Sigonius anno 723, nunc venisse Paulum Exarchum in Italiam, reuocato Scholastico Italiæ Exarcho 13. Carolus Martellus, *vt scribit Ado*, Saxones & Bauaros ad pacem, & quas volebat conditiones compellit: repressis etiam Germanis ad arma propensis, qui sibi ex tot prosperis Caroli rebus metuebant. Eudo Aquitaniæ Dux occupato in Germania Carolo, Regnum Franciæ inuasit. sed compositis Germaniæ rebus, regressus ex improuiso Carolus, Eudonem fugat in Vasconiam, relicta Aquitania. *Annales Franc.*

725 | 12 *Gregorij 2.* | 9 *Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.* | 11 *Caroli Martelli Maioris domus*
Indict. 8.

Ex C*edreno, & nonnullis aliis*, Leo Imperator hoc nono Imperii anno scribit Edictum contra sacras Imagines. *narrant Scriptores*, tum impellente quodam Iudæo, qui prædixerat ei Imperium, tum Saracenorum exemplo, pertractum in hanc Hæresim. decessit Marcellus Venetorum Dux, substituitur Oleus Hippatus, dictus Vrsinus. *Sabel. Volater.* Luitprandus Longobardorum Rex Rauennam obsidione cingens, bellum aduersus Romanos aggreditur, quod non nisi in Desiderio Rege, & cum Regno Longobardorum extinctum est. *Sigon, qui narrat* Regem illa vrbe potitum, & diripiendam militibus permisisse. sed breui Paulus Exarchus, iungens se Venetis (quos Gregorius Papa, in fauorem Imperatoris, oblitus priuatæ iniuriæ, impulit ad hanc belli societatem) vrbem recepit. extant Gregorii literæ *apud Sigon.* Eudo Aquitaniæ Dux, in odium Martelli, vocat in Gallias ex Hispania Saracenos. qui mox adfuere ad 400000. occupantque totam Aquitaniam, incenso apud Pictauos Sancti Hilarii templo. G*enebrard. vetus Chron. à* P*ithæo editum*, *Appen. Gregor.* T*ur. Marianus Scotus, & alii.* licet non omnes de anno conueniant.

726 | 13 *Gregorij 2.* | 10 *Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.* | 12 *Caroli Martelli Maioris domus*
Indict. 9.

Decreto Leonis Imperatoris perlato in Italiam contra Imagines, omnium animi vehementer permoti sunt, & ad defectionem etiam impulsi, (*vt ex veteribus Scriptoribus colligit Sigon.*) nam damnato semel à Papa Edicto, Romani, Campani, Rauennates, & Pentapolitani defecerunt à Leone. Paulus quoque Exarchus occisus est; Romæ Petrus Dux oculis orbatus; in Campania obtruncatus Dux Exhilaratus, vnà cum filio. Calumniam tamen esse docet B*aronius*, quòd opera Gregorii auulsum sit Occidentis Imperium à Leone. Damnauit ille quidem impium Edictum, vt par erat, & tunc Christiani pro Pontifice se opposuerunt. illi inquam, quos recensui, & ipsi insuper Longobardi, *lege Baron. an.* 726. Interim Saraceni Gallias occupare pergunt. ve-

Anni Christi.	Anni Pontif.	Anni Imper.		Franc. Reg.
			rùm post tot regna, Arabum armis tentata, atque huc vsque subacta, sola potuit Francorum virtus, grassantem hanc colluuiem repellere, & furori Barbarico terminum præfigere. itaque Carolus Martellus, rebus cum Eudone compositis, occurrit Barbaris, & insignem reportat victoriam apud Turonensem ciuitatem, mense Octobri, vel Augusto. vbi vnà cum Rege *(ait Anastasius)* trucidata sunt 300075 Barbarorum millia. *lege Blondum, Paul. Diac. Odon. Annal. Franc. Æmil. Sabel. &c.* Osritus, seu Osricus Northumbrorum Rex moriens, successorem relinquit Ceolulfum, cui *Beda* Historiam dicauit. *vide anno 723.* Corpus Sancti Augustini Hipponensis, auro Saracenis dato, redemptum à Luitprando, & translatum è Sardinia Ticinum. *Beda de sex Ætat. in fine.* de Bibliotheca numerosa, nunc à Leone incensa Constantinopoli, *Baron.* Romæ habetur Concilium, in quo Iconomachorum Hæresis damnata. Statuitur pius Imaginum sacrarum cultus. *extat Concilii fragmentum in Epistola Adriani Papæ ad Carolum Magnum. Baron.*	
727 *Indict. 10.*	14 *Gregorij 2.*	11 *Leonis 3. Isaurici. Iconomachi.*	Cycladum insulani Ægæi maris, & Helladici, rebellantes contra Imperatorem, profligantur, incensa rebellium classe. *Theoph.* Saraceni Nicæam Bithyniæ obsident, conatu tamen irrito. *Theophanes.* Imperatori constanter, præter alios, resistunt in Quæstione de Imaginibus, Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, & sanctus Ioannes Damasc. *Author vitæ Dam. & Baron.* Exortâ hac Iconoclastarum Hæresi, conticuit omnino Eutychiana. conspirantibus Romanis & Longobardis in defensionem Romani Pontificis, tutus mansit à minis Imperatoris, cum desissent Duces Vrbis pro Imperatore stare, *(vti noto anno 726.)* cura omnium recidit in Summum Pontificem: & dum sæuum Leonis Imperium pleræque ciuitates respuerent, quæ *(ex Sigonio)* iurarunt Pontificis authoritati deinceps obtemperare. Atque ita, *inquit ille*, Romanus Ducatus à Græcis ad Romanum peruenit Pontificem. *Idem Scriptor eodem anno 717*, has omnes, quæ sponte à Græcis defecerunt ciuitates enumerat. Eandem à Leone defectionem *habent Cedren. Zonaras, Sigebert. Theophanes, & alij Scriptores non pauci. addit Zonaras*, Gregorium Anathemate Synodico obstrinxisse Imperatorem. Dum vincuntur Saraceni in Galliis, Burgundiones moliuntur res nouas. Sed Carolus, magna celeritate eò aduolans, tumultum & rebellionem repressit, valido Lugduni relicto præsidio: quam vrbem inter alias suæ ditioni subegit. *Annal. Franc. & Pithæi Chron.* Prouinciam tunc Saracenis ereptam adiecisse dicitur Francorum coronæ, *vt habet vetus Chronicum editum à Pithæo. notant aliqui*, hoc anno initium Regni Aragoniæ in Hispania, Duce Garsia Ximene, ex veteri Gothorum prosapia, qui pulsis inde Saracenis, Regnum sibi, & posteris parauit. *ita Franciscus Tarasa*, Regni annos numerans ab hoc Christi anno. alii tamen regnasse ponunt tantum ab anno 730. licet nunc Saracenis bellum indixerit. sed alia nos damus initia, *ad annum* 1015. *&* 1016.	13 *Caroli Martelli Maioris domus.*
728 *Indict. 11.*	15 *Gregorij 2.*	12 *Leonis 3. Isaurici. Iconomachi.*	Eutychius Exarchus, & Luitprandus Longobardorum Rex, in Pontificem, & in Ducem Spoletanum, qui à Rege defecerat, conspirant. Dux tamen belli exitum timens, Regi obtemperat. Roma demum his armis obsessa, in pratis Neronis prope Basilicam Vaticanam, exorante Regem Pontifice, liberatur. *Sigon.* 278. *&* 279. rogante Rege Pontifex beneuolè excepit Exarchum, firmatâ vtrumque pace. *Baron.* 729. Eudo Aquitaniæ Dux diem clausit. filii à Carolo Martello inde pulsi, *(vetus Pithæi Chron.)* Septimaniæ & Gothicæ Galliæ populos *(vulgo Lenguedoc)* commiseratione mouent ad arma in Carolum, vastata aliquan-	14 *Caroli Martelli. Maioris domus.*

Anni Christi	Anni Pont	Anni Imp.		Reg. Fräc.
734 Indict. 2.	4. Gregorij 3.	18 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.	Pemmo, Dux Foroiuliensis, ob indignè exceptum Calistum Patriarcham Aquileiensem (quem in carcerem coniecerat) Ducatu priuatur à Luitprando Rege: quem ille Ducatum Pemmonis filio Rachisio dedit: qui post Luitprandum regnabit. *Sigon.* Fauilla Rex Legionensis moritur sine liberis, Æra 772. successit Adelfonsus nominis huius primus, qui Pelagii Regis filiam duxerat vxorem. hic ex Riccaredi progenie oriundus putatur; & qui gloriosum Catholici nomen, Riccaredo antea concessum, restituit. *Ritius.* Abdemelius nunc, pulsis Saracenis, Cordubense Regnum occupat in Hispania. moritur *Beda*, relicto Alcuino discipulo. *Matheus Westmon. ad hunc an.* Obiit eodem anno Tacuinus Episcopus Dorouernensis, meritò laudatus *à Beda Epistola hoc ipso anno scripta.* Leo in exilium pellit Theophylactum Nicomediæ Episcopum, Nicetam Episcopum Apolloniadis, & alios pios Imaginum propugnatores. hanc Persecutionem *lege apud* Baron. *anno* 734. 735. & 736.	20 Caroli Martelli Maioris domus.
735 Indict. 3.	5 Gregorij 3.	19 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.	Romani obsidentes Bononiam, repellentur à Longobardis. *Paulus Diac.* Cœlulfus Northumbrorum Rex Monasticam vitam profitetur: regnat eius patruelis Egibertus, seu Egbertus. *Malmesber. & Polydor. lib.* 4. Carolus Martellus, debellatis Saracenis, Massiliensem Prouinciam, & Septimaniam (quæ olim Gothicana, nunc Occitana est) coegit redire ad iura Francorum, euersis in Septimania ciuitatum præcipuarum mœnibus, quod hostibus fauissent. *Æmilius, Ado, & vetus Chron.*	21 Caroli Martelli, Maioris domus.
736 Indict. 4	6 Gregorij 3	20 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.	Saraceni, factis in Asiam incursionibus, magnum captiuorum numerum abducunt. ex his Tiberius quidam erat, qui se Iustiniani filium dicebat. hunc in Regio honore habuit Saracenorum Princeps, vt sic terrorem Imperatori obiiceret. *Cedren. Scribit Godifredus Viterbien.* Franciam prope Sequanam & Ligerim, iam dictam à Martello Carolingiam.	22 Caroli Martelli, Maioris domus Regni Franciæ.
737 Indict. 5.	7 Gregorij 3.	21 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.	Nunc iterum, & sequenti etiam anno, Saraceni minorem Asiam incursionibus vastant. *Cedren.* Veneti, occiso Vrsino Duce, qui se omnibus ingratum reddiderat; substituunt Dominicum Leonem cum annuo tantùm magistratu. Rechesius Dux Foroiulii Slauinos vincit, sed sequenti anno, *inquit Sigonius.*	23 Caroli Martelli Maioris domus.
738 Indict. 6.	8 Gregorij 3	22 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.	Tantâ cum gloriâ rebus à Martello gestis, magnum erat, vbique Francorum nomen: & cùm militaris virtutis, tum Catholicæ pietatis laude clarissimum. interea Trasemundus Dux Spoletanus defectionem à Rege Luitprando molitur: sed Regis impetum non ferens, se ad Pontificem recipit: à quo in fidem admissus est. apud Venetos Felix, dictus Cornicula, militiæ Magister creatur. Martellus Mauricum (Maurorum Ducem, *habet Chro. Pithœi*) res nouas molientem, fugat è Masiliensi Prouincia: quæ Phocensis dicta est, ne Narbonensis videretur. *Æmil. vetus Chro. editum à Pithæo anonymon,* & alii.	24 Caroli Martelli. Maioris domus.
739 Indict. 7	9 Gregorij 3.	23 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.	Luitprandus, obsidione, qua Romam cinxerat soluta, siue Martelli authoritate *vt ait Æmilius*, siue rei difficultate victus, ad sua regreditur: & Trasemundus repetitis armis Ducatu suo iterum potitur. *Anast.* sanè Martellus initium nunc fecit, *vt ait Æmilius*, tutandi Pontificem, felici ad posteros exemplo. Theodatus, militiæ Præfectus pronuntiatur apud Venetos.	25 Caroli Martelli. Maioris domus.
740 Indict. 8.	10 Gregorij 3	24 Leonis 3. Isaurici Iconomachi.	Obiit hoc anno Theodoricus, qui nomen Regis in Francia gerebat. successit Childericus frater, à Clodoueo productæ familiæ vltimus. *Narrat Polydorus Vergilius lib.* 4. *Angli. Histor. sub finem, & lib.* 5. *in Ethelulfo*: ab vno atque altero Regum illorum, qui nunc plures Britanniam tenebant, factum Angliæ Regnum vectigale Romano Pontifici; primum quidem ab Ina Occidenta-	26 Caroli Martelli. Maioris domus.

Anni Imp.	Anni Pont.	Anni Christi.		Reg. Franc.
			lium Saxonum Rege; *de quo supra*: posteà ab Etheluolfo Rege. *Genebrard. addit* Polydorus, omnem ferè Angliam sua ætate, hoc pietatis vectigal pensitasse, *ita ille sub finem libri* 4. *lege tamen Matheum Vestm. ad an.* 794. habet hic annus Leonis, sed Indic. 9 inchoata, terræ motum Constantinopoli, quem ex Theophane describit Miscella, malè notans *an.* 23 Leonis.	
741 *Indict.* 9	11 Gregorij 3.	25 Leonis 3. *Isaurici, Iconomachi.*	Tandem viuendi finem fecit Iconomachus Imperator. excurrente anno Imp. 25, rectèque sic Nicephoriani breuiarii locum restituit noster Petauius, μετὰ τέσσαρα καὶ εἴκοσι. Succedit filius Constantinus Copronymus, decimo octauo Iunii, patrem impietate & immanitate superanturus, *vt Græci Scriptores prodiderunt, Zonar. & alij.* Carolus Martellus primus Francorum Princeps nuncupatus, obiit parisiis, 11 Kal. Nouembr. *Aimoin. & Appendix Gregor. Tur.* Carlomāno Austrasia, Transrhenanæque gentes obuenère; Pipino reliqua: licet duo alii fuerint Martello filii, quos Francorum principes nuncupatos aliqui tradiderunt. de morte & anima Caroli Martelli fabulam *lege apud Baronium.* moritur Gregorius Papa 4 Kal. Decembr. *Anastas.* creatur post octo dies Zacharias, Græcus, insignis etiam virtutis Pontifex.	27 *Caroli Martelli Maioris domus Regni Franciæ.*
742 *Indict.* 10	1 *Zacharia.*	1 *Constantini 6. Copronymi.*	Artabasdus Curopalata (sororem is Copronymi in matrimonio habebat) detectis Copronymi insidiis, Constantinopolim occupat, & salutatur Imperator. ineunte 2 anno Copronymi. *Cedren. Zonar.* Luitprandus Ducatum Spoletanum, imò & Beneuentanum hoc anno recepit, fauente iam Pontifice Zacharia: cui quatuor adeptas restituit ciuitates, cum Patrimonio Anconitano, Sabiniensi, & Narniensi. *Blondus decad.* 1. *Anast. Sigon. Paul Diacon. Baron.* Carlomannus & Pipinus Aquitaniam pacant, recipiuntque integram; & Griphonem fratrem, qui Laudunum occupauit, captum mittunt custodiendum, in munito oppido syluæ Arduennæ. *Æmilius, Ado, Regino.* Nascitur hoc anno Pipini filius Carolus, posteà Magnus nūcupandus. *Scribit Theophanes*, permissum nunc à Saracenis, vt eligeretur Antiochenus Patriarcha. Electus Stephanus est, cum multis annis caruisset illa Ecclesia tali Pastore. *vide an.* 681. Cosmas quoque Patriarcha Alexandrinus ex Monothelita fit Catholicus. cum ab electione facta anno 640, huc vsque desiderentur huius sedis Patriarchæ.	1 *Pipini Martelli Filij, Maioris Domus Regni Franciæ.*
743 *Indict.* 11	2 *Zacharia.*	2 *Constantini 6. Copronymi.*	Constantinus Cop. Imperator, profligato Artabasdi exercitu, Artabasdo capto, duobusque filiis oculos effodit, potitur vrbe Constantinopolitana 2 Nouembr. & inchoato iam 3 anno Imperii, *ex Cedreno.* Luitprandus exercitum immisit in Exarchatum, cepitque oppida aliquot. Sed Zachariæ Pont. precibus, pax redintegrata est. *Sigon. Anastas. Blondus.* gratum hoc officium Imperatori fuit: ob quod prædia quædam, eum donasse Ecclesiæ Romanæ, *notauit hic Baron.* vbi etiam de Synodis habitis sub Carlomanno. Cæterùm Romæ Synodus nunc mense Septembri habetur, editis de Ecclesiastica disciplina 13 Capitibus. *Baron.* Nihil hic de matrimonio Episcoporum, vt aliqui somniant.	2 *Pipini, Maioris domus. Regni Franciæ.*
744 *Indict.* 12	3 *Zacharia.*	3 *Constantini 6. Copronymi.*	Carlomannus domat rebellantes Saxones. *Aimoinus, Regino, Ado, Auentin.* Idemque iterùm præstitum anno 745. Saraceni in Oriente bello ciuili implicantur. Nunc contigisse putatur Hunnorum reditus è Scythia in Pannoniam, quam Hungariam deinceps aliqui putant dictam, pulsis indè Slauinis, & Polonis: licet alii id nominis aliunde petant. Horum Hunnorum Regem Arpadum faciunt Historiæ Hungaricæ. *Bonfin. Naucler. Genebrat.* Stephano Antiocheno patriarchæ mortuo, substitui patiuntur Saraceni Theophylactum, Edessenum, virum laudatum, *ex Theophane.* Sanctus Bonifacius fundat in Germania Ecclesias	3 *Pipini. Maioris domus.*

Anni Christi	Anni Pont	Anni Imp.		Reg. Fránc.
			plures. *Baron.* 739. Calumniis tamen impetitur. *idem* 744. Epistola Pipini ad Romanum Pontificem, capita 27 complectens, *extat hic apud eundem authorem, cum responsis Zachariæ Pontificis*	
745 *Indict.* 13.	4. *Zacharia.*	4 *Constantini 6. Copronymi.*	Mortuum nunc Luitprandum Longobardorum Regem, nepos eius Hildebrandus excepit, *inquit Sigonius*: quem tamen Longobardi post 7 menses Regno eiecerunt: quod Rachisio Duci Foroiuliensi, ob virtutis præstantiam. detulerunt. *Anastas. Blondus, Onuphr.* Saracenorum bella ciuilia durant in Oriente. *Cedren.* Bonifacius huc vsque Legatum Pontificis agit in Germania. Pseudoapostoli non defuerunt, ex iis duo Sacerdotes, Adelbertus Gallus & Clemens Scotus, hæretici. damnantur in Concilio ibidem habito, probatoque à Zacharia. horum deliria *refert Baronius*, de incertis Martyrum memoriis, nominibus, nouis Oratoriis, & similibus commentis. Exauctoratus Moguntinus Episcopus, homicidii reus, Carlomanno, & Pipino Principibus annitētibus. substitutus in eius locum idem Bonifacius. *lege Baron.*	4 *Pipini Maioris domus.*
746 *Indict.* 14.	5 *Zacharia.*	5 *Constantini 6. Copronymi.*	Carlomannus, integra ætate & florentissimis rebus, Regna, patriamque relinquens, se Deo Optimo Maximo vouit, & Monachum se professus, Soracte Italiæ montem petiit. ex quo postea in Cassinum transiit. ita res Francica tota ad Pipini Iunioris Principatū deuoluta est. *Æmilius, & Annal. Franc. Putat Baronius*, hoc non nisi Indictione prima accidisse. Maruamus, qui, *ex Cedreno*, accepit Imperium in Arabes, nunc profligatis ciuili conflictu hostibus, subiecit sibi Damascum, Hierusalem, & Heliopolin. *Theophan.* à 10 Augusti, vsque ad 15. tenebræ in Palæstina, σκότος ὁμιχλῶδες, & prodigia, *ex Cedren.*	5 *Pipini Maioris domus.*
747 *Indict.* 15.	6 *Zacharia.*	6 *Constantini 6. Copronymi,*	Saracenis ciuili bello occupatis, Constantinus Imp. Dulychium in Syria recepit. Agarenorum classis Cyprum inuadens, à Romana classe penitus deleta est. *Cedren. vide Geograph. in fine Operis in Arabia.* Pipino cum Griphone fratre (qui è custodia euasit) bellandum fuit. hic cùm per Saxonum arma, ad quos confugerat, non satis tutus videretur, in maternam patriam Bauariam proficiscitur. *Æmil.* circa hunc annum Bonifacius Legatus Apostolicus, & iam Moguntinus Archiepiscopus, Diœceses distinguit in Germania. *Hedio. lib. 6. cap. 7. Tom. 2. Concil. Genebrard.*	6 *Pipini. Maioris domus.*
748 *Indict.* 1.	7 *Zacharia.*	7 *Constantini 6. Copronymi.*	Gripho, victus in Bauaria, captusque à Pipino, donatur Ducatu Dentilicensi inter Sequanam & Isaram, (en Normandie,) nec sic conquieuit, Aquitaniæ arma in Pipinum concitans: vnde etiam pellitur: tandemque in Alpibus à Theodino Trāsiuranorum nobilissimo interimitur. *Æmil.* Sigeberto Saxonum Occidentalium Rege exturbato, moxque occiso, succedit Kenulphus. Cyneuolfum *vocat Polyd. sub finem lib.* 4. Bonifacius, nouis expetitus in Germania calumniis, petit à Zacharia successorem. extāt hoc anno *apud Baronium* literæ Zachariæ ad Bonifacium, quibus iubet eum pergere in suscepto munere, calumnias se detexisse, & multorum Episcoporum literis, eius virtutem satis esse sibi notam testatur. iniquè sanè in Bonifacium Nouatores, nostræ ætatis hæretici, has venditant calumnias pro veris accusationibus.	7 *Pipini, Caroli Martelli Filij, Maioris domus Regni Franciæ.*
749 *Indict.* 2.	8 *Zacharia.*	8 *Constantini 6. Copronymi.*	Rachisius, qui paulo ante, Zachariæ oratione permotus, à Perusiæ obsidione recessit, & oppida Pentapolis Exarcho restituit, nunc Religionis amore flagrans, se Regno abdicat, & vna cum vxore filiaque, Monasticæ vitæ se deuouet. Aistulfus frater regnat, in Rachisii locum substitutus. *Blondus, Anast. Onuph.* Anastasius Abbas Monasterii S. Euthymii, extinctam Gnaphæi Hæresim renouans, confutatur a S. Ioanne Damasceno. *Baron.*	8 *Pipini. Maioris domus.*

Anni Imp.	Anni Pont.	Anni Christi.		Reg. Franc.
750 *Indict. 3.*	9 *Zacharia.*	9 *Constantini 6. Copronymi.*	Anno hoc 9 Constantini, *inquit Cedrenus*, Maruamus à Maurophoris, (qui & Chrysaronitæ) inuaditur; grauique commisso prælio interimitur. Sunt hæc ciuilis belli inter Saracenos incrementa. agitur nunc de Childeberto abdicando, transferendoque in Pipinum Regio nomine, decreta legatione ad Zachariã Romanum Pontificem. quem consulit Pipinus, vter regio fastigio dignior videretur *(vt narrat Sigonius)* isne, qui otio languens, nihil ad communem vtilitatem afferret: an qui, dies noctesque de Regni salute & custodia cogitaret? Respondet Zacharias, sed anno 751, Childerico, vt parum idoneo, Regnum abrogans, Pipinum Regem substituendum; cum comperisset Francorum Proceres, mira animorum consensione, Pipino fauere, *inquit Æmilius*. nec vllus motus exortus est; tantæ opes Pipini, tanta Childerici contemptio. *Aimoin. Ado, Regino.*	9 *Pipini. Maioris domus*
751 *Indict. 4.*	10 *Zacharia.*	10 *Constantini 6. Copronymi.*	Leo quartus, anno superiore natus, coronatur hoc anno ipso die Pentecostes ab Anastasio Constantinopoli, & consors Imperii à patre renuntiatur. Literæ Zachariæ Papæ de creando Pipino Rege, datæ sunt hoc anno, quarto Nouembris, Indictione quinta, qui numeratur Constantini Imperatoris annus 33. scilicet ex quo regnat cum patre. Indictiones adhuc Romæ non à Ianuario, vt postea, sed à 24 Septembris initium sumebant. noua inter Saracenos bella, & diuisionem Regnorum *narrat Cedrenus*, *& Leo Africanus*. Theophylacto Patriarchæ Antiocheno, laudato viro, succedit Theodorus, qui tandem actus in exilium est anno 756.	10 *Pipini, Caroli Martelli Filij. Maioris domus Regni Franciæ.*
752. *Indict. 5.*	11 *Zacharia.* 1 *Stephani 2.* 1 *Stephani 3. dicti 2.*	11 *Constantini 6. Copronymi.*	Tandem hoc anno, Childerico Franco in Monasterium truso, Pipinus, dictus Breuis, renuntiatur Rex Galliæ à Proceribus, & Augustæ Suessionis inungitur à Sancto Bonifacio Moguntino Episcopo, Germanorũ Apostolo. *Regino in Chron. Sigeber. Aimoin. lib 4. c. 61.* sic Clodoueani Imperium amiserunt. facilè hic Lector annorum numerum ex hac Chronologia inibis à Merouco, & hinc demum ad Capetum, tertiam Francorum Dynastiam. vita cessit Zacharias Papa 15 Martii. hic Pontifex Pipino cõcessit postulationẽ, seu nominationẽ Episcoporum in Regno Galliæ, quãdo Sedes vacarẽt. *Anastas.* substitutus est Stephanus, 6 Kal. Aprilis, huius nominis secundus. qui quarto die à creatione sua obiit. Ideo à quibusquam prætermissus in Catologo Pontificum. Subrogatur alter Stephanus, Romanus, *ex eodem Anastasio*. Aistulfus Longobardorum Rex, bello vniuersam inuadens Italiam; Rauẽnam, & Exarchatum occupat; Romanumque inuadit Ducatum, reiectis Papæ Legatis & muneribus. Captis Rauenna, & Pentapoli, finem accepit Exarchatus, & Imperium Orientis in Italia; cum per ducentos circiter annos Præfectura hæc imperasset Italiæ, *vti hos annos putauit Sigonius.*	1 *Pipini iam Regis.*
753 *Indict. 6.*	2 *Stephani 3. dicti*	12 *Constantini 6. Copronymi.*	Pipinus Rex domat rebellantes Saxones, & Stephanum Papam venientem in Franciam magno excipit honore. iterum à Pontifice coronatum aliqui scribunt. *Baron.* 754. Auxilium promittit aduersus Longobardos, præstito iuramento se Exarchatum Romanæ Ecclesiæ daturum, quem iniusto bello occupauerat Longobardus, & quo hæreticus Imperator, ob desertam Italiam, inimicitiasque cum Romana Ecclesia se indignum reddiderat, *Sigon. an.* 754. *Sigebert. Aimoin. Annales Franc.* Alfonsus cognomento Catholicus, rerum felicitate ac religionis zelo insignis, moritur nunc, *teste Roderico Æra* 791. Froila, filius natu maximus, Regnum administrandum suscepit. hic insignes reportauit victorias contra Mauros. Galeciam integram recepit, pulsis Mauris, & Ouetum in Asturibus condit. moritur impius Anastasius Patriarcha Constantinopolitanus.	2 *Pipini.*

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
754 Indict. 7.	3 Stephani 3 dicti 2.	13 Constantini 6. Copronymi.	Pipinus, vallo Longobardorum in Alpibus superato, Aistulfum ad has pacis conditiones iuratus coegit, vt Pentapolin & Exarchatum restitueret: datisque 40 obsidibus, pipinus hyeme in Franciam reuertit, *Sigon.* interea Carlomannus frater diem clausit Lugduni, aut Viennæ. *Aimoinus, Ado, Anastas. Leo Ostien.* venerat enim, vti hi narrant in Galliam, coactus à Longobardorum rege vt expeditionem Pipini fratris in Italiam, dissuaderet. post excessum Beturedi Merciorum Regis in Anglia, Regnum accepit Offa. *Polydor. in fine lib. 4.* Constantinus Imperator con uocat Constantinopolin Synodum Pseudoseptimam, quæ iniit 4 Id. Feb. vbi pronuntiat mortuo Anastasio Patriarcham Constantinū impium Monachum, damnato vero Imaginum cultu. extat decretum *in 7. Synodo legitima, Nicena secunda, Actione 7. lege Cedrenū. & Theoph.* hîc, sanctus Damascenus, S. Germanus Patriarcha Constātinopolitanus, aliique Orthodoxi dānati sunt, vnà cū Reliquiarū veneratione, *Bar.* impiæ huius synodi iā nulla extaret memoria nisi damnationis eius meminissent catholici scriptores.	3 Pipini.
755 Indict. 8.	4 Stephani 3. dicti 2.	14 Constantini 6. Copronymi.	Aistulfus, violata pace iurata, & vi occupatis, quas abstulerat Pipinus vrbibus, Romam obsidet. Sed Pipino nouam in eum expeditionem parante, Ticinum rediit (relicta obsidione Romanæ vrbis) Ibi hostem excepturus. Venetorum res turbantur in Theodoto Duce, & successore. Eruti vtrique oculi. Rex Northūbrorum Egbertus vitam monasticam elegit. Regnat Osoulphus in quo Northūbrorū regnū inclinari cœpit. *Polyd. li. 4. Malmesber.* S. Bonifacius, Mogūtinus Archiepiscopus, ad Frisios qui à fide deficiebant digressus, coronatur martyrio. *Baron.* hoc anno 4 Pipini habetur Synodus in Palatio Regio Vernis, de Ecclesiastica disciplina. *Baron. anno 756. num. 15* à Pipino habita.	4 Pipini.
756 Indict. 9.	5 Stephani 3. dicti 2.	15 Constantini 6. Copronymi.	*Scribit Theophanes,* hoc anno propalatam in Thracia Paulicianorum Hæresin, & eandem Manichæorum. iam Aistulfus, nouo Pipini in Italiam aduētu, stare cogitur iuratis pacis legibus, quas dederat pipinus; qui nunquam potuit adduci à Legatis Imperatoris tunc præsentibus, vt quæ loca iure belli eripuit Longobardis, redderet Imperatori hæretico & Ecclesiæ hosti iurato. has tūc vel datas, vel restitutas romanæ Ecclesiæ Prouincias, *recensent anno 755, Sigon. Baron. & alij.* an hæc prius donata à Constantino Magno, aliis agitandum relinquo, quibus placet contentiosum hunc trahere funem. hîc satis apparet, certare Sanctissimi Pontificis propensam, optimamque in Francos voluntatem, cum potentissimorum Regum, Pipini, & Caroli insigni beneficio, ac liberalitate. extant apud Baronium Stephani Papæ literæ ad Pipinum, cum alijs Petri Apostoli nomine datis: vt vel hac prosopopœia ocyus permoueret ad defensionem Ecclesiæ Pipinum. moritur Abubalas Calipha 18 Saracenorum, de quorum Epocha *vide* 633. Protrahuntur ciuilia bella inter horum Principes, cum magna Calipharum mutatione & cæde. tandem Imperiū recuperat Habdalus, filius illius Hali Caliphæ, sub quo plures leguntur coronati martyrio. *Baron.* Horum Princeps, nunc Calipha communi nomine dicebatur, quod successorem significat, nunc Miramamolinus, hoc est, credentium Princeps.	5 Pipini.
757 Indict. 10.	1 Pauli 1.	16 Constantini 6. Copronymi.	Aistulfus, inter venandum ab apro percussus, vitam finit; & nullo hærede relicto, Desiderius, Comes Stabuli, qui Tusciæ Ducatum regebat, Regnum occupat. *Sigon.* hîc initio Regni Fauentiam, Ferrariamque, quæ nondum erant restitutæ ciuitates, Pontifici tradidit, inito fœdere. *Blondus, Anastas. Sabel.* Constantinus Imperator pacem cum Pipino constituit; ad quem misit Legatos & munera, inter hæc, organa musica, quorum nondum vsus erat in Gallia. *Ado, Aimoin. Regino.* Salinus, qui præfuit Ægypto,	6 Pipini.

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			frater Habdalæ in Syria Caliphæ, Cappadociam inuadit; sed irrito conatu. interim moritur Stephanus Papa, sexto Kalendar. Maii: subrogatur Paulus (ex Ecclesiæ Diacono) Stephani frater, 28 Maii. *Anastasius.*	
758 Indict. 11.	2 Pauli.1.	17 Constantini 6. Copronymi.	Pipinus hoc anno Saxones compressit, & ad tributum coegit. *Aimoinus, Regino.* occiso Osoulfo Northumbrorum Rege, regnat Altredus. *Polyd. Vergil. lib.* 4. Imperator Slauinos Macedoniæ vicinos domat.	7 Pipini.
759 Indict. 12.	3 Pauli.1.	18 Constantini 6 Copronymi.	Habdalas, Calipha Saracenorum, Christianos grauat tributis in Oriente. Mauri in Hispania in partes diuisi, cœperunt varia Regna habere: licet posteà ad vnius imperium reuocati sint; quod nec ab Asiæ Caliphis, nec ab Africa penderet. de horum origine, *lege Marianam lib. 7. Historiæ capite 5.*	8 Pipini.
760 Indict. 13.	4 Pauli.1.	19 Constantini 6. Copronymi.	Vaifarius, Aquitaniæ Dux, Ecclesiarum bona vsurpat. delata ad Pipinum querela est: qui armis Ducem ad iusta & æqua compellit. sæpe tamen posteà rebellantem castigauit, varijs in Aquitaniam expeditionibus. *Ado, Regino.* Persarum Magi, qui multis volatum per aëra & in cœlum persuaserunt, multos ad interitum impulerunt. Hos repressit Habdalas Calipha. *Theophanes.*	9 Pipini.
761 Indict. 14.	5 Pauli.1.	20 Constantini 6. Copronymi.	Constantinus Copronymus, cùm videret contemptui esse Pseudosynodi Decretum, Persecutionem excitat grauiorem in Orthodoxos: in qua plures extiterunt Martyres. *Theoph.* Dominicus Venetorum Dux, post quintum regiminis annum insolenter exactum, eijcitur effossis oculis: substitutus est Mauricius, mitioris ingenij vir. *Sabel. Blondus.*	10 Pipini.
762 Indict. 15.	6 Pauli.1.	21 Constantini 6 Copronymi.	Habet hic annus excrescentem Copronymi furorem in Orthodoxos, atque etiã in Monachos, vetantis, ne quis Monachus fieret. *Baron.* Pipinus, qui anno præcedente Aruernum occupauit, nunc Bituriges, Pictones, Gergouiam, oppidaque in Aquitaniæ finibus, eripit Duci Aquitaniæ. *Ado, & alij.* Africa bello turbatur. Polonia, post varios tumultus, tandem electo Principe Primislao aliquandiu conquiescit.	11 Pipini.
763 Indict. 1.	7 Pauli.1.	22 Constantini 6. Copronymi.	Constantinus vincit Bulgaros: pacem deinde fraudulenter simulat, *inquit Cedrenus.* Iam quarta Pipini expeditio in Aquitaniã, & Cadurcos vsque peruenit. *Ado.* Æthino Scotiæ Regi succedit Eugenius 8. *Hector Boet. Leslaus.* de S. Stephani Monachi cõstantia & virtute contra calumnias ab Iconomacho Imperatore illatas, *lege hic Baron.* propendisse quoque Constantinũ hunc in Nestorianismum, *testes sunt Theophanes, & Cedren.* tales nempe ductores habent recentiores nostri Iconoclastæ.	12 Pipini.
764 Indict. 2.	8 Pauli.1.	23 Constantini 6. Copronymi.	Quiescũt hoc anno Francica arma, nisi quòd *scribat Aemilius,* missos quosdam milites in Cantabriam, Duce Carolo filio, qui Christianis aduersus barbaros ferrent auxilium. Sabinus Bulgarorum Rex, eiectus à suis, ad Imperatorem se recipit. illi Paganum substituunt. Hic sedem habere videtur immanis illa hyems, cuius meminit Nicephorus in Breu. post deuictos Bulgaros.	13 Pipini.
765 Indict. 3.	9 Pauli.1.	24 Constantini 6. Copronymi.	Nunc fraudulenter Bulgaros vexat Imperator. *Cedren.* Vaifarius Aquitaniæ Dux, nulla obsidum quos dederat curâ ductus, excursiones facit in Franciam: & oppidorum muros, quæ Francis vicina erant, diruit, ne ea occupans Pipinus, ex tuto rem gereret. *Aemil.* apud Scotos, occiso ob Tyrannidem Eugenio, regnat Fergusius tertius, Æthini Regis filius. *Hector Boet.* Turcæ, seu Turcomanni, è Scythia, vel Tartaria erumpentes, & Portas Caspias transgressi, Armeniam infestant, ac si aliquibus creditur, etiam nunc occupant. *Genebrard. Aemil.* Copronymi insaniã in Monachos, aliosque viros Sanctos excrescentem, *lege apud Baronium hoc, & sequenti anno.*	14 Pipini.

Christ.	Pont.	Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Frăc.
766 Indict. 4.	10 Pauli 1.	25 Constantini 6. Copronymi.	Redintegrato aduersus Bulgaros bello, classis 1600 nauium Imperatoris malè periit:nec tamē resipiscit Copronymus. *Theoph.* Pipinus Aquitaniam noua expeditione instructa penetrat, soloque adæquat muros earum vrbium, quibus integris fidebat Vaifarius Princeps, Aginni, Petrochoriorum, & Engolismæ, *ex Aemil.* In Hispania Froila, suorum, aut certè Aurelii fratris coniuratione peremptus est:regnatque idem Aurelius. Æra 804 *notant Alfonsus & Rodericus.* Alredus Northumbrorum Rex à suis pellitur: substituitur Ethelredus, seu Ethelbertus filius Regis Molo. *Polydor. lib.* 4. impius Imperator Nicetam Eunuchum creat Patriarcham Constantinopolitanum, mense Nouemb. pulso Constantino. *Cedren.* hoc anno, si creditur Sigonio, pontus ad centū milliaria obriguit in glaciem, & nix viginti cubitos alta montem referebat: alii ad secundam Indic. reiiciunt hanc tempestatem.	15 Pipini.
767 Indict. 5.	SEDES VACAT.	26 Constantini VI. Copronymi.	Celebratur in Gallia Concilium Gentiliacense, annuente Pipino: vbi de cultu sacrarum Imaginum actum, & num Spiritus Sanctus à Filio procederet. causam Concilio dedisse videntur Hæresis Constantini in Oriente. *Ado Vienn.* adfuêre Legati Imperatoris, qui iussi sunt monere suum Cæsarem, *inquit Aemilius,* vt cum cæteris piis sentiret. post Concilium itum est noua expeditione in Aquitaniam. Cadurci, Tholosa. Albij, aliaque oppida recepta à Pipino. *Aemil.* eiecto Ethelredo, Asualdus potitur Regno Northumbrorum. regnatque annis 11. *Polyd. lib.* 4. Decessit è vita Paulus Pontifex 29 Iunij: vacat Sedes annum integrum. de rebus ab eo gestis, *Baron hoc anno.* Desiderius Rex, qui hactenus bene se gessit, nunc Totonem Ducem Nepesinum sollicitat ad inuadendā Sedem Apostolicā. hic vrbem ingressus, Constantinum fratrē suum renuntiat Pontificem, hominem Laicum. sicque sedente Pseudopontifice vacauit Sedes. *Sigon. Baron.* S. Stephanus Auxentianus, dictus Iunior, sub persecutione Copronymi Martyr occūbit, 28 Nouēbr. *Baron.* de Copronymi sæuitia & impietate in Christū, Beatámq; Virginem plura *Theophanes.* Pipinus Rex Senatum primus creauit, quod Parlamentum vocant sed mobilem. posteà verò statarius parisiis factus, ex Constitutione Hutini regis. *Gaguin. lib.* 3. *in fine. Genebrard.*	16 Pipini.
768 Indict. 6	1 Stephani 4. dicti 3.	27 Constantini VI. Copronymi.	Nunc vltima pipini expeditio cōtigit in Aquitaniā: quādo occiso Vaifario Duce, tota Aquitania in pipini ditionē rediit. mox obiit pipinus. Carlomanno obtigēre Suessiones, cum Rhenanis prouinciis: Carolo verò (qui posteà Magnus dictus est) Occidētalis Gallia, cū Burgūdia, & Aquitania. *Ado, Regino, Annal.* Fergusio Rege in Scotia occiso ab vxore, regnat Soluatius Eugenij 8 filius ānis 20. *Hector. Boet.* Regina posteà culpā cōfessa, seipsā interemit. Clerus Romanus 13 Augusti, Stephanū Siculū elegit Pontificē. Stephanus tertius vocatus est *ab Anastasio.* rectius quartus. *Baron. Sigebert. Sigon.*	17 Pipini.
769 Indict. 7.	2 Stephani 4. dicti 3.	28 Constantini VI. Copronymi.	Constātinus Imperator Nicephorum, & Christophorū filios, ex Eudoxia tertia vxore susceptos, creat Cæsares: reliqui adhuc tres erant ex eadem matre, non Cæsares, sed nobilissimi pueri dicti, vt mos Orientalis Imperii ferebat. *Cedren.* Nicephorus in Breuiar. notat cum Indictione 7, mensem Aprilem. Leo quartus, ex Irene vxore, iam Augustus erat, Imperans cum patre. *Onuph.* Rebellant Aquitani, creato Duce Hunnodo, & Vascones, Lupo Duce quos tamen Carolus mox repressit, recuperata tota Aquitania. *Ado, Regino, AEmilius.* dum in ea expeditione Rex esset, Frontiacum oppidum edito loco ad Dordonam fluuium condit, imposito præsidio. hac Indictione 7. habitum Romæ Concilium, aderant ex Gallia Episcopi duodecim. Acta tantùm sunt apud Anastasium, & in Adriani Epistolis. damnata Constantini.	1 Caroli 1. Magni.

Pseudopapæ Acta, combusta, iterumque confirmatus cultus sacratum Imaginum. Statutum, ne quis in posterum, nisi saltem Diaconus assumeretur in Pontificatum. *falsò Marianus Scotus ait* combustum ipsum Constantinum. Ex Actis Pseudopapæ, Baptismum & Chrisma valere decretū est: sed Episcopos, & Presbyteros promotos ad Ordines, prohiberi ab exercitio, nisi denuo conciliarentur: ita enim pro voce, consecrarentur, aliqui legunt apud *Anastasium: cuius verba refert* Baron.

770 Indict. 8. | 3 Stephani 4 dicti 3. | 29 Constantini 6. Copronymi. | 2 Caroli 1. Magni

Leo Copronymi filius, & natu maximus, vxorem ducit Irenem Attici sanguinis fœminam, æque pietatis laude ac forma eleganti insignem. *Cedren, Onuph. & Nicepho in Breuiar.* in Gallia, Carolus Rex, consilio matris, vxorem accepit Desiderij Regis Longobardi filiam, quam postea repudiauit. Sororem *vocat* Desiderj *AEmilius.* Rex ipse Desiderius, simulans orandi pietatem, Romam ingressus, multos capit, & excæcat. *Sigeber. Sigon.* 769 *notat hic Baronius*, Pontificem dissuasisse illud Caroli matrimoniū. cæterū curat Carolus Vvormatiæ celebrari Cōciliū, *quod extat.* Canones habētur 80. inter alia decretū, ne Clerici ad bellū cogērur; neue Cōcilia celebrētur sine Romani Pōtif. sētentia *Bar.*

771 Indict. 9. | 4 Stephani 4 dicti 3. | 30 Constantini VI. Copronymi. | 3 Caroli 1. Magni

Decessit è vita Carlomannus Austrasiæ Rex, 4. Nouemb. Rex Carolus totius Galliæ vnicus, salutatur à Proceribus vtriusque Regni Princeps & Monarcha. *AEmilius.* Ergo Carlomanni vxor cum duobus filijs recipit se ad Desiderium Regem, à quo benignè excepti sunt. commotus ea re Carolus, Desiderij filiam, seu mauis sororem repudiat. *Ado, Regino, Aimoin. Vetus Chron. alij* causam afferunt, quòd inepta esset ad prolem. *Baron.* Iterum apud Northumbros in Anglia fit Regis mutatio, regnatque Ofredus, *vt aliqui scribunt, cum Polydor. lib.* 4 non enim inter Angliæ Historicos satis conuenit, vt alias monui, de Regum nominibus, & annorum serie. sub hoc tempus, missus ex Anglia est Albinus ad Carolum Magnum, amicitiæ contrahendæ gratia. *Malmesber.* Copronymus omnia, quæ Monialium, Monachorumque erant, fisco addicit. *Theophanes.*

772 Indict. 10 | 1 Adriani 1. | 31 Constantini VI. Copronymi. | 4 Caroli 1. Magni

In Senatu Galliæ (qui adhuc mobilis erat) decretum est bellum Saxonicum, Et prima expeditione domiti hostes, conditiones pacis imperatas accipiūt, datis Carolo duodecim obsidibus. *Albert. Crāt. lib. 1. c. 2. Sax. Chron & Sigeber.* Carolus, *inquit AEmilius* in Franciam reuersus, Hildegrandem Principem, Sueuæ nobilitatis virginem, vxorem accepit, & rebus pacatis, cogitationem suscepit rerum Italicarum. In Hispania Aurelius, Rex Legionēsis, obijt, Æra 810. *inquit Rodericus.* in Aurelij locū Silo sororis vir Regno inauguratur, sed Alfonsum Froilæ filium consortem Regni fecit. *Mariana lib. 7. c. 6.*

Tandē vixit Stephanus Papa Kal. Feb. de eius Epistolis consule *hic Baron.* substitutus est die 8 Feb. Adrianus, nobilis Romanus, ex Diacono Cardinali, cum quouis Pontifice cōparandus, *Anastas.* Venetorū Legati Episcopum petunt, & nunc primum accipiunt Obeliatū ab Adriano, cōpositis etiam rebus illius Senatus & Reip. cum Aquileiensi Episcopo. *Sabellic. Ennea. octaua lib. 8, sub finē.* Desiderius Exarchatū atque Vmbriam inuadit, & occupare conatur. *Sig. Baron.* Adrianus ad Carolū magnū destinat Legatos. ad Desiderium transiit Hunnoldus: dimissus Romā à Carolo, adorandi Pontificis impetrata venia, cùm se redditurū fidem iureiurando dedisset. *AEmil.*

773 Indict. 11. | 2 Adriani 1. | 32 Constantini VI. Copronymi. | 5 Caroli 1. Magni

Dum Desiderius Pontificem, recusantem Carlomanni liberos inungere Franciæ Reges, vexat bello, incensus ad id, vel maximè ab Hunnoldo, olim Aquitaniæ Duce: rogatus à Pontifice Carolus, victricia vbique arma infert Italiæ, & bis fuso Longobardorum exercitu Ticinum obsidione cingit, Veronam capit,

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Franc. Reg.
			vbi duos Carlomanni liberos, & matrem recipit. rem *prolixè narrat Sigonius, post Adonem, Æmilium, Sigebertum, & alios multos*. Longobardus persuadere volebat Carolo pacem, sibi negatam à Pontifice: & quidem eam fictè petebat, sed addebat leges, vt suarum partium fieret Pontifex: quod ille se facturum negabat. *Æmilius*.	
774 Indict. 12.	3 Adriani I.	33 Constantini VI. Copronymi.	Dum obsidetur Papia, Carolus appetente Paschali solemnitate Romam venit, vbi apparatissimè exceptus est. Ibi donationem Pipini firmat, & cumulat noua donatione Parmæ, Mantuæ, & Spoletani Ducatus. ferunt Corsicam, (*inquit Æmilius*) & quicquid Liguriæ ad Alpes pertinet, Pontificatui attributum. plura etiam, quæ prætereo, alij recensent. tantum potuit nondùm confecto bello externus Rex. magna sanè Caroli gloria, & quæ nulli alteri armato Italiam petenti cōtigerat. Post octo dies Papiam reuersus, facta deditione vrbem recepit. Longobardus cum vxore & liberis, Leodium Eburonum exilii causa missus. Carolus regia vrbe & regno potitus, cui dati clarissimi Francorum Præfecti. Magnus Princeps ad Saxonicum bellum renouatum se parat, iam renuntiatus à Pontifice Patricius Romanus, qui tituli honor gradum illi faciebat ad Imperium. *de his lege Anastasium*, Reginon. Blond. Onuph. Sigon. & Baron. intereà Saxones, *inquit Æmilius*, Fresburgum, vbi Francorum præsidium erat, oppugnant. Sed Francorum exercitus, in quatuor partes diuisus, tribus pugnis victoriam & prædam ingentem ab hoste reportat, firmatis iterùm præsidiis. *Baronius ad hunc annum*, acriter & meritò arguit *Sigebertum*, qui *in fine Chro. an.* 1111, confinxit datam nunc Carolo Magno potestatem eligendi Pontificem, & Episcopos inuestiendi, *vt ille loquitur*, per annulum, & virgam. Captus nunc est Paulus Diaconus Aquileiensis, relegatus in insulam à Carolo, posteà in monte Cassino Monachus. de quo, *Leo Ostien. Chron. Cassin. lib. 1. c. 17.*	6 Caroli I Magni.
775 Indict. 13	4 Adriani I	34 Constantini VI. Copronymi.	Tandē periit miserè impius Copronymus, morbo diuinitùs immisso extinctus, in expeditione Bulgarica, 14 Septembr. Indictione 13. *Onuph.* clamans, *inquit* Cedren. VIVVM SE IGNI ἀσβέστῳ TRADITVM, PROPTER MARIAM DEIPARAM. pergit imperare filius Leo 4 cum fratribus Cæsaribus, Nicephoro, & Christophoro. voluit hic Imperator initio Pius videri, fortè ab Anthusa sorore piissima, & Irene coniuge ad id permotus. posteà tamen hæreticus apparuit. Carolus Magnus Saxonibus iterum castigatis inducias concessit, monitus de Italiæ motibus. Carolus frequentes consueuit Synodos celebrare, ad ciuilem & Ecclesiasticum statum piè formandum. Earum 168 Capita in libellum coniecit Ansegisus Abbas Lobiensis, postea Senonensis Archiepiscopus. hoc anno vna earum habita est in Duria,	7 Caroli I. Magni.
776 Indict. 14	5 Adriani I.	1 Leonis 4. Porphyrogeniti.	Leo Imperator, dictus Porphyrogenitus, filium Constantinum dicit Augustum. *Theophanes, Cedrenus*. Adelgisus frater Regis Desiderii, classe à Græcis accepta, Bizantio soluens, armat Longobardos in Carolum, à quo defecerat quoque Rhogandus Foroiuliensium Dux: sed magna celeritate aduolat eò Carolus. Vbi occiso in acie Rhogando, & fugatis aliis, bellè stetit res Francica in Ital ia. eadem celeritate victor regressus, domat rebellantes Saxones, qui nunc Christiani effecti sūt. *Sigon. Æmil. Narrat Theophanes* Nicephorum Cæsarem Maiestatis reum postulatum, & publicè cæsum exulasse.	8 Caroli I. Magni.
777 Indict. 15.	6 Adriani I	2 Leonis 4. Porphyrogeniti.	Synodus habetur Paderburnæ, præsente Carolo, vbi Saxones baptizati sunt. qui frequentes has Caroli Synodos, volunt fuisse non Ecclesiasticas, sed ciuiles, refutantur *à Baronio* anno 776. Telericus Bulgarorum Rex Baptismo initiatur Constantinopoli. *Theophanes, Cedrenus*. Veneti, Duces habere incipiunt,	9 Caroli I. Magni.

quando Mautitio Duci, Ioannes filius additus est dignitatis socius.

778 (Indict. 1.) | **7** Adriani I | **3** Leonis 4. Porphyrogeniti. | **10** Caroli I. Magni.

Toto Regni quinquennio, Leo cum Arabum Regibus vario Marte decertat. Iacobitas Hæreticos è Syria in Thraciam trāsfert. *Cedren.* cùm iam Franci gloria & opibus omnes anteirent, & Carolo Germania Italiaque militarent, ipse ad nomē Christi propagandum natus, & per Abnabalam Cæsaraugustanorum Regulum Maurum inuitatus, ducit in Hispaniā exercitum. vbi Nauarram cepit, duos Maurorū Regulos sibi subiecit, Asturiæ Galetiæque Principi misit auxilia; nec post eā diem, Christianis Hispanis Mauri superiores extiterunt. in reditu impedimēta Francorum narrātur direpta à prædonibus. Vasconū latrociniis id actū milites clamabant. *hæc constanter narrant, Aimon. lib. 4. cap. 72. Ado, Regino, Sigeber. vetus Chr. Æmil. addit Eginbardus, in Vita Caroli,* Rolandi obitum cōtigisse in hoc reditu. vnde natæ fabulæ. Saxonicus tumultus renascitur, sed sedatus à Carolo, cæsis hostibus Danis à Saxone aduocatis. Nascūtur Carolo duo filii. alter futurus superstes patri Ludouicus, creatus est Rex Aquitaniæ, *vt refert Aimoin. lib. 5. cap. 1.*

779 (Indict. 2.) | **8** Adriani I | **4** Leonis 4. Porphyrogeniti. | **11** Caroli I. Magni.

Carolus, domitis Saxonibus, subiugat Vvestphalos. Spoletanus Dux Heldebrandus Carolum conueniens, se ad eius nutū præsto futurum pollicetur. Mauricius Venetorum Dux fato cessit, filius Ioannes Ducem solus egit. *Sabel.*

380 (Indict. 3.) | **9** Adriani I | **5** Leonis 4. Porphyrogeniti. | **12** Caroli I. Magni.

Obiit Leo Imperator, septimo Idus Septembris, *ex Theophane, & Onuphrio.* Imperat Irene Augusta, vnà cum filio Constantino septimo, dictus est Porphyrogenitus, quod natus sit (vt aliqui interpretantur) in Palatio Imperali, & purpurato loco. *Cedrenus Zonar.* capti & relegati, *inquit Cedrenus,* qui Nicephorum Cæsarem volebant imperare. In Hispania Silo Rex Legionensis uita cessit, Æra 818, *ex Roderico.* Regnum Procerum voluntate confirmatum est Alfonso secundo, qui Castus dictus est. verum hūc in Calabriam expulit Maurogatus, ope Maurorum, filius nothus Alfonsi Catholici. sed rediit postea ad Regnum Alfonsus, & hinc iam Alfonsi anni 41 numerantur. *lege Marianam l. 7. c. 7.* obiit Nicetas Patriarcha Constantinopolit. sufficitur Paulus Cyprius *Theophan.*

781 (Indic. 4.) | **10** Adriani I | **1.** Constantini 7 Porphyrogeniti, & Irenes matris eius. | **13** Caroli I. Magni.

Carolus è Saxonia, comitibus duobus filiis, & vxore, in Italiam hoc anno labente peruenit. & Romæ vterque filius à Pontifice Rex appellatus coronatur: Ludouicus quidem Aquitaniæ, & Pipinus Italiæ. quibus actis rebus, redit in Franciam. *Aimoin. lib. 5. c. 2. Vetus Chron. Pith. Sig. Æmil.* apud Longos Thraciæ muros, fodiēs quidā in cistam incidit, qua reclusa, inuenit recumbens viri magni cadauer, cum hac sententia cistæ insculpta. *ex Cedren.* ΧΡΙΣΤΟΣ ΜΕΛΛΕΙ ΓΕΝΝΑΣΘΑΙ ΕΚ ΠΑΡΘΕΝΟΤ ΚΑΙ ΠΙΣΤΕΤΩ ΕΙΣ ΑΤΤΟΝ ΕΠΙ-ΔΕ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΤ; ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗΣ ΠΑΛΙΝ Ω ΗΛΙΕ ΟΨΕΙ ΜΕ. *vide Zonaram.*

782 (Indict. 5.) | **11** Adriani I | **2** Constantini. 7. Porphyrogeniti, & Irenes matre. | **14** Caroli I. Magni.

Irene missis legatis Caroli Magni filiam petit, filio suo Constantino vxorem. *Cedren.* Helpidius Siciliæ gubernator rebellās, iungit se Africæ Saracenis. sed missus ab Irene Theodorus, Siciliam recepit. *Theophan.* rebellantes iterum hoc anno Saxones castigat Carolus, pluribus in exilium actis. Parthenopolis, (nunc Magdeburgum) aucta, & munita est à Carolo, ad frænandos Saxones. *Chr. Saxon.* Madi Saracenorum in Oriente Princeps, cæso Græcorum exercitu, coegit Irenem ad annuum tributum. *Theophanes.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
783 Indict. 6.	12 *Adriani I.*	3 *Constantini VII. Porphyrogenitis, & Irenes matris,*	Irene Stauracium Patricium, & Logothetam, *inquit. Cedren.* mittit cum exercitu in Slauinos, quos omnes Augustæ Imperio subegit, magnam insuper è Peloponeso prædam retulit. *Theoph.* Hildegrandis vxor Caroli, & mater, pietate insignes, moriuntur hoc anno. *Aimoin Regino.* Northumbri post Ofredum Regem suum, iterum regnare faciunt Ethelredum, seu Ethelbertum, eductum è carcere. fuit hic Northumbrorum Rex vltimus. *meminit Alcuinus in quadam sua epistola.* Post Regis huius 12 annos, & annos 33 quibus Rege caruit Northumbria, (toto hoc tempore dirè vexata à Dacis, aliisque) tandem Exberdus Occidentalium Saxonum Rex Northumbriam suo adiecit imperio. *Polydor. li.* 4. *vide an.* 795.	15 *Caroli I. Magni.*
784 Indict. 7.	13 *Adriani I.*	4 *Constantini 7. Porphyrogeniti & Irenes matris.*	Carolus Rex, misso filio Carolo in Vvestphalos, Saxonum fautores, victoriam consequitur. *Regino. Aimon.* Paulus, Patriarcha Constantinopolitanus, facti pœnitens, quod Iconoclastis fauisset, vitam Sede relicta Monasticam elegit. Tarasius subrogatur exeunte hoc anno, & iam inchoata Indictione octaua, 25 Decembr. *Cedr. Zonar.* ex hoc tempore cœptum in Oriēte impune, *inquit Theophanes,* disputari de Sanctis Imaginibus, propensis iam Imperatoribus ad æquitatem causæ, & Tarasio eandem propugnante. hic quidem cum esset Laicus, vocatur ex Aula ad Episcopatum contra Canones. Sed tempora hæc, magnum virum postulabant. *Theophan. Baron.* Beroe in Thracia dicta est Irenopolis. *Zonar.* Cyneuulfo apud Britanniæ Saxones Occidentales, succedit Brittichus Rex. *Malmesber.* Rex à Cerdicio decimus sextus, *Polyd. lib.* 4, *in fine.*	16 *Caroli I. Magni.*
785 Indict. 8	14 *Adriani I*	5 *Constantini VII. Porphyrogeniti. & Irenes matris.*	Saxonicum bellum (quod aliqui volunt triginta annis durasse, à Pipino inchoatum) nunc finem accepit, pace constituta. Carolus Ducatum Angrianum dat Vittikindo, (à quo Saxoniæ Duces, & Hugo Capetus Galliarum Rex, si Germanicis Historicis creditur.) *Albert. Crant. lib.* 1. *c.* 4. *Aimoin. vetus Chron.* in Hispania Maurogato vita functo, substituitur Veremundus: à quo tandem Alfonsus reuocandus, iterum regnabit. *Roderic. Mariana lib.* 7. *cap.* 7. Madi Calipha vigesimus Saracenorum moritur: cui succedens Moyses, vno anno regnat. *Theophan.* Tarasius arguitur à Pontifice ob minus Canonicam electionem, Iubetur interim promouere iam cœpta, contra hæreticos. inter hæc, Imperatores Adrianum Papam honorificè inuitant ad Synodum. de his rebus extant literæ *apud Anastasium, & Baron.*	17 *Caroli I. Magni.*
786 Indict. 9.	15 *Adriani I.*	6 *Constantini 7. Porphyrogeniti & Irenes matris.*	Carolus minorem Britanniam, Francis tributariam à tempore Dagoberti, sed nūc rebellātē domat, acceptis obsidibus. *Aimoin. l.* 4. *c.* 99, *& Eginhardus in Vita Caroli.* inchoata Synodus Cōstantinopoli, de qua sub finē annis præcedētis, sed à Prætorianis militibus, & Iconoclastis Episcopis turbatur. Visum proindè Imperatoribus & Tarasio, rem in tempus magis opportunum esse differendam, *Anastas. Theophan. Taras. Epist. ad Adrian. Ignatius in Tarasio apud* Surium 25 *Feb. Sigon.*	18 *Caroli I. Magni.*
787 Indict. 10.	16 *Adriani I* *Synod.* 7.	7 *Constantini 7 Porphyrogeniti & Irenes matris.*	Aragisus, Beneuentanus Dux, Desiderii Regis gener, à suis Episcopis Regem se inungi facit, Pipinoque Rege paruifacto, exercitū ducit in viciniā Pontificis prouinciam. adest properè Carolus, & ducto in Capuanum agrum exercitu, Aragisum ad pacē & obsides, omnemque submissionē impulit. *Ado, Sigon. Sigeb. & alij Francorum Historici:* licet *Æmilius, & Blondus* aliquātulum dissentiant, qui hæc à Pipino gesta pronuntiant. Moyse Calipha mortuo, imperat Saracenis Aaron frater, idque annis 23. *Theopha.* Maio mense, & hac Indictione, Nicæā Bithyniæ conueniūt Episcopi, tandēque peragitur Synodus 7 Oecumenica, in qua dānantur Iconoclastæ Actione 7. aderant Episcopi 350 (alii plures nu-	19 *Caroli I. Magni.*

merant) cum Hadriani Pontificis, & Orientalium Patriarcharũ Legatis. Hic Symbolo addita particula (FILIOQVE) vt textus etiã Græcus habet; definitur porrò Imaginum cultus, longè alius à Latria, quæ solã diuinam naturam decet, inquiunt Patres. illud sexta Actione pronuntiarunt Iconoclastæ: se, non aliam imaginem recipere, quàm, qua Filius Dei est in Sacramento Eucharistiæ. (cùm tamen veritatem ibi Corporis Christi & Sanguinis faterentur) quod ab Orthodoxis ibidem est refutatum, affirmantibus, si imago est, non esse Corpus. ex hoc Catholicorum ad hominem, vt aiunt, argumento, vides tum concessam ab omnibus etiam Iconoclastis, Corporis veritatem; tum insignem Nouatorum calumniam, vel ignorantiam, dum à Catholicis illud fuisse prolatum dicunt, quod ab ijsdem est acriter improbatum. Habuit hæc Synodus 22 Canones, quorum tertius est, non oportere à Principibus eligi Episcopos. hoc 7 Concilio Generali perfecto, pax iterum reddita est Italiæ, magno imperantium matris & filii consensu. *de his Cedrenus. Zonar. Sigon, & prolixè Baron.* idem author plurima, eaque præclara refert hoc anno de cultu sacrarum imaginum.

788 | 17 *Adriani* | 8. *Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.* | *Indic. 11.* | 20 *Caroli I. Magni.*

Tassilo Bauariæ dux, multa hostilia in Carolum ausus, & in iudicio Procerum damnatus, iubente Carolo, in quẽ peccauerat, est cœnobio additus. & Bauaria inter Franciæ Prouincias cœpit numerari. *Sigeb. Æmil. & alij.* deuictis Auaribus, firmatum ibi est Francorum imperium. Carolus sanè feliciter nunc finem imponit bello contra Hunnos seu Auares, in Pãnoniis per 8 annos protracto. ingens ex eo bello gloria Carolo nata. in quo gentem hanc orbis terrorem, & aduersus tot Imperatores victricem, penè occidione deleuit. ingentes inde opes, ex spoliis per totum pene orbem congæstas referunt victores: vt Franci, authore Eginhardo, qui eò vsque pauperes habebantur, fuerint summoperè ditati. Thesaurorum partem à pio principe Romam missam, & in pios vsus distributã scribit Ado Vien. permissum vt deuictæ gẽtis reliquiæ regulum haberent, sed Carolo subiectum. qui anno insequenti Slauinos domuit, vt tradunt Francorum Annales. de Hunnorum postea conuersione ad Sacra Christiana, lege Annales Hungaricos.

Græcorum exercitum inuadentem Italiam, vincunt Franci, & Grimoaldus Dux Beneuẽtanus, patre Aragiso iam vita fũcto. *Regino, Aimoin. vetus Chron. Pithæi.* pugnatum porrò in Calabria in quo certamine, Longobardi Spoletanus, & Beneuentanus Duces, fidem suam Regi Pipino egregiè probarunt, capto & extincto Adolpho Desiderii filio, qui Græcis adhæserat. Irene putatur à Francorum fœdere & optata affinitate, ob occupatum à Carolo Ducatum Beneuentanum recessisse, cum esset Ducatus ille sub Imperatoris patrocinio.

In Scotia Soluathio Regi mortuo, successit Achaius. Hic primus societatem cum Francorum Regno contraxit; quæ vsque in hodiernum diem religiose custodita permãsit. *lege Hector Boet. lib. 10. Hist. & Polyd. lib. 4. in fine.* inita hæc societas est anno 798. conditiones fœderis *habet Leslæus initio lib. 5.*

789 | 18 *Adriani* | 9 *Constantini. 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.* | *Indict. 12.* | 21 *Caroli I. Magni.*

Carolus Slauinos quosdam ad Albin flumen subegit hoc anno, *ex Sigeb. & Æmilio.* dum ita in vicina Regna profert imperiũ, illud natũ apud Græcos prouerbium est, τὸν Φράγκον φίλον ἔχης, γείτονα οὐκ ἔχης, *ex Eginhardo in Vita Caroli.* Dani iã primũ venisse dicuntur in Angliam, sed maximè velut exploraturi nunc quidẽ regionẽ. *Poly. Alcuin. in Epist. refert Mat. West.* ostẽtum Crucis ante Danorũ plagam. Constantinus Imperator Mariam Armenã anno 788 duxit vxorem pene inuitus. Hinc aliundeq; natum cum matre dissidium *ex Cedreno.* obiit Garsias 2. dictus Enecus, regni Nauarrici princeps. Successit Fortunius Garsias, hoc vel sequenti anno. *Francis. Tarafa, Mariana lib. 8. c. 1. an. 801.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Fran.
790 Indic. 13.	19 *Adriani I.*	10 *Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes Matris.*	Tandem Constantinus, petitus à Legionibus Europæis & Armeniæ, dimittitur è custodia à matre, liberéque imperat: mox inimicos Stauratium, & præfectos, qui à matre fuerant constituti, vltus est. *Zonar. Theopha.* Veremundus Legionensis Rex electa vita Monastica, Alfonsum 2. qui Castus dictus est, restituit Regno. notant aliqui sequentem annum. *Mariana lib. 7. c. 7.* de annis Alfonsi *dixi ad an* 780.	22 *Caroli I. Magni.*
791 Indict. 14.	20 *Adriani I.*	11 *Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.*	Constãtinus Imperator, ducto in Bulgaros exercitu, vincitur, deceptus à Pancratio Astrologo, certam victoriam promittente. *Theophan.* Alcuinus, dictus Albinus, Bedæ discipulus (quo visus est ante Præceptore Carolus in Gallia) nunc nobilissimæ Parisiensis Academiæ fundamenta iecit; sociis Rabano, Claudio, & Ioanne Scoto (alius est hic à Theologo Frãciscano.) *Polyd. lib. 4 de Anglis, Eginhardus in Vita Caroli.* insignem Caroli liberalitatem in hac fundanda Academia, *notauit Genebrardus. adde huius rei testes, Gaguin. in Carolo Magno, & Robertum Gonleium in Cõpendio de fundatione Parisiensis Vniuersitatis.* Constantinus, rogatus ab Optimatibus, permittit secum imperare matrem, reclamantibus tamen Armenis Legionibus. *Theoph.* Habetur Concilium Foroiuliense, sub Paulino Patriarcha Aquileiensi; qui doctrinâ & sanctitate vitæ enitebat. hîc actum de Ecclesiastica disciplina: & duo confutati errores. nempe quod dicebant Elipandus Episcopus Toletanus, & Felix Orgellorum in Pyrenæo monte Episcopus Nestorianus, Christum adoptiuũ Dei Filium esse, nõ vero naturalem: & decretum, Hæreticos esse qui negarent S.S. à Filio procedere. non tamen iudicati Hæretici, qui dixerunt Spiritum Sanctum procedere à Patre, non negando etiam procedere à Filio, vel Spiritum Sanctum procedere per Filium. de quo *D. Thomas prima parte q. 36. a. 3.* Etsi *Adrianus Epistola ad Caro. c. 8,* excusat Tarasium, aduersus eos, qui secundã Nicenam Synodum calumniabantur. Moritur S. Burchardus, Episcopus Herbipolensis, 14 Octob. *Sur. Baron.*	23 *Caroli I. Magni.*
792 Indict. 15.	21 *Adriani I.*	12 *Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.*	Constantinus, Nicephorum, & Christophorum patruos excæcat, quòd à populo postularentur Imperatores. Carolus Francus, Pannonicum bellum, seu Auaricum aggreditur, contra Hunnos ad Danubium, qui se Auares etiam dicebant, & inter alia tenebant Austriam. hoc eodem anno superiorem Pannoniam, quæ nunc Austria vocatur, occupat & subigit. Hostis se in inferiorem Pannoniam, seu Hungaricam recepit. *Sigeber. Aimoin. vetus Chron. Regino, Bonfin. Æmil.* Pipinus, Caroli ex concubina filius, (non est hic Rex Italiæ,) conspirationis in patrem conuictus, detruditur in Monasterium. *Sigeber. Sigon.* Mauri ex Hispania in Galliam Narbonensem incursiones faciunt abducta præda. *Aimoin.* Nunc dicitur à Mauris inchoatum in Hispania Valentiæ Regnum. *Anthon. Benther.* Iterum damnatur Felix Orgelitanus in Concilio Ratisponensi. *Baron.* & demum anno 794, cum Elipando.	24 *Caroli I. Magni.*
793 Indict. I.	22 *Adriani I.*	13 *Constantini 7.*	Imperator Constantinus, Armeniæ Legiones rebellantes vincit certamine, & castigat. Alfonsus Castus, in Hispania Olisiponem vrbem *Mauris* eripit, & cum Carolo Magno amicitiam contrahit, *ex Tudensi, Mariana lib. 7. c. 9.*	25 *Caroli I. Magni.*
794 Indict. 2.	23 *Adriani I.*	14 *Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.*	Finito Concilio Francofordiensi, quod hoc anno habitum est, Carolus ducit exercitum in rebellantes Saxones, qui se illi mox dedunt. *Aimoin. Regino.* Cæterùm Concilium illud habuit Papæ Legatos præsentes, & Episcopos 300, ex Italia, Gallia, Germania, & Britãnia. dãnata iterùm est in hac Synodo Hæresis de Christo Filio adoptiuo *de qua anno* 791 *&* 792. nec aliud habent Acta, quæ extãt huius Cõcilii. aduersus Elipãdũ, huius Nestorianismi assertorẽ, egregiè enituit piũ studiũ Caroli magni in hac Synodo: vti ex	26 *Caroli I. Magni.*

ipsius ad Elipandum Epistola apparet, quam recitat Baron. ad hunc annum. De damnato autem Nestorio in Concilio Ephesino generali, vide an. 431.

Placet tamen quibusdam asserere, damnatā quoque ibidem 7. Synodum sub Irene habitam Nicææ, pro Imaginibus. quod videntur affirmare *Regino, Aimoin. Vetus Chron. à Pithæo editum, & Ado,* qui scripsit tempore Caroli Magni. his adde *libros Carolinos*. demus quidē quod hi insinuant, damnatam Synodum septimam sub Irene habitam: tamen dubiam in primis hi Historici fidem faciunt, dum pugnantia dicunt. Nam decretum Francofordiense, quod citant *(extat illud in Præfatione librorum Carolinorum)* ait damnari Synodum Constantinopolitanam, quæ iusserat adorari Imagines; & ipsi libri Carolini aiunt, damnatam Synodum, quæ habita est Constantinopoli in Bithynia. quis hic non videt magnam vel imperitiam sibi ipsi repugnantem, vel etiam deceptionem aliundè natam? sed quid mirum, si 7 Synodus in hoc Concilio damnata putetur, in quo falsa narratio Patribus Francofordiensibus imposuit. author enim librorum Carolinorum, vel alius quicumque, persuasit huic Concilio septimam Synodū non fuisse à Papa probatam: & decretam Imaginibus fuisse latriam. vtrumque falsum. ac proindè error Concilii, non iuris est, sed facti. prætereà certum est, huic decreto non consensisse Legatos Romani Pontificis; proindeque Carolus ad Adrianum, dissentientes has misit sententias, in libello qui extat, & Capitulare vocatur. Pontifex autem Decretum prorsus suo scripto refutauit. *vti constat ex Adriani libro de Imaginibus ad Carolum.* quæ omnia, & Caroli consensum in sententiam Pontificis, *latè prosequuntur hoc anno* Cardin. *Bellarminus lib. 2. de Concil. c. 8. Baron. & alij.*

795 Indict. 3. | 24 Adriani 1. | 15 Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris. | 27 Caroli 1. Magni.

Constantinus vincit Saracenos ad Amusam castrum: & repudiata Marina, vxorem ducit Theodoram. *Cedren. Theophan.* Saxones nouæ rebellionis dant pœnas. *Aimoin.* Ethelredo Rege occiso à suis, finem accepit vera Regum series in Regno Northumbrorum: & post 33 annos, variamque rerum perturbationem, occupabit illud Egbertus, Occidentalium Saxonum Rex, anno 828 qui tunc indè Danos expellet. *Malmesber. vide an.* 783. in hoc tamen interregno nominantur quidam Reguli Northumbriæ, Danicis temporibus. Vita excessit Adrianus Papa 7. Kalen. Ianuarii, cùm sedisset annis 23. menses 10. dies 17. Huius Epistolas ordine, & res gestas, *vide apud* Card. *Baron.* 795. ipso die obitus Adriani subrogatur Leo 3, Romanus, magno omnium consensu. fabulam de excisa manu, quòd eam osculata esset mulier; & substituto osculo pedum, *refellit hic Baronius.* Ioannes præficitur Ecclesiæ Hierosolymitanæ, *ex Theophane.*

796 Indict. 4. | 1 Leonis 3. | 16 Constantini 7. | 28. Caroli 1. Magni.

Cōstantinus vincit, & repellit Bulgaros. *Cedren.* Irene sollicitat animos procerum pro se in filium. Leo ad Carolum Magnum numera destinat, claues aureas S. Petri, & vexillum Vrbis. *Baron.*

798 Indict. 6. | 3 Leonis 3. | 18 Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris. | 30 Caroli 1. Magni.

Conspirantes cum Irene proceres, Constantinum luminibus priuant: qui statim ex vulnere interiit: sunt qui dicant, Irenem experiuisse tantùm abdicationem Imperii à filio, excæcationem præter eius mentem accidisse, quamuis magnorum criminū reus esset apud Deum. *Zonar. Cedren. & alij.* In hoc Constantino, Copronymi genus extinctum *tradit Cedrenus:* addens, exæcatum in Porphyria, vbi natus erat. Carolus Francus audit Legatos ab Irene de pace, & ab Alfonso Galeciæ Asturiæque domino. De victoria contra Mauros nunc reportata à classe Caroli, *Æmil. Regino, Aimoin. lib. 4. c. 95* Caroli magni filius, dictus Carolus 3, præficitur bello Hūgarico. *Æmil.* Hic annus est, initi fœderis inter Scotorū Regē Achaiū, & Carolū Magnū, missis in Galliam Guillel-

mo fratre Regis,& Rabano, viro docto,qui Parisiis substituit. *Ioan. Maior Hector Boet. lib* 10.*Leslaus*. Scotorum Monasteria fundata tunc ab eodem Guillelmo in Germania, *notat idem Maior,& Leslaus. in Achaio Rege* 65. — 31

799 — 4 *Leonis* 3. — 19 *Irenes*. — *Indic* 7. — 31 *Caroli I. Magni*.

Anastasius huius temporis Scriptor,aliiq; Historici narrant,hoc anno immane facinus nepotum Adriani,in Leonem Pontificem.miraculo restitutam linguam Leoni.*narrant Baron*.*Regino,l.2.Chron*. *&alij*.tamē *Zonaras*,læsos tantùm oculos affirmat. Leo exceptus honorificè à Carolo in Germania, Sedi restituitur,& sceleris authores ,Maiestatis conuicti damnantur. In Anglia victa functus Offa Merciorum Rex: cum tamen *Mathæus Vestm.notet an* 797. filius Egfredus post quatuor menses viuere desiit: successit Kenulfus. *Malmesber. Polyd. lib*.4,*in Regno Mercior*.

800 — 5 *Leonis* 3. — 20 *Irenes*. — *Indict*. 8. — 32 *Caroli I. Magni*.

Ludouicus regendæ Galliæ præficitur. Carolus pater Italiam petit, vnà cum Pipino Italiæ Rege. ibi primùm, mors Henrici Ducis Foroiuliensis vindicata.sumptum de Tarsaticensibus in Liburnia supplicium.Cadolathus Dux datur Foroiuliēsibus.mox Romæ, cum Leo ambonem conscendēs,non coactus , sed sponte, vt olim Pelagius,iureiurando se innocentem pronunciasset, omnes eum pro insonte habuerunt. Pontifex Carolum Catholicum,& potentissimum Regem,Romanæ Ecclesiæ tutorem,renunciat Imperatorem. rem ex veterum fide, *refert Sigonius.post Anastasiū.& vetus Chron*. decretum in Calumniatores Leonis supplicium fuit anno præcedente, cum nondum adesset Carolus. hanc enim interposuere sententiam illi,quos Carolus tunc miserat Episcopos,& Comites,*ex Anastasio,Baron.& aliis*.Tam Græci quàm Latini, hanc Imperii translationem testantur à Romano Pōtifice factā, denique prolixè probat Illust.Card. Bellar. lib 1. de translat,Imp. interim Carolus filius, Auares & Hunnos victos expulit è superiore Pannonia.sicque ibi debellatum est, hoc belli huius anno octauo.

Certant Scriptores aliqui,an Italiæ Imperium Carolo quæsitū bello sit,an Romanorum cessione libera? rursus an , quo dedit Pontifici Romano, fuerit Constantiniana donatione prius possessum? ac demum an titulus Imperii Occidentalis datus Carolo Gallis potius,quàm Germanis obuenisse dicatur? sed hæc alterius sunt instituti quæ magna ex parte ex professo tractat citatus Bellarminus.& lib. 2.c.1,ostendit Imperatores ab hoc Carolo vsque ad Othonem,corona donatos à summis Pontificibus. Brittrichus Rex 16 Saxonum Occidentalium,veneno ab vxore extinguitur: regnat Exbertus,qui ante fugerat in Galliam , vbi facilitatem morum,&rei militaris peritiam doctus,reliqua vicina Regna spatio aliquot annorum(regnauit enim annis 37) sibi subjecit, fecitque,vt tota hæc insulæ pars, Anglia deinceps vocaretur. *Malmesber. Polydor.l.*4. *in fine, tamen Matthæ.Vestmon. consignat an*. 802.

NONI CENTENARII
initium.

Regna.

IMminuta plurimùm hoc Seculo, fractaque est Maurorũ potentia in Hispania. Reges tamen Cordubensis Maurus, & Legionensis Christianus, bella sua infensis signis etiã hac ætate producunt. Egbertus Anglicum Regnum condit. Græcia sub Imperatoribus Orientis perseuerat. Reliquum Occidentalis Imperij, penè à Carolinis possidetur.

Status *Ecclesiæ.*

IConaclastæ Orientem vexant ad annum vsque 842, quo Imaginum cultus ibi restitutus est, nec tamen posteà caruit suis monstris Oriens, vti inter alia satis declarat, illud Constantinopol. Conciliabulum, habitum tempore Photij, an. 861, & infame illud Græcorum Schisma, eodem Photio Antesignano.

Doctrina *huius seculi.*

ECclesiæ, & Traditionum authoritas. *Concil. Generale* 8. *Can.* 1. *extat Tom.* 4 *Concil. & S. Nicepho. Patriarcha* Constant. *Dialog. de Imag. citaturque à* Coccio *l. de Script. art.* 2. Primatus. *ex eodẽ* Concilio 8 *sub Adriano* 2. *Can.* 21, *vbi præclarè hæc veritas asseritur an.* 869. Liberum Arbitrium. *Concilium Valentiæ habitum, c.* 6 *initio. Haymo in c.* 49 *Isaiæ.* Bona Opera, & Merita. *idem Haymo c.* 1. *Isaiæ, &* Rabanus *in c* 18. *Hieremiæ.* Sola Fides exclusa. *Rabanus lib.* 4. *in Ecclesiasticum, c.* 6. *Haymo in c.* 4. *Epist. ad Hebræ.* Eucharistia. Rabanus *lib.* 1 *de Institut. Cler. c.* 32, *& Strabus in c.* 11 *Epist.* 1. *ad* Corinth. Sacrificium, P*aschalis lib. de Corp. & Sanguine* Christi. *c.* 9. Pœnitentia. *Idem Paschalis ibidem c.* 8 *sub finem.* Concil. *Turo. c.* 22, *habitum an.* 813. Purgatorium. R*abanus lib.* 2. *de Institut.* Cler. *c.* 44. *& Metaphrastes in vita S.* Pachomij. Inuocatio Sanctorum. *Rabanus epist. ad Otgarium.* S. *Nicephor. Patriarch.* Constant. *epist. ad* Leonem 3. *citatur à Coccio l de* Sanctis, *art.* 4. Reliquiæ. *Concil.* Constantin. 4. *seu* 8 *Generale*, *Can.* 3. *& Niceph. iam citatus.* Cælibatus. *duo* Concilia, Aquense, *c.* 6. *& Moguntinum c* 11, 12, *&* 13. *habitum an.* 813. Abstinentia à cibis. *idem Concil. Mogunt. c.* 34. *& Rabanus lib. de Instit. Cler. c.* 18.

IMPERIVM OCCIDENTIS
ad Francos translatum: vti Imperantium anni ostendunt deinceps notati.

Anni. Christi	*Anni Pontif.*	*Anni Imper.*		*Reg. Franc.*
801 *Indict.* 9	6 *Leonis* 3.	21 *Irenes.*	CArolus I. *Magnus Imperator, hunc primum Imperij Occid. an. habet.* quo ille primùm cõcessit, vt Cisalpina Gallia, diceretur Longobardia. *Æmil. lib.* 4. quod nomen ad nostra tẽpora retinet. Ludouicus, Aquitaniæ Princeps Hispaniã ingressus ciuitates aliquot, & in his Barcinonẽ recepit *ex Aimoi. l,* 5. *c.* 5. Leo Papa III. Rogationes, vt vocant, instituit, ex occasione magni terræ motus, qui cõtigit hoc anno in Italia. *Sig. Geneb.* Hoc motu cõcidit tectũ Basilicæ S. Pauli, à Leone restitutũ. de Caroli Legibus iã	33 *Caroli I. Magni.* I. *Imp. Occid.*

Christi.	Pont.	Imp.	ERRVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
			in Italia latis, reuerentiaque erga Romanam Ecclesiam, *Baron.* Carolus excipit Persarum Legatos.	
802 *Indict. 10*	7 *Leonis 3.*	22 *Irenes*	*Caroli I. Magni Imper. Occid. an* 2. Actum est per Legatos de Matrimonio inter Carolum & Irenē: sed dum hoc agitur, Nicephorus Longotheta Imperium inuadit. Irene relegata in Pathmos insulam. Vbi obijt post annū, ne, *inquit Aemilius*, nuptijs suis reliquā Græcorum spem in Franciam deferret. tunc pacis conditiones firmatæ inter duos Imperatores; vt vterq; Augustus esset, & Orientali maneret Sicilia, cū ea parte Italiæ, quæ est à Sipontinis in Apulia, versus Græciā: reliqua omnia essent Imperatoris Occidentis. *Zonar. Theoph. Ado.* Veneti tamen ab vtroq; Imperio immunes, & liberi decernūtur. *Aemilius lib.* 4. *Sigon.* idem de Beneuentano Ducatu decretum aliqui scribunt. Florentiā nunc Carolus restituit. *Aemil. lib.* 4. Altinensis Synodi iam habitæ *meminit Baronius hoc anno.* Carolus passim bonas literas fouet. Papiensem instituit Academiā. *Gagnæus lib.* 4. *Sabel. Enne.* 8 c. 9. Bononiēsem renouat. *Mutius, lib.* 9. Legum item Capita 22 adiecit Legi Salicæ; & pro Salicijs Legibus haberi voluit. *Ex veteri Chron.*	34 *Caroli 1. Magni* 2 *Imp. Occid.*
803 *Indict. 11.*	8 *Leonis 3.*	1 *Nicephori 1*	*Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 3. Moritur Irene. Carolus in Germania dum parat in rebellātes Saxones expeditionem, ratas habet pacis conditiones initas cum Orientis Imperatore. Paulus Diaconus Aquileiēsis, olim Cancellarius Desiderij Regis, nunc in honore est apud Carolum in Gallia. Nicephorus malè pugnat contra Arabes. *Theophan. Sigeber.*	35 *Caroli 1. Magni* 3 *Imp. Occid.*
804 *Indict. 12.*	9 *Leonis 3.*	2 *Nicephori 1.*	*Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 4. Penitus nunc finitum est bellum Saxonicum, an. 34, ex quo cœpit: quando rebellantes Saxones victi à Carolo sunt, & in varias educti Colonias, à quibus etiā Regio, quæ nunc est Flandria, incoli cœpit, hactenus nemorosa & inculta. *Ado, Regino, Aimoin.* Abroditis concessa pleraque Saxonum oppida. *Sigeber. an.* 803. quin etiam Romam pars translata est: quibus datus est vicus, inde dictus Saxonum, vbi hodie est Xenodochium Spiritus Sancti in Saxia. *Baron.* Nicephorus Imperator filium Stauratium dicit Augustum, simulque imperant. *Cedren.* res Venetorum hoc anno turbantur, Ioanne & Mauritio filio Ducibus, à Carolo Imperatore ad partes Græcorum declinantibus. *Sigon.* obijt Alcuinus, Caroli præceptor. *Odoranus.*	36 *Caroli 1. Magni* 4 *Imp. Occid.*
805 *Indict. 13.*	10 *Leonis 3.*	3 *Nicephori 1*	*Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 5. Obelerius à Venetis exulib. Dux renūciatus, Heracliam, vnde Ioannes & Mauritius (qui Mātuā confugerant) duxerunt originem, funditus euertit. & illi quidem Nicephori arma, Obelerius Caroli amicitiā implorāt. *Sigon.* Aaron Saracenorum Princeps, ducto secum numeroso exercitu, vectigale fecit Imperium Orientis, imposito tributo trecētorum millium numismatum. *Theoph. Anastas.* sed non stetit pollicitis Imperator. Hunni, seu Auares à Carolo sedibus donantur, Slauinorum Duce occiso, à quo illi vexabantur. *Baron.*	37 *Caroli 1. Magni* 5 *Imp. Occid.*
806 *Indict. 14.*	11 *Leonis 3.*	4 *Nicephori 1*	*Caroli I. Magni Imp. Occid. an* 6. Nicetas, missus ab Imperatore Nicephoro, Venetos abstraxit ab amicitia Caroli. *Blondus*, nunc tantùm receptum à Ludouico Aquitaniæ Principe Papilonem, & Nauarram aliqui scribunt, quam Saracenis eripuit. Obijt Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus, vir Sanctus, 28 Februarij subrogatur Nicephorus, qui fuit Imperatoris à Secretis. *Cedren. Zonar. & hic idem Niceph. in suo* Chronico, si tamē idem est Patriarcha ille, & autor Chronici. vide an. 828. Carolus in villa Theodonis, habito Procerum Conuentu, cōdit Testamentum tripartitum, relinquens Regnum tribus filijs, Carolo, Ludouico, & Pipino, & omissa omni mentione Imperii, Decretum hoc Procerum subscriptione firmatum, Romam misit ad Pontificem, vt ipse illud confirmaret. *Baron. & Annales Franciæ.*	38 *Caroli 1. Magni* 6 *Imp. Occid.*

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
807 Indict. 15	12 Leonis 3.	5 Nicephori	*Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 7. Ex Hispania Mauri, Corsicam vexantes, prælio vincuntur à Burcardo Comite Stabuli, quem in eos misit Carolus Imperator. *Sigon.* Nicephoro contra in Oriente Principi, sceleribus implicato, omnia infeliciter cedunt.	39 Caroli 1. Magni 7 Imp. Occid.
808 Indict. 1.	13 Leonis 3.	6 Niceph.	*Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 8. Barcino in Hispania capta à Gallis an. 801, nunc iterùm pulsis Mauris, recepta est à Ludouico Aquitaniæ Rege. Hanc expeditionem *habet Eginardus in Appendice ad Aimoin. lib.* 5. *c.* 5. Vsuardus Martyrologii Compilator, nunc viuebat Monachus. *Tritem.* mortuo Aarone Saracenorum Principe, filii certant de Regno, & Christianos miserè vexant. *Theophan.* tandem regnat Muhammat filius.	40 Caroli 1. Magni 8 Imp. Occid.
809 Indict. 2.	14 Leonis 3.	7 Nicephori 1.	*Caroli* I. *Magni* Imp. *Occid. an.* 9. In Flādria mortuo Comiti Lyderico primo Syluarum præfecto, succedit filius Engleranus, gubernator datus ab Imperatore. *Histor. Fland.* cum tempus induciarum exiisset, pugnatum vario Marte est à Pipino contra Græcos, ad Comaclum insulam: & cum Veneti Græcis fauere viderentur, decretum est in eos bellum, iubente Carolo Imperatore. *Ado, Sigeber. Sigon. & alii.* Ludouicus Aquitaniæ Princeps excurrit in Hispaniam, & Mauros fugat, abductâ ingenti præda. *Aimoin. lib.* 4. *c.* 6. Theodorus Studita cum suis in exilium pellitur, qui communicare recusabat cum Nicephoro Patriarcha Constantinopolitano. *Baron. an.* 808, *&* 809. Aquisgrani Synodus habetur, de Spiritu Sancto procedente à Filio: non quidem, an procederet à Filio: sed àn in Symbolo, dùm canitur, addi opporteat verbum (FILIOQVE) cum anteà esset in vsu Symbolum Nicenum. *Baron.* respondit Pontifex (ad quem missi sunt de hoc Legati) credi quidem hanc processionem; non esse verò cur addatur Symbolo: cùm non omnia, quæ creduntur, cantentur. tamen post aliquot annos additum illud fuit.	41 Caroli 1. Magni 9 Imp. Occid.
810 Indict. 3.	15 Leonis 3.	8 Niceph.	*Caroli I. Magni* Imp. *Occid. an.* 10. Pipinus victoriam nauali prælio reportat, & Venetiam recipit, si creditur *Adoni, Sigeberto, Reginoni, Eginardo, veteri Francorum Chronico ex* Pithæo, *&* Baronio. *Sabellicus* tamen vult à Venetis stetisse victoriam. *Sigonius* belli Historiam variè à Francis & Venetis commemorari fatetur. fama est, *inquit Aemilius*, apud Venetos clade Francorum nobilem locum factum: *sed addit*, certiores authores nihil tale tradere. Sanè veteres, & qui tunc viuentes vitam Caroli scripserunt, magno consensu Venetiam à Pipino tunc receptam tradunt, & posteà redditam. Hoc tempore facies Venetæ vrbis immutata est. nam sexaginta insulæ, Riuoalto proximæ, partibus iunctę amplissimam vrbem effecerunt: vbi & sedes Ducum esset, & publicum Concilium deinceps haberetur. *Aemil. Sigon. Sabel.* priori Duci vitâ functo, Patriciacus substitutus est. Pipinus Rauennæ octauo Iulii obiit: filio Bernardo relicto, qui posteà Italiæ Rex erit. Arabes, seu Saraceni, intestino bello in varia dominia dispergunter, sub sex principibus per Syriam, Ægyptum, Africam, & Hispaniam. *Blondus, Sabell.* Floret Eginardus, Carolo à secretis, & scriptor Vitæ ipsius. *Tritem.*	42 Caroli 1. Magni 10 Imp. Occid.
811 Indict. 4.	16 Leonis 3.	9 Nicephor. 1	*Caroli I. Magni Imperat. Occid. an.* 11. Niceph. Imperator, in expeditione contra Bulgaros, dùm ex victoria insolescit, à Bulgaris in desperationem actis obtruncatur, 24 Iulii. Stauratius filius, qui saucius ex acie euasit, cogitur post duos menses ad Monasticum habitum. Imperat Michael Rangabes Curopalata, sororis maritus, exeunte Septembri, Indictione 5 ineunte. *Theophan. Cedren. Sigeber.*	43 Caroli 1. Magni 11 Imp. Occid.

Vitá cessit in Bauaria 4 Decembris, Princeps Carolus, natu maximus: solo iam Ludouico superstite. cuius exercitus hoc anno in Hispania Tarracon. Dertossam occupasse dicitur. *Eginar. in Vita* Caroli, *Regino*, Aimoin *lib*. 4, *& lib*. 5 *c*. 7. De Caroli Testamento, *lege Baron*

812 | 17 Leonis 3. | 1 Michaelis I. Curopalatae. | 44 Caroli I. Magni 12 Imp. Occid. | Indict. 5.

Caroli I. Magni Occid. Imp. *an*. 12. Carolus, Bernardum nepotem creat Italiæ Regem: à quo Saraceni Africani, Italiam inuadentes, cæsi partim, partim repulsi sunt. A*do*, *Regino*, A*imoin*. Datus ei est Vallius moderator prudens. A*emil*. Nouam Ludouici expeditionem in Mauros Hispaniæ, *narrat* A*imoin*. *lib*. 5. *c*. 7, *&* 8. in reditu, à Vasconum insidiis se strenué tuetur.

Narrant Hispani Historici, Rodericus, & Alfonsus, accedente ad eos P*aulo Aemilio*: Carolum Imperatorem, hortatu Alfonsi fuisse in hac expeditione: & in reditu ingentem cladem extremo Francorum agmini illatam; ad locum, qui Roncouallis vocitatur: vbi Rollandus occubuisse dicitur: sed nec ætas Caroli, nec *Francorũ Historici, Ado, Regino*, A*imoin*. *Eginhardus, & alii*, hanc secundam Caroli profectionem recipiunt. de altera *dixi ad an*. 778. *lege de hac re* B*aronium*. rem *ex Scriptorum Hispanicorum fide narrat Mariana lib*. 7. *c*. 11. & liberum Lectori iudicium relinquit. Michael Pius Imperator, pellit Manichæos: *quod narrat* B*aronius*: & de pace agit cum Carolo Magno. cessat Cantiorum Regnum in Anglia. *vide ann*. 449. vnitur que Regno Occidentalium Saxonum Egberti Regis, cùm stetisset annis 363, *ex Polyd. lib*. 4. *vide Præfationem ad annum* 449.

813 | 18 Leonis 3. | 2 Michaelis I. Curopalatae. | 45 Caroli I. Magni 13 imp. Occid. | Indict. 6.

Caroli I. Magni. Imp. Occid. an. 13. Michael Imperator, victus à Bulgaris, & à Legionibus contemptui habitus, Imperio se abdicat, electa vita Monastica. Imperat Leo huius nominis quintus, dictus Armenus. *Sigeber. Cedren. Zonar*. sed dissentit aliquantulùm *Theophanes*. inter hæc capta est Adrianopolis à Bulgaris. Theophanes Abbas finem imponit suæ Historiæ: quam *Latinam* fecit Anastasius. *Cedrenus* vult finiuisse in Nicephoro: ac proindè oportebit quæ addita sunt, alterius esse authoris. habetur Græcus Theophanes in regia biblioth. Parisiensi. falsò eam Historiam, quæ Miscella dicitur, ex Theophane aliisque cõpilatam, Theophanis opus esse aliqui sunt arbitrati. ergo consarcinata Miscella est primum à Paulo Diacono, deindè per *Landulphum* Sagacem producta est ad hunc primum qui sequitur Leonis annum, atque ita quæ ex hac Miscella citantur intellige.

Carolus Magnus, Aquisgrani filium Ludouicum coronari fecit Imperatorem: cui ibidem præstitum à Proceribus iuramentum est. *Sigõn. Sigeber. & alii. Baronius*, quinque *recenset* Concilia tunc habita: & eadem *enumerat Sigebertus*. inter hæc concilia sunt Moguntinum & Turonens. Episcoporum electionem vsurpatam à prædecessoribus, pristinę restituit libertati, lata Lege, quam *referunt Sigon. & Baron*.

814 | 19 Leonis 3. | 1 Leonis V. Armeni. | 1 Ludouici I. Pij. | Indict. 7.

Ludouici I. Pii Imp. *Occid. an*. 1. Obiit Carolus Aquisgrani 28 Ianuarii, ætatis anno 72. Princeps verè Magnus, dignus Imperio, & qui rem Christianam auxit armis, pietate, & templis. succedit Imperio Ludouicus, cognomento Pius, *Ado*, R*egino*, *Aimoin*. *Eginhard*. Lothario, filio suo natu maximo, Ludouicus Bauariã: Pipino 2 filio Aquitaniã regẽdã dedit. Leo Imperator orientis, Bulgaros inuadẽtes Cõstãtinopolim, magna clade affectos repulit. *Cedren. Zonar*. Aimoin. *Regino*. euadit Iconoclasta, cõsilio perditorũ monachorũ. Theophanes Historic⁹ exulat: itẽ Nicephor⁹ Patriacha: cui subrogatur Theodorus, homo impurus, rudis, & leuis *lege Barõ*.

815 | 20 Leonis 3. | 2 Leonis V. Armeni. | 2 Ludouici I. Pij | Indict. 8.

Ludouici I. *Pij* Imp. *Occid. an*. 2. Rupta pace inter Ludouicum Imperatorem, & Maurorum Principem in Hispania, redintegratur bellum. A*imoin*. Habdallas pulso tandem fratre, potitur

in Oriente Perside,& summa rerum inter Saracenos. Romani Principes in Leonem conspirant,& supplicio digni iudicantur: ægrotante Leone,villas aliaque incendunt. Bernardus Rex tumultum sedat,& Imperatori Ludouico in causa Leonis, satisfacit. *Sigon. Baron.* in oriente S. Nicetas tandem communionem Pseudopatriarchæ deuitans, mittitur in exilium à Leone. *Baron.*

816 Indict. 9. — 21 Leonis 3. — 3 Leonis 5. Armeni. — 3 Ludouici I. Pij. — I Stephani 5.dicti 4.

Ludouici I. Pii Imp. Occid. an. 3. Mauri in Hispania repetunt pacem cum Ludouico Imperatore. *Aimoin.* Alhaca Cordubæ Rex obiit, Maurorum potentissimus. è filiis nouendecim, succedit Abderagmanus. tamen *Mariana lib.*7.*cap.*12, *notat* annum Christi 821. Leonis persecutio augetur in Theophanem, Stephanum, Cosmam Episcopum Chalcedon. 30 Moniales, & alios. *Baron.* tempore Alfonsi Regis Casti,qui regnare cœpit anno 780,repertum Compostellæ Corpus S. Iacobi Apostoli, à Theodomiro Episcopo.eius quidem translatio,eodem anno,quo passus est,facta in Itiam Flauiam, qui est extremæ Galeciæ locus;& inde in Compostellam,*asseritur, ex Epistola Leonis* 3. Latuit ibi post cladem Hispaniæ ignotum seculis aliquot:& tandem diuino nutu & miraculo repertum. *Mariana lib.*7.*c.*10 *Baron. anno* 816. moritur Leo Papa pridiè Idus Iunii. *Anast.* eius res gestas *narrat hic prolixè Baron.* electus Pontifex post 10 dies ex Diacono Stephanus V. dictus quartus,è Romana familia nobilissima. cùm significasset Ludouico,cupere se cum illo de publicis rebus agere, Rhemis excipitur maximo honore ab Imperatore:quem Pontifex ibidem coronauit. *hæc* T*eganus Treueren.* C*horepiscopus de gestis Ludouici,cap.* 38,*&* 39.

817 Indict. 10. — 1 Paschalis I. — 4 Leonis 5. Armeni. — 4 Ludouici I. Pij.

Ludouici I. *Pij Imperat. Occid. anno* 4. In consessu publico Aquisgrani, Ludouicus Lotharium filium Imperii socium pronuntiat. Pipino Aquitaniam, & Ludouico Bauariam iam ante assignauit. Bernardum Italiæ Regem rebellantem, priuat oculis: qui mox obiit ex vulnere. *Teganus*, *Regino.* Eius Epitaphium *habet Sigon.* eo mortuo Ludouicus Regnum Italiæ per Legatos administrat. vita cessit Stephanus Papa,9, Februar. post biduum eligitur Paschalis inuitus,sed magno omnium consensu, è Monasterio Sancti Stephani eductus.

Aquisgrani habetur Conuentus,vbi inter alia Imperator(quod Sedis Apostolicæ Legatione petebatur)confirmat, quæcumque à prædecessoribus,donata,vel restituta fuerant Romanæ Ecclesiæ.sanxitque,vt electio Romani Pontificis deinceps libera esset. Constitutionem *referunt Sigonius,& Baron. Extatque eius Particula d* 63.*cap. Ego Ludouicus.* Ex quo, Decretum,quod ex Stephano Papa anno 816 *Gratianus ibidem addit,cap. Quia Sancta, meritò Baronio putatur*,aut non sancitum à Stephano, aut non receptum à Ludouico,vel immutatum hoc posteriore Ludouici Statuto.

818 Indict. 11. — 2 Paschalis I. — 5 Leonis 5. Armeni. — 5 Ludouici I. Pii.

Ludouici I. *Pii Imp. Occid. anno* 5. Ludouicus Imperator Britones rebellantes reprimit. *Sigeber.* Aquisgrani multorum Principum audit Legatos. Vbi Siconi Beneuentano Duci pax data. *Sigon.* crescit in Oriente Persecutio Iconomachorum. eos Pontifex anathemate obstringit. Et Catholicos exules Romæ excipit. *Baron.* Scoti aduersus Northumbros victoriam referunt, ostensa illis diuinitus Cruce S. Andreæ;à quo tempore Andream habent Patronum,& Crucem hanc pro insigni. *Lesleus. lib.*5. *in Achaio.*

819 Indict. 12. — 3 Paschalis I. — 6 Leonis V Armeni. — 6 Ludouici I. Pij.

Ludouici. I. *Pii Imp. Occid. an.* 6. Mortua Augusta, Ludouicus vxorem accipit Iuditham è Bauaria. *Teganus.* Slaomirus Abroditorum Rex rebellans, Regno priuatur ab Imperatore. Achaius Scotorum Rex obiit, regnat Conuallus. *Hector. Boet. lib.*10. *Lesleus.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Ludouici Imperatoris Leges, quas *Benedictus Leuita collegit*, *refert ex parte Baronius hoc anno.* inter alia, de consulendo in rebus arduis Summo Pontifice. *lib.7.c.187.* & nullius authoritatis esse, quod cōtra Apostolica Decreta edicitur. *ex eodem Benedicti lib.7.c.265.* Et de non cogendis Synodis sine authoritate Papæ.	
820 *Indict. 13.*	4 *Paschalis*	7 *Leonis V Armeni.*	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. an.*7. Ipsis Christi Natalitiis, Leo Imperator interficitur à coniuratis, quos in eum incitauit Michael Amoriensis: è superiori Phrygia reus Maiestatis, & adhuc in vinculis: qui mox è carcere eductus, salutatur Imperator, dictus Balbus, ὁ τραυλὸς, vir nec Iudæus, nec planè Christianus. *Cedren. Zonar.* Ludouicus Imperator tribus exercitibus in Pannoniam immissis, regionem vastat: & Liudeuitus, quem impetebant, à vicinis populis solus deseritur, *Teganus*, *Aimoin. Sigon.* sub Leone Imperatore, & Iustiniano Venetiarum Duce, Corpus B. Marci Euangelistæ, Saracenis ereptum est; Alexandria Venetias translatum: extructo ibidem insigni templo. sed ne inde vnquam asportaretur, qua parte conditum sit Veneti Proceres ignotum esse curarunt. *Tabulæ Vaticanæ. Baron.* nunc translatū Merciorum Regnum ad Vestsaxones. videtur aliquibus: fortè tamen rectius post aliquot annos, si ad Aluredi tempora hoc referendum est. saltem nunc valde profligatum fuit hoc Regnum. *vide an.* 881.	7 *Ludouici I. Pij.*
821 *Indict. 14.*	5 *Paschalis*	1 *Michaelis I. Balbi.*	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. an.*8, Thomas, dictus Constantinus, ab Orientalibus Legionibus vocatus Imperator, victus occisusque est à Michaele, *Cedren. Zonar.* Ludouicus partitionem Regni filijs factam, firmat Optimatum iuramento. *Sigeb. Aimoin.* Franci iterum vastant Pannoniam. Ceadragon Abroditorum, seu Arboricorum (quæ Regio Barbantorum est) Rex, perduellionis reus, priuatur Regno. Ludouicus substituit Sclaomirum. *Aimoin.* In Hispania obiit Oueti Rex Alfonsus Castus, Æra 859. *ex Roderico: de quo Mariana lib.7.c.*11. regnat Ramirus, Veremundi Regis filius: alii post quatuor annos Castum mortuum narrant: aliqui ad annum 817, id referunt, *ex quodam Paschalis Pontificis Diplomate.* Dosterlegus regnare incipit apud Pictos, mortuo Hungo, *Hector. Boet.* nunc inuentum Corpus Sanctæ Cæciliæ Virginis & Martyris à Paschali Papa, ipsa reuelante, & in Ecclesiam Sanctæ Cæciliæ translatum. *Anastas. Baron.* Theodorus Studitarum præpositus reuocatur ab exilio, anno 7 ab eiectione. laudat ille quidem Michaelem, sed quem putauit Orthodoxum.	8 *Ludouici I. Pij.*
822 *Indict. 15.*	6 *Paschalis*	2 *Michaelis I. Balbi.*	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. an.* 9. Lotharius à patre mittitur in Italiam, coronandus ibidem Rex. Liudeuitus è Pannonia pulsus à Francis, pacem petit. *Sigon.* Ramirus Legionis Rex, & Princeps bellica gloria insignis, Maurorum fregit potentiam; & nunc miraculose reportata victoria, 60 Maurorum millia prostrauit. Calaguris eripitur Mauris. *Roderic.* Historiam narrat, sed de anno dissentit plurimum *Mariana lib.7.c.*13.	9 *Ludouici I.*
823 *Indict. 1.*	7 *Paschalis*	3 *Michaelis I. Balbi.*	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. an.* 10, Lotharius Romæ coronatus à Paschali, redit ad patrem: mox Romæ quidam nobilium perimuntur: & crimen in Paschalem reijcitur apud Imperatorem. Sed missis à Ludouico ad hoc explorandum Legatis, Pontifex vir Sanctus, & miraculis clarus, se iuramento purgat: discitque Imperator, cæsos meruisse mori. *Sigeber. Sigon. Aimoin. Baron.* Ludouicus Ceadragonem iterum Principem dat Abroditis. Liudeuitus in Dalmatia, dolo necatur, fineque accepit bellum Pannonicum. *Sigon. Sigebert. Aimoin.*	10 *Ludouici I. Pij*
824 *Indict. 2.*	1 *Eugenij 2.*	4 *Michaelis I. Balbi.*	*Ludouici I. Pij Imperat. Occid. anno* 11, Normanni, ex Dacia & Noruegia profecti, Hispaniam nunc vexant, & post annum regrediuntur. *Anton. Bemher. Mariana libr. 7. cap.* 14. *Rodericus Sanctius in Ramiro.* Congallo Scotiæ Regi vita functo, succe-	11 *Ludouici I. Pij.*

dit Dongallus: & bellum Scoti Pictis indicunt, nomine Alpini Scoti, cui deberi dicebatur Regnum Pictorum. *Hector Boet. libr.* 10. *Leslaeus.* Odoacer præficitur Flandriæ post obitum patris Englerani. *Chron. Fland.* Dum Michaelis exercitus Duce Cratero male iterum pugnat in Creta aduersus Saracenos, insuli in Saracenorum venit potestatem: vbi vrbem ædificant Candiam, quæ nomen dedit toti Insulæ. *Zonar. & prolixè Cedrenus,* qui hos Saracenos ex Hispania venisse scribit. excessit vita Paschalis Pontifex pridie Idus Maias: post dies quatuor subrogatur Eugenius secundus, tituli Sanctæ Sabinæ Cardinalis, vir *ab Anastasio, & alijs* laudatus. Sed cum adhuc Vrbs dissentionibus agitaretur, missus eo à patre Lotharius, motum sedat sua Constitutione præclara, *quæ extat apud Sigonium anno* 825. Legationem Michaelis ad Ludouicum & summum Pontificem *describit Baron.* 864.

825 Indict. 3 | 2 Eugenij 2 | 5 Michaelis 2. Balbi. — *Ludouici* I. *Pij Imperat. Occid. anno* 12, Bulgari petunt, vt Ludouicus limites statuat Imperii. *Aimoin.* mittuntur à Michaele ad Ludouicum, libri Dionysij de Hierarchia. *Sigeber.* Ludouici filius Ludouicus, renuntiatur Bauariæ Rex. *Auentin.* hoc anno refertur Parisiensis illa, non quidem Synodus, sed Collatio male sana de Imaginibus, quæ Pōtificis supremā licet agnoscat potestatē in Ecclesia, tamen ignoratiōne facti turpiter errasse in Quæstione de Imaginibus *probatur à Baronio hoc anno. vide an* 1596. De Nauarræ Regni initio *vide annum* 789. eam nunc iterum à Mauris occupatam, cum Suprarbia, *persuasit sibi Franciscus Tarapha*: dissentit Vasæus, Interregnum notans quatuor annorum; quem *sequitur Genebrardus ad initia Paschalis Papæ.* — 12 Ludouici I. Pij.

826 Indict. 4 | 3 Eugenij 2 | 6 Michaelis 2. Balbi — *Ludouici* I. *Pij Imperat. Occid. anno* 13. Habetur Romæ Synodus 63 Episcoporum. dedit Canones 38. quos *refert Baron. hoc anno*, quod hactenus in lucem non prodijssent. Danorum Rex Herialdus, vna cum vxore, & Danis non paucis, baptizatur Moguntiæ. hanc Danorum (qui & Normanni dicuntur) conuersionem ad Christiana sacra, *notauit Baronius hoc anno & Sigeber.* die vndecima Nouembr. diem clausit Theodorus Studitarum Præpositus; vir insignis virtutis & literaturæ. *Baronius.* — 13 Ludouici I. Pij.

827 Indict. 5 | 1 Valentini | 7 Michaelis 2. Balbi — *Ludouici* I. *Pij Imper. Occid. ann.* 14. Angelo Patriciaco vita functo, substituitur filius Iustinianus patriciacus, Venetiæ Dux. *Blondus, Sabel.* Bulgari pannoniam inuadunt, & Slauinorum regionem occupant. *Aimoin. lib.* 4 *cap* 115. Ptolemæi Almagestum in linguam Arabicam verti fecit Maymon Saracenorum Princeps, anno Hegiræ 812. *Scaliger.* obijt Eugenius Papa 11 August. *Anastas.* succedit statim electus Valentinus, multum renitens. Sedit diebus 30. vir sanctus. eo mortuo creatur post triduum Gregorius huius nominis quartus, etiam inuitus, ex Presbytero Cardinali. idque 8 Kal. Octobr. cum sedes triduo vacasset. — 14 Ludouici I. Pij.

828 Indict. 6. | 1 Gregorij 4 | 8 Michaelis 2. Balbi — *Ludouici* I. *Pij Imp. Occid. an.* 15. Classis Ludouici Imperatoris è Corsica in Africam traijciens, ingentem Mauris intulit stragem & metum, Duce Bonifacio Comite. *Aimoin. Sigeber. Sigon.* hac arte coguntur Saraceni è Sicilia in Africam redire. finem nunc accepit in Anglia omnino Regnum Northumbrorum: quod Egbertus Saxonum Occidentalium Rex occupat. *Polydorus libr.* 4. *vide an* 795. & *Præfationem ad an.* 449. Christianos in Hispania mirè affligunt Mauri: quam Persecutionem, & multorum Martyria *narrat Mariana lib.* 7. *c.* 1); sed longè aliam à nostra, temporum rationem secutus. Ramirus Rex Legionensis Oueti defunctus est Æra 866. *ex Roderico.* Ordonius filius regium nomen suscepit. eius victoriam aduersus Mauros, & res gestas *narrat Mariana lib.* 7. *c.* 16. Moritur Nicephorus Episcopus Constanti- — 15 Ludouici I. Pij.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fra.
			tinopolitanus anno exliij 14 celebris memoriæ tertio Idus Maij. *Baron.* Hic ille est de quo supra ad annum 806; & cuius est illa historica epitome, quam anno 1616 Latinam fecit, ac dedit in lucem noster Peruuius notis illustratam. iam vero hic si alius est ab auctore Chronici Græcè nuper editi à Scaligero, quatuor Nicephoros habemus historicos. sanè vnum eundemque vtriusque opusculi esse scriptorem, nondum ab vllo satis probatum est.	
829 Indict. 7.	2 Gregorij 4	9 Michaelis 2. Balbi.	*Ludouici* I. *Pij Imp. Occid. ann.* 16. Diem clausit in Oriente Michael Balbus Imperator mense Octobri, inchoata Indictione 8. Imperat filius Theophilus. Balbi mores & deliria *habet ad hunc annum Baronius.* habet hic annus initia conspirationis in Ludouicum Imperatorem, qui anno 827, quosdam Duces, quod socorditer aduersus Bulgaros & Mauros egissent, redegit in ordinem: & filio Lothario in Italiam amandato, Bernardum Comitem Barcinonensem, ex Hispania vocatum, fecit cubiculi præfectum: quæ res Principi pepererunt odium importunissimum. *Aimoin. libr* 4. Gregorius Ostia Tiberina munit contra Mauros, Siciliam inuadentes, & Gregorianopolin appellat. *Anastasius. Sigebertus.*	16 Ludouici I. Pij
830 Indict. 8.	3 Gregorij 4	1 Theophili.	*Ludouici* I. *Pij Imp. Occid. an.* 17. Res Orientis *deinceps narrat Ioannes Curopalata*, inde Historiam inchoans, vbi desiit *Theophanes.* nempe à morte Nicephori Principis (vt aliqui explicant supra ad an 813,) vsque ad Isaacium Comnenum, & annum 1057. *Hic Historicus, & Zonaras narrant* Theophili Imperatoris Iconomachi Barbaricam Persecutionem. Habet sequens quinquennium Occidentalis Imperij intestinas dissentiones, ex filiorum culpa sub optimo patre natas: quibus occasionem dederunt Iudithæ Reginæ studia, licentiaque, Bernardi promotio; Duces in ordinem redacti; & non satis prudentes aliquot Episcopi. Cæterùm hoc anno Pipinus ex Aquitania exercitum ducit: quam tamen procellam ope Germanorum depulit nunc quidem Imperator; data conspiratoribus venia. *Aimoin. Annales, Sigon. Baron.*	17 Ludouici I. Pij.
831 Indict. 9.	4 Gregorij 4	2 Theophil	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. anno* 18. In Gallia, restituto Bernardo, Pipinus iterum turbat pacem. *Aimoin.* ad has Galliæ tragœdias, sequuta est in Nauarram excursio, facta à Mauris. Dongallus Scotiæ Rex moritur, inchoato iam in Pictos bello. succedit Alpinus: qui Pictos debellat, occiso eorum Rege. *Hector Boet. Leslæus lib.* 5.	18 Ludouici I. Pij
832 Indict. 10	5 Gregorij 4	3 Theophili.	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. anno* 19. Occupatur Ludouicus Imperator, in componendis Aquitaniæ motibus, & reprimendo Pipino, qui è custodia Treueris euasit. *Sigon. Aimoin.* varia à Mauris, & aliis iacta Regnorum initia in Hispania, ab anno 714. *vide* 759. verum nunc duo tantùm eminebant, vnum Cordubense, & Mauricum; alterum Legionense, & Christianum. quo tempore, *narrant Hispanici Historici*, Muzam, multis occupatis ciuitatibus, tertium se Regem nominasse: sed breui oppressus est de anno certant Historici. *Mariana lib.* 7 *cap.* 16. de Oueto, *vide anno* 753. de Regno posteà. Pergit Theophilus maiores suos crudelitate superare. *Baron.*	19 Ludouici I. Pij
833 Indict. 11.	6 Gregorij 4	4 Theophili.	*Ludouici I. Pij Imperat. Occid. anno* 20. Theophilo Imperatori nascitur filius Michael, à natiuitatis loco dictus Porphyrogenitus. conspirantibus iterùm filiis, simulque Episcopis, Ludouicus cogitur Imperio se abdicare, & suasu Episcoporum male sano recluditur in Monasterio Suessionensi S. Medardi. *Aimoin. Annal. Sigon. Æmil. Baron.* Calumnia fuit Gregorium Papam filiis fauisse. venit ille in Galliam, vt pacem componeret, re infectâ	20 Ludouici I. Pij

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			mœrens discessit, *vt ait Author Appendicis ad Aimoinum*. Decretum Episcoporum de abrogando patre rescidit. *Aemil.* Multa passus posteà est à Lothario. *Sigon.* A*Emil. Baronius & alij.*	
834 *Indict. 12*	7 *Gregorij 4*	5 *Theophili.*	*Ludouici* I. *Pij. Imp. Occid. anno* 21. Franci, Aquitani, Burgundi, & Germani Proceres, rei indignitate permoti, sumptis armis, Ludouicum libertati, & Imperio restituunt. ille filios Ludouicum, & Pipinum venia donat. Lotharius, qui clade Cabilonensium publicam hanc lætitiam solus turbauit, tandem ipse à patre recipitur in gratiam. *Authores anno* 833 *citati.* Theophanes, & Theodorus (non ille Studita) notis compuncti sunt, iubĕte Theophilo Imperatore: & sanctus Methodius in insulam relegatur. *Cedren.*	21 *Ludouici. I. Pij*
835 *Indict. 13*	8 *Gregorij 4*	6 *Theophili.*	*Ludouici I. Pij. Imp. Occid. anno* 22. In Theodonis villa (*Theonuille*) habito Episcoporum & aliorum Conuentu, duo Episcopi, à quibus damnatus fuit Imperator, dignitate nudantur: plures in Italiam aufugerunt. *Sigon. Baron.* Mortuo Theodoto Patriarcha Constantinopolitano Iconomacho, subrogatur Ioannes huius nominis sextus, Iconoclasta, & Theophili Pædagogus. Festum omnium Sanctorum, celebrari cœptum in Gallia & Germania, Kalendis Nouembris, monente Gregorio. *Sigeb. Baron.* Dani, & Normanni Holandiam, Frisiam, & Flandriam pessimè vexant, tandem ab exercitu Ludouici Imperatoris repulsi, *Annales.* Alpinus Scotiæ Rex captus occiditur à Pictis, apud Deidonum: successit Kennetus filius. *Hector Boet. Leslæus.* Egbertus Occidentalium Saxonum Rex, excepto Scotorum Regno, hactenus variis Britanniæ Prouinciis potitus, Angliam eas iam nominari fecit. *Polydor.* quo etiam tempore Danos repulit. *Lege Polyd. initio lib.* 5 narrantem, quibus bellis Heptarchia Britanniæ, in iura Egberti Monarchiam meditantis, cœperit reduci.	22 *Ludouici I. Pij.*
836 *Indict. 14*	9 *Gregorij 4*	7 *Theophili.*	*Ludouici I. Pij Imperat. Occid. anno* 23. Lotharius, inuadens Bona Romanæ Ecclesiæ, cogitur à patre Imperatore cœpto desistere. Conspiratores in Ludouicum venia prius donati, nuncià Deo puniuntur: quos pestis extinxit. Normanni, vexata per incursionem Frisia: regrediuntur in patriam. *Baron. & author Vitæ Ludouici:* Ioannes Venetorum Dux exulat in Gallia: Carosio hanc dignitatem inuadenti, effodiuntur oculi. *Sabel.* Conuentus hoc anno Episcoporum *refert Baronius* habitos, tum Aquisgrani, tum Lugduni, iubente Imperatore. actum de his, quæ ad Episcopos pertinebant, ad alios Clericos, & demùm ad ipsum Imperatorem.	23 *Ludouici I. Pij*
837 *Indict. 15*	10 *Gregorij 4*	8 *Theophili.*	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. an.* 24. In Flandria moritur Odoacer: succedit illi in Præfectura filius Balduinus, cognomento Ferreus, qui posteà primus Flandriæ Comes futurus est. *Chron. Fland.* post obitum Murmanni in minori Britannia, datus illi Prouinciæ Dux ab Imperatore Neomenius. *Regino.* Ordonius Rex Legionensis, post receptas ciuitates à deuictis Mauris, Caurium, & Salmanticam (magnarum rerum initia) defunctus est Oueti, Æra 875, *ex Roderico*, regnat Alfonsus filius, dictus Magnus. historiam *lege apud Marianam lib.* 7. *c.* 16, 17, 18, *&* 19.	24 *Ludouici I. Pij*
838 *Indict. 1.*	11 *Gregorij 4*	9 *Theophili.*	*Ludouici* I. *Pij Imper. Occid. ann.* 25. Obiit Pipinus, Aquitaniæ princeps. Ludouicus Imper. qui anno præcedente Carolo dedit Neustriam: (*Marianus Scotus, & Auentinus* Burgundiam, & Rhetiam vocant, rectiùs Gallia est à Parisiis & Aurelianensibus, inter Sequanam, & Ligerim, ad mare Oceanum excurrens) nunc ei adiungit Aquitaniam. reliquum Imperium dat Lotha-	25 *Ludouici I. I*

rio. Ludouicus filius acceperat Bauariæ Regnum. *Aimoin. Auentin. Chron. Pith[illegible], & alij*, nihil de Pipino puero, Pipini Principis filio. Dux apud Venetos constituitur Petrus Tradonius, subrogatus Ioanni exuli vitâ functo. Theophilus Duce Manuele, viro bellicis artibus insigni, vincit Saracenos. *Cedren. Zonar.* captiui ducti ad 25 millia. Moritur Egbertus Anglorum & Saxonum Occidentalium Rex, aucto iam, vt dixi, Regno, & Danis repulsis: succedit Etheluolfus, qui incursantes iterúm Danos vicit, ac repulit. *Polydor. lib. 5. sub initium, Malmesber.*

839 | 12 *Gregorij 4* | 10 *Theophili* | *Indict. 2.* | 26 *Ludouici I. Pij.*
Ludouici I. Pij. Imper. Occid. anno 26. Theophilus nouâ expeditione Syriam vastat, capta Sosopetra Principis Saracenorum regia vrbe. *Cedren, Zonar.* Ludouicus Imperator, Ludouicum filium, Bauariæ Regem, inuadētem Germaniam vlterà Rhenum, compescit armis: & iuniorem Pipinum, ad patris Regnum aspirantem repellit. *Aimoin. Auentin.* Abdertamen Princeps Maurorum in Hispania nunc obiisse putatur, succedente filio Mahometo. Kennethus Scotiæ Rex Pictos vincit ad Steraglinum: & captis vrbibus, præsidia imponit. *Hector Boet. refert Baronius* Epistolam Gregorij ad Episcopos Galliæ & Germaniæ: qui non locum habebant nunc contentionem. ibi aliqua de Appellatione ad Papam.

840 | 13 *Gregorij 4* | 11 *Theophili.* | *Indict. 3.* | 27 *Ludouici I. Pij.*
Ludouici I. Imperat. Occid. anno 27. Ludouicum iterúm res nouas in Germania molientem, pater ducto exercitu in fugam compulit. morbo correptus Imperator, misit ad Lotharium filium Imperialia insignia. sanctè diem clausit Princeps verè Pius: sed fortassis indulgentior aliquantulùm. Ex filijs, Ludouicus Germaniam retinere voluit totam vltra Rhenum: Carolus, dictus Caluus Occidentalem suam Galliam, & Aquitaniam. de horum Regnorum nomimibus *lege Aimoin. libro 5, cap. 19.* Picti Othonienses, cæsis Scotorum præsidiis, iterúm rebellant: quos propterea Kennethus Scotiæ Rex, collecto exercitu, occidione deleuit: Camelodunum urbem præcipuam cepit, Regnumque integrum tenuit. *Boet. libro 10. Polydor. Vergil. libro 4 in fine. Leslæus libro 5 in Kennetho, Bucchan. extremo libro quinto.* post hanc victoriam Scotus Transforthanam regionem, citerioresque omnes, etiam Augusiam, & Merniam, sic à duobus fratribus exindè dictas, possedit. Sicardo Principe Beneuentano per tumultum occiso, Capuani & Beneuentani Aldegisum (qui Principatum inuaserat) & Salernum vrbem expugnare aggrediuntur Sicardi filio Siconolfo Principe creato. *Sigon.*

841 | 14 *Gregorij 4* | 12 *Theophili* | *Indict. 4.* | 1 *Caroli 2. Calui.*
Lotharij Imp. Occid. anno 1. Flagrante inter fratres in Gallia bello ciuili, victoriam, sed cruento certamine reportant Ludouicus, & Carolus, qui firmauit sic Regnum à patre sibi relictum. *Guittardus, Æmilius, Sigon.* hac memorabili Francorum Procerum clade, Regni vires attenuatas plurimum, *addit Sigebertus* pugnatum ad pagum Antisiodorensem, *inquit idem Anthor.* Beneuentani adhuc diffidentes; euocant hi ex Africa, illi ex Hispania Saracenos. Barbari Barium oppidum occupant. tenueruntque annis 30, & túm Campaniam Beneuentani Ducis, túm Apuliam & Calabriam Græci Imperatoris Prouincias infestas habuerunt. *Sigonius, Blondus, Anastasius, Chron. Cassinat.*

842 | 15 *Gregorij 4* | 1 *Michaelis 3. Porphyrogeniti.* | *Indict. 5.* | 2 *Caroli 2. Calui.*
Lotharij Imperat. Occid. an. 2. Vitâ functus est Theophilus Imperator Orientis 19 Ianuarij. Imperio succedit filius Michael adolescens, dictus Porphyrogenitus, simul cum matre Theodora: sub quibus imperantibus conuocata Synodo, cultus

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			imaginum restituitur: pellitur Ioannes Patriarcha impius, substituto Methodio: comprobatur Nicena Synodus Oecumenica, *ex Theophane apud Curopalatam*, *& Baron. qui etiam notat ex Gennadio*, Theophilum in morte resipuisse. solennis fuit hæresis huius ista proscriptio. *de qua prolixè Baron.* Zonaras, *Cedren. & Sigon.* Recrudescit in Gallia bellum inter fratres. Sed pulso Lothario, statuitur dies rebus ex arbitrio prudentum componendis. *Guitar.* (*nepos Caroli Magni ex Bertha filia*) *Auentin. Sigeber. Sigon.*	
843 Indict. 6.	16 Gregorij 4	2 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Lotharij Imperat. Occid. anno* 3. Quadraginta Proceres vtrinque delecti, Verduni 26 Martij ita componunt fratrum discordiam. Carolus Caluus Rex Franciæ dictus est, quæ contineretur Oceano, Pyrenæis, Rhodano, Arari, & Mosa quæ ex Vogeso monte (qui diuidit Burgundos à Lotharingis), excurrit in Hollandiam & Oceanum, quanta scilicet nostro seculo est Gallica Monarchia cis Rhodanum. Ludouico cessit Hunnia, & Germania tota vltra Rhenum. Lothario reliquæ opes Imperij, in Italia, Burgundia, & Austrasia, inter Rhenum & Mosam. hic Princeps à se nomen fecit Lotharingiæ, vbi hæsit, Ludouicum filium Italiæ Regem designans. *ita Historici*, *Appendix ad Aimoinum*, *Sigeber. Aemil. Sigon. & alij.* Iconoclastarum calumnia de procaci muliere in Methodium, detegitur. *Baron.* Moritur Gregorius quartus. *Idem.*	3 Caroli 2. Calui
844 Indict. 7.	1 Sergij 2.	3 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Lotharij Imperat. Occid. anno* 4. Quarto Idus Februarij electus Pontifex est Sergius, nominis huius secundus, pulso Ioanne Diacono, violenter Sedem occupare volente. fuit hic Sergius Romanus, patre Sergio. nec ille paternum nomen mutauit, vt aliqui fabulantur. primus Pontificum, qui nomen mutasse dicitur, fuit Sergius tertius. nec id, ob dedecus, sed ob reuerentiam. non est tunc missus à patre Lothario Ludouicus, vt electionem hanc Pontificis confirmaret: quod falsò adiecit Historiæ *Sigebertus*: sed vt coronaretur à Sergio. hoc testantur huius temporis Scriptores, *Ado* ad annum 841, & *Anastasius*: recentiores, *Aemilius*, *Sigon. Baron. & alij.* quorundam quidem suasu, iuuenis hostilia moliri visus est in Romanos. cui proindè aduentanti, si pacatus ades (*inquit Sergius*) patebunt templi fores: sin quid secus, pendet è cœlo in hostem ensis, valuas caue tetigeris. ad quam vocem mutatũ iuuenis animũ, *refert idem Aemilius* & historiã *narrat Sigonius*, affirmãs tunc quoque Imperatoria coronâ insignitum. mox Papiã regreditur. in Gallijs Bernardus, Barcinonensis Comes à Carolo narratur nunc occisus. posteà Comites fuisse ibi hęreditarios volunt Hispanicę Historiæ. Pipinus Iunior, Caroli Calui nepos, profligato Caroli exercitu, Aquitaniam retinuisse putatur, concedente tandem Carolo, *vt habent Acta Concilij Suessionensis*, quando Carolus bello Britannico aduersus Neomenium implicitus detinebatur. *Guitard.*	4 Caroli 2. Calui.
845 Indict. 8.	2 Sergij 2.	4 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Lotharij Imperat. Occid. anno* 5. Theodora, Orientis Augusta: Bulgaros bellum meditantes, traducit tum ad pacem firmandam, tùm ad sacra Christiana recipienda. *Curopalata*, *Baron.* in Concilio Bellouacensi (*Beauuois*) habito, ferè decennio post abdicationem Ebbonis Archiepiscopi Rhemensis; electus est in Præsulem Hincmarus, Monachus Sancti Dionisij Parisiensis. *Frodoardus lib.* 3 *de Eccles. Rhemen. Baron.* nunc quoque habitum Meldense Concilium, (*Meaux*) sed mense Iulio, post incursionem Normannorum in Regnum Caroli, Lutetiam vsque, *vt acta testantur*, incenso ibidẽ Monasterio Sancti Germani.	5 Caroli 2. Calui.
845	3 Sergij 2.	5 Michaelis 3. Porphyrogeniti	*Lotharij Imp. Occid. an.* 6. Carolus ingressus minorem Britan-	6 Caroli 2. Calui

niam, vincit & fugat Neomenium Ducem, qui se Britanniæ Regem dicebat. *Vetus Chron.* Saraceni ex Africa, Romana suburbia Transtiberina deprædantur: Basilicas SS. Petri & Pauli auro & ornamentis spoliant: & post magnam Italiæ illatam cladem, dùm redeunt in Africam, naufragio periisse, *narrant Anastasius in Leone Sergij successore, & Leo Ostiensis in Historia Cassinen. libro 2. cap. 29.* moritur in Oriente Sanctus Ioannicius Anachoreta, ætatis anno 115, 3 Nouemb. *Acta.* Meldensis Synodi Præsules, iterùm nunc Parisiensem Synodum habent; vrgentque, vt Acta Meldensia seruentur. *Acta Meldea. Syn.*

Indict. 9.

847 | 1 Leonis 4. | 6 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | Indict. 10. | 7 Caroli 2. Calui

Lotharij Imp. Occid. an. 7. Theodora Manichæos extirpat. *Cedren.* Normanni iterùm Frisiam depopulantur. *Chron. vet. Franc.* Etheluolfus Anglorum Rex, Romam deuotionis causa peruenit. cum quo Subdiacono, dispensat Leo quartus Regni causâ, vt vxorem ducat. hic partem regni vectigalem fecit Ecclesiæ Romanæ. *Polydor. lib.* 5, vbi ad sit instauratam ab hoc Rege Scholam Anglorum Romæ obiit Sergius Papa pridie Idus Aprilis: substituitur Leo quartus, Romanus. *Anastas.* hic Leo sub Lothario, edicit liberam electionem Romani Pontificis. *extat eius Decretum distinctione 63 cap. 31. Baron.* cum Laici bona Ecclesiastica & iura inuaderent. vt ante Meldis; ita nunc Moguntina Synodus, contra hunc abusum habita est. dicta est prima sub Rabano, viro doctissimo, qui ex Abbate Fuldensi hoc ipso anno, successit ibidem Orthgario Episcopo defuncto. Obijt S. Methodius Patriarcha Constantinopolitanus: successit (*vt ait Curopalata*) Ignatius.

848 | 2 Leonis 4. | 7 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | Indict. 11. | 8 Caroli 2. Calui

Lotharij Imper. Occid. 8 Secunda Synodus Moguntina sub Rabano habetur. *Baron. vetus Chron. Pithæi.* Leo Papa Basiliscum serpentem, & incendium pellit. *Sigon. anno* 847. vrbem nouam condit, ad muniendum templum S. Petri; Leonina dicta est. *Baron. Blond. platina, Sabel.*

849 | 3 Leonis 4 | 8 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | Indict. 12. | 9 Caroli 2. Calui

Lotharij Imper. Occid. 9. Bohemi rebellant Gallorum Imperio minus affecti, & vincuntur à Francorum exercitu. Sed inter victores Duces discordia, causam dedit insigni ibidem Francorum cladi. *Sigeber. Auentin.* Neomenius Dux Britanniæ, dùm Carolus in Aquitania est, Nannetes & Redonas ciuitates euertit. *Vetus Chron.* Aduenantibus iterùm Romam Saracenis ex Africa, Leo muros restaurat, Ostia Tiberina munit, & aduocatis Neapolitanis ac Caietanis classem adornat, quæ ipso Leone præsente & hortatore, Saracenorum classem penitus deleuit. *Blondus, Sabel. Sigon. Baron.* hoc malè retulit *Sigebertus* ad annum. 837.

850 | 4 Leonis 4 | 9 Michaelis 3. Porphyrogeniti | Indict. 13. | 10 Caroli 2. Calui

Lotharij Imp. Occid 10. Neomenius è Britannia minore Turonensem Prouinciam vexans, omniáque iura diuina & humana violans, percussus in capite miraculosè, perijt. *Vetus Chron. Regino.* Carolus ducto in Britanniam exercitu, Erispoium Neomenij filium vincit; non tamen sine suorum clade. circa hunc annum Rex Alfonsus, Lusitaniæ partem receptam à Mauris, concessit Christianis. *Francisc. Tarafa.* sed incertus valdè est rerum hoc seculo gestarum annus, in Hispania Historiam tamen veram de rebus huius Alfonsi, qui Magnus dictus est, *habes apud Marianam lib* 7. *c* 17. *&* 19.

851 | 5 Leonis 4. | 10 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | Indict. 14. | 11 Caroli 2. Calui

Lotharij Imp. Occid. 11. Dum Principes Beneuentani, vocatis in societatem Saracenis, hostilia omnia exercent: Ludouicus Italiæ Rex, collecto exercitu, Saracenos pellit Beneuento vrbe: & Principatus partem vnam, cum expugnatâ urbe dat Adelgiso. alteram, quæ Salernum habebat, Siconolfo. *Leo Ostien. Ado, Sigon.* initium hoc putatur Principatus Salernitani. *Ostien.* Pipini

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Regis Aquitaniæ filius Pipinus minor, cum fratre, pelluntur à Carolo ad vitam Monasticam. *Sigeber. anno* 852. obiere circa hunc annum Lambertus, Comes Nannetensis, & Erispoius Neomenii filius: successit Salomon Britanniæ minoris dictus Rex, sed à Carolo pendens. in anno consignando valde discrepant Historici. *Vetus Chron.* Regino, *Sigeber. & alij.* Normanni, seu Dani, è Cymbrica Chersoneso iterùm egressi, Nannetes, Turones, & alia loca incursionibus vexant, *Sigeber.* 853. Partem Regni concessam nunc ad habitandum, *habent aliqui Annales.* floret Angelonus Monachus Sancti Benedicti, qui scripsit in lib. Regum, & Cantica. Martyres huius anni apud Saracenos, præsertim in Hispania, *dat Baronius.*	
852 Indict. 15.	6 *Leonis 4.*	11 *Michaelis 3 Porphyrogeniti.*	*Lotharij Imp. Occid.* 12. Nunc Leo, Vaticani suburbij muros compleuit, ducta eò Corsorum Colonia. locum à se Leoninam dixit. *Anastasius*, *Platina.* Sardis quoque datus est vicus 30 mil. distans, dictus Sardorum vicus. *Anastas.* Pseudosynodus, auertens à Martyrio, habetur in Hispania, Cordubæ sub Saraceno principe, & miraculosè à Deo improbata. *Baron. n.* 10. Synodus Moguntina 3 habetur sub Rabano. *Idem n.* 24. 25.	12 *Caroli 2 Calui.*
853 *Indict.* 1.	7 *Leonis 4.*	12 *Michaelis 3 Porphyrogeniti.*	*Lotharij Imperat. Occid. anno* 13. Concilium Suessione habetur in Gallia, præsente Carolo Rege: cum enim Hincmarus, Ebbonis Archiepiscopi Rhemensis successor, non reciperet quos Ebbon abdicatus promouerat ad Ordines Ecclesiasticos; conclusit Synodus in horum promotorum damnationem. *Frodoard. in Historia Rhemen. lib.* 3 *cap.* 11. de huius Synodi per Sedem Apostolicam subreptitia confirmatione, & vera postea reprobatione, *lege ad hunc annum Baronium num.* 1. Romæ habetur Concilium sub Leone, adsunt Episcopi 67. Canones 42. actum de morum emendatione. ibidem abdicatus Anastasius Presbyter tit. S. Marcelli, quod diu è sua Ecclesia abfuisset. *Baron. num.* 32. In hūc annū cōiecit fabulā suam *Marianus Scotus* de Papa Ioanne fœmina: nēpe, si Dijs placet, adhuc biennio ante obitum S. Leonis. miror interdùm occupari viros eruditos in hoc figmēto, quod contemnendum esset, confutando. vixit Marianus 200 annis post tempora huius Leonis. nec ante eum, vlli hoc venit in mentem de Romana Ecclesia. confictū fuit idem mendacium, anteà in Ecclesiā Constantinopolitanam, *ex Epistola Leonis noni.* quā tēpore Mariani calumniam, poterāt facilè illius tēporis Schismatici, potentes & armati, excogitasse peruersè in Romanam. nobis, hoc delirium de hac vocatione Sedis reuocasse ad originem, est satis refutasse. *tu lege Anastasium illius temporis Scriptorem, Baronium, Onuphrium, Genebrardum in Benedicto, Remundum Senatorem Burdigalensem, & alios*, qui commentum hoc abundè confutarunt. moritur Hemmo Episcopus Haberensis: & Scriptor. *Vetus Chron. Pithœi.*	13 *Caroli 2. Calui.*
864 *Indict.* 2.	8 *Leonis 4*	13 *Michaelis 3. Porphyrogeniti.*	*Lotharij Imperat. Occid. anno* 14. Normanni, qui à 20 annis Gallias infestabant; nunc in patriam regressi, socios se faciunt ciuilis belli, quod ibi gerebatur: in cuius primo conflictu omnes ceciderunt; & ex sanguine Regio, solus superstes inuentus est, puerulus Siuardus. *Vetus Chron. Pithœi.* Leo Papa Centumcellas, oppidum euersum à Saracenis, commodiore loco restitutum vocat Leopolin. *Anastas.* Sicilia, quæ adhuc ad Græcum Imperatorem pertinebat, primas causas Ecclesiasticas deferebat ad Constantinopolitanum Patriarcham, vbi ab Ignatio Patriarcha damnatus Gregorius Syracusanus Episcopus, magnum Schisma posteà excitauit. *Baron.* Michael Imperator matri & monitoribus asper, pessimos induit mores.	14 *Caroli 2. Calui.*

Christi.	Pont.	Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
855 Indict. 3.	9 Leonis 4. 1 Benedicti 3.	14 Michaelis 3 Porphyrogeniti.	*Lotharij Imp. Occid. an,*15. Lotharius Senior, post electam vitam Monasticam breui moritur: filius Ludouicus manet Imperator Romanus, & Rex Italiæ. Carolus frater Burgundiam accipit, dictam Transiuranam, Alpes, Prouinciam, & Delphinatum. Lotharius tertius frater, Burgundiæ Comitatum (*la Franche Comtè*) & reliquum, quod patris erat, Auastrasiæ Regnum cis Rhenum. *Ado, Regino, vetus Chron* Kennethus Scotiæ Rex obijt Regni anno 20, quod optimis legibus, & amplissimis victorijs stabiliuit, & auxit. *Hector Boet. Leslaus.* habetur hoc anno in Gallia, mense Ianuario, Synodus Valentina, contra Gothescalchi Scoti errores, de Prædestinatione, & Iustificatione: decernit Synodus seruanda esse Conciliorum Africani & Arausicani Decreta: Episcopos nominatos à Regibus esse examinandos: & vetita esse duella. *Acta, Baronius num.*1. Moritur Leo 16 Kalend. Augusti. *Anastas.* statim electus est Benedictus, Romanus Presbyter tituli Callisti. obtruditur quidam Anastasius, vir pessimus: artibus, vt aiunt, Imperatoris Ludouici: sed repulsus à Clero & populo.	15 Caroli 2. Calui
856 Indict. 4.	2 Benedicti 3.	15 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. ann.* 1. Michael Imperator, cùm iam adoleuisset, Theodoram matrem ab Imperij administratione repulit, relegatam in Monasterium; & occisis viris optimis, in vitia prorumpit. *Cedrenus. Michael Glycas, Zonar.* Ludouicus Germaniæ Rex Dalmatas subiugat, redditq; tributarios. *Auentin. vetus Chron.* floret Nogerus, Episcopus Leodiensis. *Trithem.* moritur Rabanus Archiepiscopus Moguntinus. *Chron Pithæi.* Rex Lazorum trans mare Caspium, visitat Limina Apostolorum Romæ. *Anastas.*	16 Caroli 2. Calui.
857 Indict. 5.	3 Benedicti 3.	16 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici II. Imp. Occid. an.* 2. vita functus est Etheluolphus Angliæ Rex: Regno successit Ethelbaldus filius: sed hoc Rege post paucos mẽses mortuo, Regnũ accepit eius filius Ethelbertus. *Histor. Anglorum, Polyd. lib.* 5. *Baron.* vxor defuncti Etheluolphi Iudith, filia Caroli Calui, abducta à Balduino Flandriæ Comite, tandem consentiente Carolo mansit illi vxor; concesso Flandriæ Comitatu, titulo dotis, sed Feudali. *Annales Franciæ, & Chronicon Flãdriæ Marchantius lib.* 1, *in Balduino* 1.	17 Caroli 2. Calui.
885 Indict. 6.	1 Nicolai I.	17 Michaelis 3 Porphyrogeniti	*Ludouici* 2. *Imp Occid. an.* 3. Carolus Senioris Lotharij filius, Rex Burgundiæ, & Prouinciæ, nunc diem clausit. *Regino.* Duo fratres Regno succedũt. Ludouicus Prouinciam, Delphinatũ, & Alpes accipit: Lotharius Iunior Burgũdiam. *Æmilius. vide* 855 vita functus est Benedictus Põtifex, 16 Febr. Nicolaus primus Romanus multũ renuens substituitur. *Anast. & Sigon.* qui exhibita illi à Ludouico Cæsare narrant Stratoris obsequia. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus è Sede deturbatur iniustè: subrogatur Photius Laicus, contra Canones, factione Bardæ Patritij. vnd posteà graues Tragœdiæ. *Nicetas in Vita Ignatij. Cedren. Baron.*	18 Caroli 2. Calui.
859 Indict. 7.	2 Nicolai I.	18 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici* 2. *Imp. Occid. an* 4. Ludouicus Germaniæ Rex, anno præcedente inuitatus à plerisq; Galliæ Proceribus Carolo infensis, venit in Gallias armatus, toto penè Regno potitus; nunc partim suasu Episcoporum, partim rebellione Sorabica reuocatur, & Carolo mãsit saluũ ex insperato Regnũ. *vetus Chron. Pithæi* habetur apud Tullũ Synodus; in qua, iterata dãnatione Gothescalchi de prædestinatione, actũ est de pace inter fratres, & proditione Ganelonis, Archiepiscopi Senonũ, qui à Carolo defecerat ad Ludouicũ: huius proditionis nomẽ celebre euasit, *ex libello Caroli de hac re. Vetus Chron. Pithæi, Baron. n.* 17. Michaele Imperatore Theatra sectante, Barda creatus Cæsar, omnia moderatur. *Curopalata.* Idẽ Scholas celebres curat aperiri Constantinopoli, quo tẽpore Psellus florebat, & Metaphrastes, *vt colligit Baron. hæc narrat Cedren*	19 Caroli 2. Calui.

860 | 3 Nicolai I. | 19 Michaelis 3 Porphyrogeniti. | Indict. 8. | 20 Caroli 2 Calu.

Ludouici 2. *Imp. Occid. an.* 5. Picti exules regressi, ope Anglorum, in patriam, primùm quidem vincuntur à Scotis: sed dùm Scotus vagatur liberius, neglectâ militari disciplinâ, insignem referunt Picti victoriam, capto Scotorum Rege Donaldo. Pacis conditio fuit, vt Pictorum esset regio à Cluda amne ad Forthea, & Stiruelingum. Breui mortuo Donaldo, succedit Constantinus Kenneti filius. *Hector Boet. lib.* 10. *Lesleus lib.* 5. *Narrant Francorũ Annales*, Authore Carolo Caluo, floruisse nunc plurimùm in Gallijs, literarum studia. hoc eodem anno plenè firmata pax est inter Francorum Reges, tum fratres, tum nepotes.

861 | 4 Nicolai I. | 20 Michaelis 3 Porphyrogeniti. | Indict. 9. | 21 Caroli 2. Calu.

Ludouici II. *Imp. Occid. an.* 6. Robertus (à quo genus Capetorũ) è nobili Ducum Saxoniæ familia oriundus, nunc constituitur à Carolo Rege Comes, & Rector Galliæ, quæ est à Sequana ad Ligerim cõtra Britones, & Normannos. *Regino.* in Oriẽte Petronas Dux illustri potitur victoria de Amore, duce Saraceno. *Cedren.* in Anglia moritur Ethelbaldus Occidentalium Saxonũ & Anglorũ Rex. eius Regnum deuoluitur ad Ethelberdum fratrẽ. de Regni huius incremẽto *supra dixi.* Constantinopoli in Conciliabulo 318 Episcoporũ, Ignatius reuocatus ab exilio, iniustè abdicatur: præuaricãtur, & subscribũt sentẽtiæ, Legati Apostolici: quã postea Nicolaus Papa renuit confirmare. *Nicet. in Vita Ignat. Barõ. Cedren.* edidit tunc Photius suũ, *vt ipse vocat*, Nomocanonẽ. qui habet Collectionẽ Canonum; Responsiones Pontificum, cum 17 huius Pseudosynodi Canonibus, ad finem Canonum septimæ Synodi. habetur Lateranensis Synodus in causa Ioannis Episcopi Rauen. *Acta apud Anastas. in Nicolao Papa.* huius Archiepiscopi pœnitentiam, & præcepta illi imposita à Pontifice Summo, *refert Baronius nu.* 57. Regnum Moscouitarum nunc putatur exortum, *ita Sigismũdus Herbesten. in Tractatu de Moscouitis, & Martinus Cromer. in Historia Polonica.*

862 | 5 Nicolai I. | 21 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | Indict. 10. | 22 Caroli 2. Calu.

Ludouici II. *Imp. Occid. an.* 7. *Martinus* Cromer. *lib.* 2 *Historiæ Polonicæ*, affirmat hoc tempore regnasse Poloniæ Regem Piastum, (successorem Popieli Iunioris, quem ferunt à muribus deuoratum) sapientem Regni moderatorem: obijsse dicitur ætatis anno 120, regnatum ab eius posteris est vsque ad Casmirum 2. Habetur Synodus Romæ, in qua damnatur Theopaschitarum Hæresis, iterum reuiuiscens. de qua *Nicolaus Epistola* 7. *Baron. numer.* 20.

863 | 6 Nicolai I. | 22 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | Indict. 11. | 23 Caroli 2. Calu.

Ludouici II. *Imp. Occid. ann.* 8. Habita Romæ Synodo, Nicolaus Zachariam Episcopum abdicat, præuaricatorẽ nempe Legatum in causa Ignatij (absente socio Rodoaldo in Gallijs,) & Photium anathemate obstringit. damnatus Photius, in Summum Pontificẽ retorquet Anathema. *Anastas. in Præfatione* 8 *Synod.* Archiepiscopi Guntharius Colonien. & Theutgandus Treueren. qui præfuerunt infami Mentensi Concilio, habito de repellenda Lotharij vxore, Romam missi damnantur, vnà cum Synodo illa, à Nicolao. *Sigeber.* & desperata restitutione, adhærent Photio, & Schismaticis. *Anastas.* quæ fuit occasio Photio, vt Synodum postea moliretur contra Romanum Pontificem. *Anastas. Baron.* Nicolaus Papa Rhotaldum Episcopum Suessionen. restituit, & Hincmarum, nisi pareat, suspensum reddit à functione muneris. *Baronius.*

864 | 7 Nicolai I. | 23 Michaelis 3 Porphyrogeniti. | Indict. 12. | 24 Caroli 2. Cal.

Ludouici II. *Imp. Occid. an.* 9. Carolus, Princeps Aquitaniæ, Calui filius, moritur. *Ado.* Rossi ad Septentrionalem Taurum montem incolentes, classe vexant Pontum Euxinum, Traciamque. *Cedren. Zonar.* de Synodo illa Romæ indicta in causa adulterij Lotharij; de Nicolai cura pro Ecclesiastica disciplina, & Episcoporum plurium naufragio spirituali. *Baron. hoc, & præcedente anno.* Ni-

Anni Christ.	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			colaus in illa Synodo infirmat Metense Concilium, quod Lotharius haberi fecit pro confirmatione suæ turpitudinis, an. 863.	
865 Indict. 13.	8 Nicolai 1.	24 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an* 10. Ludouicus Imperator Saracenos Campaniam Italiæ vastantes compulit in Calabriam, & Bario inclusos cingit obsidione. *Sigon. Leo Ostien.* hic annus est, quo Balduinus pace composita, Comitatum accepit Flandriæ à Carolo. *Chron. Fland. vide an.* 857. Nicolaus euincit restitutionem Rhotaldi Episcopi. Prima, & varia deinceps Canonum collectio, *refertur hic à Baronio*; authoribus, Isidoro, Burchardo, & Gratiano. de Michaelis Legatione Barbarica, & literis blasphemis, ac iniuriarum plenis ad Nicolaum, *scribit ibidem hoc anno Baronius.*	25 Caroli 2. Calui.
866 Indict. 14.	9 Nicolai 1.	25 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an.* 11. Bardam Cæsarem in affectatæ Tyrannidis suspicionem adductum, occidi fecit Michael Imperator, idque primo Aprilis, opera præsertim Basilii Macedonici: quem iussit Cæsarem esse, & coronari 26. Maii. *Cedren.* Petro Venetorum Duce occiso, subrogatur Vrsinus, *Sabel.* Ethelberdo Regi Anglorum vita functo, succedit frater Ethelredus. hic, spatio quinque annorum quibus regnauit, victoriam nouies reportasse dicitur aduersus Danos. *Malmesber.* Bulgari nuper ad Sacra Christiana conuersi, Legatos destinant ad Nicolaum: quos ipse omni ope, & missis Sacerdotibus iuuit. *extant huius Nicolai responsa ad Consultationes Bulgarorum. Baron. Historiam narrat de hac Legatione.* fecit nunc conuocari Nicolaus Suessionensem Synodum, de Clericis ab Hincmaro damnatis. *extat Epistola ad hos Episcopos, quæ est* 46. & qua prius Concilium Suessionense, à Benedicto per subreptionem approbatum, dissoluit. *lege Epistolam & Baron. num.* 48.	26. Caroli 2. Calui.
867 Indict. 15	10 Nicolai 1.	26 Michaelis 3. Porphyrogeniti. 1 Basilij Maced.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an.* 12. Habetur Trecensis Synodus 9 Kal. Nouemb. velut Appendix ad Suessionensem anni superioris. quâ peracta, tandem Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, Nicolao abundè satisfecit: & vicissim Nicolaus ad eundem dedit Epistolam, quæ est 70. *extat apud Baron.* scripta 10 Kal. Nouembr. scil. inchoatâ prima indictione, quæ est historica de causa Photii: continetque Græcorum calumnias in Latinam Ecclesiam refutatas ab eodem Nicolao. pleraque ibidem de Photio inuasore alienæ Sedis, multarum præuaricationum reo; & quem primum in Schismate sectatores Græci authorem habent, dignum tantæ seditionis patronum. hic primus Occidentali Ecclesiæ ad hæresim adscripsit, quòd doceret Spiritum Sanctum etiam à Filio procedere. de qua agens Processione *prolixus esse voluit Baronius ad hunc annum*, ex antiquis Patribus multa decerpens. Michael Basilio Cæsari recta monenti infensus, & necem meditans: ab eodem, ne ipse periret, obtruncatur. *Zonar.* Basilius acclamatus Imp. impedit, ne Anathemata in Nicolaum proferantur à Pseudosynodo: Photium à Sede Patriarchali pellit, Ignatiũ restituit, sanè quòd iam tertiò esset Photius à Nicolao damnatus *(quicquid dicat Schismaticorum fautor Zonaras)* vt testatur ipsemet Imp. Basilius, Epistola ad Nicolaum. *extat. Tom.* 3. *Epist. Decret. pagina* 271. *& refertur à Baronio.* Moritur Nicolaus Idibus Nouembr. laudatissimus Pontifex. Adrianus 2, Romanus, omnium consensu eligitur, 13 Kal. Ian. Anastasius Pontificum Catalogum finit in Nicolao. Normanni hoc anno in finib. Turonum & Pictonum omnia populantur. Dani cum Duce suo ab Anglis vincuntur. *Malmesb.* clades ab Africæ Saracenis illata Dalmatiæ vrbibus, *Cedren. Zonar.*	27 Caroli 2. Calui.

Christ.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
868 Indict. 1.	1 Adriani 2.	2 Basilij I. Macedonis. 1 Constantini 8	*Ludouici* II. *Imp. Occid an.*13. Basilius Imperator, audita quorũdam conspiratione, filios Constantinum & Leonem socios Imperii pronuntiat. *ex Octauæ Synodi Act.* 8; & classe centum nauiũ contra Saracenos in Dalmatiam missã, eos repulit in Calabriam. aduersus quos Ludouicus Imp. Lotharium fratrem vocat, ad opem ferendam. (*de quo ad an.* 855) quam ille libenter tulit, receptis aliquot oppidis anteà occupatis à Saracenis. *Sigon.* Interim acta causa Photii Romæ est, missis ab Imperatore Basilio Legatis. vbi Conciliabulum Photii damnatur, & exusti eius libri: duos enim scripserat blasphemos; vnum in Nicolaum, alterum in Ignatium. A*nastas. &* Baron. *anno hoc eodem, & præcedente.*	28 Caroli 2. Calui.
869 Indict. 2.	2 Adriani 2.	3 Basilij I. Macedonis.	*Ludouici II. Imp. Occid ann.*14. Missæ in Calabriam à Basilio 300 naues, quæ se iungerent Ludouico; ac si tandem 4 obsidionis anno Barium oppidum receptum, & subuersum est. *Cedren. Sigon.* Lotharii militibus morbo consumptis, dum ipse data fide de recipienda vxore, absolutus à Papa domum regreditur, obiit Placentiæ 7. Augusti. A*nnal. Regino, Sigon.* Carolus, Lotharii nepotis Regnum occupat. interdicit Papa Carolo, ne Regnum, Ludouico Lotharii fratri debitum, inuadat. Sed antequam hæc Legatio perueniret ad Carolum, Episcopi in Metensi Concilio, pridiè Idus Septembris, decreuerunt regni coronam Carolo, quam ideò prædatoriam Synodum dictam, *scribit* B*aronius nu.* 100. quòd Regnum legitimo hæredi abstulisset. interim ille Papam placare studet. *ex* A*imoin. lib.* 5 *c.* 24. Cum peruenissent Adriani Legati Constantinopolim, celebratur Concilium octauum Generale, mense Octobri, præsente Imperatore, & Ignatio Patriarcha. *lege* B*aron.* hic recepti sunt lapsi pœnitentes. Photius impœnitens vocatus, & damnatus. eius libri in Nicolaum, & Ignatium exusti. demùm Anathema dictum in Iconomachos. ad has octo Synodi Actiones, additæ sunt anno sequenti nona, & decima. Canones 27 *recitat* B*aron.* quorum 21 est de honore Sedis Apostolicæ. Cæterùm hodiè à Græcis ignoratur vera octaua Synodus: & eius loco spuriam illam Photianam substituunt. nec defuit, qui Synodum Florentinam somniaret esse Octauam.	29 Caroli 2. Calui.
870 Indict. 3.	3 Adriani 2.	4 Basilij I. Macedonis.	*Ludouici II. Imp. Occid. an.*15. Carolus Caluus, & Ludouicus Germaniæ Rex, fratres, diuidunt inter se Lotharii Regnum, 28 Iulii. Ludouico data est vlterior Lotharingia: citerior Carolo, cum Burgundiæ Comitatu, Delphinatu, & Prouincia. A*imoin. lib.* 5 *c.*26, *Regino, Sigon. Baron.* Carolus expulit reluctantem sibi Gerardum, qui putatur fuisse Roscillioneus ille, à quibusdam celebratus, & prorex nomine Ludouici Imperatoris in illis Prouinciis. de offensione nata inter Adrianum, & Carolum, ob Lotharii Regnum, & de Hincmari Senioris, & Iunioris, Episcoporum graui dissidio, *prolixè hic* B*aron. ex* A*imoino lib.* 5. *& aliis.* Saraceni Anconam captam incendunt: sed à Duce Veneto profligati, perierunt. *Sabel. Blond.* qui narrat hoc primùm anno Græcos recepisse vsum campanorum ænearum in templis; quas dono miserat Veneti ad Imperatorem. Dani inuadentes Angliam, grauissimam Regno intulerunt cladem: hoc verò anno, post necem Edmundi Martyris, possident Prouinciam Orientalium Anglorum. *Malmesber. lib.* 2. *c.* 4. *refert hoc anno Baron.* Photium, Basilio Imperatore iubente, exulasse.	30 Caroli 2. Calui.
871 Indict. 4.	4 Adriani 2.	5 Basilij I. Macedonis.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an.*16. Ludouicus iterùm ab Adriano coronatur Imperator, rebus Campaniæ compositis. B*aronius* interpretatur coronatum successorem fratris Lotharii. Ludouicus ab Adelgiso deceptus, cogitur iurare, nunquam se Beneuẽti fines intraturum. S*igon.* hanc historiam variè narrant Scriptores. Basi-	31 Caroli 2. Calui.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES. 415	Reg. Fran.
			lius in Oriente vincit Manichæos. *Cedren.*	
872 Indict. 5.	5 *Adriani 2.*	6 *Basilij I. Macedonis.*	*Ludouici* II. *Imp. Occid. ann.* 17. Missus à Ludouico Germaniæ Rege exercitus in rebellantem Morauiam, primùm vincitur, deindè nobilem reportat victoriam. *Auentin. Annal. Franc.* Victi à Ludouico Imperatore Saraceni, fugiunt primùm in Calabriam; mox in Africam. *Leo Ostiensis, Sigon.* Basilius vincit in Oriente Saracenos. *Cedren. Zonar.* Ethelfredus Angliæ Rex Danos prosternit: sed accepto vulnere ipse moriens, successorem fratrem relinquit Aluredum, *Malmesber. Polyd. lib* 5. vita nunc cessit Adrianus Papa, Kalend. Nouembris. succedit Ioannes Papa Octauus, idq; 14 Decembr. *Aimoin. lib. 5. c.* 29. hic, quod nulli contigit Pontifici, tres coronauit Imperatores.	32 *Caroli 2. Calui.*
873 Indict. 6.	1 *Ioannis 8.*	7 *Basilij I. Macedonis.*	*Ludouici.* II. *Imp. Occid. an.* 18 Carolus Franciæ Rex iacturam nunc fecit duorum filiorũ, Caroli, & Carlomanni. *Aimoin. Annal. Franc.* Adelgisus Beneuentanus ab exercitu Ludouici Imperatoris pulsus, fugit in Corsicam. *Sigon.* Dani plures iterùm Angliam inuadentes; aliquot occupant Prouincias, Duce Agnero. Eodemque anno in Scotiam irrumpentes, Constantinum Regem acie occiderunt: cui successit Ethus post Danorum discessum. *Hector. Boet. libro decimo, Leslæus libro quinto*, in Constantino.	33 *Caroli 2. Calui.*
874 Indic. 7	2 *Ioannis 8.*	8 *Basilij I. Macedonis.*	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an.* 19. Normanni per Ligerim Andegauenses depopulantur: capta, sed mox reddita ciuitate. *Aimoin. Regino.* Adelgisus recipit Principatum Beneuentanum, regressus è Corsica & moriens Ioannem reliquit successorem. *Sigon. non regnat, quem ratio non regit*, dixit hoc tempore quidam Regi Mahometo Cordubensi, præclarè Philosophatus de morte. *Roderic. Sanctius in Alfonso Magno c.* 12.	34 *Caroli 2. Calui.*
875 Indict. 8.	3 *Ioannis 8.*	9 *Basilij I. Macedonis.*	*Ludouici* II. *Imp. Occid an.* 20. Ludouicus Imperator, Italiæ Rex, Lotharii filius, moritur Mediolani, mense Augusto, laudatus Princeps. *Regino.* vide annum 855. Carolus Caluus Romam repente aduenit, & à Ioanne Papa, 25 Decembr. die, coronatur Imperator, inchoata Indictione 9. Ludouicus Germaniæ Rex, Italiam Galliamque inuadens, quà donis & arte, quà armis repulsus est. Ex *Chronico anonymo, & Aimoino lib 5 c.* 32. *Sigon.* Engilberga Augusta Monasticam vitam eligit, *Sigon. Baron.*	35 *Caroli 2. Calui.*
876 Indict. 9.	4 *Ioannis 8*	10 *Basilij I. Macedonis.*	*Annus hic Carolo* II. *Caluo est Regni 36. idemque Imperii Occid. primus:* quo Papa in Concilio, Ticini habito, Imperium Carolo collatum iterum confirmat. *Baronius*, Ioannis Papæ factum hoc minus probat. Moritur Francofurti Kal. Septemb. Ludouicus Rex Germaniæ. vide an. 840. & 843. Vincit filiorum exercitus Caroli exercitũ: inuadebat enim defuncti fratris sui Regnũ. tres filii Ludouici huius demortui Regnum partiti sunt: Carlomãno, natu maximo, Baioaria euenit, Pannonia item, Carantanum, Bohemia, & Morauia: Ludouico Franconia, Thuringia, Saxonia, & Frisia, cùm parte Lotharingiæ: Carolo Crasso Alemannia, & altera Lotharingia. *Annal. Sigon. qui addit*, ab hoc tẽpore titulũ Imperatoris fuisse Pontificis Beneficium: & annos Imperii tantùm à consecratione Pontificia repetitos. Normãni hoc etiam anno Gallias infestant. *Annal. Aimoin. Regino.* & Dani Angliã. *Polydor. l.* 5.	36 *Caroli 2. Calui.*
877 Indict. 10.	5 *Ioannis 8.*	11 *Basilij I. Macedonis.*	*Caroli* II. *Calui Imp. Occid. an.* 2. Habetur Romæ Synodus, in qua cõfirmantur quæ in Gallia an. 876, acta sunt ad Pontigonem, de Imperio Caroli. *Aimoin lib. 5. c.* 33. Carolus Imperator, Ludouici Pii filius, rogatu Pontificis, & conseruandi Imperii studio impulsus, peruenit in Italiã; vbi Hebræi Medici dolo extinctus est, pridie nonas Octobr. *Aemil. Sigon. Baron.* succedit Ludouicus filius, natu maximus, dictus Balbus, Rhemis octauo Decembris accepta corona, & Regni, & Imperii. *Appendix ad Aimoin. & alii.* Doci-	37 *Caroli 2. Calui.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			bilis Dux Caietanus init fœdus cum Saracenis: quibus Garilianũ arcem in finibus Campaniæ concessit: quam illi 40 annis tenuerunt. *Leo Ostiensis, Sigon.* Ethus Scotiæ Rex, à paternis virtutibus multùm degener, tandem à suis Regno priuatur, & in carcerem conijcitur, substituto in eius locum Gregorio Rege laudato, Dõgaldi Regis filio. *Hector Boet. lib.* 10. *Lesleus lib.* 5. Papa vexationem à Saracenis illatam cogitur redimere tributo annuo. *Ioannes Epistola* 89. *ad Carloman.* hi tumultus indictum Rauennæ à Pontifice Concilium impediuerunt. *Baron.*	
878 *Indict.* 11.	6 *Ioannis* 8.	12 *Basilij* 1. *Macedonis.*	*Ludouici* III. *Balbi Imp. Occid. an.* 1. *Euincit Sigonius* ex veteribus Diplomatis, Carlomannum, nomine saltem tenuisse Italiæ Regnum per triennium à morte Calui. Lambertus Spoletanus Comes cum coniuratis Romam occupant. fugit in Galliam Pontifex, vbi septimo Septembris Ludouico Imperii coronam imposuit: regressus Romam, ductore Bosono Principe, inimicos primo Nouemb. diffugisse reperit. interim Baldus, patrueles Ludouicum, & Carolum Crassum, ad pacem constituendam induxit. *Sigon. Appendix ad Aimoin. lib.* 5. *capit.* 38. *Regino.* de Trecensi Synodo, cui interfuit Pontifex, celebrata mense Augusto, & in qua Anathemate obstrictus fuit cum suis Lambertus Comes; *lege Baron. nu* 5. Ad hunc annum Trecensis Concilii, Ado, Viennẽsis Archiepiscopus, Chronicon perduxit. Idem, author extitit Martyrologii: dies eius Natalis celebratur 16 Decembris. Oxoniensis Academia fundata, *inquit Trithem.* ab Aluredo Anglorum Rege, non iam quidem, sed Christi anno 895 erecta est, *ex Polyd. lib* 5 *in fine.* Constantinopoli obiit Ignatius Patriarcha. Photius pessimus artibus Sedi restituitur ab Imperatore. Basilius Imperator Cæsaream Cappadociæ, pulsis Saracenis, recuperat.	1 *Ludouici* 3. *Balbi* & 1 *eius nominis Imp.*
879 *Indict.* 12.	7 *Ioannis* 8.	13 *Basilij* 1. *Macedonis.*	*Interregnum in Imp. Occid.* Excessit vita Ludouicus Balbus Imperator, Cõpendii 10 Aprilis. Ludouicus & Carlomannus Balbi filii (quos *Tilius* nothos vocat) Reges Francorum consecrati ab Episcopis, post aliquot Procerum tumultus. Boso Princeps, Burgundiam occupans, ibidem se Regem coronari iussit, 15 Octobr. hunc Ioannes Papa adoptauerat, qui res mundanas curaret: quò sic Pontifex, vt ipse scribit, posset liberiùs vacare rebus diuinis. Balbo ex alia vxore natus Carolus posthumus, dictus postea Simplex. *vide an* 855. Vacat aliquandiu Imperiũ Occid. nec qui posteà Imperio successit Carolus Crassus, annos Imperii numerat, nisi à Coronatione. in quo Principe trãslatũ est Imperiũ à Frãcis Occidẽtalibus, ad Oriẽtales Frãcos. *Aimoin. Regin. Annal.* Hastingus Danorum princeps, cum suis ex Anglia nunc pulsus. Balduino Flandriæ Comiti, huius nominis primo, succedit filius Balduinus, dictus Caluus, Iudithæ filius, à Carolo Caluo Cæsare, auo materno hoc nomen potissimũ cõsecutus. *Marchan. Chron. Fland.* ob Photiũ Cõstãtinopoli restitutũ, male audiuit Ioannes Papa: quod *prolixè ad hunc annum narrat Baronius*: falsatas tamen à Photio Papæ literas, & calũniam, de Octaua Synodo à Ioanne reprobata, *idem author ostẽdit.*	1 *Ludouici* 3. & *Carlomãni, Fratrum.*
880 *Indict.* 13.	8 *Ioannis* 8.	14 *Basilij* 1. *Macedonis.*	*Interregnum in Imp. Occid. Cedrenus narrat,* Basilium Imperatorem potitum insigni victoriâ contra Saracenos. *meminit quoque Baron.* qui Photianam Synodum, non nisi sub cautela probatam ostendit à Ioanne Papa. habet hic annus mortem Carlomanni Regis Bauariæ, atque Italiæ 22 Martii, sine liberis ex legitimo matrimonio vllis. *vide an.* 876. Ludouicus frater, Rex Lotharingiæ, se Regem Baioariæ fecit salutari; Carolus verò Crassus de Italia sibi retinenda cogitat; (de his Principibus *vide an.* 876. & 855) benignè ibi exceptus, Regni Insignia accepit ab Archiepiscopo: tandem Romæ in ipsis Christi Natalitiis Imperator à Pontifice	2 *Ludouici* 3. & *Carlomãni, Fratrum.*

			coronatur, cùm se Ecclesiam defensurum promisisset. duo illi Galliarum Reges & fratres, *de quibus ab an.* 879, fœdus ineunt cũ Germaniæ Regibus, Ludouico, & Carolo (*vide an.* 876.) ac primùm iunctis armis Lotharingiam pacant, mox contra Bosonem Matisconensi victoria potiuntur. *Regino, Aimoin.*	
881 *Indict.* 14.	9 *Ioannis* 8.	15 *Basilij I. Macedonis.*	*Caroli* III. *Crassi Imp. Occid. an.* 1. Ludouicus Franciæ Rex alter, relicto fratre Carlomanno ad obsidionẽ Viennæ, obiicit se Normannis, Gallias impetẽtibus, à quibus Picardia, Flandria, & Lotharingia Prouinciæ valde sunt afflictæ. *Sigon. Aimoin. Regino, Sigeb.* Alfredus, seu Aluredus, putatur paulò ante hunc annum, suo Regno Vestsaxonum, vniuisse integrum tandem Merciorum Regnum, anteà tamen profligatum ab anno 820. vti ibidem cõmemoraui. Gregorius Scotorum Rex Danos pellit è Laudonia, & Fifa, Scotiæ prouinciis; & è Britannia ipse vnà cum Aluredo Danos pellit. Gregorio cessit Northumbria. *Lesle. Buchan.* Athanasius Episcopus, & Princeps Neapolitanus, ob ictum fœdus cum Saracenis, Anathematis vinculo obstringuntur à Summo Pontifice. *Baron.*	3 *Ludouici 3. & Carlomanni, Fratrum.*
882 *Indict.* 15.	10 *Ioannis* 8.	16 *Basilij I. Macedonis.*	*Caroli* III. *Crassi Imp. Occid. an.* 2. Ludouicus alter Germaniæ Rex moritur Frãcofurti 20 Ianuar. sine liberis, vide an. 876. succedit frater Carolus Crassus Imperator. Godefridus, & Sigefridus Normãnorum Reges, post superioris anni clades, nũc Treuerim inuadũt. Sed rediens ex Italia Imperator, ad pacem hostes impulit: & baptizato ibidem Godefrido, data est Frisia prouincia, vnà cum Gissa Lotharii filia in vxorem. *Sigeber. Sigon. Aimoin.* Normanni, *inquit Sigebertus*, mox Franciam repetunt, per Ligerim noua Prouinciis illis illata clade. vita cessit Ludouicus Franciæ Rex, ex *Aimoino. Regino* in annum sequẽtem eius obitum reiecit. Carlomãnus frater occurrit Normannis: sed illi promisso annuo tributo, recedunt. *Sigebert.* interim expugnata est à Franco Rege Vienna, captæque ibi Bosonis vxor, & filia. *Auentin. & alij.* mortuo patre Vrso, Ioannes Patriciacus Ducatum tenet Venetiarum. *Blondus, Sabel.* Obiit Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, vir doctrina & prudentia insignis: succedit Fulco. *Frodoardus in Vitis Episcoporum Rhemen.* vita cessit Ioannes Papa. triduo vacat Sedes, & 5 Kal. Ian. substituitur Marinus, laudatus Pontifex, dictus vulgò Martinus 2. hic Pontifex Acta Ioannis papæ rescidit: & Formosum Episcopum restituit, Photium detestatus. *Baron.* 883.	4 *Ludouici 3. & Carlomanni, Fratrum.*
883 *Indict.* 1.	1 *Marini* 1. *alias Martini* 2.	17 *Basilij I. Macedonis.*	*Caroli* III. *Crassi Imp. Occid. an.* 3. hic Carolus Imperator Italiam reuisit, rebusque ibi compositis, regreditur in Germaniam. *Sigon.* ad eum tunc Boson confugit. moritur Alfonsus 3 dictus Magnus, Rex Ouetensis, anno Regni 46, & Aera 921. Ex *Roderico.* succedit Garsias, de cuius Regno *Mariana lib.* 7. c. 19. & 20. Regi Legionẽsi, seu Ouetensi parebant Castellæ Comites, *ex eodem Mariana lib.* 8 *c.* 2 *in descriptione Castellæ.* at non nisi post aliquot annos Ouetensis Regis nomẽ, Legionensi mutatũ esse *idem author putat citato c.* 20. De Aquileiensis Patriarchæ, & Photii Constantinopolitani cõspiratione contra Spirationem Spiritus S. à Filio; *lege hic Baroniũ.* Vbi de particula (Filioque) addita primùm Symbolo in Romana Ecclesia: licet de anno non constet.	5 *Carlomanni.*
884 *Indict.* 2	1 *Adriani* 3.	18 *Basilij I. Macedonis.*	*Caroli* III. *Crassi Imp. Occid. an.* 4. Marinus Papa diem clausit, 15. Kal. Febr. creatur Pontifex Adrianus, 13. Kalen. Februarii, dictus tertius: qui Photium execratur. *Baro.* Normanni Nouiodunum, Suessiones, & vicina loca fœdè vastantes: partim auro, partim armis repelluntur à Carlomanno Rege. quo tamen inter venandũ extincto, regrediuntur Normanni: inducias duodecim annorũ, se cum Carlomanno, non cum aliis contraxisse asserentes. In quos regreditur Carolus Imperator, à Francis vocatus, qui iam	6 *Carlomanni.*

tertio Italiam inuisebat, *Auentin. Malmesber. Sigon. Sigebertus.* Italiâ, absente Carolo, vexata à Saracenis, de pristina post mortem Caroli libertate recuperanda deliberat cum Pontifice. *Sigon.* Saraceni, qui Garilianum in Italia tenebant, absente Carolo, Cassinense Monasterium direptum incendunt. *Leo Ostien. lib. 1. cap.* 45. moritur Ioannes Scotus, magni nominis, à suis discipulis occisus. *Malmesber. & Baron. anno* 883. eius scripta erroris damnata. *Roger. Annal. Par. 1. an.* 880.

885 | 1 Stephani 6. dicti 5. | 19 Basilij I. Macedonis. | Indict. 3. | 1 Caroli 3. Crassi Imp.

Caroli III. *Crassi Imp. Occid. an.* 5. Mortuo Carlomano, incertum an Neustria (quod aliqui affirmant) retenta sit à Ludouico Carlomanni filio, qui dictus est iners (*Faineant*) & reliqua Gallia à Carolo Crasso Imperatore. Illud constat, Carolum ab hoc anno, consensu procerum, regnasse. Ludouicum, *habent Appendix Aimoini, & Onuph. cuius tamen non meminit Sigebertus.* moritur Adrianus Papa, cùm sedisset annum 1, menses 3. dies 19. Obiit 7 Idus Maij. substituitur Stephanus sextus, dictus quintus, omnium consensu, ipso solo reluctante. perstat vir Sanctus in Photii detestatione. Stephani Epistolam de Photio ad Basilium Imperatorem, *refert hic Baronius.*

886 | 2 Stephani 6. dicti 5. | 1 Leonis 6. Philosophi. | Indict. 4. | 2 Caroli 3. Crassi Imp.

Caroli III. *Crassi Imp. Occid. an.* 6. Diem claudit Basilius Imperator, dictus Macedonicus, 1 Martii. *Onuph.* succedit Leo Sextus, Basilii filius, dictus tum Porphyrogenitus, tum Philosophus. *Cedrenus, Curopalata. Narrat idem Cedrenus,* Leonem hunc, quem iratus pater paulò antè abdicauerat, nunc à patre restitutum Imperio occasione psittaci, sæpe hanc vocem repetentis, αἶ, αἶ, Κύριε Λέων. laudatus fuit Princeps Basilius, hoc tamen solo à multis vituperatus, quod pro Photio sæuierit in Romanum Pontificem, huius Basilii egregia ad Leonem filium monita sexaginta, *extant Tom* 5 *Bibliothecæ Sanctæ.* substituto Stephano, abdicatur Photius, in Monasterium detrusus: incertum quando obierit. petitur à Stephano dispensatio à malè ordinatis à Photio: literas vtrinque datas, *refert Baronius.* Normanni castrum Louaniēse expugnant. *Regino.* Saraceni Syracusas incendunt. *Cedren.*

887 | 3 Stephani 6. dicti 5. | 2 Leonis 6. Philosophi. | Indict. 5. | 3 Caroli 3. Crassi Imp.

Caroli Crassi III. *Imp. Occid an.* 7. Normanni, motis Louanio castris, *ex Sigonio, & Æmilio,* Parisios oppugnant. Crassus Imperator cum his pacem componit, & Neustria illis permittitur nunc quidem incolenda. *vide an* 912. Carolo, qui se in Germaniam recepit, à prima sua indole deflectenti, & inutili ad res gerendas, datus est (*inquit Æmilius*) curator Arnulphus, Carlomanni filius nouo exemplo, fratris filius, patruo. *vide an.* 876: & breui (scilicet proximo Ianuario) mortuo Crasso, Arnulphus Augustus salutatus, Regem se Franciæ dicebat: Procerum tamen pars magna Odonem Comitem Parisiensem, & Tutorem Caroli Simplicis iubet regnare, qui Rex aduersus Normannos feliciter bellauit. à proximo Ianuario Arnulphi Imperium sumunt vetera Diplomata, & Historici, *Regino, Otho Frisingen. Marian. Scot. Malmesber.* In Hispania Garsias Legionis, seu Ouetensis Rex (*de quo* 883.) Zamaræ vita cessit, Æra 924. *ex Roderico.* Ordonius frater Regnum tenet. historiam *habet Mariana lib.* 7. *capit.* 20. Habetur hoc anno Synodus Coloniensis, in qua actum conclusumque est contra raptores bonorum Ecclesiasticorum, oppressores pauperum, & incestas nuptias. *extat Tom.* 4. *Concil. Baron. an.* 887, *num.* 3.

IMPE-

IMPERIVM OCCIDENTIS DEinceps in Germania hæsit.

888 — 4 Stephani 6 dicti 5 — 3 Leonis 6. Philosophi — Indict. 6 — 1 Odonis.

ARNVLPHI *in Germania Imperatoris, hic annus primus est.* mortuo Crasso Imperatore, propēdebant discordes nationes, ad suæ gentis Reges eligendos. sic Transiurana Burgundia (quæ Sabaudiam, & nunc dictos Heluetios continebat, vsque ad Alpes) Regem sibi creat, *inquit* Regino, Rodolphū Comitē; qui inuito Arnulpho Imperatore, retinuit Regnum, cum successione ad posteros, per annos 142, aut 144. *vide annum* 1018 *&* 1032. In Italia Berengarius Dux Foroiuliensis, & Vuido, seu Guido, Dux Spoletanus (hi apud Caluum Augustum in gratia & authoritate fuere) Imperij nomen inuadunt, communi consilio; ille in Italia, hic in Francia. *Aemil. Sigon. lib. 6. initio.* sed Vuido spe Galliæ deiectus Odonis armis, Regnum Italiæ inuadit contra Berengariū, fauentibus Romanis. Nunc Regni Italici initiū ponūt *Otho Frisingē. Mariā. Scot. Regino, Sigō. & alii multi.* eligitur Venetorum Dux Petrus, dictus Tribunus, *ex Blondo, & Sabellico.* Procopius missus in Bulgaros cum exercitu à Leone Imperatore, vincitur & capitur. *Cedren, Zonar.* Stephano Patriarchæ Constantinopolitano, subrogatur Antonius, dictus Cauleos. *Curopalata.*

889 — 5 Stephani 6. dicti 5. — 4 Leonis 6. Philosophi. — Indict. 7. — 2 Odonis.

Arnulphi Imperatoris Germaniæ annus secundus. Normanni in Flandria, & apud Senones, agros vastant. sed Odo prædam illis funestam facit, *inquiunt Aemilius, Regino, & Sigebertus.* moritur Boson in Prouincia Rex Arelatensis: succedit filius Ludouicus; fauore Imperatoris, Stephani Papæ, & Richardi Ducis Burgundiæ. *Paradin.* Erumpunt è Sarmatia Asiatica Hungari; quos *Cedrenus* Turcas vocat. hi cùm fuissent auxilio Leoni obiter contra Bulgaros, indè transeunt in Pannonias, easque ex parte occupant; vbi tamen erant Hunni, & Auares. *Luitprand. lib. 1 cap.* 3. *& Regino*, qui hoc seculo vixerunt. *Auentin. lib.* 4. in Hispania incipit regnare Abdertamen Rex Cordubensis, Maurorum Princeps.

890 — 6 Stephani 6 dicti 5 — 5 Leonis 6. Philosophi. — Indict. 8. — 3 Odonis.

Arnulphi Imperatoris German. an. 3. Normanni hoc anno à Parisiensibus repulsi, Britones inuadunt: à quibus victi, compelluntur ad naues. *Chron. Benigni, & Regino*: tamen *Sigebertus* refert ad annum 894. Vuido Spoletanus Dux Berengarium bis acie victum pellit ex Italia; & receptâ Papia, Lombardiam in potestatem recepit. *Sigon. Luitprand. lib.* 7. Moritur Antonius egregiæ sanctitatis vir: succedit Nicolaus in Patriarchatu Constantinopolitano. *Baron. ad hunc annum.* vbi de rebus à Stephano Papa bene gestis.

909 — 1 Formosi. — 6 Leonis 6. Philosophi. — Indict. 9. — 4 Odonis.

Arnulphi Imperatoris German. an. 4. Normanni auctis copijs Belgium inuadūt, vbi victi ab Imperatore, cæsi sunt ad centū millia. quod ad hunc annū *referunt Regino, & Marianus Scotus.* de anno *dissentit Albertus Crant. lib. 2. c. 17, 18* Vuido, hortante Italia, *inquit Sigonius*, vocatus à Stephano, cōsecratur Imperator, 11 Kal. Martij, donata Ecclesiæ Romanæ à Pipino Carolo, & Pio, probat, rataq; habet. sic rediјt ad Italos titulus Imperij. moritur Stepha. 12 Kal. Iulij: subrogatur tumultuaria electione Formosus, Portuensis Episcopus. dissidium *narrat Sigonius an.* 891. vir valdè laudatus est *apud Luitprandum. lege Baroniū ad hunc annum.* Græcus Imperator Beneuentum vrbem expugnatam recipit. *Sigon.* Castellanos defecisse à Rege Ouetensi, & Iudices sibi delegisse, (vnde descendunt Re

Christ.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			ges Castellæ,) *inquit Rodericus Sanctius par. 3. c. 14.* si tamen sub Ordonio contigit hæc defectio, alius huic rei annus dandus est.	
892 *Indict. 10.*	2 *Formosi.*	7 *Leonis 6. Philosophi.*	*Arnulphi Imper. annus 5 est in Germania, & primus Vuidonis Imperatoris in Italia.* Odone Francorum Rege in domandis Aquitaniæ rebellibus occupato; Principes Neustriæ Carolum Simplicem, Caroli Balbi filium, 12 annorum, verum Regni hæredem coronant. *ex Epistola Fulconis Episcopi* R*hemensis ad Flodoardum, in Historia* R*hemensi libro quarto, & ex Diplomate in Archiuio Parisiensi* Beatæ *Virginis.* Carolo saltem mansit Neustria, & Gallia Belgica. *Regino.* an verò Odo præter Aquitaniam, retinuerit Burgundiam vi, vel ex pacis conditionibus, certant Historici. Lambertus Vidonis Imperatoris Italici filius, renuntiatur Rex Italiæ. *Onuph. Luitprand.*	5 *Odonis.*
893 *Indict. 11.*	3 *Formosi.*	8 *Leonis 6. Philosophi.*	*Arnulphi* I*mper. annus sextus in Germania, & Vuidonis secundus in Italia à Coronatione* R*omana.* Odo Rex Carolum Simplicem victum fugat, & Luteriam occupat *Regino.* Saraceni Africani in Sicilia, Tauromenium, Græcis ereptum tenent: & Asiatici Lemno potiti, magnum captiuorum numerum abducunt. *Cedren.* Arnulphus festinat in Italiam, opem laturus Berengario contra Vuidonem *Sigon.*	6 *Odonis.*
894 *Indict. 12.*	4 *Formosi.*	9 *Leonis 6 Philosophi.*	*Arnulphi* I*mperatoris German. an. 7. Vuidonis* I*mperatoris* I*talici* 3. *à Coronatione Romana.* Arnulphus Imperator ingressus Italiã, Bergomum, Mediolanum, & vicinas ciuitates recepit. Vuido tunc obijt, *si creditur* O*nuphrio: vide annum* 899. Redit in Germaniam Arnulphus. Berengarius deseritur à suis. Lambertus Vuidonis filius, iam renunciatus Imperator à Formoso, Papiam, aliasque ciuitates recipit. *Sigon. Luitprand.* R*egino.* Moritur Gregorius Dongaldi filius, Scotiæ rex: succedit Donaldus sextus, Constantini secundi filius, *Boët. lib 11. Lesleus lib.* 5. hunc Donaldum aliqui quintum vocant.	7 *Odonis.*
895 *Indict. 13.*	5 *Formosi.*	10 *Leonis 6. Philosophi.*	*Arnulphi* I*mp. annus octauus in Germania, & Lamberti* I*mp. primus in* I*talia.* Arnulphus filium Zuendibolcum creat Lotharingiæ Regem. R*egino.* idemq; Imperator (*vt narrat Flodoardus*) fauebat, nunc Carolo Simplici, nunc Odoni, Francorum Regibus. Vuido (quem *Leo Ostiensis* Marchionem vocat) Beneuentum Græcis eripit. *Sigon. Leo Ostien.* In Hispania obijt Ordonius 2 Rex Legionen. Acra 932, seu anno Christi 894. *ex* R*oderico Sanctio c.* 15. successit Froila secundus, frater Ordonij *Mariana lib* 8. *c.* 3. qui tamen viuere cessauit Aera 933. R*oderic. Tolet.* & regnauit Alfonsus, dictus quartus: quem Froilæ filium *vult Sanctius*, & Regem 16 post cladem. *lege Marianam lib* 8. *c.* 5. Dùm Græcus Imperator bellum gerit aduersus Bulgaros, Saraceni Thessalonicam vastant *Cedren. Zonar.* nunc erecta dicitur in Anglia Oxoniensis Academia. *vide an.* 878. habetur in Germania Triburiense Concilium. adfuit Arnulphus Imp. Canones 58 statuti, multa decreta pro Ecclesiastica immunitate. quæ *recenset* B*aron. nu.* 1.	8 *Odonis.*
906 *Indict. 14*	6 *Formosi.*	11 *Leonis 3. Philosophi.*	*Arnulphi* I*mperatoris German. an. 9. Lamberti* I*mp. in* I*talia* 2. Arnulphus iam iterùm in Italiam venit, consensu Formosi: Romam vi capit, R*egino, Luitprand.* Sergianos, Formoso Papæ infensos, trucidari fecit plerosque: coronatus inungitur Imperator à Formoso, & quidem vi, *inquit Sigonius.* certè Concilium sub Ioanne 9 Romanum, decreuit Coronationem hanc subreptitiam, & Lamberti legitimam. Cædes ab Arnulpho patrata, creauit Formoso alioquin viro sancto, odium magnum. Cæterùm nũc tantùm obiisse Vuidonem Italiæ Regem *putat Luitprandus*, redeunte ab hac expeditione Arnulpho in Germaniam: Leo Imperat. Duce Andronico vincit Saracenos in Oriente. *Cedren.*	9 *Odonis.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
897 Indict. 15.	1 Bonifacii 6. 1 Stephani 7. dicti 6.	12 Leonis 6. Philosophi.	*Arnulphi Imperatoris German an.10. Lamberti Imp. in Italia an.3.* Tragica hæc Italiæ tempora, Sedem Romanã ex Stephani, & Sergiana factione grauiter laborantem, & afflictam videbant. Formoso defuncto 19 Kalen. Ianuar. Bonifacius Sedem inuadit, tenetque diebus quindecim : aduersus quem subrogatur Stephanus 7 dictus sextus. hic intrusus intrusum expulit Bonifacium. Stephanus, coacto pessimorum Concilio, Formosum exhumatum, damnatumque proiecit in Tiberim. *Luitprand. lib.* 1 *cap.* 8. vbi pro Stephani intrusi nomine, irrepsit Sergius. fuit quidem Sergius, in hoc scelere Stephani contra Formosum Antesignanus. verùm non iam ille Sedem inuasit, *vt putauit Luitprandus*, sed anno 908 post Christophorum. *vt ibi obseruo.* Cæterùm tales homines monstro similes, *inquit Baronius*, licet fide Catholicos, intruserunt in hunc sedem Marchiones Tusciæ, infensissimi Romanæ Ecclesiæ. de horum Pontificum etiam annis dissensio est.	10 Odonis
898 Indict. 1.	2 Stephani 7. dicti 6.	13 Leonis 6. Philosophi.	*Arnulphi Imper. German an.*11. *Lãberti Imperatoris* Italici *an.*4. Nũc occisum Lambertum *putat Sigonius.* non obiisse tamen, nisi anno 910. *euincit Baronius ad illum annum.* obiit in Gallia Odo Rex, sine liberis: moribundus iubet Regnum Carolo Simplici dari. *Æmil. Regino.* Sub hoc Rege Feudorum primordia in Franciâ exorta: & qui anteà dicebantur à Regibus Duces Prouinciarum regia voluntate, cœperunt sensim ex possessione, dominium captare, dicique Duces hæreditarii, ac Principes: *vt obseruant Historici, Annales Rhemenses, Genebrard & alij.* sic sanè magnorũ virorum soboles tandem tabescit: & dùm in Simplice Rege consenescit maiorum gloria; viam sibi fecit noua nobilitas, non ad opes tantùm & potentiam, sed etiam (quod accidit in Capeto) ad nouum apud Francos Solium.	11 Odonis. 1 Caroli 3. Simplicis.
899 Indict. 2.	3 Stephani 7. dicti 6.	14 Leonis 6. Philosophi.	*Arnulphi* Imper. German an.12. *Lamberti* Imp Ital. *annus 5 est*, quo obiit Arnulphus, 27 Decembris. Ludouicum filium, 7 annorum puerum, substituunt Imperatorem Imperii Principes: dato Tutore Othone Saxoniæ Duce. *Marianus Scotus.* meminerunt etiã *Regino, & Luitprandus*, qui notant hoc tantùm anno obiisse Vuidonem. aliter *Onuphrius, supra citatus.* habuit etiam hic annus secundum illum Arnulphi aduentum in Italiam: qui ante obitum regressus dicitur in Germaniã. Ludouicus Prouinciæ Rex, Bosonis filius, euocatur præsertim in Berengarium armatus, & excipitur ab Italis. *Luitprandus lib.*1. *cap.*11, *& lib.* 2 *narrat*, rediisse re infecta.	2 Caroli 3. Simplicis.
900 Indict. 3.	4 Stephani 7. dicti 6.	15 Leonis 6. Philosophi.	*Annus* Lamberti *Imp. in* Italia *sextus est: & primus* Ludouici III. *Imperatoris* Germanici; cui obuenit hoc ipso anno Regnum Lotharingiæ, occiso fratre Zuendibolcho in acie. *Regino.* Ludouicus Bosonis Rex è Prouincia redit in Italiam, vocatus ab Adelberto Lucæ Marchione, & Papia occupata, Rex Italiæ pronuntiatur. tot vno anno Reges habuit Italia. *Sigon.* Adelgiso Beneuentano Duce mortuo, succedit filius Atenulphus. *Leo Ostiensis in Chronico Casinat.* In Hispania Ferdinandus Gonsaluus, vir fama illustris, & qui mira gessit contra Mauros, nunc Castellæ Comes primus renunciatur: cùm pater iudex tantùm fuisset. *vide an.*891. *Mariana lib.*8.*c.*5 *Franciscus Tarafa, Vasæus. Refert Baronius ex Diplomate Stephani Papæ, dato* Indictione *4 inchoata, mense Septembri*, huc vsque vixisse Stephanum. Sedis inuasorem, & perditissimum hominem vocat. eo strangulato in carcere, eligitur quidam dictus Romanus: vixit quatuor menses. Fulco Archiepiscopus Rhemensis, vir laudatus, occiditur à Balduino Flandriæ Comite. *Frodoardus lib.*3.*c.*9.	3 Caroli 3. Simplicis.

DECIMI CENTENARII INITIVM.

Regna.

EN tibi, Lector, Seculum ab Historicis infelix nuncupatum: exhaustum nempe hominibus, ingenio & doctrina claris, si Græciam excipias, vbi Leo Imperator non infeliciter philosophabatur. Sanè in Occidente tempora fuere monstruosa, & portento illi simillima, quod tunc repertum, vt ferunt, superne tantum canis, desinebat in cætera membra humana. nam imperandi voluntas potius, quàm potestas, apud plures erat nationes, & Occidentale hoc Imperium mirè confusum, dum ægrè ferebant Itali, Imperij titulum Romani, transferri in Germaniam, ex quo dignitatem hanc retinere Franci neglexerunt. qui Imperium à Pontifice consecuti, eodem, inquit Genebrardus, medio, illud retinere debuissent. de Angliæ Regno, vide an. 901.

Status Ecclesiæ.

SVb Cæsaribus porro, quos protulit hoc Seculum, Ecclesia velut ad flumina Babylonis captiua, miserè lugebat, per annos sanè 70, & amplius. notissima est illa Germanicæ Ecclesiæ captiuitas, quæ per annos centum & quadraginta durauit: dum ab Arnulpho, qui subsecuti sunt Cæsares, iura Ecclesiæ vsurpantes, libera in Episcopis eligendis suffragia impediebant. sed hoc vno vel maximè, infelix hoc Seculum, nostræ ætatis Scriptores Genebrardus, Baronius, & alij prædicant: quòd per annos ferè 150, Pontifices 50 (vti numerat Genebrardus.) longe à maiorum virtute defecerint: donec posteà in Leone 9 restitutus est S. & Apostolicæ Sedi antiquus candor, morum Sanctitas, & Constantia. tam fuit eorum Principum ac Cæsarũ graue scelus: qui quà vi, quà largitionibus & dolis, dabant quos illi volebant Pontifices, longè posthabitis de libera bonorum electione Canonibus. Exorta hoc Seculo sunt Regna, Anglicanũ 901. Nauarricum 912. & Hungaricũ 955. sed extinctum ab Othone Italicũ.

Doctrina.

ECCLESIÆ, & Traditionum Authoritas certa. Radulphus Flauiac, in Leuitic. lib 5. cap. 4. Regino lib. 1. Annal. an. 865. Primatus. Regino citatus, Luitprand. lib. 4. cap. 3 Liberum Arbitrium. Radulphi li. 12 in Leuit. c. 1. Bona Opera, & Merita. Stephanus Episcop. Augustodun. lib. de Sacram. Altaris, cap. 19. ante medium. Sola fides exclusa. Radulphus lib. 15 in Leuitic. cap. 4. Sacramentum Eucharistiæ, & Sacrificiũ. Stephanus Episc. Leodien. in vita S. Lamberti. Stephan. Episc. Augustodun. lib. de hoc Sacramento extat Tom. 4. Biblio. SS. PP. Pœnitentiæ Sacram. Radulph. de Flauiac. lib. 3 in Leuit. cap. 1 & 7. Purgatorium. Luitprand. lib 4. cap. 7. Regino ad an. 888. Inuocatio Sanctorum. Idem Regino an. 773 Reliquiæ. Luitprand. lib. 4. c. 12. Luitprand. ad an. 719. Cœlibatus. Stephanus Episc. Augustod. lib. de Sacram. Altaris, c. 5 Abstinentia à cibis. Regino. cap. 276.

Christ.	Pont.	Imp.	Rervm gestarvm series	Reg. Franc.
901 Indict. 4.	1 Theodori 2.	16 Leonis 6. Philosophi.	LVdouici III, *Imperatoris Germanici* 2. *& Lamberti Imp.* Ital. 7. Romæ ob secundam Sergii repulsam, Sergiani adhuc in armis erant: & hinc Tusculani Comites, illinc Tusciæ Marchio Adelbertus, stabant pro factionibus. Interim circa hunc annum (nam variant Scriptores) vita cessit Papa dictus Romanus: Theodorus eius nominis secundus, sedit diebus tantùm 20: tandemque subrogatur Ioannes 9 Tiburtinus, ex Monacho, & Diacono. Nicolaus, dictus Mysticus, Patriarcha Constantinopolitanus abdicatur: subrogatus Euthimius Monachus, vir insignis, & Prophetiæ spiritu nobilitatus. *Curopalat. Baron.* qui ad hunc etiam annum refert Ouetense Concilium in Galæcia: in quo prospectum Episcopis est, per Saracenos pulsis: inde dicta ciuitas Episcoporum Ouetum. Ludouicus Bosonis filius, in Italia, fugato Berengario, Regnum occupatum sibi confirmat: posteà Romam veniens, à Pontifice Summo coronatus, Imperator appellatur. *Luitprand. Vide ann.* 904. de Pontifice variant Scriptores. In Anglia Edoardus, dictus Senior, Aluredi filius Rex vocatus, coronatur. *Malmesber. Polydor. lib 6. initio.* Iam Angliæ Regnum, Heptarchiâ in Monarchiam, præsertim per Aluredum, reductâ, florebat: atque inter præcipua Europæ Regna numerabatur. huius filiam Edginam Carolo datam simplici vxorem *scribit Polyd. libro sexto.*	4 Caroli 3. Simplicis.
902 Indict. 5.	1 Ioannis 9	17 Leonis 6. philosophi.	*Ludouici* III. *Imperat. German. ann* 3. *Lamberti Imp. Ital.* 8. *Ludouici Bosonis fil. Imp. Ital.* I. Hic primus integer annus videtur Ioannis Papæ. circa eundem annum, Hungari, (alii etiã Hunnos vocant) Italiam dira clade vexant, nec nisi magna vi pecuniæ pulsi, numeratæ à Berengario: qui in regressu, Ludouici Germanici fines inuadentes, tandem ab eius Ducibus nobili cladè accepta, victi sunt. *Auentin. lib.* 4. habet porrò idem annus præclaram victoriam Hemerij Ducis, (hic fuit à Secretis Leoni Imperatori) aduersus Saracenos. *Cedren.* de Theoctistæ Lesbiæ rebus admirandis tunc gestis, *lege Metaphrastem decimo Nouembris.* Alfonsus quartus, Froilæ filius, Rex Legionensis, electa vita Monastica, Regnum concessit Ramiro fratri. cœpit regnare Æra 939, *ex Roderico Toletano. Vide Sanctium cap.* 17. *& Marianam libro octauo cap. quinto.* præclara gessit contra Mauros. nunc fere contigit Ludouici Bosonis cladès, quando inopinatè captus à Berengario, orbatus oculis est. indè vocatus Ludouicus Cæcus. *Onuphrius refert* ad annum 904. *Sigonius* verò ad hunc annum. Historiam *narrat Regino*, qui iam viuebat.	5 Caroli 3. Simplicis.
903 Indict. 6.	2 Ioannis 9.	18 Leonis 6 Philosophi.	*Ludouici* III. *German. Imperat ann.* 4. *Lamberti Imp. Ital.* 9. In Oriente Constantinus Leonis filius coronatur Imperator. *Cedren.* hoc anno fugatur Hemerii exercitus à Saracenis. *Cedren.* hic annus videtur esse vltimus integer, Ioannis Papæ, qui obiit anno sequenti: sedit enim annos duos, & ampliùs. sed hæc est huius temporis obscuritas, & rerum gestarum confusio. de qua queruntur omnes Historici recentiores.	6 Caroli 3. Simplicis.
904 Indict. 7.	3 Ioannis 9.	19 Leonis 6. Philosophi.	*Ludouici* III. *German. Imp. an.* 5. *Lamberti Imp. Ital.* 10, *& 1 à Coronatione sub Ioanne.* Berengarius Romam armatus veniens, vi extorquet Imperatoris nomen, & coronationem à Papa. breui vocatus à Pontifice Lambertus (deficientibus à Berengario Italis plerisque) coronatur Imperator, anno 5, *inquit Baron.* à morte patris Vidonis, & ferè 11 anno à Coronatione sub Formoso. habita Romæ Synodus. Vbi libera, & legitima decernitur hæc Lamberti secunda coronatio. mox alia habetur Synodus Ra-	7 Caroli 3. Simplicis.

Anni, Christi.	Ann Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
910 Indict. 13	1 Anastasij 3	25 Leonis 6. Philosophi	*Ludouici III. imperat. German. ann.* 11. *Lamberti* Imper. *Ital.* 16, *& vltimus* 7 *à Coronatione sub. & Ioanne.* Quando mortuo Sergio, subrogatur Papa Anastasius 3 Romanus. nunc ab Hugone Comite Mediolanēsi occisus est in venatione, Lambertus. *Ex Luitprando, lib.* 1, *capite vltimo.* & Berengarius summa rerum potitur. hucvsque vixisse Lambertum, *ex Luitprando lib.* 1, *cap.* 10. *colligit Baronius*. Guillelmus Comes Aquitaniæ, Dux Aruernorum, Monasterium Cluniacense fundat. Berno, Ordinis S. Benedicti, discipulus Hincmari Rhemensis, primus Abbas refertur. *vide Fragmenta Floriacen. Chronici*, *& Chronicon Cluniacense Gerardi Auernensis.* quamuis *Sigebertus* altius repetat hoc principium.	13 Caroli 3 Simplicis.
911 Indict. 14	2 Anastasij 3.	26 Leonis 6. Philosophi 1 Alexādri.	*Ludouici III. Imperatoris German. ann.* 12. Berengarius regnat in Italia. Anastasius in gratiam Berengarij priuilegia concedit Ecclesiæ Ticinensi. *Sigon.* Obijt Leo Imperator Orientis, anno Imperij 26 per tres menses inchoato: idque Maio mense. *vt perspicué testatur* Zonaras *in hoc* Leone *Philosopho, in fine.* Extant eius Nouellæ Constitutiones 113, in quibus de rebus etiam Ecclesiasticis, secularis Princeps decernere præsumpsit. Hic in Epistola ad Regem Saracenorum, Spiritum Sanctum fatetur à Patre & filio procedere, *refertur illa à Baronio.* Breui mortuo Halexandro fratre, cui commissum fuit Imperium; imperat Constantinus puer sub tutoribus, filius Leonis Philosophi. Petro Venetorum Duci mortuo, succedit Orsonus. *Sabellic. Blondus.* Constantinopoli Patriarcha restituitur Nicolaus Mysticus.	14 Caroli 3. Simplicis.
912 Indict. 15	1 Landonis 1 Ioannis 10	1 Constantini 9. Porphyrogeniti.	Conradi I. *German. Imperat. vel* Regis *ann.* 1. *Ex Auentino*, moritur Ludouicus Germaniæ Imperator, 21 Ianuar. in quo Principe, inter Reges Germaniæ, finem accepit progenies Caroli Magni. cùm enim Carolum Simplicem, implicitum haberent bella Normannica; Germani, Conradum elegerunt Imperatorem. Franconiæ hic Dux erat. Corona illi imposita Aquisgrani à Moguntino Præsule. *Regino*, *Marianus Scot. Auentin.* tandem pace composita, Rex Carolus Neustriam Rolloni Normannorum duci in feudum concessit. Inde dicta prouincia Normannia. Rollo Dux (vti conuenerat) Baptismo initiatus est, Robertus nominatus. de Nauarrici Regni initijs, *lege Marianam libro octauo capite primo.* qui diu satis ante hunc annum illa locat. *Vasaus refert* annum 836, cùm obijsset Sanctius Garsias vltimus Suprarbiæ Rex, Verum *Martineus Siculus*, *& Franciscus Tarafa*, nunc cœpisse volunt hoc Regnum, in Asturia, & Cantabria. Nomen Nauarræ dedit loci situs. regnat Enecus Sanctius, cognomento Arista. Habita nunc est Synodus Confluentina prohibens matrimonium vsque ad septimum gradū. *Iuo parte* 9 *capite* 66. Romæ moritur Anastasius Papa: succedit, solita intrusione horū temporum, Lando Sabinus. quo mox defuncto, sedere cœpit Ioannes decimus, *ex Chronico Cassinen libro primo capite* 55. Hos intrusos, à sceleratis hominibus Pontifices; potentia sua fretis, & non Canonibus Ecclesiasticis; hic numerant Scriptores, tantùm ad consignanda tempora; potius, quàm vt Pontifices omni ex parte Apostolicos edant: dummodo enim Nouatores nostri seculi, fateantur doctrinam (quod negare sine mendacio non possunt) mansisse integrā; sanè morū corruptelā fuisse, quis non dolet?	15 Caroli 3. Simplicis.
913 Indict. 1	2 Ioannis 10	2 Constantini 9.	*Conradi I. Germaniæ Imperatoris, vel* Regis *annus* 2. Iāfredus huius nominis secundus, Comes Barsinonensis vita functus decessit. successorem habuit filium Mironem. *Franciscus Tarafa.*	16 Caroli 3. Simplicis.
914 Indict. 2	3 Ioannis 10	3 Constantini 9	*Conradi* I. *Germaniæ* Imperatoris, *vel* Regis *annus* 3. Dum Conradus bellis intestinis exercetur: Carolus Simplex, suasu Ragnerij	17 Caroli 3 Simplicis.

Anni Christi.	Ann Pont.	Ann Imp.		Reg. Franc.
			succeſſit filius Ordonius 3. *de quo Mariana capite ſexto, libri octaui.*	
921 Indict. 9.	10 *Ioannis 10*	10 *Conſtantini 9.*	*Henrici 1. Imperat. vel Regis German. an. 3. Berengarij 1. Imp. Ital. 7.* Henricus inſigni victoria ſtrauit Hungaros, Germaniam inuadentes. *Auentin. Sigebert.* Obijt Richardus primus Burgundiæ Dux, laudatus ob Religionem in Deum, & fidelitatem erga Regem. Succeſſit Rodolphus filius. hac Indictione, ſublato Schiſmate Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ de trigamia, promulgatum eſt Vnionis Edictum, quo decernitur non licere matrimonium poſt tertiam vicem iterare. *Baron.* Bulgari obſident Conſtantinopolim.	24 *Caroli 3 Simplicis.*
922 Indict. 10	11 *Ioannis 10*	11 *Conſtantini 9.*	*Henrici 1. Imper. vel Regis German. ann. 4. Berengarij 1. Imp. Ital. 8.* Prorogatum ad Conſtantinopolim bellum Bulgaricum, nunc pace compoſitâ ſedatur. *Cedren.* Carolus Simplex in Gallia, quod Haganonē ſuum deperiret, iterùm deſeritur à Proceribus, qui Robertum Comitem Pariſienſem creant Regem. *Frodoard. in Annal. Rhemen.* Itali Berengario infenſi, Rodolphum Burgundiæ Regulum in Italiam vocatum Regem conſtituunt. *Sigon. an. 921, & 922.* Quàm eſſet Orbi venerandum Romani Pontif. nomen, etiam in morum illa corruptela, & iteratâ Sedis illius inuaſione, quam notant Hiſtorici, *lege hîc apud Baron. ann. 922, & 918.*	25 *Caroli 3. Simplicis.*
923 Indict. 11.	12 *Ioannis 10*	12 *Conſtantini 9.*	*Henrici 1. Aucupis Imper. vel Regis German. ann. 5. Berengarij 1. Imp. Ital. 9. Rodolphi Burgundi Regis Ital. 1.* apud Sueſſiones Robertus qui ſe Regem dicebat, pugnans aduerſus Carolum Simplicem, in acie occiditur. Cuius fuerit victoria variant Scriptores. *narrat tamen Frodoardus*, victum Carolum ab Hugone Comite Pariſi. Roberti filio, ac demum dolo Herberti Comitis & cognati captum, ac Peronæ in carcerem detruſum. Tum Proceres Rodolphum, Richardi filium, (*de quo ad an. 921.*) è Burgundia vocatum, Regem conſtituunt Sueſſione. Ludouicus, Caroli filius, in Anglia hæſit vſque ad Rodolphi obitum. habet huc vſque Simplex 36 integros annos à morte Craſſi, quæ accidit ann. 888. pauciores ab obitu Odonis, de quo ad annum 898. *Putat Aemilius* Simplicem ceſſiſſe iure Regni. Præter illos Normannos, quibus ann. 912 data eſt Neuſtria, alij Galliarum loca varia vi obtinebant. Hi nunc Aquitaniam primùm, mox reliquam Galliam, ciuili etiam bello ſatis vexatam, miſerè affligunt. *Genebrard. an. 924. ex Appendice Reginonis.* quo tempore vult totam Lotharingiam à Francis ad Germannos conceſſiſſe. quod etiam hebent Annales huius temporis. In Italia Berengarius victus ſuperiori anno à Rodolpho Rege, nunc extra Italiam Hungaros pro ſe ſollicitat, abſente Rodolpho.	26 *Caroli 3. Simplicis.*
924 Indict. 12.	13 *Ioannis 10*	13 *Conſtantini 9.*	*Henrici 1. Aucupis, Imp. vel Regis German. ann. 6. Berengarij 1. Imp. Ital. ann. vltim. Rodolphi Burgundi Regis Italiæ 2.* Habet hic annus miſerandum Papiæ excidium, ab Hungaris, quos in Italiam pertraxit Berengarius, abſente Rodolpho, qui tamen redeuntes in patriam fudit inter Alpes. Et Berengarius à Veronenſibus ſuis occiditur, dolo Flamberti, vir naturà, & ætate iam exactâ mitis, ac iuſtitiæ cultor. *Sigon. Luitprandus Ticinenſis.* Rodolphus Rex Franciæ, pace auro firmatâ cum Normannis, ducit exercitum in Aquitaniam: ſed Guillelmus Dux ſua retinet, dum Rodolphum vt Regem agnoſcit. *Annal.* Sanctus Vdalricus Auguſtæ Vindelicorum (*Ausburg.*) Epiſcopus creatur. *Baron.* Moritur Eduardus ſenior Angliæ Rex: ſuccedit Æthalſtanus, ex concubina filius, bonus Princeps, literarum non ignarus. *Polid. lib. 6 & Malmesber. lib. 2. cap. 6.*	1 *Rodolphi Burgundi.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
925 *Indict. 13.*	14 *Ioannis 10*	14 *Constantini. 9.*	*Henrici* I *Aucupis, Imp. vel Regis German. ann.* 7. *Rodolphi Burgũdi Regis Italiæ an.* 3. Rodolphus in Italia, Ermẽgardæ dolo & illecebris seductus, à suis deseritur. Et dùm Itali Hugonem Arelatensem euocant ad Regnum Italiæ, Rodolphus redit ad suos in Transalpinam Galliam. *Sigon.* Pelagius puer nobilis, ob singularem in fide & pudicitia constantiam, martyrio coronatur à Mauris in Hispania. *Baron.*	2 *Rodolphi Burgundi.*
926 *Indict. 14.*	15 *Ioannis 10*	15 *Constantini 9.*	*Hẽrici* I. *Imper. vel Regis German. ann.* 8. *Hugonis Italiæ Regis an.* 1. qui nunc Papiæ salutatus Rex, Mediolani coronam ab Archiepiscopo accepit: mox Mantuæ cum Pontifice fœdus percussit. *Sigon. Luitprand. l.* 3. *cap.* 4. Mortuum hoc anno in Custodia Carolum Simplicem *putat Æmilius.* Hugo Comes Parisiensis filiam Eduardi Regis Angliæ ducit vxorem. In Hispania mortuo Ordonio 3, succedit Sanctius frater, dictus Crassus, Rex Legionensis, Æra 963. *Rodericus Sanctius c.* 20. *Vide Marian. lib.* 8. *cap.* 7.	3 *Rodolphi Burgundi.*
927 *Indict. 15.*	16 *Ioannis 10*	16 *Constantini 9.*	*Henrici* I. *Aucupis Imp. vel Regis German. ann.* 9. *Hugonis Regis Italiæ an.* 2. *Frodoardus in Chronico notat,* nunc Heribertũ Comitem gessisse simultates cum Rege Rodolpho; & extraxisse proindè è carcere Carolum Simplicem. pace tamen inter eos compositâ, retrusum Carolum in carcerem: quem *Æmilius tamen putat* obiisse anno 926, idemque *habet Sigebertus.* Obiit nunc Guilelmus Aquitaniæ Dux, dictus Pius; fundator Cluniacensis Monasterij. *Frodoard.* de alio *vide an.* 1157.	4 *Rodolphi Burgundi.*
928 *Indict. 1.*	1 *Leonis* 6.	17 *Constantini 9.*	*Henrici* I. *Imp. vel Regis German.* 10. *Hugonis Italiæ Regis* 3. Vido Tusciæ Marchio, impellẽnte vxore Marozia, vrbem Romam occupans, Petrum Ioannis Papæ fratrem trucidat, & Pontificem ipsum coniicit in carcerem, (quem ibidem strangulatum *ait Sigon.*) *Frodoard. Luitprandus lib.* 3. *cap.* 12. Subrogatur Papa, Leo 6 Christophori Primicerij filius. Constantinus Imperator duobus filijs coronatis, tertium effecit Subdiaconum. *Curopalata. Narrat quoque Luitprand. lib.* 3. *c.* 13, Hugonem Italiæ Regem cessisse Rodolpho Regi quicquid habebat in Galliis, ea lege, ne Rodolphus Italiæ Regnum turbaret. id quod hoc anno factum *ait Paradinus.* putant tamen aliqui mansisse Hugoni ex pacto possessionẽ, vsque ad obitum.	5 *Rodolphi Burgundi.*
929. *Indict. 2.*	1 *Stephani 8 dicti 7.*	18 *Constantini 9*	*Henrici* I. *Aucupis* Imperat. *seu Regis Germaniæ ann.* 11. *Hugonis Italiæ Regis* 4. sunt qui velint nunc tantùm obiisse Carolum Simplicem. *Annal.* Leo Papa coniectus in carcerem moritur: substituitur Stephanus octauus, dictus septimus, patriâ Romanus. *ita vetus codex Vaticanus Rom. pont.* Lancea Constantini Magni, opus mirandum, data Rodolpho Regi; nunc ab eodem datur Henrico Imperatori. *Sigebertus.* Plura *Baron.* Obiit Garsias Enecus Nauarræ Rex, cui successisse tandem dicitur filius posthumus Sanctius Garsias. Variant Authores de anno. rem *attigit Mariana lib.* 8. *c.* 1 *in fine.*	6 *Rodolphi Burgundi.*
930 *Indict. 3.*	2 *Stephani 8 dicti 7.*	19 *Constantini 9.*	Henrici I. *Aucupis Germaniæ Imperatoris, vel Regis anno* 12. *Hugonis in Italia Regis an.* 5. Orsonus Venetorum Dux, Monasticã vitã profitetur: subrogatur Petrus Candianus. *Sabel.* Dani, mortuo eorum Rege Sithrico, pelluntur è Northumbria: quæ sic venit in potestatem Adelstani Angli Regis, victis pulsisque indè Scotis. *Lesleus lib.* 5 *in Constantino* 3. *Polydor. lib.* 6. Pax inter Bulgaros & Imperatorem Græcum firmatur connubio. *Cedren.* Constantinopoli mortuo Nicolao Patriarchæ, subrogatur Stephanus. *ex Curopalata.* Moritur Stephanus Papa mense Decembri. *Onuph.* in cuius locum intruditur Ioannes vndecimus, potentiâ Vvidonis Marchionis Tusciæ, de Ioannis huius patre ex infelici Marozia, *Lege Luitprand. l.* 3. *c.* 2. sunt hæ Principum culpa natę calamitates, terateque.	7 *Rodolphi Burgundi.*

Christi.	Pont.	Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
931 *Indict. 4.*	1 *Ioannis 11*	20 *Constantini 9.*	*Henrici 1. German. Imp. vel Regis an. 13. Hugonis Italiæ Regis 6.* Veneti fines Reipublicæ proferũt in Dalmatiam vsque. *Sabellic.* Hungari Bulgaros bello petunt, dicti ab aliis Turci. *Cedrenus.* Saraceni ex Africa Genuam imprudentibus ciuibus ingressi, prædam referunt ingentem, sacram & profanam. *Sigon.*	8 *Rodolphi Burgundi.*
932 *Indict. 5.*	2 *Ioannis 11*	21 *Constantini 9.*	*Henrici 1. German. Imp. vel Regis ann. 14. Hugonis in Italia Regis 7.* de Lothario Regni Italici socio, *vide an. sequentem.*	9 *Rodolphi Burgundi.*
933 *Indict. 6.*	3 *Ioannis 11*	22 *Constantini 9.*	*Henrici 1. German. Imp. vel Regis ann. 15. Hugonis, Italiæ Regis 8.* Hugo Rex, repulso Arnulpho Bauariæ Duce, inuadenre Italiam, filium Lotharium reuuntiat Italiæ Regem. Obijt Vido Marchio & maritus Maroziæ scorti. Hugo Rex ab ea ad connubium inuitatus, vrbe etiam potitur Româ: sed operâ Alberici priuigni, mox à Romanis pulsus Hugo est. *Luitprand. lib. 3. c. 12.* erat hic Albericus Maroziæ filius, Ioannis Papæ frater. Hungari cædun tur in Germania penè ad vnum omnes. *Apendix Reginon.* Constantinus Scotiæ Rex, victo exercitu, *vti paulo ante commemoraui ad annum* 930, abstinet tandem bello; siue morte, *ex Malmesberien.* siue voluntario secessu ad vitam Monasticam, *ex Ioanne Maiore.* succedit Malcolmus Rex huius nominis primus, Donaldi filius. *Leslæus in Constantino, Hector Boet.* Obijt Stephanus Patriarcha Constantinopolitanus: subrogatur Theophylactus Imperatoris filius, sexdecim annorum, cui datur Administrator Triphon *Curopalat.*	10 *Rodolphi Burgundi.*
934 *Indict. 7.*	4 *Ioannis 11*	23 *Constantini 9.*	*Henrici 1. German. Imp. vel Regis ann. 16. Hugonis Italiæ Regis 9* nihil habet hic annus quod notatu dignum sit: præter labentes Principum horum notatos annos, & Indictionem excurrentem.	11 *Rodolphi Burgundi.*
935 *Indict. 8.*	5 *Ioannis 11*	24 *Constantini 9.*	*Henrici 1. German. Imp. vel Regis an. 17. Hugonis Italiæ Regis 10.* Inger Russiæ (quæ nunc Moscouia est) Rex, Constantinopolim obsidens, profligatur ab Imperatore; qui iniecto Græco igne classem mille nauium exussit. *Cedren. Sigeber. vide* 941. Mortuo Duci Aquitaniæ succedit Guillelmus alius: cuius frater Episcopus Lemouicencis creatur, annuente Francorum Rege. *Vetus Cron.*	12 *Rodolphi Burgundi.*
936 *Indict. 9.*	1 *Leonis 7.*	25 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis ann. 1. Hugonis Italiæ Regis 11.* in Germania cessat viuere Henricus Rex, seu Imperator, dictus Auceps, mense Iulio: succedit filius Otho, dictus Magnus. *Reginon. Appendix, Marianus Scot. Otho Frisingen. Annal. Rhem.* Coronatur Aquisgrani. Obijt quoque Rodolphus Rex Franciæ, idemq; Dux Burgundiæ, mense Ianuario. *Annal. Rhem. vide an.* 921., 922., *&* 923. Regnat Ludouicus, Caroli Simplicis filius, reuocatus ex Anglia, ideò dictus Transmarinus. Lauduni inungitur à Rhemensi Episcopo: Regnumque ad Caroli Magni progeniem redit. *Frodoard.* Romæ moritur Ioannes vndecimus. subrogatur in Pontificatu Leo 7 Romanus: Dei seruum *vocat Frodoardus.*	1 *Ludouici 4. Transmarini.*
937 *Indict. 10.*	2 *Leonis 7.*	26 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni German. Regis ann. 2. Hugonis Ital. Regis 12.* vita functo Burgundiæ Transiuranæ Rege, regnat ibi Conradus demortui filius. *Luitprad. Reginon. Append. Vide an.* 888 *&* 925. Hungari Campaniam, aliaq; Italiæ loca populati, tandem à Marsis & Pelignis omnes ferè cæsi sunt. *Sigon.* Britones è continente & patriâ pulsi; nunc ex Anglia regressi, victis aduenis Normannis, suam recipiunt Britanniam minorem, ferè totam. *Annal Britonum.* apud Venetos Dux eligitur Petrus Badoerius, mortuo Petro Candiano. *Sebellic.*	2 *Ludouici 4. Transmarini.*
938 *Indict. 11.*	3 *Leonis 7.*	27 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis ann. 3. Hugonis Italiæ Regis 13.* Otho Brandeburgenses sibi subijcit, & occupatâ Bauariâ, Ducem ibi creat Bertholdum. *Reginon. Append. Marian. Scot. Otho Frisingen.* Angli ante paucos annos Northumbriam, Cumbriam, &	3 *Ludouici 4. Transmarini.*

Anni, Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Vestmariam, victis ad Bromifeldum Scotis & Danis, suo Imperio adiecerant: *vti dixi ad annum* 930, *&* 933. nunc tandem cum Athalstano Rege Angliæ pacem constituit Malcolmus, ea conditione, vt Northumbria Anglo Regi, Vestmaria, & Cumbria Malcolmo cederent; sed quæ penderent ab Anglo Rege, titulo beneficiarij. *Leslæus. Polydor.* Abderramē rex Cordubensis Maurus obijsse putatur an. 937 relicto successore Halihatano. nunc obiit Sanctius Crassus, rex Legionensis, Aera 975. *ex Roderico:* succedit Ramirus puer, sub tutela matris. *Marian. libro octauo, cap.* 8.	
939 *Indict.* 12	4 *Leonis* 7	28 *Constantini IX.*	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 4. *Hugonis Italiæ* Regis 14. Imperator Otho, & Ludouicus rex, hinc indè, sed non eodem mense, (imò nec anno, *ex Sigeberto*) Lotharingiam inuadunt. Tandem tamen Othoni remansit subiugata ferè tota, solo Metensi Episcopo Adelberone obnitente, fratre Ducis Frederici, qui posteà Dux Lotharingiæ euasit. De re sic gesta consentiunt Scriptores. In Italia Berengarius iunior, Berengarij Senioris ex filia nepos, Hugonem timens, fugit ad Othonem. Nouæ tamen in Hugonem à suis nunc excitatæ sunt tragœdiæ. fatum Hugonis tulit (*inquit Sigonius*) vt quos ipse beneficiis magis obstrinxerat, hos capiti suo infestiores senserit: ingratorum vitium est, & crudele malum. Normannos, qui per biennium Galæciam infestam tenebant, nunc Ferdinandus Gonsaluus Sanctius, Comes Castellæ primus (*de quo ad ann.* 900) adorsus, præda graues, omnes ad vnum occidit. *Roderic. Marian. lib.* 8. *cap.* 8. Obiit Leo papa mense Maio: subrogatur Stephanus 9 dictus 8, patria Germanus, & Germanorum primus. *Onuphrius* Romanum putauit.	4 *Ludouici* 4. *Transmarini.*
940 *Indict.* 13	1 *Stephani* 9 *dicti* 8.	29 *Constantini IX.*	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis ann.* 5. *Hugonis Ital.* Regis 15. habet hic annus inter Ludouicum Regem & Othonem, dissentionem, armorūque fragorem in Burgundia atque Lotharingia; sine vlla insigni rerum mutatione. Mortuo Petro Badoerio, Veneti Ducem substituunt Petrum Candianum, prioris Candiani filium. *Contar.* in Anglia diem clausit Rex Athelstanus: succedit Edmundus frater. *Polydor. lib.* 6. *Malmesber. lib.* 2. *cap.* 7. Agaunense Monasterium Sancti Mauritij, à Saracenis vastatur. *Frodoardus.*	5 *Ludouici* 4. *Transmarini.*
941 *Indict.* 14.	2 *Stephani* 9 *dicti* 8	30 *Constantini.* IX.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 6. *Hugonis Ital.* Regis 16. Othonis Duces cōtra Boleslaum, impium vsurpatorem Bohemiæ (qui Sanctum Venceslaum fratrem natu maximum occidit) pugnant: primum quidem victores: at posteà infeliciter, *Sigeb.* ad hunc annum multi referunt victoriam contra Russos, *de qua* 955.	6 *Ludouici* 4. *Transmarini.*
942 *Indict.* 15	3 *Stephani* 9 *dicti* 8.	31 *Constantini* IX.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 7. *Hugonis Ital.* Regis 17. Hugo Abbas (dictus à quibusdā Albus,) Herbertus Comes, & Guillelmus Normanniæ Dux, rebellantes in Gallia, iubentur à Stephano Pontifice sub anathematis pœna Regi obtemperare. *Frodoard* 941. qui obtemperasse scribit. Moritur S. Odo Cluniacensis. succedit Adamarus. *Baron.* Northumbri rebellant, & castigantur ab Edmundi Regis exercitu, in Anglia, & Hibernia. *Malmesberien. lib.* 2. *c.* 7 *initio.* Stephanus Papa, ciuili tumultu Alberici malè mulctatus, tandem extinguitur: succedit Pontifex Marinus 2. *Sigon. Baron.* aliqui Martinum nominant: qui se Ecclesiæ reformandæ totum addixit.	7 *Ludouici* 4. *Transmarini.*
943 *Indict.* 1.	1 *Marini* 2. *alijs Martini* 3.	32 *Constantini IX.*	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ* Regis *ann.* 8. *Hugonis Ital. Regis* 18. in Gallia obiēre Herbertus Comes, & Guilielmus Normanniæ Dux, cui successor datur à Rege Ludouico Richardus Guillemi filius nothus; saltem in aliqua Prouinciæ parte. *ex Frodoardo, Aemilio, & alijs.* Normanni rebellantes, castigantur à Ludouico, qui	8 *Ludouici* 4. *Transmarini.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			qui tunc Rothomagum recepit. Hugo Comes, ob bello huic nauatam operam, Dux Franciæ creatur, dictus Hugo Magnus, qui & Capeti pater fuit. *Æmil. & aliȷ.* Robertum in Suessionum finibus occisum patrem habuit. Petrus Landianus Ducatum Venetorum excepit. *Sigon.*	
944 *Indict.* 2.	2 *Marini* 2. *aliȷs Martini* 3.	33 *Constantini* 9.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 9. *Hugonis Ital. Regis* 19. Theophylactus Imperatoris filius, iam ætate maturus, Patriarchatum Constantinopolitanum accepit. *Curopal. Baron.* Hugo Italiæ Rex, timens Berengarij Iunioris aduentum, fœdus init cũ Saracenis Italiæ: ex quo omnia ei infeliciter cessere. *Sigon. Bar.* Celebris Christi Imago Edessâ Constantinopolim transfertur. *Baron.*	9 *Ludouici* 4. *Transmarini.*
945 *Indict.* 3	3 *Marini* 2. *aliȷs Martini* 3.	34 *Constantini* 9.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 10. *Hugonis Ital. Regis* 20. Constantinus Leonis filius Imperium fraudulenter à Romano Lacapeno vsurpatum recuperat, primùm operâ Stephani, qui patrem Romanum detrusit in Monasterium: deindè plenè, cùm ipse eundem Stephanum, post duos menses Monasterio addixit. *Cedren.* Ludouicus Rex Franc. dolo Normannorum, aut etiam Hugonis Ducis, captus detinetur per annum, nec nisi datâ Hugoni Duci arce Laudunensi, & Normannis pristinâ libertate, liberatur. *Frodoard. ann.* 946. Hugo Rex Italiæ, sentiens se imparem viribus Iunioris Berengarij, in quem propendebant Itali; sponte abdicatur regno, eâ lege, vt filius eius Lotharius æqua sorte regnet cum Berengario. *Frodoard. Luitprand. Leo Ostiensis Chron. Casin.*	10 *Ludouici* 4. *Transmarini*
946 *Indict.* 4.	1 *Agapiti* 2	35 *Constantini* 9.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 11. *Lotharȷ & Berengarȷ* 2. *Ital. Regum an.* 1. Hugo Rex Italiæ nunc in Prouinciā rediens, à suis recipitur. *Frodoard. Leo Osten. in Chron. Casin.* in Anglia impiè trucidatur Rex Edmundus, relictis sub tutela Eldredi fratris sui, duobus filijs, Eduino, & Eldredo. *Polyd. lib.* 6. Moritur Marinus Papa, cùm sedisset an. 3, men. 6, diebus 13. *ex Codice Vaticano.* succedit Agapitus.	11 *Ludouici* 4. *Transmarini.*
947 *Indict.* 5.	2 *Agapiti* 2	36 *Constantini* 9.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 12. *Lotharȷ, & Berengarȷ* 2. *Ital. Reg. an.* 2. duæ Othonis sorores anteà datæ erant in Matrimonium, altera Ludouico Regi, altera Hugoni Franciæ Duci: nunc eiusdem filia data vxor Conrado Lotharingiæ Duci. *Regi-non. Append.* obiere nunc Sanctus Ælfegus, Episcopus Vintoniensis in Anglia, & Æditha Othonis Imperatoris vxor, miraculis clara. *Baron.*	12 *Ludouici* 4. *Transmarini.*
948 *Indict.* 6.	3 *Agapiti* 2	37 *Constantini* 9.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 13. *Lotharȷ, & Berengarȷ* 2. *Ital. Regum an.* 3. moritur Romanus Lacapenus. Constantinus Imperator filium suum Romanum, collegam sibi assumit Imperij. *Cedren.* Mense Augusto habetur Generalis Synodus in oppido Ingelenhem, præsentibus Othone, Rege Ludouico, Germaniæ & Lotharingiæ Episcopis, vbi Episcopatus Rhemensis Artaldo adiudicatus est, reiecto Hugone Præsule aduersario, (quæ res turbabat Galliæ regnum) & examinata causa Ludouici, Rex ille salutatur, damnato Hugone Duce, qui adesse recusauit nec proptereà, Hugo iste à cœptis destitit, dictitans ius suum in armis esse, non in iudicio inimicorum. vtrumque Hugonem Synodus excommunicauit. *Frodoard. an.* 948 *in Chron. Rhem.* Dùm Hungarorum incursione, & Berengarij deceptione vexatur miserè Italia, Lotharius sæuo animi affectus dolore, in phrenesim incidit, extinguiturq; anno insequenti. extinctum *scribit Sigonius.*	13 *Ludouici* 4. *Transmarini.*
949 *Indict.* 7.	4 *Agapiti* 2.	38 *Constantini* 9.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis ann.* 14 *Lotharȷ & Berengarȷ* 2. *Ital. Regum* 4. Constantinus Imperator in Græcia restituit litterarum studia. *Cedren.* hic annus habet tum oppidorum expugnationem, tum inducias inter Ludouicum Regem, & Hugo-	14 *Ludouici* 4. *Transmarini.*

Ee

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			nem Ducem. *Frodoard.* 949. Agapitus Romæ habitâ Synodo confirmat Synodum Ingelehemensem, & anathemati subijcit Hugonem Principem, donec Regi satisfaciat. *Frodoard.* Otho vincit Danos, qui breui posteà ad fidem conuersi sunt. *Baron. scribit Ioannes Maior,* nunc Malcolmum Scotiæ Regem occisum, qui coniuratorum insidijs in Morauia oppressus est, succedente Indulpho. quod tamen non nisi anno 959 accidisse *volunt Hector Boetius, & Leslaus lib.* 5.	
950 *Indict. 8.*	5 *Agapiti 2.*	39 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis ann.* 15. *Berengarij Ital. Regis* 5. Hic annus, extincto, vti commemoraui, Lothario, quintus est Berengarij Iunioris in Italia. de morte Regis Hugonis, patris Lotharij, non conuenit inter Scriptores, an nunc, an tempore Capeti. Putant aliqui Conradum Transiuranæ Burgundiæ Regem Hugoni successisse in Regno Arelatensi.	15 *Ludouici 4. Transmarini.*
951 *Indict. 9.*	6 *Agapiti 2.*	40 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis ann.16. Berengarij 2. Ital. Regis* 6. qui regnat cum filio Adelberto maiore natu. *Vide Sigon.* Otho nunc vocatus ab Athone venit in Italiam: Adeleidam, Lotharij defuncti vxorem, Conradi Regis Burgundiorum sororem, sibi matrimonio copulat: victo Berengario, Papiam occupat. Rem, & annum *notant Frodoard. Append. Reginon. Sigeber. Auentin. Otho. Frisengen. Onuf. & Sigon.*	16 *Ludouici 4. Transmarini.*
952 *Indict. 10.*	7 *Agapiti 2.*	41 *Constantini 9.*	*Othonis 1 Magni Germaniæ Regis an.17. Berengarij 2. Italiæ Regis* 7. Optauit Otho Romam proficisci, eò inuitatus ab Agapito Papa, sed prohibuit Albericus Princeps, qui Vrbi dominabatur. *Frodoard.* Otho ergo rediens in Germaniam, bellum in Berengarium commisit Conrado Duci, & genero: cui impar viribus Berengarius, tradit se potestati Othonis. Otho Regnum Berengario reliquit, exceptâ Marchia Veronensi, & Forojuliensi, quas Henrico Bauariæ Duci concessit. *Sigon. Auentin. li.* 5. *Reginon. Appendix.* in Hispania Halihatam Maurorum Rex Cordubensis moritur: succedit Hissemus filius. *Vasæus.* Rem *narrat Mariana libro 8. cap.* 8.	17 *Ludouici 4. Transmarini.*
953 *Indict. 11.*	8 *Agapiti 2.*	42 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis an.* 17. *Berengarij 2. Italiæ Regis* 8. Litulfus Othonis filius, & Conradus Imperatoris gener, conspiratione factâ in Othonem, omnia graui & intestino bello turbant, ex quo nuntio Berengarius quoque in Italia, contra datam Othoni fidem, rebellat. *Sigon.* nunc finitur illud intestinum in Gallia bellum, pace constitutâ inter Regem & Hugonem Ducem. *Reginon. Appendix, & Auentin. libro* 5. *& Frodoard. an.* 953.	18 *Ludouici 4. Transmarini.*
954 *Indict. 12.*	9 *Agapiti 2.*	43 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis ann* 19. *Berengarij 2. Italiæ Regis* 9. Otho filium Litulfum obsessum, factâ deditione, donat impunitate: cessatque bellum hoc intestinum. *Marianus Scotus, Reginon. Append.* operâ Sancti Vdalrici constituta hæc pax, *vt Acta eius habent.* Obijt Ludouicus Rex Transmarinus: successit Lotharius filius natu maximus, *Frodoard. Anna. Franc. Regin. Append. AEmil.* Obijt quoque Albericus Romanorum Patricius, cuius filius Octauianus Clericus, Principatum adeptus est, & posteà in Pontificatu successit Agapito. *Ita Frodoard.* qui tunc viuebat. Malè *Sigon.* 956 putat à patre viuente intrusum. Vixit Sanctius Garsias Nauarræ Rex, dictus Abarca: succedit demortuo Sanctius Garsias filius, quartus Nauarræ Rex, dictus Tremulentus. *ex Roderico Sanctio. p. 1 cap.* 12. Aera, si rectè notetur, debet esse 993. Corpus S. Mathæi Salernum transfertur. *Leo Ostiensis l. 2. c.* 5.	19 *Ludouici 4. Transmarini.*
955 *Indict. 13.*	10 *Agapiti 2.*	44 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis an.* 20. *Berengarij 2. Italiæ Regis* 10. Hungari numerosissimo exercitu inuadentes Germaniam, cæduntur penè ad vnum, eodem die & loco, quo ante 48 an. ipsi Christianis ingentem intulerunt cladem, nempe 10 Augusti.	1 *Lotharij 4.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
			Auentin. lib. 5. Marianus Scot. Reginon. Append. & Otho. Frisingen. qui remanserant in patria, Regem sibi nouum creârunt: atque hinc annos cœperunt numerare. Berengarius Italos & Pontificem vexat. *Luitprand.* Moritur Eldredus Angliæ Rex seu Tutor: succedit Eduinus, Edmundi Regis filius, quem egregiè vituperat *Malmesber. lib. 2. cap. 7 in fine. lege Polydor. lib. 6.* Obiit Agapitus satis laudatus in suo munere. Octauianus Alberici filius annorũ tantùm 18, Pontificatum inuadit. Hic primus nomen mutauit & dictus est Ioannes 12 *Onuphrius, Baron.*	
956 *Indict. 14.*	1 *Ioannis 12*	45 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni German. Regis ann. 21. Berengarij 2. Italiæ Regis* 11. Nunc obiit in Gallia Hugo Princeps, dictus Magnus, 16 Iunii. Ex filiis, Hugo Capetus Ducatum Franciæ; Otho Burgundiæ partem, acceperunt. *Annal. Rhemen. Frodoardi, & alij.* nuncupatus Capetus, quòd soleret puer, puerorum capita pileis nudare. Petrus Candianus, mortuo patre, recipitur iterùm à Venetis Dux Reipubl. *Blondus, Sabel.* Theophylactum Patriarcham Constantinopolitanum, vità functum excepit Polyencus Monachus successor. *Curopalat. Baron.*	2 *Lotharij 4.*
957 *Indict. 15*	2 *Ioannis 12*	46 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis ann. 22. Berengarij 2. Italiæ Regis* 12. Litulfus, iussu patris Othonis cum exercitu in Italiam profectus, Berengarij exercitum fudit: & multis oppidis receptis, cùm populos plures ad se traduxisset, morbo extinguitur. *Sigon. Reginon. Append.*	3 *Lotharij 4.*
958 *Indict. 1.*	3 *Ioannis 12.*	47 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis an. 23. Berengarij 2. Italiæ Regis* 13. Berengarius impotenter se gerens in Italos, bellum etiam mouit Ioanni Pontifici in Spoletano Ducatu. *Sigon. Luitpran.* Arnulfus Senior, dictus Magnus, Flandriæ Comes, Balduinum filium huius nominis tertium instituit Comitem. *Chron. Fland.* Otho in Slauos exercitum ducit, eosque debellat, occiso eorum Rege. *Sigebert.*	4 *Lotharij 4.*
959 *Indict. 2.*	4 *Ioannis 12.*	48 *Constantini 9.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis ann. 24. Berengarij 2. Italiæ Regis* 14. Eduinus Angliæ Rex, post defectionem Northumbrorum moritur. Regnat Edgarus, quem *Malmesberiensis cap. 8, vocauit* Anglorum delicias. *Polid. lib. 9.* Rugiorum Regina Helena, ficte Constantinopoli baptizata, nunc ad Othonem Legatos destinat, qui suæ genti petant Episcopũ & Presbyteros. *Reginon. Append. Baron.*	5 *Lotharij 4.*
960 *Indict. 3*	5 *Ioannis 12.*	49 *Constantini 9.* 1 *Romani iunioris Porphyrogeniti.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis an. 25. Berengarij 2. Italiæ Regis* 15. In Oriente Constantinus Imperator veneno extinguitur à filio Romano, qui successit patri. interdixit Romano pater connubia externorum, præterquam Francorum. *Curopalat.* Romanus eodem anno filium Basilium voluit Imperij collegam coronari. Est hic Romanus 3 dictus Iunior, & Porphyrogenitus. Dùm Italia Berengarij tyrannide grauatur, Ioannes Papa Othonem vocat in Italiam: à quo prius exegit iuramentum, de iure & honore Ecclesiæ conseruando. *Extat* Formula *apud Sigon. 960. & Luitprand. lib. 6. cap. 6.* Hugo Capetus à Franco Rege Dux Franciæ, & Pictauiensis Comes renunciatur. Cuius sororem in matrimonium accepit Richardus Normanniæ Dux. *Annal. Rhem.* Sanctus Dunstanus Cantuariensis Episcopus pallium accepit à Ioanne 12, quem, licet pessimæ vitæ hominem, colit; agnoscens in illo Petri personam. *Osbertus in Dunstano, & Baron.*	6 *Lotharij 4.*
961 *Indict. 4*	6 *Ioannis 12*	2 *Romani iunioris Porphyrogeniti.*	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis ann. 26. Berengarij 2. Italiæ Regis* 16. Otho Magnus, filium Othonem secundum, & septennem, iubet coronari Regem German. & mox Italiam ingressus, Papię hoc anno substitit. *Luitprand. lib. 6, cap. 6. Herman. Contract.* Indulphus Scotiæ Rex, partâ contra Danos victoria in Boene littore, redintegrans pugnam occiditur. regnat Duffus Malcol-	7 *Lotharij 4.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg Franc.
			mi filius, laudatus Princeps. *hoc referunt Hector & Leslaeus ad annum* 968, *à quibus Maior dissentit.* nunc obiisse narratur Balduinus 3 in Flandria Comes: pater eius Arnulphus primus, rerum curam resumit. *Marchantius.* Cretam insulam, quam à 40 ann. tenuerunt Saraceni, recuperat Phocas, missus ab Orientis Imperatore. fidem Christianam ibidem restituit Sanctus Nicon. *Curopal. Cedren. & Acta Niconis: quæ Latina fecit noster Sirmundus.*	
962 *Indict.* 5	7 *Ioannis* 12	3 *Romani iunioris Porphyrogeniti.*	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis ann.* 27. *à Coronatione Romana Imp.* 1. *Berengarij* 2 *Italiæ regis, an.* 17. Otho Româ profectus, coronatur Imperator à Ioanne Papa. *Frodoard. Luitprand. Sigon. Herman. Contract. Cardin. Bellarm. lib.* 2. *cap.* 3. *de Imper. translat.* Itali Scriptores hunc primum Imperatorem legitimum volunt, post amissum à Caroli Magni sobole Imperium. Certè plures Historici, eos, qui hactenus imperârunt in Germania, tantùm Reges vocant. *Vide an.* 965. Otho Ecclesiæ Romanæ adempta oppida restituit. *Sigon.* Diploma *refert* Baron. de Ciuitate Romana cum Ducatu suo, de Exarchatu, Neapolitano Regno, & alijs à Pipino ac Carolo olim concessis. Ramirus Rex Legionensis, moritur sine liberis; Æra 1000. Ramiro succedit Veremundus secundus, Ramiri patruelis. *Roderic. Sanctius capite* 22. Historiam *habet Mariana libro* 8 *cap.* 9. de Meldensi Synodo in Gallia, in causa Rhemensis Episcopi, *Frodoard. Baron. nu* 17.	9 *Lotharij* 2.
963 *Indict.* 6.	8 *Ioannis* 12	1 *Nicephori* 2. *Phocæ.*	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 28 *à Coronatione Romana Imp.* 2. *Berengarij* 2. *Italiæ Regis an.* 18. Narrat *Curopalata* obiisse hoc anno Romanū Orientis Imperatorem: cui licèt successissent duo eius filij, Basilius, & Constantinus pueri: tamen Nicephorus Phocas, victoriis iam nobilitatus, acclamatus Imperator, coronatus à Patriarcha Polyencto, Imperatricem viduam duxit vxorem. *Zonar. & alij.* Otho, dùm Berengarium persequitur, sentiens Ioannem fœdus inire cū Adelberto, antea Romanæ Ecclesiæ hoste, & graues audiens in Ioannem accusationes, Romam properat; vbi coacto Episcoporum Concilio, damnatur abdicatuique Ioannes, subrogato Leone 8. Rem *narrat Luitprand. lib.* 6. *c.* 6. *Onuph. Sigonius prolixè, & Baronius:* qui vt Ioannem hunc moribus turpem, fide tamen sincerum tuetur: ita hoc Concilium, in quo damnatus Pōtifex est, peruersum, spurium, & sacrilegum multis grauibus argumentis pronuntiat.	10 *Lotharij* 4.
964 *Indict.* 7.	9 *Ioannis* 12	2 *Nicephori* 2. *Phocæ.*	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 29 *à Coronatione Romanâ Imp.* 3. *Berēgarij Italiæ Regis an.* 19 Otho captū tandē Berengariū perpetuò mulctat exilio in Germania. *Sigon.* Interim Romani, pulso Leone, reuocant Ioan. Papam. Qui tamē consuetâ viuendi licētiâ vtens, meruit à Deo puniri; quem obiisse *scribit Regino,* pridie Idus Maij. Addit subrogatū Benedictū Romanæ Ecclesiæ Diaconū: sed Otho iterum Romam occupans, eijcit Benedictū Romanum Pontificem, restituto Leone. Iniquè, *inquit Ditmarus, huius temporis Scriptor.* Meritò reprehenditur *à Baronio Gratianus*, qui *dist.* 63. *cap. in Synodo congregata*, intrusit illud c. ex huius Leonis pseudosynodo, quâ dicitur concessa Imperatori electio Romani Pontificis. Nec enim Pontifex ille fuit: nec ita eam statuisse vllus probare potest. Æquè, *inquit idem Author*, mendax est Constitutio, *apud Crantium, vel alium,* quâ dicitur Pontifex restituere Othoni quæcumque vnquam data fuerant Romanæ Ecclesiæ. Nicephorus in Oriente eripit Saracenis Cyprum, Tarsum, Mopsuestiam, Antiochiam Syriæ, ac denique centum vrbes. *Curopalat.*	11 *Lotharij* 4.

Christi.	Pont.	Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
965 Indict. 8.	1 Benedictis	3 Nicephori 2. Phoca.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 30 *à Coronatione Romanâ Imp.* 4. Ad Othonem, domitâ nunc Italiâ, reuersum in Germaniam concursus totius penè Orbis terrarũ fiebat. Post Imperium à sobole Caroli Magni ablatũ, primus hic Otho, iustus ac legitimus Cæsar numeratur, *inquiunt Aemilius, Genebrard. Sigon. Bar. & plerique alij*; quòd cæteri, Pontificis Summi authoritate, benedictioneque caruerint, *inquit Æmilius: addens*, nunquam Francicum nomẽ iunctius Germanico fuisse, quàm Othone hoc Cæsare. Interim Albertus Beringarij filius Regnum in Italia affectans, negotiũ Imperatori facessit. *Reginon. Append.* In Flandria Arnulpho Seniori auo paterno, succedit Comes Arnulphus Iunior, Balduini tertij filius. *Chron. Flandriæ. & Marchãtius in Arnulpho* 2. Benedictus (quem secum Otho abduxerat in Germaniam) multa dira passus à Leone exul, legitimus Pontifex, & habitus Martyr obijt Hamburgi 4 Non. Iul. *Adamus, vetus Chron. lib.* 2. *c.* 6. *Ditmarus lib.* 2. *Baron.* quamuis annus, quo vita functus est, non sit omnino certus. Hoc ipso an 965 moritur Leo. Subrogatur, iubente Imperatore, Ioannes, dictu 13: quamuis viuẽte Benedicto nullus alius potue rit esse legitimus. *Baron.* Poloni, Slauorum propaga, antiquæ Sarmatæ accolæ, nunc omnino fiunt Christiani, baptizato eorum Rege Micslao, cum præcipua nobilitate. *Martinus Chromerus in Chron. Polon.* Habet hic annus Veremundi Regis Legionensis conflictus varios contra Mauros. *Mariana lib.* 8. *c.* 9.	12 Lotharij 4.
966 Indict. 9.	1 Ioannis 13	4 Nicephori 2. Phoca.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 31 *à Coronatione Romana Imp.* 5. Otho reuersus Romam, Ioannem pulsum restituit, sumpto de iis supplicio, qui eum expulerant. *Auent. Blond. Sigebert. Reginon. Append.* quo etiam anno obijt Berengarius Rex, exul in Germania. Nunc finem accipiũt Annales Rhemenses Frodoardi Presbyteri, *vt ibidem notatur.* Duffus Scotiæ Rex, & Princeps optimus, in arce Forensi trucidatur nefario Doneualdi impulsu. *Hector lib.* 11. *Maior, Leslaus lib.* 5. vbi de huius Regis imagine cerea, igni per Veneficas admota, & detecta. Successit Rex Culenus, Indulphi filius, homo impurus, & ad omnem proiectus libidinẽ. Almansor Rex Cordubensis Maurus, crebras hoc tempore contra Christianos victorias referens, Veremundum Regem Legionensem, aliosque insigni clade affecit *Rodericus Sanct. c.* 22. *Mariana c.* 9. *l.* 8.	13 Lotharij 4.
967 Indict. 10.	2 Ioannis 13	5 Nicephori 2. Phoca.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 32. *à Coronatione Romanâ Imp.* 6. habet Appendix *Reginonis* (cui hic finis imponitur) Othonẽ, habita Rauennæ post Pascha Synodo, restituisse Pontifici (qui ibidem aderat) Vrbem illam, & Exarchatum. *Baronius* confirmatam donatione *interpretatur.* Culenus Scotiæ Rex Reipublicæ inutilis, & vitæ turpissimæ, tandem à Cadhardo, cuius filiam violauerat, trucidatur. *Leslæus.* regnat Kennethus 3, Malcolmi filius. Otho Iunior corona accepta consors Imperij declaratur. *Sigon.*	14 Lotharij 4.
968 Indict. 11	3 Ioannis 13	6 Nicephori 2. Phoca.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 33 *à Coronatione Romanâ Imp.* 7. Otho Adelbertũ iusta acie vincit: in quo mox extincto, extinctum penitus est Italię Regnum. Idem Imperator Saracenos è Calabria & Apulia repulit; Beneuentanosque sibi subiecit. *Blondus, Onuph. Sigebert. Sigon.* Fodinæ auri & argẽti inuentæ in Saxonia. *Otho Frisingen, Sigebert.*	15 Lotharij 4.
969 Indict. 12.	4 Ioannis 13	7 Nicephori 2. Phoca.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 34 *à Coronatione Romana Imp.* 8. Otho, Græcos in Calabria, à quibus spe matrimonij deceptus fuit, misso exercitu, breui deleuit, *ex Vitikindo.* His in Græcia auditis, Constantinopolitani rebellant, occiduntque Nicephorũ. bellis clarũ Principem, sed rapacem, & sacrilegum (*Baron.* 964) id agente propria coniuge. Ioannes Zimisca, domini sui occisor,	16 Lotharij 4.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			acclamatur Imperator, qui ad pacem constituendam, Theophaniam regiam puellā misit vxorem Othoni Iuniori anteà promissam. *Blondus*, *Sigon. Baron.*	
970 Indict. 13.	5 Ioannis 13	1 Ioannis Zimiscæ.	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis an. 35. à Coronatione Romanā Imp.* 9. Saraceni Africam & orientē incolentes, iunctis copijs ingentibus, Antiochiam inuadunt: sed ab exercitu Zimiscæ Imperatoris profligantur. *Cedren.* Mortuo Polyeucto Patriarchæ Constantinopol. subrogatur Basilius Monachus. Antiochia quoque Theodorum accipit Patriarcham, pulsis, vti dixi, Saracenis. *Curopalata.* Obijsse dicitur hoc anno alter Guillelmus Aquitaniæ Dux, & Pictauiensis Comes: succedit filius eiusdem nominis. *Chron. Aquitan. alij aliter.*	17 Lotharij 4.
971 Indict. 14.	6 Ioannis 13	2 Ioannis Zimiscæ.	*Othonis 1 Magni Germaniæ Regis an. 36 à Coronatione Romanā Imp.* 10. Bardas Durus insignem reportat victoriam contra Rossos, in bello Scythico: & adhuc barbaro cruore madens, mittitur ab Imperatore Zimisca in Bardam Phocam, qui in Asia, frater Nicephori, Imperatoris nomen assumpsit, quem etiam deditione captum eodem anno Imperator relegat in Chium. *Cedren Curopal.* Magdeburgum ciuitatem condit Otho in Saxonia, dato illi ciuitati Adelberto primo Episcopo. *Albert. Crant. Adam, Vet. Chron. lib. 2 cap. 7 & deinceps* Cairum ciuitatem Ægypti nunc conditam Elcainus Saracenorum Princeps regiam fecit, mansitque integra Elcaini successoribus, vsque ad Saladinum. *Guillelmus Tyrius.*	18 Lotharij 4.
972 Indict. 15.	7 Ioannis 13 1 Doni, vel Domni 2	3 Ioannis Zimiscæ.	*Othonis 1. Magni Germaniæ Regis ann. 37 à Coronatione Romanā Imper.* 11. Ioannes Zimisca Imperator, ducto in Bulgariam exercitu, bis victos Russos inde pellit, & Bulgariæ Regnum suo nititur adiicere Imperio. *Cedren. Curopalat.* Theophania Romæ nubit Othoni Iuniori. *Sigebert.* Vbi Augustæ titulo decorata est. *Sigon.* in hunc ferè annum incidit receptum in Italia Fraxinetum castrum, pulsis omninò, aut cæsis Saracenis. *Glaber.* nempe paulò ante Othonis Magni obitum, & operâ Guillelmi Ducis Arelatensis. Imperante Othone obijt Papa Ioannes 13 men. Sep. *ex Onuphrio.* eligitur successor Donus, vel Domnus 2 Romanus 20 Sep. qui obijt 19 Decembris. successit Benedictus 6 Romanus.	19 Lotharij 4.
973 Indict. 1.	1 Benedicti 6.	4 Ioannis Zimiscæ.	*Othonis II. Imp. Occid. an.* 1. Otho Magnus reuersus in Germaniam obit 7 Maij. Imperator Otho 2 *Herman. Contract. Sigebert. Otho Frisin. Auentin. Marianus Scot.* qualis nunc fuerit Italiæ status, *sciтè describit Sigonius ad hunc annum.* Imperator Otho Magnus Beneuentanum Ducatum, qui antiquo ferè Samnio continebatur, Principi Beneuentano concessit: Campaniam, ac Lucaniam Principibus Capuano, Neapolitano, & Salernitano: Romano Pontifici, Ducatum Romanum, Spoletanum, Tusciam, Marchiam Anconitanam, & Exarchatum: reliqua Italiæ Regi adiunxit. *Narrat idem Sigon.* Petrus Candianus Dux Venetorum à populo ob tyrannidis suspicionem trucidatur. *Blondus.*	20 Lotharij 4.
974 Indict. 2.	2 Benedicti 6. Bonifacius 7. Pseudopontif.	5 Ioannis Zimiscæ	*Othonis II. Imp. Occid. an.* 2. Veneti Petrum Orselinum, seu Orseolum eligunt Ducem. *Sabel.* Basilio Patriarcha Constantinopolitano pulso, subrogatur Antonius Studites. *Cedren. Curopalat.* Benedictus 6 à Bonifacio impio homine coniectus in carcerem, strangulatur. Occupat ille Sedem, dictus Bonifacius 7: sed qui tyrannicè Sedem inuasit, non numeratur inter Pontifices, eritque sic annus iste asscribendus Benedicto 6. floret in tanta morum corruptela sanctus Romualdus Rauennas, ex Ducum stirpe oriundus. *Petrus Dam.*	21 Lotharij 4.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
975 Indict. 3.	1 Benedicti 7.	6 Ioannis Zimisca.	*Othonis* 2. *Imp Occid. an.* 3. Moritur Edgarus Angliæ Rex. Regnum tenet filius, dictus Edoardus secundus. *Polydor. lib. 6 in fine.* sane *Malmesber. l. 2 cap. 9.* hunc, virum Sanctum describit, qui scribebat anno 1140. in Synodo apud Vintoniam *narratur* Christus ex signo Crucifixi loquutus, adiudicando Monachis causam contra Clericos, qui volebant ad bona pristina admitti cum vxoribus. *ex Osberto in vita Dunstani* tunc Primatis, & Cõcilio præsidentis. *lege Baron.* Bonifacius, qui tyrannice Sedem inuasit, pellitur. Omnium consensu creatur ex Sutrino Episcopo, Benedictus, vocatus 7. cuius hic primus sit annus. *Baron.* Mense Decembri, Indictione 4 ineunte, Imperator Zimisca rediens è Syria, veneno extinguitur: succedunt filii Romani Iunioris Basilius 20 annorum, & Constantinus annum agens 17. *Curopalat. Cedren. & alij.*	22 Lotharij 4.
976 Indict. 4.	2 Benedicti 7.	1 Basilij & Constantini X Fratrũ.	*Othonis* 2. *Imp. Occid an.* 4. Orselinus Venetorum Dux vitam Monasticam in Aquitania delegit. *Surius* 19 Iunii: subrogatur Vitalis Candianus, Petri filius paulò ante occisi. *Sabellic.* in Hispania Almansor Rex Cordubensis, qui dissidentibus Christianis Principibus per 12 penè annos feliciter rem Mauricam promouerat, tandem à Veremundo Rege Legionensi, fuso exercitu fugatur. *Roderic. Alfon. Mariana lib 8, ad annũ* 993 Bardas Durus Orientis Præfectus, concilio & fauore militum vsurpat Imperatoris nomen. *Cedren. Curopalat.* de Sãcto Nilo multa ad hunc annum, *Baron.*	23 Lotharij 4.
977 Indict. 5.	3 Benedicti 7.	2 Basilij & Cõstãtini X Fratrum.	*Othonis* 2 *Imp. Occid. an* 5. Leo Phocas à Basilio Imperatore missus est cum exercitu contra Bardam Tyrannum; qui tandem victus, confugiens ad Saracenos, ab iisdem coniicitur in carcerẽ. *Cedren* Otho Lotharingiam inferiorem concessit Carolo Lotharii Regis fratri, sic Carolum sibi deuinciens, quem Beneficiarium Cæsarum iureiurando præstito effecit. *Sigeber.* 977. In Hispania ad Calacanasorum oppidum in Castellæ & Legionis confinio, pugnatum est contra Mauros: vincunt Christiani. Almansor diem obiit, relicto filio Abdelmelico. *Mariana l. 8. an* 998. *Vasæus. Rodericus notat* annum Arabum 367. de quo tamen non conuenit inter Scriptores.	24 Lotharij 4.
978 Indict. 6.	4 Benedicti 7.	3 Basilij & Constantini X.	*Othonis* 2. *Imp. Occid an.* 6. Lotharius Rex, ob cõcessam, vti dixi, Carolo Lotharingiam, armatus infestis signis Othonem Aquisgrani morantem inuadit: in fugam egit, ægréque Otho euasit. Imperator rursus collecto exercitu Gallias vastat. *Sigeber. Herman. Contract.* in Anglia Sanctus Eduardus dolo nouercæ perit, quæ filium Ethelredum Regno præfici curat. *Malmesber. l. 2. cap. 9.* vbi Martyrem vocat. *Lege Baron. in Martyrol.* 18 *Martij, & Polyd, in fine lib. 6. & initio* 7. Abdelmelicus Rex Cordubensis victus à Veremundo, & Garsia Comite Castellano, pacem affectat. *Roderic. Mariana, anno* 998	25 Lotharij 4.
979 Indict. 7.	5 Benedicti 7.	4 Basilij & Constantini X.	*Othonis* 2 *Imp. Occid an* 7. Basilius Imperator, Saracenis mercede conductis, Italiam inuadit, vbi Bario & Matera expugnatis, Apulia, & Calabria recipiuntur. *Sigon. Blondus, Sabel.* diem nunc obiit Veremundus Legionensis Rex, Æra 1017 *ex Roderic.* Succedit filius, dictus Alfonsus 5 sub tutela matris, & Melendi Gonsalui, Comitis Galætiæ *Mariana l. 8. c. 10.*	26 Lotharij 4.
980 Indict. 8.	6 Benedicti 7.	5 Basilij & Constantini X.	*Othonis* 2. *Imp. Occid, an.* 8 pax composita inter Othonem, & Regem Lotharium. Carolo (*de quo* 977.) remansit Lotharingia. *Æmil. Annal. addit Sigebertus* Regẽ omne ius suum in Lotharingum deriuasse. Otho in Italiam contra Græcos festinat. obiit Sanctius Garsias Nauarræ Rex, Æra sanè 1018, non autem 968, vt irrepsit error *apud Rodericum* Omnes enim fatentur eum in bello contra Almansorum adfuisse Veremundo Regi Legionen-	27 Lotharij 4.

Christ.	Pont.	Imp.		Reg. Frãc.
			ſi,qui diem clauſit anno Chriſti 978.regnare cœpit filius, dictus SanctiusMaior,futurus primus Caſtellæ Rex poſt cladem, *inquit Rodericus Sanctius p.1.c.11 & 12.*(aut certè filius ipſius Ferdinandus,*vt alii numerant.*)& qui obiit Æra 1053, cùm regnaſſet annis 35,quibus iterùm ſubductis,exibit Æra illa 1018,qua Garſias, *vti commemoraui*,vita deceſſit.	
981 *Indict. 9.*	7 *Benedicti 7.*	6 *Baſilij 2. & Conſtãtini X.*	O*thonis* 2.I*mp.*O*ccid.an*.9.Otho, ducturus exercitum in Græcos,firmat pacem cum Carolo Lotharingiæ Principe, adiectis ad Caroli ditionem aliquot ciuitatibus,quas nunc retinet Lotharingus princeps ab eo tempore Lotharingia non Regnum, ſed magni nominis Ducatus dici cœpit,cum ſupremo Principatu addita quoque noua Principis Inſignia.C*hron Lothar.& Fran.* Antonius Studites Patriarcha Conſtantinopolitanus Bardam timens,ſponte ſe abdicat Patriarchatu:ſufficitur Nicolaus, cognomento Chryſoberges. *Curopalat.*	28 *Lotharij 4.*
982 *Indict. 10.*	8 *Benedicti 7.*	7 *Baſilij 2. & Conſtatini X.*	O*thonis* 2.I*mp.*O*ccid.an.* 10. Otho contra Græcos pugnat ad Baſſentellum Calabriæ oppidum Idibus Iulii; ſed fugientibus Beneuentanis & Romanis,fuſus eſt Othonis exercitus: ipſe natatu,aliiſque artibus vix euadens, copiarum reliquias auget ad redintegrandum bellum.*Sigeber.Sigon.& alij.* Naſcitur Auicenna in Perſide,Arabum Medicorum Princeps,*ex Sortano in eius Vita:notat* Hegiræ annum 373.	29 *Lotharij 4.*
983 *Indict. 11.*	9 *Benedicti 7.*	8 *Baſilij 2. & Conſtãtini X. Fratrum.*	O*thonis* 2 I*mp.* O*ccid.an.*11. Otho redintegrato bello, dicitur Saracenos affeciſſe ingenti clade : vnde dictum aliqui ſcribunt Sanguinarium.mox conuocatis Proceribus, filium Othonem 3, annorum ferè 12,ſucceſſorem Imperii renunciat Veronæ.Poſteà Romæ morbo extinctus 8 Idus Decembris : ibidem ſepultus eſt in veſtibulo Baſilicæ Vaticanæ. *Sigeber. Sigon. Leo Oſtien.* D*itmarus,Herman.Contract.*	30 *Lotharij 4.*
984 *Indict. 12.*	1 *Ioannis 14.*	9 *Baſilij 2. & Conſtatini X.*	O*thonis* 3.R*om.vel.Germaniæ* R*egis an*.1. Lotharius Rex Lotharingiam repetens,Virdunum occupat. *Sigeber.* Dux Venetorum renuntiatur Tribonius Memo. Vitalis Monaſticam eligit vitam. *Sabel.*diẽ obiit Benedictus 7 die 10 Iulii: *ex Sepulchri inſcriptione, quæ extat adhuc in Baſilica Sãctæ Crucis:*ſubrogatur Petrus,Epiſcopus Papiẽſis,dictus Ioan.14.O*nuph. Baron.*Cordubæ in Hiſpania obiit Abdelmelicus: ſucceſſit in magiſtratu Abderrahmanus. Res Maurica in peius nunc ruere cœpit. *Mariana l. 8. ann.* 1006. *Vaſæus.*	31 *Lotharij 4.*
985 *Indict. 13.*	1 *Ioannis 15.*	10 *Baſilij 2. & Conſtãtini X*	O*thonis* 3.R*om vel.Germaniæ* R*egis an*.2.Bonifacius ille impius, *de quo* 974.rediens ex Oriente,Ioannem 14 coniectum in carcerem,mori coegit;& ſedem 4 menſibus tenuit. Hic famoſus latro,*inquit Baronius*,periit 4 mẽſe,*vt habet Codex Pont.*R*om*.ſubrogatur Ioannes 15.qui timore ſecedens in Tuſciam, tandem honorificè reuocatur.	32 *Lotharij 4.*
986 *Indict. 14.*	2 *Ioannis 15.*	11 *Baſilij 2. & Conſtãtini X.*	O*thonis* 3.R*om vel.German.* R*egis ann.* 3. Moritur Lotharius Frãciæ Rex hoc anno,*ex Æmilio,& aliis.* ſuccedit Ludouicus filius,qui vnum omninò annum regnauit. Vltimus (*inquit Æmilius*) qui ex agnatione Caroli Magni Regium nomen geſſerit.Bohemiam ſibi omninò ſubiicit Otho. *Lamber. Schaffnaburgenſis.*	1 *Ludouici 5.*
987 *Indict. 15.*	3 *Ioannis 15.*	12 *Baſilij 2. & Conſtãtini X.*	O*thonis* 3 R*om.vel Germaniæ* R*egis ann.* 4.in Oriente Bardus Phocas acclamatur Imperator à pleriſque Ducibus,qui ſe à Baſilio contemni putabant:idque 15 Auguſti, hac Indictione. *Cedrenus Curopalat.*	2 *Ludouici 5.*

CAPETORVM GENVS in Gallia.

OBIIT Ludouicus Carolinorum rex vltimus, sine liberis, Francorum rex 34 veneno extinctus, *inquit Æmilius*. Carolus patruus, Lotharingiæ Dux regnum armis petebat: sed Hugo Capetus, fortunâ, viribus, & mortaliũ studiis superior euasit primus Gallus Gallorum Rex, reiecto Carolo, quod nimis Germanis faueret. Eodem anno filius Capeti Robertus, Rex cum patre renuntiatur. *Glaber. Cluniacen. & Odoranus*, qui cum aliquot aliis, Capetum materno genere etiam Carolinum fuisse tradunt. ad hunc annum exeuntem *Marchantius consignat* obitum Arnulphi Iunioris, Flandriæ Comitis, cui successit Balduinus 4 dictus Pulchrobarbus.

988 | Indict. 1. | 4 Ioannis | 13 Basilij & Constantini X Fratrum. | 1 Hugonis Capeti.

Othonis 3. Rom. vel Germaniæ Regis an. 5. Ad Laudunum pugnâ commissa inter Carolum Lotharingiæ Ducem, & Capetum Regem electum. Carolus viribus inferior, in vrbem se recepit. *Æmil.* Moritur Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus, vir admirandæ virtutis. *Osbertus in eius Vita.*

989 | Indict. 2. | 5 Ioannis | 14 Basilij & Constantini X Fratrum. | 2 Hugonis Capeti.

Othonis 3 Rom. vel Germaniæ Regis an. 6. Basilius Imperator ad Abidum pugnat contra rebelles, vnde occiso Phoca, aliisque plerisque captis, Imperator victor redit Constantinopolim *Cedren. Curopala.* Sanctus Adelbertus, Episcopus Pragensis restituitur. *Baron.*

990 | Indict. 3. | 6 Ioannis | 15 Basilij & Constantini X. | 3 Hugonis Capeti.

Othonis 3 Rom. vel Germaniæ Regis an. 7. Carolus Lotharingus in Gallia quorundam proditione potitur Rhemensi ciuitate: suspicio grauis fuit, iussu Arnulphi Episcopi Rhemensis id esse factum. *Baronius rem describit*; Theophania, Othonis mater, moritur, *Ditmarus*. Mediolani Bonicio Duce excitata seditio inter nobilitatem & plebem, quod posteà diuturnitate temporis inueteratum venenum, in ea vrbe, *notat cum alijs Historicis Sigonius.*

991 | Indict. 4. | 7 Ioannis. | 16 Basilij & Constantini X. | 4 Hugonis Capeti.

Othonis 3. Rom. vel Germaniæ Regis an. 8. hic quartus & vltimus est belli annus, inter Capetum & Carolum: quo Episcopi Laudunensis proditione reseratis portis, intromissus Capetus Carolum comprehensum misit in custodiam Aurelianam. *Æmil. & alij.* Vbi posteà diem clausit, duobus eius filiis ad Othonem confugientibus. Otho, ex priori matrimonio filius, succedit Lotharingiæ Dux. *Sigeber. anno 991.* Landulphus Princeps Beneuentanus, & Capuanus, à ciuibus occiditur: succedit frater Laidulphus. *Sigon.* Bellum inter Richardum Normanniæ Ducem, & Regem Angliæ generum, exortum, cessat operâ Ioannis Papæ, *Malmesber.*

992 | Indict. 5. | 8 Ioannis. | 17 Basilij & Constantini X. | 5 Hugonis Capeti.

Othonis 3 Rom. vel Germaniæ Regis an. 9. Rhemis in Gallia habetur Synodus; Pseudosinodum *vocat Baron.* hac certè Indictione 5 & Capeti an. 5 in qua Arnulphus Archiepiscopus exauctoratur, subrogato Gerberto. *notat Baron.* Acta non extare integra: sed qualia à Gerberto aduersario, contra Romanum Pontificem scripta sunt. Gerbertum nullius fidei hominem, oblatrantem in Romanum Pontificem cõfutat. *Lege Aemilium, & Aimoin. Appen. l. 5. c. 45.* vbi de reiecta hac Synodo, & damnato Gerberto; quem *Centuriatores* patronũ auidè arripiũt, *Centur. 10. cap. 4.* in Polonia mortuo primo Rege Christiano, Boleslaus filius renũciatur rex.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
993 Indict. 6.	9 Ioannis 15.	18 Basilij 2. & Constantini X.	*Othonis* 3. *Rom vel Germaniæ Regis an.* 10. Conrado Burgundiæ Transiuranæ Regi demortuo, succedit filius Rodolfus, dictus Ignauus. *Herman, Contract. & alii, ex veteribus Lotharingiæ & Delphinatus monumentis.* Sanctus Vdalricus Augustanus Episcopus relatus legitur hoc anno in numerum Sanctorum, à Ioanne Papa. S. Odilo succedit Abbas Cluniacensis, mortuo Sancto Maiolo. *Baron.*	6 Hugonis Capeti.
994 Indict. 7.	10 Ioannis 15.	19 Basilij 2. & Constantini X.	*Othonis* 3. *Rom. vel Germaniæ Regis ann.* 11. Crescens Romæ Consul, spe reuocandi Romanum Imperium, ab Othone Germano homine ad Romanos: omnia turbat. à quo pulsus Ioannes Papa, Imperatorem certiorem facit de re tota. *Sabel. Sigon.* Kennethus Scotiæ Rex Legem de Regni successione (quâ Regum liberi ante maturam ætatem à successione arcebantur) antiquauit. Breui interimitur dolo Fenellæ, idque hoc anno, *ex Ioanne Maior. & Buchan.* Reportauit hic Rex nobilem aduersus Danos victoriam: in qua pugna Haius Agricola palmam tulit, fecitque familiæ nobilissimæ nomen. successit Constantinus 4, Culeni filius, violatâ illa de successione Lege, quam tulit Kennethus. *Hector. Lesleus.* sed in anno dissentiunt ab aliis.	7 Hugonis Capeti.
995 Indict. 8.	11 Ioannis 15.	20 Basilij 2. & Constantini X.	*Othonis* 3. *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 12. habetur Mosomi in Lotharingia Synodus de causa Arnulphi, & Gerberti, hominis passim debacchantis in Sedem Romanam. Gerbertus præsens & auditus abdicatur officio, vsque ad Synodum mense Iulio habitam Rhemis. In qua tandem pulso Gerberto, restituitur Sedi Arnulphus. *Acta, Sigon. Baron. & Appendix Aimoin. l.* 5. *cap.* 45. *eadē Acta testantur*, Ioannem 15, fuisse adhuc anno hoc superstitem. in hunc annum exeuntem incidisse videtur mors Hugonis Capeti: aliqui ad sequentem annum referunt. *Sigebert. Aimoin. Appendix.* successit Robertus filius. *Aemilius.* obiit Nicolaus Chrysoberges Patriarcha Constantinopolitan. substituitur Sisinnus. *Cedren.* Hic controuersiam Græcorum de quarto Matrimonio composuit.	8 Hugonis Capeti.
996 Indict. 9.	1 Gregorij 5.	21 Basilij 2. & Constantini X.	*Othonis* 3. *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 13. *à Coronatione Romanâ Imp. an.* 1. Obiit Ioannes Papa Nonis Maii. Epitaphiū *refert Baron.* substituitur post mensem & dies 6, Gregorius 5, vir Germanus, Bruno dictus, Othonis nepos. *Ditmar. lib.* 4. hic Papa restitutionem Arnulphi Rhemensis Episcopi ratam habuit, & Pallii etiam concessione firmauit. Gerbertus Othonem sequutus, cùm tandem Apostolicæ Sedis iudicio acquiesceret, petitur à populo, & approbatur à Gregorio Episcopus Rauennatis Ecclesiæ. *Papir. Masso. Annal. Franc. l.* 3. *& Scriptor huius temporis apud Aimoin. lib.* 5. *cap.* 45. habet hic idē, vel certè insequens annus extinctum Crescentem ab Othone: Othonem Coronâ Imperiali imposita à Gregorio ornatum: & sedatum Schisma; pulso quodam Ioanne Antipapa. *Lege Sigon. & Baron.* Hic Othonis in Italiam aduentus describitur à veteribus, *Ditmaro, & Adamo, Chron. lib.* 2. *cap* 29. *&* 30. *Narrat Baronius* in Concilio nunc Romæ habito, vrgente Imperatore, stabilitam esse Formam eligendi deinceps Imperatorem. De qua re *idem author*, & de Electorum numero, ac nominibus prolixè. Septem electores à Romano Pontifice cōstitutos probat *Card. Bellar. lib.* 3. *c.* 1, 23. *de trāslatione Imper.*	1 Roberti Pij
997 Indict. 10.	2 Gregorij 5.	22 Basilij 2. & Constantini X. Fratrum	*Othonis* 3. *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 14. *à Coronatione Romanâ Imp.* 2. *Hermannus Contractus, Marian. Scot. & quidem alii, volunt* hoc tantùm anno extinctum Crescentem, & Gregorium 5 Sedi restitutum ab Othone. Constantinus 4, Scotiæ Rex, dùm factionibus, scisso Regno, Principatum Cumbriæ inuadit, à Kennetho (is Kennethi Regis frater nothus erat) occiditur. Grimus, Duffi Regis nepos, Regnum tenuit. *Lesleus, Maior, Hector.*	2 Roberti Pij.

Christ.	Pont.	Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg Franc.
			Obiit Richardus primus huius nominis Normanniæ Dux, succedit Richardus filius.	
998 Indict. 11.	3 Gregorij 5.	23 Basilij 2. & Constantini X.	*Othonis* 3. *Rom. vel Germaniæ Regis ann.* 15. *à Coronatione Romana Imp.* 3. Berardus, Saxoniæ Ducis filius (fratris Othonis Secundi) obtinet à Rodolpho Burgundiæ Transiuranæ Rege, Comitatum Moriennensem, cum Taurinatium Marchionatu. Vnde posteà Duces Sabaudiæ. *Histor. Sabaud. & Sabel.* Petrus Orselinus Tribonio succedit Dux Venetorum. *Sabellic.* Sisinnio Patriarchæ Constantinopolit. subrogatur Sergius Eulogius. *Cedren.*	3 Roberti Pij.
999 Indict. 12.	1 Siluestri 2.	24 Basilij 2. & Constantini X.	*Othonis* 3. *Rom. vel Germaniæ Regis ann.* 16. *à Coronatione Romana Imp* 4. Obiit Gregorius Papa, cùm sedisset ann. 2. menses ferè 8. Gerbertus, doctrinæ laude præstans, Othoni Charus, tandem petentibus Romanis renuntiatur Summus Pontifex, dictus Syluester 2. eius loco Rauennati Ecclesiæ subrogatur Leo. fabula prorsus est, seu potius Bennonis cuiusdam (qui se Cardinalem appellat) calumnia, quod Gerberto obiicitur de arte Magica; *vt rectè probat Vignerius ad hunc annum, & prolixè Baron. ibidem.* Sanè de hac impostura nihil illius seculi Scriptores, *Ditmarus, Helgaldus, Glaber, Lambertus, & Hermannus*; quin etiam laudant egregiè, vt immeritò eum à Pontificum numero reiecerit *Sigebertus*, qui post ducentos annos scripsit.	4 Roberti Pij.
1000 Indict. 13.	2 Siluestri 2.	25 Basilij 2. & Constantini X. Fratrum.	*Othonis* 3. *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 17. *à Coronatione Romana Imp.* 5. Otho Imperator, nunc ex Polonia, quò pietatis studio, ad visendum Corpus Sancti Adelberti Martyris miraculis clari profectus erat, reuertitur Romam: & manus Martyris auro inclusas, Corpusque S. Bartholomæi condi fecit in insula Tyberina, in Ecclesia ibidem à se extructa. *Baron.* an tunc Poloni ab Othone Coronam Regiam: an verò à Pontifice acceperint, discussit ad hunc annum *idem Author.*	5 Roberti Pij.

VNDECIMI CENTENARII INITIVM.

Regna.

R*Etinet Germania suos vel* Reges,*vel Imperatores,ab* Othonis *tertij* R*egis an.18.ad Hērici quarti* I*mp.18,sequentis Seculi primū. Exorta interim Regna nona, Arragonicū,*Castellanumque *in* Hispania;*& Marochiense in Africa.initium habuit & finem eodem seculo* Danicum *in Anglia* Regnum. *Normamni etiam in* Apulia *, Calabria , & Sicilia, futuri regni iaciunt magna fundamenta , detractis his* Prouincijs Græco Imperatori.*Cui cætera in* Græcia *, & parte Asiæ* Bul*gariæque integra mansere.*

Status *Ecclesiæ.*

E*Cclesia in Regnis his omnibus stetit quidem: sed à nullis magis afflicta in Occidente,quàm à paucis* Italiæ *primùm,deinde* Germaniæ *Principibus , vti sequens narratio* Lectori *ostendet.* Nec *defuerunt* Berengarij,*Nicolaitæ, aliaque hæretica monstra : vt semper fuerunt malè feriati homines ; qui prætensa conscientiæ libertate,quod somniāt, sanum esse volunt dogma & diuinum.*

Doctrina.

AVthoritas Ecclesiæ,& Traditionum, *Theophylact.in caput 11. Epist.ad Corinth.sub finem.& Oecumenius in cap. 2 Epist. 2. ad* Thessal.Primatus. *Ansel.lib.de Incarnat.Verbi cap.1.Theophylact. in cap.21,* Ioan. Liberum Arbitrium. *Euthym. in cap. 6. Ioan. & Theophylact.in eundem locum.* Bona Opera,& Merita. *Ansel. in caput 5.Epist ad Thessal.* Sola fides exclusa. *Ansel.in caput 17 Lucæ.* T*heophylact. in caput 15 .Epistol.ad Rom.* Eucharistia, & Sacrificium. *Lanfranc.lib.de Euchar.contra* Berengar. *Ansel. in caput 7 Epistol.ad* Hebr. *Theophylact.in caput 26. Mathæi.* Sacramentum Pœnitentiæ. *Ansel. Enarrat. in* Luc.*post medium. Theophylac. in cap 19. Actor.* Purgatorium. *Oecumen in caput 3. Epist.1.ad Corinth. Sigebert.ad an.*998. Inuocatio Sanctorum. P*etrus* Dam. *Serm. de Natiuit.B.V. Ansel.de excellentia* B. *V. capite* 6. Reliquiæ. *Euthym.in Psalm.*139. *Ansel.in cap.6.Epist.ad* Galat. Cælibatus. *Ansel.in caput 7. ad* Hebr. *Theophylact. in caput 7. primæ ad Corinth.* Abstinentia à cibis. *Ansel.in caput.4 prioris ad Timoth.Petrus Damian.epist.1.*

Anni Christi	*Anni Pontif.*	*Anni Imper.*	*RERVM GESTARVM SERIES.* 439	*Reg. Franc.*
1001 *Indict.14.*	3 *Syluestri 2.*	26 *Basilij 2. & Constātini X. Fratrum.*	OThonis 3 *Rom. vel Germaniæ Regis an.18.à Coronatione Romana* Imp.6.Non hoc, sed sequenti anno obiisse Othonem præter *Marianam Scotum, Sigebertum & Lambertum*, ostendunt *Baronius,& Vignerius* ex diplomate eiusdem Othonis. Otho pulsis Saracenis Capuam occupantibus, vrbem recepit : & posthabito Romualdi Vaticinio vero (qui mortem prædixit, si Romam peteret) Romam ingressus ad sedandum tumultum contra Pontificem, ipse vrbe pulsus vix euasit:breui	6 *Roberti* P*y*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			cualit: breui ex venenato dono vxoris Crescentis extinguatur. Sigon. Ditmar. libro quarto, Surius in Romualdo 14. Iun. cap. 34. Vitæ, ex Petro Damiano.	
1002 Indict. 15.	4 Syluestri 2.	27 Basilij 2. & Constantini X. Fratrum.	Henrici 2. Regis German. an. 1. Otho Imp. moritur sine liberis apud Paternum 28 Ianuar. Successor in Germania à Principibus eligitur Henricus Dux Bauariæ, Comes Bambergensis, dictus Claudus, Moguntiæ à Vilgeso Archiepiscopo consecratur 3. Idus Iunii. Hunc scribunt aliqui primum ab Electoribus, ex Constitutione Gregorii 5. electum. Vide an. 996. Bulgaros vincit, & vexat Basilius. Cedren. Nobiles ex Normannia Galliæ oriundi, numero 40. redeuntes à Hierosolymitana peregrinatione, Salernum Apuliæ obsessum à Saracenis tuentur, incredibili virtute fuso Barbarorum exercitu Leo Ostiensis Chron. Cluniacen. libr. 2. capit. 38. gradus hic fuit ad Normannorum in Italia Principatū.	7 Roberti Pij.
1003 Indict. 1.	5 Syluestri. 1 Ioannis dicti 18.	28 Basilij 2. & Constantini X.	Henrici 2. Regis Germaniæ ann. 2. Ab hoc anno plerique repetūt Turcarum initia: quando diffidentibus Saracenorum Principibus, Tangrolipix, Turcarū Dux, è Scythia euocatus à Persis, primùm Persidem occupauit, mox Babyloniam & Mesopotamiam. Cedren. Zonar. Curopalat. Syluester Papa moritur 12 Maii, vt ex Epitaphio apud Baronium apparet. Subrogatur Ioānes, cognomēto Siccus, Romanus, & eius nominis dictus frequentius 18. qui post 5 menses obiit, substituto Ioanne, qui eius nominis 19 solet vocari à pluribus; licèt fortè minus verè; quò hic numerus Pseudopapam, inquit Baronius, complectatur. factio Comitum Tusculanorum hos duos effecit Pontifices. In Longobardia Ardoinus Marchio, spreto Henrico, agit vt Italiæ Rex habeatur. ex Sigonio. huius Ardoini non meminerunt, Herman. Contract. Vrspergen. & Marian. Scotus; cùm tamen dicant Henricum nunc sibi Italiam subiecisse.	8 Roberti Pij.
1004 Indict. 2	1 Ioannis dicti 19.	29 Basilij 2. & Constantini X.	Henrici 2. Regis German. ann. 3. diem obiit Otho Lotharingiæ Dux sine liberis. Certatur de successione. Chrō. Lotharin. Interim Godifredus Ardennensis Comes præest. Sigebert. Grimus Scotiæ Rex, ex optimo Principe, quem primis annis egit, in flagitiosum mutatus, Regno, quod inuasit priuatur, & vita, à successore Malcolmo 2 & Kennethi Regis filio profligatus. Lesleus, Maior, Hector. Hunc historici aliquot, regem viribus & armis validum, fide & opere Christianissimum vocant. In Gallia frequentes Synodos refert Glaber. lib. 3 cap. 3. Author porrò est Helgaldus in Vita Roberti Regis Franci, nunc Leutherium Episcopum Sennonensem, ab eodem Rege reprehensum, de Eucharistiæ Sacramento minus piè loquentem. Quo tempore à Berengario primordia sumpsit, quæ nunc de hoc mysterio circumfertur hæresis, de quâ Adelmanus Epistola aduersus eundem, Tom. 3. Bibliothec. SS. PP.	9 Roberti Pij.
1005 Indict. 3.	2 Ioannis dicti 19.	30 Basilij 2. & Constantini X.	Henrici 2. Regis Germaniæ an. 4. Henricus in Italiam ducto exercitu Ardoinum fugat: & receptis Papia ac Mediolano, vbi coronatus dicitur, regreditur in Germaniam. Ditmar. lib. 6 & Glaber, Scriptores huius temporis. Synodus Tremoniensis habetur in Germania, ad reformandos Ecclesiasticorum mores. Non extat. Meminit tantúm Ditmarus lib. 6.	10 Roberti Pij.
1006 Indict. 4.	3 Ioannis dicti 19.	31 Basilij 2. & Constantini X.	Henrici 2. Regis German. an. 5 Obiit Alfonsus Rex Legionensis. Hic genuit Veremundum 3, successorem Regni, & Sanctiam, quæ nupsit, Ferdinando Nauarri Regis filio, qui tandem Castellæ Rex fuit & titulo vxoris Legionense Regnum postea accepit. Roderic. Sanct. c. 24. Initium Veremūdi huius notatur Æra 1044 à Roderico, ac proinde hoc Christi anno. Mariana cap 12. & 13. Ditmarus Historicus creatur Episcopus Mersebutgensis. Obiit anno 1018.	11 Roberti Pij.

Christ.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
1007 Indict. 5.	4 Ioannis, dicti 19	32 Basilij 2. & Constatini X.	*Henrici 2 Regis German. an.6.* Florent Burchardus Episcopus Vormarien. Decretorum Compilator; & Hilpericus Arithmeticus. *Sigebert.* creatur Fulbertus Episcopus Carnutensis. *Glaber lib.4.cap.4.* moritur S. Romualdus Abbas Sancti Emmeranni. *Baron.*	12 Roberti Pij.
1008 Indict. 6.	5 Ioannis, dict. 19	33 Basilij 2. & Constatini X. Fratrum.	*Henrici 2. Regis German. an. 7.* Saraceni ex Africa Capuam & Barium obsidentes, repelluntur à Gregorio Duce; quem in hos Barbaros immisit Græcus Imperator, opitulante Veneto Duce. *Sabellic.* Sanctus Bruno Prussorum Apostolus, Martyrio coronatur. *Ditmar.lib.6.* quam etiam coronam consecutus ibidem est S. Bonifacius, *ex Petro Damiano.*	13 Roberti Pij.
1009 Indict. 7.	1 Sergij 4	34 Basilij 2 & Constatini X.	*Henrici 2. Regis German. an.8.* Obiit Ioannes Papa 15 Kal. Aug. cuius tempore coniunctam communione Græcam Ecclesiam cum Romana, *notat Baron.* post mensem & dies 3, prid. Kal. Sept. creatur Sergius, dictus 4. anteà Petrus nominatus. Hunc *laudans Ditmarus, narrat* obsceno nomine Buccā Porci vocitatum. Ammiratus Babyloniæ Princeps, euerti fecit templum Hierosolymitanum. Maria Christiana, eiusdem Principis mater, idem templum eodem iterum an. extruxit. *Glaber lib.3.c 7.*	14 Roberti Pij.
1010 Indict. 8.	2 Sergij 4.	35 Basilij 2. & Constantini X.	*Henrici 2. Regis Germaniæ an.9.* Piratæ ex Noruegia, dicti Normanni, Frisiam ingressi, nunc Vltraiectum vrbem incendunt, anno superiori Tilam vastarunt. *Sigebert.* Florentini Fesulas occupant. fuit hoc Florentinæ potentiæ initium. *Sigon.*	15 Roberti Pij.
1011 Indict. 9.	3 Sergij 4	36 Basilij 2 & Constantini X.	*Henrici 2. Regis Germaniæ an.10.* Meles ciuitatem Barium, inuito Græco Imperatore retinet, & Calabriam, Apuliamque ad rebellionem excitat. *Curopalat. Leo Ostien. l.2.cap.38.40 & 42.* Sanctius Castellæ Comes moritur, eius filio Garsia mox extincto. Sanctius, dictus Maior, Nauarræ tunc Rex succedit Comes Castellæ, ob ius vxoris; seque Castellæ Regem nominat. Sanctii Maioris filio Ferdinando iuncta connubio est Sanctia soror Veremundi Regis Legionensis, qui hac ratione Rex quoque Legionensis euasit. *Roderic. Sanct. c.25. & 26. Mariana lib 8.c.13.* & 14.	16 Roberti Pij.
1012 Indict. 10.	1 Benedicti 8.	37 Basilij 2. & Constantini X.	*Henrici 2. Regis Germaniæ an.11.* Henricus parat expeditionem in Italiam contra Ardoinum. *Sigon.* Dani Angliam ingressi, varias reportant victorias: pacem redimunt Angli tributo annuo constituto. *Dit. lib.2. & Polydor. Vergil lib.7 initio.* Diem obiit Sergius Papa, 13 Maii. Subrogatus Benedictus 8, Portuensis Episcopus: idque vel hoc anno, vt omnes ferè tempus consignant: vel sequenti, quo pacificè Sedem tenuit, vt ex pluribus Diplomatis *probat Baron. Narrat Ditmarus* rei spectator Schisma; & à Gregorio, contra Canones creato, eiectum Benedictum, fugisseque ad Henricum Germaniæ Regem. Hic fructus fuit oppressæ à Tyrannis Romanæ Ecclesiæ ab aliquot iam annis. hanc labem (*inquit Genebrard. in Sergio*) agnoscant Centuriatores à Germanis Imperatoribus exortam, quos tantoperè laudare solent. Dani Angliam vastantes, tandem cæduntur. *Rogerius par. 1 ad hunc & sequentem annum. Notat* Baronius, nunc habitum Legionense Cōcilium sub Alfonso; qui tamen obiit, *vti dixi, an.*1006. Æra 1044. Notata ergò videtur in eo Concilio Æra 1050, pro 1044. Meminit quoque Sancti Colmanni Scoti & Martyris in Austria. Sed Scotiæ Historiæ Scriptores referunt ad annum Christi 646. *Leslæus, & alii.*	17 Roberti Pij.
1013 Indict. 11	2 Benedicti 8.	38 Basilij 2. & Constantini X.	*Henrici 2. Regis German. an. 12.* Henricus cum magnis copiis transiens in Italiam, Ardoini exercitum fudit, Papiam recepit, & tota potitur Lombardia: coronatur ab Archiepiscopo Mediolanensi. *Sigon. & Glaber.* Benedictus Papa exul, Romæ recipitur. cuius Decretum de Electione Imperatoris, *hic refert Baronius ex Glabro lib.1.c.5.* ne quis, nisi approbante Pontifice, Imperiale insigne	18 Roberti Pij.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			assumat *ibidem* Glaber de Globo aureo, superimpositâ Cruce, dato Imperatori.	
1014 *Indict. 12.*	3 *Benedicti 8.*	39 *Basilij 2. & Constantini X.*	*Henrici 2. Regis German. ann. 13. Coronationis Romanæ 1. huius nominis Imp. 1.* Benedictus Pontifex Henrico Imperialem Coronam imponit 25 Febr. *Ditmarus, Herman. Contract. Onuph. Sigon.* Concessa à prioribus Imperatoribus Romanæ Ecclesiæ dona, confirmat Henricus. Diplomatis *meminit Sigonius*: illudq; *refert Baron.* Redit Imperator in Germaniam. *Ditmar.* Sunanus Danorum Rex, deuictis Anglis, fugienteque Ethelredo Rege in Normanniam, cum redegisset Regnum in suam potestatem, miraculosè occiditur à Sancto Edmundo. *Rogerius, Glaber, Polydorus libr. 7.*	19 *Roberti Pij.*
1015 *Indict. 13.*	4 *Benedicti 8.*	40 *Basilij 2. & Constantini X.*	*Henrici 2. Regis German. ann. 14. & 1 eius nominis Imperantis an. 2.* Ardoinus, absente ex Italia Imperatore, bellum redintegrat. Sed ab exercitu Archiepiscopi Mediolanensis pulsus, abdit se in Monasterium Fructeriæ, in agro Taurinatiû. *Sigon.* Pisanis, Sardiniam insulam per triennium possessam eripit Musactus Rex: quam tamen, Genuensium auxilio pulsis Saracenis, mox recipiunt. *Sigon.* Rodolfus Burgundiæ Rex adhuc superstes, hæredem instituit Imperatorem, ex sorore nepotem. sed Guillelmus Burgundiæ Comes, institutum repellit à possessione. *Ditmar.* Imperator Græcus magnam Regni Bulgarorum partem sibi subiicit mortuo Samuele eorum Rege. *Cedren.* Moritur Sanctius Maior, Nauarræ Rex, Æra 1053. *Ex Roderico Tolet.* filiis diuisum Regnum. Garsias natu maximus Nauarræ Rex datur. (Vasconum id regnum erat, & Cantabriæ Ducatus) Ferdinandus ætate proximus, Castellæ Principatum accipit. Gonsaluus natu minimus Suprarbem, & Ripagorsam. Ramiro aliundè nato data est Aragonia. Reges omnes appellati, non sine intestinis bellis, quæ subsecuta sunt. *Mariana lib. 9. cap. 1.* Ethelredus è Normannia Angliam repetens, in Danos bellum mouet. *Malmesber. Polydor. lib. 7.*	20 *Roberti Pij.*
1016 *Indict. 14.*	5 *Benedicti 8.*	41 *Basilij 2. & Constantini X.*	*Henrici 2. Regis German 15. & 1 eius nominis Imperãtis an. 3.* Nunc, vti dixi, exorta Castellæ & Arragoniæ Regna: nam Veremundo Legionensi Rege occiso, nullis relictis liberis, Ferdinandus vxoris iure occupat Legionense Regnum. ex quo, & Castellæ Principatu, Regnum constituit, Castellanum deinceps nuncupatum. Post aliquot annos etiam Nauarræ Regnum suo adiunxit. *Roderic Sanct. cap. 26. Mariana.* Nouus Danorum exercitus Maiorem Angliæ partem recipit. Moritur Ethelredus: suscipit Regnum Edmundus filius, qui post prælia & Monomachiam cum Canuto Danorum Rege, tandem ad pacem constituendam coactus, mediam Regni partem Danis concessit. *Malmesber. Polydor. lib. 7,* historiam latè prosequitur, & *Mathæus VVestmon. ad hos annos.* Apuliam & Calabriam, ereptas Germanis Prouincias, adhuc Græcus tenebat: quas hoc anno, nouis eò missis copijs sibi confirmat, pulso Melo, qui rebellionem meditabatur. *Sigon.* 1015. Otho Orselinus Venetorum Dux creatur, Petro iam mortuo.	21 *Roberti Pij.*
1017 *Indict. 15.*	6 *Benedicti 8.*	42 *Basilij 2. & Constantini X.*	*Henrici 2. Regis German. 16 & 1 eius nominis Imperãtis ann. 4.* Hugo, Roberti Franci Regi filius, incipit regnare cum patre. Giselbertus è Normannia, vnà cum fratribus fugiens iram Principis, iunxit se Melo Duci in Italia, pugnaturus breui contra Græcos, & Apuliæ Præfectum, qui tunc nouo nomine Catapanus vocabatur: alij Catapontanum dicunt, quasi marinis vrbibus præpositum. *Sigon. Leo Ostien. Chron. Cassin. lib. 3. cap. 38.* Saraceni Italiam inuadentes, pelluntur ab exercitu Benedicti Pontificis. *Ditmarus.* Obijt Edmundus Rex Angliæ, & cum eo cecidit, *in-*	22 *Roberti Pij.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			quit Polyd.omnis Regni maiestas,ab Anglis ad Danos translata. Nam Canutus Danorum princeps, se Angliæ Regem coronari fecit. regnat annis 20. *Malmesber.lib.2.cap.*10.*&* 11.*Polyd. lib.*7 *in fine.*Manichæorum Hæresis in Gallia detegitur: in quam Rex, & Episcopi diligentem nauant operam. *Glaber libro* 3. *capit.* 8. *Baron.*	
1018 Indict. 1.	7 Benedicti 8.	43 Basilij 2. & Constantini X. Fratrum.	Hērici 2 *Regis Germā.an.*17.*&* I *eius nominis* I*mperātis an.*5.Iterùm Rodolfus Burgundiæ Transiuranæ rex, Imperatorem heredem renuntiat. D*itmarus lib.*7.Normanni in Apulia Melo Duce, ter Græcos vincunt,sed quarto prælio apud Cannas, insidiis & arte,victor Græcus amissa oppida recepit. *Sigon. Glaber.*Ferdinandus Castellæ Rex, Lusitaniam Mauris ereptam ferè totam sibi subiecit.R*oderic.*T*olet.*Ditmarus Scriptor, & Pastor insignis nūc diem clausit.*Baron.*	23 Roberti Pij.
1019 Indict. 2.	8 Benedicti 8.	44 Basilij 2. & Constantini X.	*Hērici* 2.*Regis Germā.an.*18.*& I eius nominis Imperātis ann.*6.Godifredus Lotharingiæ Dux,libertate donatus à Frisonibus, breui moritur. Dux euadit Gothelo. *Sigeber.* Basilius Imperator Bulgariam totam iam sibi subiecit,tenuitque annis multis. *Cedren.*Inchoatum nunc fertur regnum in Africa, vulgò nominatum Marochiense, sub primo Rege *I*osepho. *Leo African.* Obiit Sergius Patriar.Constant.Substituitur Eustathius. *Curopalat.*Papa in Germaniam proficiscitur.B*aron.*	24 Roberti Pij.
1020 Indict.3.	9 Benedicti 8.	45 Basilij 2. & Constantini X.	*Hērici* 2.*Reg.German.an.*19 *& I eius nominis* I*mperātis an.*7.Catapano in Italia res prosperè succedit. *Pandulfus lib* 3. Capuanus Princeps ad Græcos deficit. Melus ad Henricum Imperatorem in Ger.se recipit, *Sigon.* Sanctum Heribertum Archiepiscopum Coloniensem ab Imperatore iniuriosè exceptum placat idem Imperator à Deo monitus. *Sigebert.* B*aron.*R*upertus in Heriberto apud Surium* 16.*Martii.*	25 Roberti Pij.
1021 Indict.4.	10 Benedicti 8.	46 Basilij 2. & Constantini X.	*Hērici* 2.R*egis German.an.*20.*& I eius nominis Imperātis an.*8.Basilius subacta Bulgaria,Cherbatorum gentem sibi subiicit,& Sirmio potitur arte Diogenis. *Cedren.* Dani subactâ Anglia Scotiam inuadunt.Sed repetitis præliis, à Malcolmo Scoto rege ita cæsi sunt in Morauia,Buchania,& Angusia, vt Scotia Danorum dictum sit sepulchrum. Enituit in hoc bello Kethi adolescentis virtus: vnde illustris Kethorum familia originem traxit. *Lesl*æ*us in* M*alcolmo secundo, & Hector.* Obiit hoc anno S. Heribertus.B*aron.Martyrol.*16.*Martii.*	26 Roberti Pij.
1022 Indict. 5.	11 Benedicti 8.	47 Basilij 2. & Constantini X.	*Hērici* 2 R*egis Germā.an.*21.*&* I *eius nominis* I*mperātis an.*9.Henricus tandem exercitum,eumque triplicem ducit in Græcos,Italiam sensim occupantes. Abbas Cassinensis naue conscensa fugiens ad Græcum Imperatorem,periit naufragio cum suis.*Sigon. Leo Ostiensis,*H*erman.*C*ontrac.* In hunc annum incidit mors Garsiæ Nauarræ regis.Ferdinandus frater & victor, regnum occupat.*vide* 1016.*&* 1015.*Vasæus,Marian.lib.*9.*cap.*4.	27 Roberti Pij.
1023 Indict.6.	12 Benedicti 8.	48 Basilij 2. & Constantini X.	*Hērici* 2.*Regis Germā.an.*22.*&*,I *eius nominis* I*mperātis an.*10.Henricus Imperator,fuso Græcorum apud Salernum exercitu, Troiam(noui nominis vrbs hæc,adhuc ædificabatur) cepit.Capuanum Principatum (*de quo* 1020.) Pandulfo Teanensi Comiti tradidit. Theobaldum Cassinatem Abbatem creant Monachi. Imperator in Germaniam regreditur.*Sigon.Glaber lib.*3, *cap.*1.*Baron.*1022. Normannorum in hoc bello virtus enituit. G*laber.* de Henrici,& Roberti Regis Franci congressu, S*igeber.Baron.* 1023. floret Auerroes Arabs.de Henrici Imperatoris, & S. Romualdi congressu, *Barōn.*1022.Celebratur Concilium Moguntinum, cui interfuit Henricus Imperator. Acta interciderunt. meminit H*erman* .C*ontract.& Baron.*1022.	28 Roberti Pij.

Christ.	Pont.	Imp.		Reg. Frac.
1024 Indict. 7.	1 Ioannis, dicti 20.	49 Basilij 2. & Constantini X.	*Conradi* 2. *Regis German. an.* 1. Moritur Henricus Imperator, 31 Iulij, commendans amicis Chunigundem vxorem: recipite, *inquit*, quam mihi tradidistis virginem vestram: (*Chron. Cassin. Sigon. Baron.*) & Conradum è Franconia Ducem Vvormat. virum consilio manuque promptum eligite Imperatorem. Qui hoc, vel certè sequenti anno electus est. *Glaber, Herman. Contrac. Marian. Scot. Otho Frisingen. & alij.* licet *Onufrius* notet triennio vacasse Imperium, forte vsque ad Coronam à Pontifice successori datam. Diem clausit Benedictus Papa, 3 Kal. Martij. *Marian. Scot. Baron.* Successit Ioannes dictus 20, frater Benedicti: ambo filij fuere Gregorij Comitis Tusculani. *Leo Ostien. lib. 2. cap. 27. & 58. de hoc lege Baron.* vbi Græcorum insuper dolum narrat, de titulo Vniuersalis Pastoris obtinendo, in suo Orbe: vt est Romanæ Ecclesiæ titulus in vniuerso.	29 Roberti Pij.
1025 Indict. 8.	2 Ioannis, dicti 20.	50 Basilij 2. & Constantini X. Fratrum.	*Conradi* 2. *Regis German. an.* 2. Obijt Boleslaus huius nominis primus, & Poloniæ Rex 2 succedit filius Mieslaus. *Chron. Polon.* Sancta Chunegundis vitam Monasticam profitetur. *Surius.* 3. *Martij. Baron.* Nunc inuentum Caput Ioannis Baptistæ à Guilielmo Aquitaniæ Duce, in Monasterio Angeriacensi, *vt habet Appendix ad Glabrum*; post vitam Roberti. rem *narrat Baron.*	30 Roberti Pij.
1026 Indict. 9.	3 Ioannis, dicti 20.	1 Solius Constantini X.	*Conradi* 2 *Regis German. an.* 3. Obijt nunc Orientis Imperator Basilius Porphyrogenitus mense Decemb. Indictione nona inchoata. Post eum imperat Constantinus frater, huius nominis 10. *Cedren. Curopal.* Obijt quoque Richardus secundus huius nominis. Dux in Normannia: succedit Richardus filius. *Chrō. Norman.* Alexius Eustachio Patriarchæ Constantin. mortuo subrogatur. Conradus Rex cùm S. Burchardum inuisisset, in Italiam pergit. *Baron.*	31 Roberti Pij.
1027 Indict. 10.	4 Ioannis, dicti 20.	2 Solius Constantini X	*Conradi* 2. *Regis Germā. an* 4. *à Coronatione Romana* 1. *eius nominis Imp.* 1. Conradus Germaniæ Rex Romam venit, solenniq; ritu à Pontifice inungitur, & coronatur. *ita Gothardus*: qui Conradi annos singulos notauit. *Otho Frisingen. Herman. Contrac. Sigeber.* Restituto Italiæ pristino statu, quem habuit sub Henrico, redit in Germaniam. *Glaber lib.* 3, *cap. vltim. & Præfation. libri* 4. *Sigon. & alij.*	32 Roberti Pij.
1048 *Indict. 1.*	1 *Damasi 2*	6 *Constantini 11. Monomachi.*	*Henrici* 3. *Regis German. ann.* 9. *à Coronatione Romana Imp.* 2. Reiecto Benedicto, qui iterùm Romanam Sedem inuadebat, missus est Romam ab Imperatore Poppo Episcopus Brixiensis, qui omnium suffragiis consecratur Pontifex, dictus Damasus 2. *Leo Ostien. lib. 2. cap.* 82. Henricus Imperator, & Henricus Galliarum rex, in Metensi territorio se conueniunt, pacemque iuramento firmant. *Herman. Contrac. Sigeber.* Obiit S. Odilo Abbas Cluniacen. *Baron.* floret Franco Leodien. qui scripsit de quadratura circuli.	17 *Henrici* 1
1049 *Indict. 2.*	1 *Leonis 9.*	7 *Constantini 11. Monomachi.*	*Henrici* III. *Regis German an.* 10. *à Coronatione Romanâ Imp.* 3. Cùm vacasset Sedes menses 5 à morte Damasi, creatur Pontifex Bruno, dictus Leo 9, natione Germanus, ex Episcopo Tullensi in Leucis, magno Ecclesiæ bono. Delectus ab Imperatore, electus est à Romanis. *Leo Ostien. lib. 2. cap.* 82. Huius Decretum in Simoniacos, & Concilia sub eo habita, *refert hoc anno Baronius.* item duo Concilia, Rhemense, & Moguntinum, quibus adfuit.	18 *Henrici* 1
1050 *Indict. 3.*	2 *Leonis 9*	8 *Constantini 11. Monomachi.*	*Henrici* III. *Reg. Germ. an.* 11. *à Coronatione Romana Imp.* 4. Leo Papa muneri Pastorali sedulo incumbens, inter alia, habitis Synodis Romæ, & Vercellis, damnat hæresim Berengarianam. *Herman Contrac.* Balduinus Flandriæ, & Godifredus Lotharingiæ Duces, redeunt in gratiam cum Imperatore. *Herman.* Ex huius Godifredi filia, prodijt Godifredus ille Magnus, de quo posteà.	19 *Henrici* 1
1051 *Indict. 4.*	3 *Leonis 9.*	9 *Constantini 11. Monomachi.*	*Henrici* III. *Regis German. an.* 12. *à Coronatione Romanâ Imp.* 5. Ioannes Gualbertus nunc Ordinis noui Monachorũ fundator esse cœpit. *Surius 12 Iulij. Baron.* Plura decernit Leo contra subintroductas mulieres, Presbyteris prostitutas. Item contra expilatores domus Episcopalis, post Episcopi obitum. *Baron.* Nascitur Imperatori filius Henricus 3 posteà Imperator. Mater draconem in vtero gestare sibi visa est. Hic certè ingentia intulit damna Ecclesiæ.	20 *Henrici* 1

Anni, Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
1052 Indict. 5	4 Leonis 9.	10 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* III. *Regis Germ. an.* 13. *à Coronatione Romanâ Imp.* 6. Hunfredus, Apuliæ Comes, qui, *ex Pandol. l.* 3, Dragoni fratri successit, fines Ecclesiæ inuadit. Richardus Capuam deditione accepit, hinc natum bellum inter Normannos, & Pontificem. *Sigon. qui autor ad annum sequētem narrat* insignem prædiorum permutationem, inter Henricum Imp. & Papam, quâ Pontifici Beneuentanus Ducatus concessus est, vt cederet agris, quos in Germania hebebat. *Leo Ostien. l.* 2. *c* 85. *Baro. an.* 1053, Tangrolipix Turcarum ductor, Mediam, & Græcos bello infestat: necdùm tamen felici successu. *Cedren. Extat apud Baronium* Diploma Leonis 9. de Corpore S. Dionisij in Alemanniâ reperti. vbi de controuersia hâc inter Francos, & Bauaros Ratisponensis Ecclesiæ nata, ante 160 annos, necdùm dirempta, si Germanis creditur.	21 Henrici I.
1053 Indict. 6.	5 Leonis 9	11 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici.* III. *Regis German. ann.* 14. *à Coronatione Romanâ Imp.* 7. Pontifex exercitum mouet contra Normannos, illi victores Papam Beneuenti detinent ad aliquod tempus. *Herman. Contrac. Lamber. Sigon.* Nunc scripta est Epistola Michaelis Cærularij contra Latinos: quam *reddit Lectori Baronius hoc anno.* De quibus controuersijs, *extat quoque Leonis Epistola,* in qua satis insanire hominem docet, & refutat. de azymis, Primatu, suffocato, alijsq; rebus agebatur.	22 Henrici I.
1054 Indict. 7.	6 Leonis 9.	12 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* III. *Regis German. an.* 15. *à Coronatione Romanâ Imp* 8. Imperator, ducto in Flandriam exercitu, Tornacum & Louanium capit. *Sigeber. Narrat idem autor,* excitatum nunc bellum inter Franciæ Regem, & Normanniæ Ducem. Habuit enim hoc seculum in Francia vsque ad Carolum Crassum, Principes, qui licet dignitate impares, pontentiâ tamen, se penè Regi pares existimabant. Leo Papa redit Romam, vbi diem clausit 19 Aprilis *Herman. Contrac.* Claruit miraculis. eius Epistolam *refert Baronius,* ad Michaelem Patriarcham Constantinopolitanum: *de quo ad annum* 1053. Et cuius Epistolæ calumnias ac mendacia *hic recenset refellitque idē autor.* Romani ad Germ. Imperatorem Legati, postulant Gebehardum Aistensem Episcopum. Annuit, licet tristis Imperator. Migrat è vita Constantinus Monomachus circa Decembrem. *Curopalat.* Imperat Theodora Porphyrogenita, Constantini 10 filia, soror Zoes Augustæ. *Onufrius notat Indictionem* 8.	23 Henrici. I.
1055 Indict. 8.	1 Victoris 2	1 Theodora.	*Henrici* III. *Reg. German. an.* 16. *à Coronatione Roman. Imp.* 9. Consecratur Romæ nouus Pontifex Gebehardus, nuncupatus Victor 2. Imperator Henricus in Italiam venit. Florentiæ, ipso præsente, habita est Synodus à Pontifice, de morum reformatione. *Herman, Contrac. Leo Ostiē. libro* 2. *capite* 90. Res huius Concilij *habes apud Baron. qui meminit quoque* Concilij Lugdunensis ab Hildebrando Victoris Legato habiti: (hic posteà Pontifex fuit, dictus Gregorius 7.) & Turonensis Concilij contra Berengarium, sæpe ad vomitum reuersum.	24 Henrici. I.
1056 Indict. 9	2 Victoris 2	2 Theodora	*Henrici* 3. *Regis German. ann.* 17. *à Coronatione Rom. Imperat.* 10. Obiit mense Augusto Theodora Augusta Orientis. Designat moriens successorem Michaelem, huius nominis 6, qui Στρατιωτικὸς dictus. *Cedren.* Obijt porrò Henricus Imperator Occidentis, 5. Octobris: successit filius Henricus dictus 3 puer 7 annorum, sub tutela Agnetis matris. *Herman. Contrac. Marian. Scot. Sigeber.* Adfuit morienti Imperatori Victor Papa, curauitque duo haberi Concilia, Coloniense, & Tolosanum. Acta *Baron. recenset.* Habitum porrò est Concilium Compostellanum, cui præfuit Cresconius Archiepiscopus Compostellanus, de Ecclesiastica disciplina.	25 Henrici. I.

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
1057 Indict. 10.	3 Victoris 2	1 Michaelis 6. Stratiotici.	*Henrici* 4. *Regis German. an.* 1. Contempto Michaele Stratiotico, Isacius Comnenus, Præfectus Legionum Orientis, salutatur Imperator, 8 Iunij, Coronatus Constantinopoli 1 Septembris, tyrannicè Imperium inuasit. *Curopalat. & Cedren.* qui hoc anno finē suæ Historiæ imponit. Stratioticus se abdicat. Machabæus Scotiæ Rex, cùm diu tyrannidem in nobiles exercuisset, tandem victus occiditur à Malcolmo Duncani filio, qui exulabat in Anglia, & nunc Rex ab omnibus recipitur. Huic, annos Regni *dat Hector. Boet.* 36. *Maior* 39. sub hoc Malcolmo 3. res præclarè gestas, & illustres in eo Regno exortas familias, *recenset Leslæus l.* 6 *statim initio.* Victor 2 moritur. Subrogatus Fridericus, frater Godifredi Ducis Lotharingiæ, dudùm Beati Leonis Papæ Archidiaconus: nunc Monasterij S. Benedicti Abbas, *inquit Hermannus.* dictus est Stephanus 10. *Vide Onu. Leo. Ostien. lib.* 3. *cap.* 8. Pontifex tum aliter, tum habitis Episcoporum Conuentibus, curam gerit Ecclesiæ reformandæ. Adfuit his Conciliis Petrus Damianus Monachus, & nunc Cardinalis creatus. *Leo Ostien. lib.* 2. *cap* 102. *Baron.* qui huius temporis formam Romanæ Ecclesiæ describit.	26 Henrici 1.
1058 Indict. 11	1 Stephani 10. dicti 9.	1 Isacij I. Comneni	*Henrici* 4 *Regis German. an.* 2. Robertus Guiscardus Normannus, Godifredi demortui frater, pulso Bagelardo, Godifredi filio (*Pandul. lib.* 3.) Apuliæ Comitatum inuasit, & cùm aliorum, tùm Ecclesię fines solitis incursionibus affligebat. *Sigon. Leo Ostien.* vitâ cessit Ferdinandus, dictus primus Castellæ Rex, mense Iunio, Æra 1095. *ex Roderico.* tribus filiis diuisum Imperium. Sanctius, natu maximus, Castellæ Regnum accipit: Legionense regnum Alfonso legatum: Garsiæ, natu minimo data reliqua Galæcia, & pars Lusitaniæ. Omnes vocati Reges, *Mariana lib.* 9. *cap.* 7. *Idem Autor cap* 5. *scribit* ab Imperio Germanico circa hunc annum exemptam Hispaniam. Sanctius fratres bello inuasit, *ibidem capite* 8. Saraceni Messanam expugnant, Siciliæ emporium ad fretum Mamertinum. (*Ciceroni* Mamertina vocatur) & totius Insulæ domini euadunt. Mortuo Cazimiro Poloniæ Rege, mense Nouembri, Regnum tenuit Boleslaus filius, *Martin. Cromer.* Moritur Stephanus Papa 4 Kal. April. *Leo Ostien. lib.* 3. Interim Mincius, Tusculani Comitis filius, ambitione & malis artibus obtruditur Pontifex, dictus Benedictus. *Onufrius.* de hoc Schismate *Leo Ostien. lib.* 3. *cap.* 102. Verùm eo pulso, sequenti Ianuario legitimè eligitur Nicolaus 2, ex Episcopo Florentino. Constantinopoli Patriarcha creatur Constantinus, dictus Licudex.	27 Henrici I.
1059 Indict. 12.	1 Nicolai 2	2 Isacij I. Comneni.	*Henrici IV. Regis German. an.* 3. Ergo pulso inuasore, Gerardus Florentinus Episcopus, renuntiatur Pontifex, ineunte hoc anno; vocatus, vti dixi, Nicolaus 2 *Leo Ostien. l.* 3, creatus Senis, *ex Onufrio,* natione Allobrox. Bellum geritur inter Mediolanenses, & Ticinenses. Inuadunt Turcæ iterùm Mesopotamiam, & Ciliciam circa hæc tempora. *Zonar. in Constant. Monomacho.* Habetur Romæ Generale Concilium, in æde Lateranensi, mense Aprili. *Baron.* Vocatur Berengarius. Pœnitentiam agit. *Iuo parte* 2. *cap.* 10. decreta huius Nicolai de Electione Romani Pontificis, de Simoniacis, de Concubinatu, & similibus, *lege Baron. ad hunc annum.* Nicolaus Papa in Apuliam venit, rogatus à Normannis. Ibi Richardo Capuanum Principatum, & Roberto Guiscardo Apuliæ & Calabriæ Ducatum confirmat. *addit Baronius* etiā Siciliam. A quibus exegit iuramentum fidelitatis, & annui tributi pactum, tanquam ab Ecclesiæ Beneficiariis. *Sigon. Leo Ostien. lib* 3. *c.* 15. *Baronius hoc anno refert* Formam præstiti iuramenti. Horum Principum, qui fratres erant, operâ vsus est Nicolaus, ad domandos Tyrannos in Campania, & locis Romæ vicinis.	28 Henrici I.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
1060 Indict. 13.	2 Nicolai 2	1 Constantini 12. Duca.	*Henrici* 4. *Regis German. an.* 4. Comnenus Imperator Orientis, morbo insanabili pressus, abdicat se, subrogato Constantino huius nominis 12. *Curopal. Onuf.* Zonar. Hic dictus est, Ducas, è Δουκας. Henricus Galliæ Rex, qui an. 1059 filium Philippum septennem voluit regem coronari, hoc anno obiit. Balduinus 5, *de quo supra*, Flandriæ Comes, datus est Philippo Tutor à patre. Optima fide tutelam gessit. Normanni è Calabria, vincunt in Sicilia Saracenos. Messanam recipiunt. *Leo Ostien. Fascellus, & aly.* Sanctius Castellæ rex, fratres inuadit. Hoc bellum *describit Mariana lib.* 9 *c.* 8. sed anno diuerso. *Roderic. Sanctius parte* 3. *c.* 28. Petrus Damianus, Cardinalis & Episcopus Ostiensis, missus à Pontifice Legatus, motus turbulentos Mediolanensium componit, reformatque Ecclesiasticam disciplinam. rem *narrat. Sigon. ann.* 1059, *& Baron.* de Concilio Iaccitano in Hispania, *idem.*	29 Henrici 1.
1061 Indict. 14	1 Alexandri 2.	2 Constantini 12. Duca.	*Henrici IV. Regis German. an.* 5. Robertus Guiscardus Normanus, Capuam cepit. *Sigon.* Normanni victis Saracenis dilatant etiam per Siciliam Imperium. *Fascellus. Leo Ostien.* Turcæ nūc Syriam inuadunt, & Hierosolymitanam ciuitatem capiunt. *Guillel. Tyrius lib.* 1. *c.* 7. Moritur Nicolaus Papa, 3 Iulij. Hic multa mentitur Benno more suo. Eligitur Romæ Episcopus Lucensis Anselmus, patria Mediolanensis, dictus Alexander 2. *Onufrius, Leo Ostien. lib.* 3. *cap.* 20. Carolus Pallauicinus, Episcopus Parmensis, in Schismate aduersus Alexandrum creatur ab Imperatore Basileæ. Cui abrogatus est Pontificatus in Concilio Mantuano, 5 Kalend. Nouemb. 1064. *Platina.* Rem *prolixè tractat Baron.* Petrus Damianus Episcopatu se abdicat: de cuius Epistolis & ingenio multa *idem Baron.*	1 Philippi 1.
1062 Indict. 15.	2 Alexandri 2.	3 Constantini 12. Duca.	*Henrici* 4. *Reg. Germ. an.* 6. Henricus Rex matri ereptus à Principibus, bonam educationem in pessimam mutatam, sensit suo & Imperij malo. *Hermanni Continuator, Auentin. qui vitā Henrici scripsit.* Ramirus Aragoniæ rex occiditur: regnat Sanctius filius. *Lege Marian, lib.* 9. *cap.* 7. Cadolus, dictus Honorius 2, Romā armatus venit: fugatur à Romanis. *Continuator Herman. Baron.* Concilium collectum in Osborio Germaniæ. Ibi inter Regis, (qui præsto erat,) aduocatum, & Romanæ Ecclesiæ defensorem, causa Antipapæ acta est. rem gestam *amplè reponit Baronius.*	2 Philippi 1
1063 Indict. 1.	3 Alexandri 2.	4 Constantini 12. Duca.	*Henrici* 4. *Regis, German. an.* 7. Post Hungariæ Regis obitum, datur Hungaris rex Salomon, ab Henrico Germaniæ Rege, pulsis prioris Regis liberis. *Lambert. de Scaffnab. Otho Frisingen.* Sanctius Castellæ Rex proditione occisus. *Rodericus notat* Æram 1101. Succedit frater eius Alfonsus, huius nominis 6. qui Legionense quoque regnum adeptus est. *Roderic.* Historiam *scribit Mariana cap.* 9. 10 11. Petrus Damianus destinatur à Pontifice ad seditionem Florentinam sedandam, inter Episcopum & Monachos. *Baron.* Habetur Lateranensis Synodus centum Episcoporum, sub Alexandro, de Simoniacis, occasione Florentinæ controuersiæ. Canones *refert* Baron.	3 Philippi 1
1064 Indict. 2.	4 Alexandri 2.	5 Constantini 12. Duca.	*Henrici* 4 *Regis Germ. an.* 8. tandem indicto Mantuano Concilio, conuenientibus cō etiam ex Germania Episcopis, pellitur Cadolus: causa abiudicata Alexandro. *Platin. Auentin. Baron. & aly.* Obijt Edoardus Angliæ Rex absque liberis. Testamento hæredem reliquit Guillelmum Normanniæ Ducem. Angli tamen Aaraldum Anglum eligunt Regem. Pontifex summus Guillelmum confirmat. *Malmesber.*	4 Philippi 1
1065 Indict. 3.	5 Alexandri 2.	6 Constantini 12. Duca.	*Henrici* 4. *Reg. German. an.* 9. Noruegiæ rex magnâ instructâ classe Angliam inuadit. Occisus ille quidem est in conflictu, non tamen sine Anglorum cæde; qua debilitati, minus apti fuere ad repellendos Normannos, qui in Angliam nunc armabantur. Petrus	5 Philippi 1.

Petrus

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			trus Damianus strenuè certat aduersus turpes Clericos, Clericalis cõnubij assertores, dictos Nicolaitas, seu etiam Cadoloitas, *inquit Baron. an.* 1061. 1065.	
1066 *Indict. 4.*	6 *Alexandri 2.*	7 *Constantini 12. Ducæ.*	*Henrici 4. Regis German. ann.* 10. Henricus decernitur liber à tutela matris. Guillelmus Normanniæ Dux (*de quo* 1064.) accepto à Põtifice vexillo, susceptaque expeditione in Angliã, Regẽ occidit; & hac memorabili victoria totã sibi subiecit Angliã. *Malmesber. Polydor. Vergil. Aemilius & alij.* Patriarcha Constantin. electus Ioannes Xiphilinus, Auctor decurtatæ Historiæ Dionis.	6 *Philippi* 1
1067 *Indict. 5.*	7 *Alexandri 2.*	8 *Constantini 12. Ducæ.*	*Henrici IV. Regis Ger. an.* 11. Moritur Constantinus Ducas mense Maio. *ex Curopal.* tribus relictis filijs, Michaele, Andronico, & Constãtino, sub tutela matris Eudociæ. Obijt Balduinus 5, tutor Galliarum, & Flandriæ Comes. Successit in Flandria Balduinus filius, dictus 6, & Montanus. Hic annus est coronati in Anglia Guillelmi Normanniæ Ducis: & quo, Saxonum à Cerdicio Regnum cessauit. *Polydor. lib. 8. in fine.* hunc Guillelmum Normannorum primum Regem, vocant Conquæstorem. Vibat hoc tempore Adam Historicus, & Brennensis Ecclesiæ Canonicus. Laudatur à studio veritatis. *Vide eundem lib. 4. cap. 16.* nunc Xiphilinus Patriarcha Constant. syngrapham mala fide restituit Eudociæ Imperatrici, quæ hortante marito defuncto, abiurauerat secundas nuptias: sed post receptam syngrapham nupsit Diogeni, illuso Xiphilino, qui nupturam sperabat Bardæ, qui Xiphilini germanus erat.	7 *Philippi* 1
1068 *Indict. 6.*	8 *Alexandri 2.*	1 *Romani Diogenis.*	*Henrici 4. Regis German. an.* 12. Eudocia Augusta, Romanum nuncupatum Diogenem sibi matrimonio iunctum renuntiat Imperatorem. *Curopal.* idque 1. Ian. qui hoc eodem anno Turcas numeroso exercitu vastantes Syriam, & Cappadociam repulit, memorabili victoriã. *Curopalat.* Alexander Papa exigit denarium S. Petri à Guillelmo Normanno Anglorum Rege. Epistolam refert *Baronius*.	8 *Philippi* 1
1069 *Indict. 7.*	9 *Alexandri 2.*	2 *Romani Diogenis.*	*Henrici 4. Regis German. an.* 13. Turcas iterum vincit Romanus, receptis aliquot oppidis. *Curopalat.* Guillelmus Rex, rebellantes Anglos domat. *Polydor. Malmesber.* Normanni hoc tempore, penitus expulerunt Græcos è Calabria, & Apulia. Petrus Damianus missus in Germaniam ab Alexandro Legatus, impediuit, ne Rex Henricus meditatum diuortium faceret. *Sigon. Baron.*	9 *Philippi* 1
1070 *Indict. 8.*	10 *Alexandri 2.*	3 *Romani Diogenis.*	*Henrici 4. Regis German. an.* 14. Diogenes Imp. iterum Turcas reprimit. *Zonar.* Pisanis bellum est hoc anno aduersus Genuenses, ob Corsicam insulam. *Sigon.* à Pisanis stetit victoria. Godifredo Lotharingiæ Duci mortuo, succedit filius Godifredus, dictus Gibbosus. *Sigeber.* vitã functo Balduino sexto huius nominis, Comite Flandriç, Robertus frater Flandriam occupare nititur aduersus Arnulfum fratruelem, sub hoc nomine tertium, paterno dominatu mox spoliandum. *Marchantius, & Sigeber.* Guillelmus Rex Angliæ, Danis inuadentibus Angliam, Anglos obiecit, & multis vtrinque cæsis, fusisque tandem hostibus, Regnum tenuit pacatum. *Malmesber. Polyd. in Gul. Conquæstore.* Episcopus Bambergen. ob Simoniam accusatus, vocatusque Romam, probat suam innocentiam. *Lambert.* Plura *Baronius.* de Moguntino, & Coloniensi Episcopis, *Sigon.* Lanfrancus Abbas Cadomensis, consecratur Episcopus Cantuarien. in locum Stigandi Pseudoarchiepiscopi subrogatus. *Baron. & Mathæus Vvestmonast. ad an.* 1070.	10 *Philippi* 1
1071 *Indict. 9.*	11 *Alexandri 2.*	4 *Romani Diogenis*	*Henrici 4. Regis German. an.* 15. Diogenes Imperator victus, captusque à Turcis, memorabili clementiæ exemplo, liber dimittitur, spe futuræ pacis. Sed Constantinopolim rediens, capitur, priuaturq; oculis à Michaele 7. huius nominis, & Ducæ filio, ine-	11 *Philippi* 1.

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			pro licet ad imperandū. *Zonar. Curopal.* dictus est Parapinaceus. Roberto Guisc. Principe, Normanni in Sicilia Panormum capiunt *Pandulf. Fasellus, Leo Ostien.* Perempto Arnulfo, & fugatâ eius matre Richilde, Robertus rerum potitur in Flandria. *Sigeber. Marchan.* hic nominis huius primus est: tandemque Philippo Franco fidem in nomine Flandriæ præstitit. de Caroli Episcopi Constantiensis abdicatione, & Lanfranco Apostolico Legato in simili causa apud Anglos, *Baron. & Math. Vvestmon.* Nunc claruit Theophylactus Archiepiscopus Bulgarorum, (qui scripsit in quatuor Euangelia) *vt ex eius Epistolis euincit Baron.*	
1072 *Indict. 10.*	12 *Alexandri 2.*	1 *Michaelis 7. Duca, Parapinacei.*	*Henrici IV. Regis German. ann.* 16. Asan, seu Belpher Turcarum Imperator, debilitatis & factione diuisis Imperij viribus, Syriam vniuersam occupat his annis, & minorem Asiam à Laodicæa Syriæ, vsque ad Hellespontum, vt deinceps constabit. Malcolmo Regi Scotiæ huius nominis 3, ob receptos Angliæ rebelles, Guillelmus Rex bellum indicit. Edgarus enim, Eduardi filius, S. Eduardi nepos, Regni putatus hæres, fugitiuus in Scotiam venit cum Margarita sorore, quæ Malcolmo nupsit. Guillelmo infeliciter cessisse bellum *narrant Scotorum Historiæ.* Tamen pax inita, fixâ cruce pro limite vtriusque Regni. Malcolmus turpes abrogat leges: nouos Episcopatus instituit, nouosque Nobiliū titulos erigit *Malmesber. lib.* 3. hos titulos, nouasque in Scotia familias, Setoniorum, Gordoniorum, & Leslæorum, &c. ex Anglia deductas, *commemorat Leslæus lib 6 initio.* Habetur in Anglia Concilium Generale totius insulæ, de Primatu Cantuariensis Ecclesiæ supra Eboracensem. 6 Idus Aprilis, iubēte Alexandro Papa. *Baron. ex Malmesberien.* Petrus Damianus ad suos rediens, Fauentiæ diem clausit. *Baron.*	12 *Philippi* I.
1073 *Indict. 11.*	1 *Gregorii 7*	2 *Michaelis 7 Duca, Parapinacei.*	*Henrici 4. Regis German. ann.* 17. Dominico Contarino Duci Veneto, suffectus Dominicus Seluus. *Sabellic.* Henricus Rex accusatus apud Alexandrum Papam, vocatur Romam ad dicendam causam. *Vrspergen. Baron.* Alexāder dat suæ Lucensæ Ecclesiæ Anselmum Episcopum, virum egregium. Obijt Romæ hic Pontifex 10 Kalendas Maij, miraculis clarus. *Leo Ostiensis l. 3. cap.* 35. *Baron.* Subrogatur Canonicè, & magno consensu Hildebrandus, dictus Gregorius 7. Hunc eximiæ virtutis pontificem, vt grauissimi Scriptores testantur, conantur (in gratiam Henrici 4 Regis Germaniæ) duo Scriptores infamiâ notare; nempe Autor Vitæ, seu potius Laudator eiusdem Henrici; & Benno, Schismaticus Cardinalis, homo mendax, & calumniatorum insignis artifex. Horum fraudes *rectè hic detexit* Baron.	13 *Philippi* I.
1074 *Indict. 12.*	2 *Gregorij 7*	3 *Michaelis 7. Duca, Parapinacei.*	*Henrici IV. Regis German an.* 18. Habet hic annus originem discordiarum inter pontificem & Imperatorem, dum pontifex, missâ in Germaniam legatione, post Romæ habitum Cōcilium, grauiter edicit in Sacerdotes Nicolaitas, & Simoniacos, corūque fautores: nec minus laborauit, vt electio pontificum libera maneret à vi Imperatoris, & principum quorumcumque. Liemarus Bremensis Episcopus Romam vocatus, deficit ab obedientia Pontificis. Totam rei seriē *prolixè describit* Baron. occurrens passim calumniis in Gregorium.	14 *Philippi* I
1075 *Indict. 13.*	3 *Gregorij 7*	4 *Michaelis 7. Duca, Parapinacei.*	*Henrici IV. Regis German. an.* 19. Henricus rebellantes Saxones castigat, & domat. *Marianus Scotus, Auentinus.* Ad hunc annum refertur Guigues Comes, qui Gratianopolin in Delphinatu Gallico obtinens, nomen sibi fecit, & initium Delphinorum Viennēsium. *Thomassinus de rebus Delphinatus. meminit Paradin. cap.* 50 *Chron. Sabaud.* Hungari Regem suum Salomonem Regno deturbant, & diuturna custodi detentum excruciant, *inquit Sigeber.* Gregorius, habita Romæ Synodo, laborat pro Ecclesiæ	15 *Philippi* I

reformatione. Res ibi gestas in Simoniacos, & huius temporis Nicolaitas, *colligit Baron. ex. varijs Epistolis.*

1076 | 4 Gregorij 7 | 5 Michaelis 7. Duca, Parapinacei. | Indict. 14. | 16 Philippi I.

Henrici IV. Regis German. an. 20. dum Henricus à Pontifice excommunicatos recipit, ac fouet: & promissa Pontificis Legatis implere contemnit: aliæque Principũ accusationes in eum plurimæ afferuntur; Gregorius Regem Henricum Romam vocat ad causam dicendam. *Ex Lamberto huius temporis Scriptore.* Multa hic mentiri Nouatores, *docet Baronius ad hunc annum.* Henricus Vormatiense Conuenticulum habet ad abdicandum Pontificem; subscribuntque eius damnationi plures eò conuocati Episcopi. *Lambertus.* His Romæ auditis, Henricus anathemati subjeitur, renuntiatur Ecclesiæ hostis, nec tamen cessat Pontifex eũ ad saniorem mentem & pœnitentiã incitare. Principes Sueuiæ, & Saxoniæ, in Conuentu Triburiensi agunt de alio Rege eligẽdo, armanturque in Henricũ Pacem Rex petit pœnitens, & meliora deinceps sanctè promittens. Pax data à Principibus, si inter alia, curaret se solui vinculo anathematis, dimissis à se excommunicatis Episcopis. Paret ille, & iam in ordinem redactus, properat ad Pontificem, petiturus veniam, ante exactum annum: actum alioqui de illo erat, vt pacis conditiones habebant. Interim Gregorius, Ducem Croatiæ Regem Dalmatiæ creat. De his *Lambertus & Baronius prolixè, optimaque fide,* ad Nouatorum solatium, qui tantopere Henrici causam deplorant. Obijt Lotharingiæ Dux Godifredus sine liberis, in Flandria occisus. Post annos aliquot, Imperator Ducatum restituit eius ex sorore nepoti Godifredo Iuniori. *Lambert.* Amadeo huius nominis primo Sabaudiæ Duci, morienti succedit filius Humbertus. *Platina, & Lambertus* dissentiunt de nomine. *lege Paradi. cap.* 24, *&* 25

1077 | 5 Gregorij 7 | 6 Michaelis 7. Duca, Parapinacei. | Indict. 15. | 17 Philippi I.

Henrici 4. Regis German. an. 21. De laudata Gregorij Papæ continentia, & calumnijs ob Mathildem nobilissimam fœminam *lege Baron. ad annum* 1070. *&* 1074. plures hoc nomine nunc viuebant. fuit ista, Godifredi Lotharingi Gibbosi vxor: quæ facto diuortio, mansit in Italia. filia erat Bonifacij Marchionis Tusciæ, & Beatricis vxoris. Henricus venit priuatus in Italiam, Pontifici se offert in Galliam venienti, & post pœnitentiæ signa exhibita restituitur vnioni Ecclesiæ à Gregorio, Canusij. castrum est in itinere Mathildæ, munitum, quò Pontifex se receperat, donec constaret de animo aduentantis Henrici. Digressus Rex Henricus ad Longobardos Pontificis hostes, mutat animum; renuit adesse Conuentui Teutonicorum Principum die præfixo. Principes re cognitâ, Rodolfum Sueuiæ Ducem eligunt Regem, abdicato Henrico. *Ita Historici huius temporis, & harum rerũ diligens collector Baronius.* Insignem pro Gregorio 7 Apologiam *dedit Gretserus noster in fine Tom. 2. Defen. Bellarmini. vide an.* 1079. Qualis verò fuerit Henrici vita, *lege apud Genebradum ann.* 1074. Nicephorus Botoniates Michaelem Ducam Imperatorem pellit in Monasterium, & arripit Imperij fasces: quem excommunicat Gregorius 7, mẽse Octobri, Indictione 1. *Coropalat. Zonar.*

1078 | 6 Gregorij 7 | 7 Michaelis 7. Duca, Parapinacei. | Indict. 1. | 18 Philippi I.

Henrici 4. Regis Germ. an. 22. Conoratur Nicephorus à Cosma Patriarcha, qui hoc eodem anno, Ioanni Xiphilino Patriarchæ defuncto subrogatus erat, iubente Michaele. *Curopal.* Henricus Rex, collecto exercitu, pugnat in Franconia. Vbi æquo Marte certatum, *ait Vrspergen.* licèt *Marianus Scotus* victoriam tribuat Rodolpho, multi hinc indè occisi. Ladislaus eligitur Hungariæ Rex. *Bonfinius.* Turcæ Mediam integram occupant: Rhodum item, & Cyprum insulas. Romæ habito Cõcilio, iterũm anathemati subiiciuntur contumaces Episcopi, vnà cum Hugone Car

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			dinali, qui Schismati, & Simoniacis fauebat. Concilij Canones *habes Baronius: qui* alterius etiam Concilij *meminit* nunc Romæ habiti. Tantæ molis erat illicita (*vt ait* Lambertus *huius temporis Scriptor*) & contra scita Canonum contracta coniugia (addo & Simoniam) extirpare pessimis Clericis, qui, ne fierent boni, facti sunt Schismatici, & Henriciani. *vide Nauclerum Vol. 2. Gen. 36.* de Bennone Schismaticorum coryphæo Cardinali, eiusque mendaciis. *lege Baronium ad an.* 1079.	
1079 *Indict.* 2.	7 *Gregorij* 7	2 *Nicephori Botoniatis.*	*Henrici IV. Regis German. an.* 23. Botoniates Orientis Imp. misso Alexio Comneno, Briennium, & Durazzonem Tyrannos opprimit. *Zonar. Glyca.* in Germania iterum pugnat Henricus mēse Ianuario, fuso Rodolfi exercitu. *Marianus Scotus, Auentinus, Vrspergen.* S. Stanislaus Cracouiæ Archiepiscopus occiditur impiè à Boleslao Poloniæ Rege: quem propterea Summus pōtifex anathemate ferit, priuatque Poloniæ Regnum titulo Regali: quo postea caruit per annos ducentos. *Martin.* Cromer. *Longinus in Polonica* H*istoria. vide ann.* 1295. habito Romæ Concilio mense Februario, Berengarius iam octogenarius, fidem Catholicam profitetur: Professionem fidei, cuius initium est, *Ego Berengarius, refert ad hunc annum* Baronius. de hoc sepè reuocato Hæretico *vide* 1059. Schismatici fingunt atrocia mendacia in Gregorium, quæ *satis confutat hoc anno Baronius, præter sanctissimos illius temporis viros, Hugonem Cluniacen. Anselmum Lucensem, Lanfrancum* Cantuariensem, *Bernardum Abbatem Massiliensem, & alios, qui illustre virtutis testimonium dederunt de vita Gregorij.*	19 *Philippi* I
1080 *Indict.* 3.	8 *Gregorij* 7	3 *Nicephori Botoniatis.*	*Henrici* 4. R*egis German. an.* 24. mense Martio Romæ habetur Concilium: innouatur ibi anathema in Schismaticos Episcopos, & Henricum. inter hæc Henricus, reportata victoria, & mortuo ex vulnere Rodolfo, Conciliabulum habet Moguntinum, & Brixiense, vbi abdicato Gregorio, substituendus decernitur Guibertus Archiepiscopus Rauen. dictus Clemens 3. *Marianus Scot. Vrspergen. Auentin. Sigon. Baron.* Henricus, iureiurādo à Clemente suo liberatus, omnem intendit conatum ad Gregorium pellendum. mortuo Dogrissa Turcarum 2 Imperatore, imperat Abfalem à quo post à missus in Græcos Solimannus nepos, Asiam minorem subiugabit, exceptis quibusdam maritimis Prouinciis. *ita Haitonus Monachus Cyprius.*	20 *Philippi* I
1081 *Indict.* 4.	9 *Gregorij* 7	1 *Alexij* I *Comneni.*	*Henrici* 4. *Regis German. an.* 25. Alexius Comnenus, Isacij Comneni filius, acclamatur Imperator in Thracia à Legionibus: qui occupans Constantinopolim, Botoniatem Imperio priuatum detrusit in Monasterium, *Zonar. Nicetas, Onuph.* tunc, *vt ait* Zonaras, inuenta & data fratribus noua dignitatum nomina, *σεβαστοκράτωρ*, & *πρωτοσέβαστος*. Cōstantinus Manasses in hoc Botoniate finem imponit suis Annalibus. Henricus Rex, ducto in Italiam exercitu, Leoninam Vrbis Romæ partem obsidet. *Sigeb. Auentin. Sigon.* miserè hoc anno perit Boleslaus impius Poloniæ Rex. *Martin. Cromer.* Cosmas Patriarcha Constantinopolitanus, sponte se abdicans, locum fecit Eustathio Monacho subrogato. *Zonar.*	21 *Philippi* I
1082 *Indict.* 5.	10 *Gregorij* 7	2 *Alexij* I *Comneni*	*Henrici* 4. *Regis German. an.* 26. Principes Germaniæ plures rebellant. Henricus interim Romam premit obsidione. Mathildis, Romani, & Robertus in Apulia Comes Normannus, stant à Pōtifice. *vide citatos Authores.* Poloni eligunt sibi in Principem Vladislaum, primum huius nominis, & defuncti fratrem. *Martin. Cromer.* Hermānus in Saxonia substituitur Rodolfo nouus Rex. Gregorium alienum fuisse ab electione Rodolfi docent eius literæ. *Gregor lib 9 epist.* 28. *Baron.* Alexius Comnenus Imperator auream illam Bullam hoc anno edidit, ne quis imposterum rebus	22 *Philippi* I

Christi.	Pont.	Imp.	RERVM GESTARVM SERIES	Reg. Franc.
			Ecclesiarum sacris manus iniicere audeat. *extat Tom.3 Bibliothecæ sanctæ. Refert Baron.*	
1083 *Indict. 6.*	11 *Gregorij 7*	3 *Alexij I. Comneni.*	*Henrici 4 Regis German. an.* 27. Henricus Roma Leoniana nũc potitur, ipso, vt ferunt, Pentecostes die; ductore Godifredo Bullionio. cui Imperator concessit Lotharingiæ Ducatum, quem anteà auus maternus iure possederat. hanc turbulentissimi temporis historiam, Schismaticorum fautores minus sinceram dederunt; in quibus est *Sigebertus* Monachus, qui non rarò se Henricianũ profitetur: sed pro Gregorij innocentia satis superque faciũt illius temporis scriptæ epistolæ. adhuc extant illæ, maximorum & sanctorum virorum, qui tunc viuebant, iudicia: & præter Bertholdum Constantiensem, (qui tunc singulorum annorum res gestas scribebat) Leonem Ostiensem, Malmesberiensem, Vrspergensem, (vt recentiores omittam) quis credet pulso Gregorio, quem Orbis Christianus per annos 11, legitimum Pontificem agnouit: potuisse ritè ab excommunicato Principe introduci Guibertum antea anathemate notatum, & abdicatum? *vide an.* 1077. Alfonsus Castellæ Rex, Toletanam ciuitatem expugnatam recipit, Æra 1133. *Roderic.* Bernardus Archiepiscopus designatur, sub quo Ecclesiastici Officij Ordo Romanus receptus est. *Mariana lib.9.cap.15.& deinceps.*	23 *Philippi I.*
1084 *Indict. 7.*	12 *Gregorij 7*	4 *Alexij I. Comneni.*	*Henrici 4. Regis German. ann.* 28. *à Coronatione Romana Imper.* 1. post triennij obsidionem Vrbs antiqua capitur ab Henrico, non armis, sed auro. *Bertholdus.* tenebat Pontifex Castellum Sancti Angeli, Henricus Auentinum montem, qui tandem à suo Antipapa coronatur. aduentus Roberti Normannorum Principis ex Apulia, Henricum compulit fugere Senas. indè abiit in Germaniam. *Berthold. Leo Ostien. lib.3. cap.* 52. *Bibliothecarius, Sigon. Baron.* Eustachius Patriarcha Constantinopol. pellitur, substituto Nicolao Monacho. *Zonar.*	24 *Philippi I.*
1085 *Indict. 8.*	13 *Gregorij 7*	5 *Alexij I. Comneni*	*Henrici IV. Regis German an.* 29. *à Coronatione Romana Imp.* 2. *Bertholdus refert* habitum nunc de causa Henrici Conuentum in Saxonia (in Turingia, *ait Vrspergen.*) Vtrinque res agitata. Schismatici disputabant, Henricum iniustè anathemate notatum, *ex c. nullus,* 2. *q.* 2. quod definit neminem debere accusari, donec ablata omnia restituantur. vnde inferebant Henricum Regno spoliatum, non debuisse in ius vocari, aut damnari. idem illi *ex cap. sequenti.* Verùm malè hunc Canonem intellexerunt Schismatici; cùm sit in spoliatorem, & hunc priuatum. re infecta discessum est. habetur mox Concilium Quintilineburgense, à Catholicis, vbi damnantur asserentes secularem rebus suis expoliatum, non subiacere amplius Eclesiastico iudicio, nec posse excommunicari pro suis excessibus. *lege de his Baron.* vti etiam de Moguntina Pseudosynodo. inter hæc moritur Gregorius 7 Salerni, relatus postea in numerum Sanctorum; vir apud Deum felicis gratiæ, *inquit Malmesber.* reparator certè Ecclesiasticæ disciplinæ, & restitutor liberæ electionis Pontificum. vt de miraculis sileam. hoc ipso anno obiit Robertus Guiscardus Normannus Apuliæ & Calabriæ Dux: Principatum tenuit filius Rogerius. *Onuphrius. Sigon.* Veneti victi à Normannis, pulso Duce substituunt Vitalem Falierum.	25 *Philippi I*
1086 *Indict. 9.*	1 *Victoris 3*	6 *Alexij I. Comneni*	*Henrici IV. Regis German. an.* 30. *à Coronat. Roman. Imp.* 3. Henricus cum suis fautoribus, dùm pugnat contra Saxones, reliquosque Catholicos, victus fugit, post insignem clàdem. *Bertholdus Constantien.* cùm aliquandiu vacasset Sedes, tandẽ Cardinales Desiderium Cassinensem Abbatem, multum reluctantem, Pontificem creant. dictus est Victor 3. *Leo Ostien. l.3. c.*65. necdum tamen annuit ille. diem clausit S. Anselmus, Lucensis Epi-	26 *Philippi I*

Anni, Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			scopus. de eius scriptis *hic Baron.* hoc anno cœpit habitari Carthusiæ solitudo, ab Hugone Episcopo Gratianopolitano, S. Brunone, ac socijs: nempe anno 6 ab Episcopatu Hugonis. *Surius 1 April. Sigebert. Onuphrius, Baron.* Vratislaus Bohemiæ Dux ab Imperatore Germaniæ, primus Bohemiæ Rex creatur. *Aeneas Syluius c.21. Histor. Bohem.* Moritur Absalem Turcarũ Imperator: successus Melecha filius, sub quo tota Asia minor, & Antiochia venit in potestatem Turcarum. *Haitonus.* Obijt Marianus Scotus Historicus. Malcolmus Regnum Scotiæ, quod nouâ nobilitate, & bonis Legibus firmauit, nunc etiam ornat nouorum Episcopatuum institutione in Morauia, & Cathanesia. *Lesleus in Malcolmo 3.*	
1087 Indict. 10.	2 Victoris 3	7 Alexij 1. Comneni.	*Henrici IV. Regis Germaniæ. an. 31. à Coronatione Romnâ Imp.* 4. Hermannus, qui paulò ante se gessit pro Rege Germaniæ, nunc à Principibus Saxoniæ, alijsque contemptus, subdit se Imperatori, & pauló posteà interijt. *Abbas Vrsperg.* Græcus Imperator cessit Venetis ius suum in Dalmatiã, Slauoniam, & Croatiam. *Sabellic.* Guillelmus Angliæ Rex, ducto in Gallias exercitu, varia loca incendio vastans, morbo corripitur, obitque Rothomagi, cui in Regnum successit Guillelmus filius, cognomento Rufus. *Polydor. lib. 9. in fine, Malmerber. l. 3. Lesleus l. 6. in Malcolmo 3, & alij.* Cidi Ducis virtus nunc in Hispania egregiè enituit contra Mauros. *Benther. Mariana l. 9. c. 11. & 15.* tandem Victor Papa, Capuæ electioni consentiens, Romæ mense Maio consecratur. *Leo Ostien. l. 3. c. 67 & 68.* certat Romæ pro eijciendo Pseudopontifice Guiberto, qui partem Vrbis adhuc tenebat: exercitum misisse dicitur in Africam, reportatâ insigni victoriâ. Concilio Beneuentano habito, Antipapam anathemate obstringit, & *ex Bertholdo*, sententiam prius latam confirmat in Henricum. Cassinum veniens, morbo corripitur, ex quo obijt mense Septembr. *Sigon. Baron. Leo Ostien. c. 70.*	27 Philippi I.
1088 Indict. 11.	1 Vrbani 2.	8 Alexij 1. Comneni.	*Henrici IV. Regis German. ann. 32. à Coronatione Romanâ Imp.* 5. Robertus Normanniæ Dux, ex filijs Guillelmi Regis natu maximus, armis repetit Angliæ Regnum: sed eius dissipato exercitu, Guillelmus frater, cognomento Rufus, Regnum retinuit *Malmesber. Polydor.* Otho, ex Monacho Cluniacensi, & Ostiensi Episcopo, creatur Pontifex Tarracinæ, 4. Idus Martij; dictus Vrbanus 2, natione Gallus, Rhemensis Diœcesis. *Onuphrius, & Petrus Diac.* (qui auxit Leonis Ostiensis Chronicon Cassinense) *Sigon. Baron.* Obijt nunc Berengarius Hæresiarcha: *Papirius Mass. Annal. Franc. l. 3. Baron.* tandem mortuo Schismatico Episcopo Mediolanensi Henriciano, subrogatur Anselmus Catholicus.	28 Philippi I.
1089 Indict. 12.	2 Vrbani 2	9 Alexij 1. Comneni.	*Henrici IV. Regis German. an. 33. à Coronatione Romanâ Imp.* 6. fugatur hoc anno Henricus ab Ecberto Turingiæ Duce. *Appendix Mariani Scoti, Vrspergen.* Godifredus Bullionius nunc mittitur in possesionem Ducatus Lotharingiæ, antea concessi, 1083. *Sigebert.* Guillelmus Rufus Angliæ Rex bellum Roberto fratri Duci Normanniæ, & mox Henrico natu minimo indicit: sed idem annus pacem attulit. *Malmesber.* circa hunc annum Hali Saracenorum Princeps, ex Africa traijcens in Hispaniam, in magnum adduxit discrimen Christianorum, & Alfonsi res. cui tamen adfuêre tunc præter alios, aliquot Galliorum Principes; quos *recenset Mariana l. 10. cap. 1.* horum insignis enituit virtus. ad quos conciliandos, Alfonsus Raimundo Tolosano Comiti, filiam dedit Eluiram: Henrico Lotharingio, Therasiam: Raimundo Burgundo, Vrracam. Henrico dotis nomine datum quicquid Christianorum erat in Lusitania. Regni Lusitanici hoc initium	29 Philippi I.

Anni Christi	Anni Pontif	Anni Imper.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
			fuit plura *Vignerius Gallus ad hunc annũ.* Vrbanus habitâ Synodo Romæ 115 Episcoporum, confirmat acta priorum Pontificum. Guibertus pellitur à Romanis, iuratque se non amplius hanc Sedem inuasurum. *Bertholdus.* de Concilio Troiano in Apulia, (vbi de consanguinitatis linea in coniugatis,) *Iuo parte 9. c. 53. Baron.* Obiit nunc Lanfrancus.	
1090 Indict. 13.	3 Vrbani 2.	10 Alexij 1. Comneni.	Henrici 4 *Regis German. an.* 34 *à Coronat. Roman. Imp.* 7. Rogerius Apuliæ Comes Siciliam hoc anno integram obtinuit, quam posteri diu retinuerunt. *Fasellus.* Henricus redit in Italiam: initio infeliciter pugnat in Lombardia aduersus Mathildem: cui tamen mox Mantuam obsessam eripuit. *Sigon.* de Concilio Melfitano, & Actis eius, *Baron.*	30 Philippi I.
1091 Indict. 14.	4 Vrbani 2	11 Alexij 1. Comneni.	Henrici 4. *Regis German. an.* 35. *à Coronat. Roman. Imp.* 8. Henricus Mathildi Ferrariam aufert. *Sabellic. Auentin. Sigon.* Vrbano absente Guibertus Romæ recipitur. *Bertholdus:* qui agit de Beneuentano Concilio, & excommunicato Guiberto.	31 Philippi I.
1092 Indict. 15.	5 Vrbani 2.	12 Alexij 1. Comneni.	Henrici 4. *Regis German. ann.* 36. *à Coron. Rom. Imp.* 9. Henricus in Canusii obsidione, multis ex suis, & vexillo, amissis, exercitum trans Padum reducens, potestatem fecit Mathildi recuperandi amissa loca. *Sigon.* Iuo Carnutensis Episcopus consecratur ab Vrbano Papa. *Sigon. Baron.* S. Bruno Romam vocatur ab Vrbano. *ibid.*	32 Philippi I.
1093 Indict. 1.	6 Vrbani 2.	13 Alexij 1. Comneni.	Henrici 4 *Regis Germa. an.* 37. *à Coron. Rom. Imp.* 10. *Blondus, & Sabellicus notant,* hoc anno victum à Mathilde Henricum, quando Conradus, Henrici filius, ad Vrbanum & Mathildem transiens, Regnum in Lombardia aduersus patrem suscepit, & Rogerii Siciliæ Ducis filiam accepit vxorem. *Sigon. Sigebert. Appendix Mariani Scoti.* Coronatur ab Anselmo Mediolanensi. *Berthol.* Roberto Flandriæ Comiti mortuo, succedit filius Robertus 2, dictus Hierosolymitanus. *Marchan. Chron. Flandriæ.* S. Anselmus, decus Anglicanæ Ecclesiæ, creatur Archiepiscopus Cantuarien. natione Italus, Lanfranci discipulus. *Baron.*	33 Philippi I.
1094 Indict. 2.	7 Vrbani 2.	14 Alexii 1. Comneni.	Henrici 4 *Regis German. an.* 38. *à Coronat. Roman. Imp.* 11. Philippus Francorum Rex, dimissa vxore, aliam superinduxit. Hugo Archiepiscopus Lugdunensis, Legatus Apostolicus, Concilium cõuocat: in quo damnatur Regis hoc coniugium: & Rex ipse anathemate obstringitur. *Bertholdus. Iuo Carnuten. Epistola* 20. enituit in hac causa eiusdem Iuonis virtus, qui sæpe Regem officii monuit. In Anglia quoque sancto Anselmo obtigit altercatio cum Rege, dum Rex Guiberto fauet, Anselmus Vrbano. *Baron. Mathæ. Vvest. an.* 1091. *& Polyd. in Rufo.* Interim Guibertini, & Henriciani Arcem Crescentii (Sancti Angeli nunc nomen habet) tenebant: cætera Vrbanus. Habetur eodem tempore Concilium Constantiense, contra Presbyterorum incontinentiam, Simoniacorum violentiam. *Baron.*	34 Philippi I.
1095 Indict. 3.	8 Vrbani 2.	15 Alexii 1. Comneni	Henrici 4. *Regis German. an.* 39. *à Coron. Roman. Imp.* 12. Dum sensim languent res Guibertinorum, Vrbanus Concilium habet Placentinum, in Nicolaitas, & Schismaticos. Audita ibidem Legatio Imperatoris Græci, petentis auxilium contra infideles, de aliis rebus decretum, quas *commemorat hoc anno Baron.* Conradus Rex amicè exceptus, iurat Vrbano fidelitatẽ. Indicitur in Gallia Claramontense Conciliũ. *Bertholdus.* In hac apud Aruernos Synodo, adest Vrbanus: Archiepiscopi 13, cum suffraganeis. Canones *recensent Malmesber. lib. 4. c. secundo, & hic Baron.* Confirmantur ibidem Acta Placentina. Excommunicatur Rex Galliarum Philippus ob dimissam vxorem: & (quod præcipua causa Concilij erat) indicta est expeditio sacra in Palæstinam, *quam Historiam ex professo describit Guillelmus Ty-*	35 Philippi I.

liam regit. *Sigon. Vrspergen.* Victis iterum Turcis, quidquid est Antiochiâ Palæstinam vsque, cessit Christianis Latinis. & 9 Iunii obsidetur Hierosolyma, 15 Iulii capitur. Godifredus Bullionius Dux Lotharingiæ, qui primus in muros euasit, renuntiatur Rex Hierosolymitanus. *Tyrius. Sigon.* mox noua nobilissimaque partâ victoria, venit in potestatem Latinorum tota Palæstina. de cõtentione inter Iuonem & Legatum, *lege hic Baron.* interim moritur Vrbanus 4 Kalen. Augusti, (rebus iam pacatis) in insula Tiberina, & ædibus Petri Leonis, positis apud S. Nicolaum in Carcere Tulliano. de eius vita, & scriptis, *hic Baron.*

1100 | 1 *Paschalis 2.* | 20 *Alexij I. Comneni* | 40 *Philippi I.* | *Indict. 8.*

Henrici 4. Regis German. an. 44. *à Coronatione Romana Imp.* 17. Obiit 18 Iulii Godifredus Bullionius, Rex Hierosolymitanus, summis Ducibus æquandus: substituitur Comes Balduinus frater, in Lotharingia, & Hierosolymis. hic primus Regis nomen accepit. Boemundus, cui data est Antiochia, capitur à Turcis. *Tyrius.* Moritur hoc circiter anno Guillelmus Angliæ Rex, dictus Rufus. Henricus frater Angliam occupat. Robertus natu maximus, rediens à bello Sacro, Angliam Henrico permisit, ea lege, vt Roberti Beneficiarius esset, soluto quotannis tributo. hoc ipso anno Henricus Mathildem Malcolmi Regis Scotiæ filiam ducit vxorem. *Malmesber. & alij citati supra* 1096. Ludouicus, dictus Crassus, designatus Rex, adhuc tantùm 18 annorum, regnum Galliæ administrat, superstite Philippo patre. *Iuo Carnuten. Epist.* 124. Roberto, Flandriæ Comiti humanis rebus sublato, succedit filius Balduinus 7. dictus Securicula, à securi. *Marchant. Chron. Fland.* Reginerius, natione Tuscus, antea Monachus Cluniacen. nunc Cardinalis, eligitur Pontifex, an. superiore Kalend. Septembris, dictus Paschalis 2. *Onuphrius. alij* 12 Augusti *notãt. Baron.* hic Pontifex, collecto exercitu, Guibertum, & duos alios Pseudopontifices profligauit. terras & ditionem Ecclesiæ asseruit. *Blondus, Platin. Sabel. Sigon.*

DVODECIMI CENTENARII INITIVM.

Regna.

Laeta habuit hoc Seculum initia in Oriente, Ducibus Sacri Belli nouũ Regnum Hierosolymitanum inchoantibus: Latinis quoque ex dote obuenit Thessaliæ Regnum, an. 1170. Italia Neapolitana Siciliæ Reges tolerauit Lombardia, inito fœdere, Friderici iugum excussit. cætera Europæ Regna pristinum, licet bellis sæpe turbatum tenuere statum.

Status *Ecclesiæ*.

Anno huius Seculi 30, cœpit graui Schismate agitari Ecclesia, electis Innocentio 2. & Anacleto Pontificibus: nec defuerunt hoc eodem Seculo Principes, qui alios plures Orbi Pseudopontifices obtruderent: donec anno 1177, optata Ecclesiæ libertas est restituta, per Italiam præsertim, & Germaniam. Antiochena Ecclesia, reliquaque Syria sub Latinis Pastores recipit. libertatem Anglicanæ Ecclesiæ, Rex tandem permisit more maiorum integram. in Galliæ aduersus Albigenses vtroque gladio pugnatum est.

Doctrina.

Ecclesiæ, & Traditionum Authoritas. *Bernard. Epist. 174. ad Canonic. Lugdun. & Epist. 190. ad Innocent.* Primatus. *idem Bern. lib. 2 de Consid. c. 8* Hugo *à S. Vict. Serm. 64. qui est de Apost. Pet. & Paulo.* Liberum Arbitrium. *idem Hugo in caput 4. Genes sub initiũ. Magist. Sent. lib 2. distinct. 25 lit. A. & E.* Bona Opera & Merita. *Petrus Cluniacen. Epist. contra Petrobrusianos.* Bernard. *Serm.* 68. *in Cantica, sub finem.* Sola fides exclusa. *idem Bernard. Serm. 24. in* Cantica, *post medium.* Hugo *Victorin. lib. 1. de Sacram p. 11. c. 6.* Eucharistia. & Sacrificium. *Hugo Victorin. lib. 2. de Sacram. par. 8. c. 7. & c. 9. Magist. Senten. lib. 4. D. 11. P etrus* Abbas Cluniac. *Epist. contra Petrobrusianos.* Pœnitentiæ Sacramentum. *Bernard. lib.* Meditationum *c. 9 sub finem. Hugo à S. Vict. lib. 2. de Sacram. part.* 14, *c. 1.* Purgatorium. *idem* Hugo, *eodem lib. 2. part. 16, c. 4. Bernard. Serm. 66. in* Cantica. Inuocatio Sanctorum. *Bern. Serm. 2. de Aduentu, sub finẽ.* Hugo *à S. Vict. Serm.* 34. Reliquiæ. *Ruper. lib 1. de Diuinis Offic. c. 26. Zonaras in* Romano *Imp. post medium, agens de* Ioanne *Baptista,* Cælibatus. *Magist. Sent. lib. 4. dist. 37.* Bernard. *Serm. 65. in Cant. post medium.* Abstinentia à cibis. *Innocen. 3, Serm. 1. in die Cinerum.* Bern. *Serm. de Vigilia S. Andreæ, initio.*

Anni Christi	*Anni Pontif*	*Anni Imper.*	*Reg. Frãc*
1101 *Indict.* 9.	2 *Paschalis* 2.	21 *Alexij* 1. *Comneni.*	41 *Philippi* I.

HEnrici 4. *Regis German. ann.* 45. *à Coronatione Romana* Imp. 18. Extinctus hoc anno Guibertus, qui per tot annos Ecclesiæ pacem turbauit. Obiit in Italia Rex Conradus. Veneni suspicio fuit. *Sigon.* Edgarus, Malcolmi & S. Margaritæ filius, ex Anglia ope Edgari auunculi reuocatus, inungitur Rex à Godrico Sancti Andreæ Episcopo. Donaldus prælio captus, in carcere vitam finiuit. *Hector. Boet. Lesleus.* hic Edga-

Christi	Pont.	Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Frāc.
			mus è Scotorum Regibus sacra vnctione inungitur. *Maior. lib.* 3. *cap.* 11. Balduinus Hierosolym. rex Antipatridem, & Cæsaream cepit: nouæ classis Genuensium aduentu Azotum expugnauit. Perfidiâ Græci Imperatoris nouæ ex Francia copiæ militares pereunt in Armenia. incidit in hunc annum obitus S. Brunonis, qui Carthusianorum primus author numeratur. *Baron. hic, & Martyrol. 6. Octob.*	
1102 Indict. 10.	3 Paschalis 2.	22 Alexij 1. Comneni.	*Henrici* 4. *Regis German. an.* 46. *à Coronatione Romana* Imp. 19. Mathildis Ferrariam, Parmam, & Mantuam hoc anno securè retinet: *Blondus, Sigon.* Petrus Arragoniæ Rex huc vsque vixit: nullisque liberis relictis regnum accepit Alfonsus frater, Arragoniæ Rex huius nominis primus: sed posteà Castellæ 7. *Tarafa Mariana l.* 10. *c.* 7. Obiit Vladislaus Princeps Poloniæ: regnat filius Boleslaus huius nominis 3. *Martin. Cromer.* Paschalis Romæ habito Concilio, confirmat priorum Pontificum decreta, & anathematis sententiam in Henricum. *Sigon. Onuph.* Mathildis Comitissa, renouat donationem prius factam Romanæ Ecclesiæ. Diploma *extat apud* Baron.	42 Philippi 1.
1103 Indict. 11.	4 Paschalis 2.	23 Alexij 1. Comneni.	*Henrici* 4, *Regis German. ann.* 47, *à Coronatione Romana* Imp. 20. Ludouicus, designatus Galliæ Rex, Bogohardum Monmorentianum, aliosque plures, Ecclesiæ bona vsurpantes, armis compellit ad restitutionem. *Annales Franc. Æmil.* Ordelafus Dux Venetus subrogatur Vitali. *Sabellic.* Tancredus Antiochiæ Princeps Turcis eripit Laodicæam, & Apamiam. Comes Tolosanus Tripolim facit tributariam. *Tyrius.* duæ Synodi habentur in Anglia, ambæ contra Clericorum connubia, Beneficiorumque collationem, quam Reges vsurpauerant. *Malmesber. l. de gestis Episcoporum Angliæ*, vbi Canones refert Londinensis Concilii sub Anselmo, *de quo lege* Baron. 1103.	43 Philippi 1.
1104 Indict. 12.	5 Paschalis 2.	24 Alexij 1. Comneni	*Henrici* 4. *Regis German. ann.* 48. *à Coronatione Romana Imp. an.* 21. Hospitalarii hoc anno initium aliquod accipiunt; quorum erat, Sepulchrum Christi adeuntibus, necessaria suppeditare. hi posteà habitum Religiosum, & Crucem albam in pectore gestabant: accessit rei militaris studium, ad peregrinorum defensionem: auctique per Christianum Orbem opibus, primùm Hospitalarii, ac Hierosolymitani, deindè Rhodii dicti sunt, *Sigon. lege Aubertum de Origine Ordi. milit. lib. 1. c. 1.* Paschalis Florentiæ Conuentu habito compescuit Florentinum Episcopum, falsò annuntiantem aduentare Antichristum. *Sigon. Naucler. Onuph.* Patri Rogerio demortuo, successit Simon filius Siciliæ Comes. Balduinus rex, Ptolemaidem expugnat. Papa Legatum in Galliam destinat; à quo Parisiis solenni ritu Phlippus Rex anathematis vinculo liberatur. *Baron ex* Iuone *Epist.* 166. & 169.	44 Philippi 1.
1105 Indict. 13.	6 Paschalis 2.	25 Alexij 1. Comneni.	*Henrici* 4. *Regis German. an.* 49, *à Coron. Rom. Imp.* 22. Imperatoris Henrici filius Henricus, patrem tot annis Ecclesiæ rebellem, & saniora cōsilia renuentē, tandē deserit: accessioneque Principū consentientium, auctis viribus priora patris acta pleraque rescindit. *Sigon.* certum est hanc historiam pro vario tunc scribentium studio variè narrari. illud constat, in Moguntino Principum Conuentu, præsentibus Summi Pontificis Legatis, abdicatum Henricum, & Insignia Imperii detracta patri, (qui in castro vicino erat,) allata, impositaque filio. Henricus Senior euadens, tunc quidem victus à filio, in extrema miseria diem clausit anno sequenti. *Lege Sigonium.* rem *describit* Baronius *ex* Conrado *Vrsperg. abbate, rei totius spectatore.* in Oriente vita functus Raimundus Comes Tolosanus, laudatus Princeps. Balduinus rex insignem de hoste reportat victoriam. *Tyrius l.* 11. *c.* 13.	45 Philippi 1.

1106 — *Indict.* 14. | 7 *Paschalis* 2. | 26 *Alexij* 1. *Comnen.* | 46 *Philippi* I.

Henrici 4 *Senioris Regis* German·*an*.50.*à Coronatione Romana Imp*·23.*& vltimus*, quo infeliciter obiit, ad quinquennium priuatus Christiana sepultura ob Excommunicationem. hunc exitum habuit Tragœdia inter filium & patrem. in quo nobili casu, si arbiter sedeas, quis iustius induat arma, non facile est pronuntiare. Certum illud, patrem in Deum & in Ecclesiam multa peccasse; meruisséque numinis iras. filius porrò, si malis artibus paternum ius violauit, maloque animo, excusari non potest. an verò, non aliis, quàm his vinculis, patrem potuisset ad saniorem mentem reducere, aliorum esto iudicium. Alfonsus Castellæ Rex Diem claudit, nulla prole mascula relicta. Regnum iure deuolutum ad Vrracam filiam, Alfonso Regi Arragoniæ connubio copulatam. Certatur interim de Regno Castellæ. *Mariana l.*10.*c.* 8. *Sanctius* 3. *p.c.*30. habebat enim Vrraca filium, nomine Alfonsum, ex priore matrimonio natum. Tancredus Antiochenus repellit incursantes Saracenos. *Tyrius*. Paschalis Pontifex, rogatus à Germaniæ Principibus, versus eos iter arripit, & Trecas diuertit. *Sigon.*

1107 — *Indict.* 15. | 8 *Paschalis* 2. | 27 *Alexij* 1. *Comneni.* | 47 *Philippi* I.

Henrici 5. *Regis German.an.*1. Trecis habito Concilio, cui adfuit Paschalis Papa. *(ex Vrspergen.)*, decretum est, (vti iam à 50 annis) in coniugatos Clericos, Simoniacos, ac collatores Beneficiorum seculares. contra hoc vltimum caput Legati Imperatoris queruntur violatum ius Imperatoris, qui multis iam annis, per annulum & baculum maiora beneficia conferebat. Reiecta res, in Conuentum Romæ habendum. *ita Historici Auentin. Sigon. & alij*. Huius quoque Tricassibus habiti Concilii, *meminit Æmilius*. Henricus Angliæ Rex, ducto in Normaniam exercitu, fratrem Robertum victum, captumque coniecit in carcerem, vbi obiit. *Malmesber. Polyd, in* Henrico I. vbi notat hoc accidisse 7 anno Henrici, & Christi 1108. tunc Henricus Normanniam obtinuit, *inquiunt Polyd. & Sigebertus*. subactam *scribit* Rogerius. *addit Aemilius*, Anglum Normãnia omni potitũ, & professũ se Frãci Regis Beneficiarium.

In Italia, quantum imminui cœpit Regum potestas, tantùm aucta ciuitatum potentia, imò, & discordia. Primum nunc exortum dissidium, Papiensibus fuit aduersus Derthonenses, quibus accessere Mediolanenses. *Blondus. narrat Matheus Parisius*: qui ab an. 1066, vsque ad 1273, scripsit res Anglicanas; seu ab initio Conquæstoris, ad excessum Henrici 3. *scribit, inquam*, Henricum I, vestituram sacrarum dignitatum integram ac liberam reliquisse Ecclesiæ. R*ogerius* idem *refert hoc anno*. hæc Beneficia, seu Sacerdotia conferendi potestas Principibus negata, magnas hoc seculo peperit molestias. quod enim Augusti antiquâ consuetudine Scipionem sacrum, annulumque Pastoralem Episcopis dabant: illi vestituram, & iura Regia appellabant. *Sigebertus prolixè narrat*, egregio de Charitate decreto edito, munitam nunc Cistertiensium Regulam à Stephano Abbate Anglo, Alberici successore, approbatam ab Vrbano 2. *vt ait Genebrard*. Turcæ, pulsi è Perside ab Armenis, recipiunt se ad Solimannũ, qui tunc in minori Asia hærebat. *Haitonus*. Ebremaro abdicato, subrogatur Gybelinus Patriarcha Hierosolymitanus, missus eò à Paschali Pontifice. *Tyrius l.*11.*c.*4. literas Gybelini de hac re ad suos Arelatenses, *refert Baron.*

1108 — *Indict.* 1. | 9 *Paschalis* 2. | 28 *Alexii* 1. *Comnen.* | 48 *Philippi* I.

Henrici 5, *Regis German.ann.*2. Paschalis post reditum è Gallia, bona Ecclesiæ Romanæ occupata ab hostibus, & tumultuantibus Romanis recuperat. *Blondus, Platin. Sigon. Baron.* tandem Castellani, & Legionenses, Regem Castellæ dicunt Alfonsum Vrracæ filium, huius nominis 8. Æra 1146. *ex Roderico. vide supra* 1106, historiam *habet Mariana l.* 10, *c.* 9, *sub finem*; & pacem inter Arragonios Castellanosque, *ibidem c.* 12. Mathildis, Edgari Scotorum

torum Regis soror, iuncta nunc connubio Henrico Anglorum Regi. Sanctæ Margaritæ matris pios imitatur illa mores. Obiit nunc idem Edgarus: Regno successit Alexander frater, Fers, hoc est, Fortis dictus. *Leslæus, Polydor, Boetius.* Moritur Anselmus, resti- tuta iam Anglicanæ Ecclesiæ pristina libertate. *Sigeber & Edinerus in eius Vita.* In Galliis cœpit hoc anno regnare Crassus. *Crassus.*

1109 — 10 Paschalis 2. — 29 Alexij 1. Comneni. — Indict. 2. — 1 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Regis German. ann. 3. vita cessit Meloduni Philippus Galliarum Rex, mense Iul. anni præcedentis: Regnat Ludouicus filius, dictus Crassus. Aureliani; inungitur. Moræ & seditionis periculum non patiebatur expectari Rhemensia Sacra. *Æmilius meminit Apologiæ Iuonis de hac re. notat Paradinus c 26,* nunc obiisse Humbertum huius nominis 2; successisseque filium Amadeum 2, in Sabaudia, & apud Taurinates; quem primum Sabaudiæ Comitem creauit Henricus V. Tripolis 10 Iunii recepta est à Christianis. *Tyrius.* paruit ea vrbs Bertranno, tamen velut Hierosolymitani Regni Beneficiario. In Europa Summus Pontifex pro libertate Ecclesiæ cum principibus certabat. *Æmilius. Sigon. Sigebe.* Italiæ dissidia *persequitur idem Sigonius.* S. Hugo, Abbas Cluniacensis vixit, subrogato Pontio illo, qui non tam pastorem, quam prædonem egit, *inquit Baron.*

1110 — 11 Paschalis 2. — 30 Alexij 1 Comneni. — Indict. 3. — 2 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Regis German. an. 4. hic annus est, quo Henricus, numerosum ducens in Italiam exercitum, quà vi, quà dolo, Pontificem captum coegit ad Coronam Imperialem concedendam, vnà cum libera Beneficiorum vestitura, *de qua an.* 1107. Hanc Tragicam historiam *fusè narrant Sigonius an.* 1110. *ac deinceps, & Pet. Diaconus, Chron. Casin. lib. 4. c. 37. 38 & 39.* quæ *refert descripta Baronius hic, & sequenti anno.* Guyguesius Iunior, Comes Delphinatus, ab vxoris familia, se suosque, Delphinos Viennensium fecit nominari: vnde Regioni nomen. *Tomasinus.* Dum Francus Rex in reprimenda quorundam nobilium potentia occupatur, bellum illi cum Anglo esse cœpit Henrico I. *Æmil.* Causam dedit non leuem Gisortii Arx, quam Ludouicus euertendam contendebat ex pactis conuentis. Pugnatum est ad Gisortium, minus tamen feliciter ab Anglo: qui profitebatur se fidem tantùm obstrinxisse, vt Franciæ Regem Dux Normannus coleret. Pax tamen breui subsequuta est.

1111 — 12 Paschalis 2. — 31 Alexij 1 Comneni — Indict. 4. — 3 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Regis German. ann. 5. à Coronatione Romana Imp. 1. habet hic annus reliquam Tragœdiam coronati Henrici, & concessi, quod petebat, Diplomatis de Beneficiorum seu Sacerdotium conferendorum potestate. Acta res est 13 April. in Æde Laterana, *ex citato Chronico Casin. Sigonio, & aliis.* Rediit hoc anno Henricus in Germaniam. Pontifex acta rescindit, velut vi metuque extorta, sed insequenti anno. *Lege Sigonium, qui* rem hanc gestam *prolixè descripsit.* vim illatam, & rei indignitatem *testantur Otho Frisingen. lib. 7, cap. 14. & Iuo Carnut. Epistola* 235, quam *refert hic Baron. num.* 34. Sydon capitur à Balduino, adiumento Danorum. *Tyrius lib.* 11. *cap.* 13. & 14. floret Rupertus Abbas Tuiciensis.

1112 — 13 Paschalis 2. — 32 Alexij 1. Comneni. — Indict. 5. — 4 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Regis German. ann. 6. à Coronatione Romana Imp. 2. Dauid, Alexandri Scotorum Regis frater (qui nunc apud Mathildem sororem hæret in Anglia) Mathildem propinquam suam, Voldioso Northumbriæ Comite, & Iuditha Guillelmi Normanni nepte natam, duxit vxorem, Hundintoniæ, & Northumbriæ in Anglia heredem. ex quo coniugio, duo illi Comitatus in Scotorum iura, & potestatem venere. *Buchan.* 151. *& Leslæus, in Alexandro qui notat,* nono ab hinc anno, extructum Scotis Monasterium Viennæ in Austria, nempe Christi anno 1121. Principes in Germania deficiunt ab Henrico aliqui: idemque in

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
1117 Indict. 10.	18 Paschalis 2.	37 Alexij I. Comneni.	*Henrici* 5, *Regis German. an.* 11. *à Coronatione Roman.* Imp. 7. Paschalis Pontifex Beneuentum fecedit. Henricus Vrbem ingressus, iterum, vt aliqui scribunt, coronari voluit; & mox se recepit in Marchiam Taru si iam bello tumultuantem. *Sigon. Pet. Diac. l.* 4. *c.* 63. Sunt qui scribant, pace vtcunque inter Angliæ & Franciæ Reges admissa, castigatos hoc anno fuisse à Crasso rebelles Franciæ Proceres. Nunc obiit Robertus de Abruscillis, Parisiensis, primus institutor Monasterii Fontis Ebraldi in Gallia, non longè ab Andegauensibus, quod separatis spatiis & omnino distinctis, viros habebat & mulieres: Omnes tamen Abbatissæ obtemperantes. *Meminit* Bernard. *Epist.* 200. Robertum *laudat Pet. Clun. l.* 3. *Epist.* 17. Rem totam *describit hoc anno* Baronius. Constantinopoli Nicolao Patriarchæ succedit Theodorus. incertus tamen deinceps est, horum Patriarcharum tum numerus, tum etiam annus: vt minus mireris, si varii Scriptores varios dent horum Catologos.	9 Ludouici 6 Crassi.
1118 Indict. 11	1 Gelasii 2.	38 Alexij I. Comneni	*Henrici* 5, *Regis German. ann.* 12 *à Coronatione Rom.* Imp. 8. Inopinatus aduentus Paschalis Romam, impulit aduersarios ad pacem petendam: sed post biduum obiit, 21 Ianua. *Leo Ostien. & Onuph.* Exacto inde triduo, Ioannes, patria Caietanus, omnium Cardinalium & Cleri consensu eligitur, dictus Gelasius 2. *Baron.* Verum Cincii, Fregepanum iniuriâ pulsatus, & Henrici Imperatoris accurrentis potentia territus, secessit Capuam. Vbi habito Conuentu, Hẽricum (qui Vrbem occupans, & Mauritio Burdino, Gregorium 8 Pseudopontificem effecerat) damnauit, cum suo Antipapa: posteaque Galliam petens, & benignè exceptus, post promulgatam Henrici damnationem, morbo correptus extinguitur; sed anno sequenti. *Sigon. Leo Ostien. Vrspergen. &* Baron. *ex Pandulpho, & aliis.* Recurrit in Germaniam Henricus, quod Proceres de eo deponendo consultarent. Vita cessit Alexius Comnenus Imperator 15 Augusti. Imperat Ioannes filius. Aliqui Caloioannem vocant. Hic Zonaras historiam finit: vnde suam orditur Nicetas. Redintegratur, & strenuè vtrinque geritur bellum, inter duos Reges, Francum, & Anglum: quod aliqui Historici primum vocare solent inter hæc Regna, tot fœderibus compositum, & toties repetitum. *Æmilius, Annales, & alii.* Balduino Regi Hierosolymitano vita functo, substituitur electione, Comes Edessæ, dictus Balduinus 2. *Tyrius lib.* 12. *cap.* 7. Bernardus fundat, & regit Monasterium Clareuallense, anno ætatis 27. præfuit annis 36. Ordinis Templariorum Militum institutio, ad hunc annum spectat *iuxta Guillel.* Tyr. *libr.* 12. *cap.* 7. de qua *hic* Baron. *num.* 21. de huius Ordinis initiis, progressu, & demum extinctione, *lege Aubertum cap.* 4. *de Orig. Mil. Ordinum.* Exustus est Nouatorum Patriarcha, iubente Alexio, Basilius Hæresiarcha circa hæc tempora *ex Zonara.* Hic Encharistiam, Incruentum Sacrificium, & Baptismum damnauit, Iconoclastiam quoque amplexus. *Baron.*	10 Ludouici 6 Crassi.
1119 Indict. 12.	1 Calisti 2.	1 Ioannis Comneni.	*Henrici* 5, *Reg. German. an.* 13 *à Coronatione Roman.* Imp. 9. Gelasio Viennæ mortuo, qui aderant Cardinales, Vidonem Viennensem Archiepiscopum eligunt Pontificem, Kalendis Febr. & Calistum 2 vocant. Probata electio est à toto Clero Romano. *Baron. hic ex Chron. Beneuent.* Indicto conuentu Rhemos 13 Kalendas Nouemb. cùm Henricus (qui non longè aberat) recusaret renuntiare Sacerdotiis conferendis, Calistus confirmat priorum Pontificum Decreta. Acta huius Concilii *habet Rogerius Anglus in Annal.* eademque *dat Baronius.* Anno sequenti	11 Ludouici 6 Crassi.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			Calistus Romam venit. Inito quodam conflictu, ad Normanniæ fines, victoria dicitur fuisse Anglo Regi aduersus Ludouicum; quam Anglorum Historici verbis etiam augent. *Polyd. lib.* 11. *notat* Nicasianum oppidum. Exortum est tunc diuturnum illud bellum inter Genuenses, & Pisanos. *Sigon.*	
1120 Indict. 13.	2 Calisti 2.	2 Ioannis Comneni.	*Henrici* 5 *Regis German. ann.* 14. *à Coronatione Rom. Imp.* 10. Scribit *Rogerius Anglorum Historicus*, constitutam hoc anno pacem inter Henricum & Ludouicum Reges, Guillelmumque Henrici filium renuntiatum Normanniæ Ducem, cùm se Franciæ Regis Beneficiarium agnouisset. Recenset *idem author* nobile illud naufragium, quo rediens in Angliam Guillelmus filius, cum multis aliis periit. *Polydor. Vergil. in Henrico primo*, rem totam *descripsit.* Chasi Turcarum Princeps in Persïde, ingenti collecto exercitu, Antiochenos inuasit. in quo conflictu Rogerius Princeps periit: sed accurrens Rex Hierosolymitanus, hostem penitus fugauit, 14 August. *Tyrius.* à Mediolanensibus Comense bellum suscipitur. *Sigonius*, rem situmque locorum *describit.* hoc anno Calistus, cùm Viennensem Ecclesiam priuilegiis honestasset, (Diploma *refert Baronius*,) Romam venit, omniũ gratulatione exceptus. *Rogerius, Malmesber. Sigon. & apud Baronium Pandulphus.*	12 Ludouici 6 Crassi.
1121 Indict. 14.	3 Calisti 2.	3 Ioannis Comneni.	*Henrici* 5. *Reg. German. an.* 15. *à Coronatione Romana Imp.* 11. Gregorius Pseudopapa à Sutrinis deditus, & Romam ignominiose delatus, detruditur à Calisto in Monasterium, vbi miserè periit. *Vrspergen. Sigon. & Pandulphus.* Henricus hoc nuntio, & aliqua pœnitentia præteritorum perculsus, apud Vircimburgum habito Conuentu, decernit ad Calistum Legationem de concordia: de qua *ad sequentem annum Sigon. Vrspergen.* Turcæ, violatis induciis cum Imperatore Græco initis, Phrygiam inuadunt. Ioannes, hoste repulso, Laodicæâ potitur. *Nicetas.* De Tenchelino huius tẽporis seductore insigni *lege Trithemium in Chron. Hirsaugiensi, & Append. Sigeberti.* Imperatoris Henrici auditi sunt Legati Romæ in Concilio Lateranensi, habito tempore Quadragesimæ, anno sequenti, cuius Canones *habet Baronius ad annum* 1122. interfuisse 300 Episcopos *testatur in vita Ludouici Regis Sugerius Abbas S. Dionisii*, qui Concilio interfuit.	13 Ludouici 6 Crassi.
1122 Indict. 15.	4 Calisti 2.	4 Ioannis Comneni.	*Henrici* 5. *Regis German. ann.* 16. *à Coronatione Romana Imp.* 12. Tandem (vt conuenerat.) In Vuormaciensi Conuentu, (*Cuspianus notat* 23. *Sept.*) præsentibus Legatis Apostolicis, inter summas Potestates concordia conciliata est, scriptæque vtrinque tabulæ iureiurando firmatæ, quibus Henricus ius instituendorum Episcoporum, & Abbatum dimisit in perpetuum in manus Legati, & in communionem Ecclesiæ ac fidem receptus est. Has *profert* tabulas *Sigonius ad hunc annum*, subnectens continuata prælia Mediolanensium cum Comensibus. Capti à Turcis sunt, sed in diuerso conflictu, Comes Edessæ, & Rex Hierosolymitanus. Eò rẽ perduxit horum discordia. *Tyrius.* florent Rupertus Abbas Lumburgensis, & Rupertus Abbas Tuiciensis, *de quo supra Trithem:*	14 Ludouici 6 Crassi.
1123 Indict. 1.	5 Calisti 2.	5 Ioannis Comneni.	*Henrici* 5. *Regis German. ann.* 17. *à Coronatione Romana Imp.* 13. Dum Guillelmus Apuliæ Dux, Ecclesiæ Romanæ Beneficiarius, Constantinopoli subsistit, matrimonii contrahendi causa: cognatus eius Rogerius Siciliæ Comes, Apuliam occupat. *Blondus, Sabel. Sigon. Platin.* Pomerania subiugata à Polonis recipit Christiana sacra. *Abbas Vrspergen.* Venetorum classis Ioppem appulit, quo auxilio liberata ciuitas est obsidione, & pulsi, qui eam obsidebant Ægyptii. *Tyrius.*	15 Ludouici 6 Crassi.

1124 Indict. 2. — 6 Calisti 2. — 6 Ioannis Comneni. — 16 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Reg. German. an. 18. à Coronatione Romana Imp. 14. Hẽricus Imperator, collecto numeroso exercitu, Galliam inuadit hostili animo, dum Anglus Rex idem tentat versus Normanniam: sed strenuè vtrique obuiam itum est à Franco Rege Ludouico. Cogitur in Germaniam se recipere Imperator. *Sugerius Abbas S. Dionysii*, qui adhuc viuebat, *Cuspin. Vrspergen. Annales Franciæ.* Christiani 29 Iunii expugnarunt Tyrum. Rex Hierosolymorum auro redemptus, bellum redintegrat in Turcas. *Tyrius.* Bella Italica inter Pisanos & Genuenses, atque inter Mediolanenses, & Comenses continuata, vexant Italiam. *Sigon.* Obiit Calistus Papa Idib. Decembris, in Laterano sepultus. Diuisis Cardinaliũ studiis, duo electi sunt: Honorius 2, & Cælestinus 2. Sed, ne ex Schismate noua mala succrescerent, Cælestinus se abdicat. Idem mox fecit Honorius post dies 12, cùm suam electionem non omnibus probari videret. Tandem tamen omnium consensu iterum electus est, anteà dictus Lambertus, Episcopus Ostiensis, patria Bononiensis, Legatione Vormaciensi, & longo rerum vsu commendatus. *Sigon. & Vaticanus codex apud Baro.*

1125 Indict. 3. — 1 Honorij 2. — 7 Ioannis Comneni. — 17 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Regis German. ann. 19. à Coronatione Romana Imp. 15. Henricus Vltraiecti 11 Kal. Iunias dracunculi morbo ingrauescente decessit, sine virili stirpe. alii 23 Iulii notant. Electores post 3 menses integros vix dum conuenerunt de successore. Tandem 30 Augusti, renuntiatur Rex Lotharius, Saxoniæ Dux. *ex Appendice Marian. Scot. Otho Frisingen. Auent.* Alexander Scotiæ Rex, post varia pietatis opera, exemplaque iustitiæ edita, obiit sine liberis. Regnum tenuit Dauid germanus: Cui cum vxore obuenerant Hundintonia, & Northumbria. *Leslæus, Maior, Buchan. vide an.* 1112. Obiit quoque hoc anno Prouinciæ Comes: diuisus duas in partes Comitatus est; altera cessit Comiti Tolosano, altera Barcinonensi. Extant Diplomata in Archiuio Senatus Aquensis in Gallia. Birsequinum Turcam vincit Rex Hierosolymitanus. *Tyrius, Antonin. 2. parte.* destinatur in Angliam Legatus Ioannes Cremensis Cardinalis, sub quo celebratum est Londinense Concilium. Acta *refert Baronius ex Angliæ Historico.* Huic Legato obiectum *à Rogerio Anglo historico* concubinatum, docet esse calumniam *Baronius ad hunc annum num.* 12. Norbertus Præmonstratensium institutor, de quo supra, impetrat Romæ sui Ordinis approbationem.

1126 Indict. 4. — 2 Honorij 2. — 8 Ioannis Comneni — 18 Ludouici 6 Crassi.

Lotharij 3, Regis German. ann. 1. Hic Lotharius 3 Rex, & secundus Imperator huius nominis, ex Vuelphorum genere (Itali Guelphos dixerunt) Bohemiæ & Bauariæ Ducibus sibi conciliatis, vrbes aliquot Imperii recipit. *Auentin. Vrspergen.* Alfonsus Arragoniæ Rex, obsidens Fragam, peremptus est: tandem subrogatur Ramirus, defuncti Regis frater, extractus è Monasterio, extititque idem Rex coniux & Sacerdos, *vt narrat Mariana lib.* 10. *c.* 15 *addit Rodericus Sanctius* 3. *p. c.* 30, venia Summi Pontificis id factum. Sequuta inter Christianos Reges bella. Nauarræ Regno (quod ab aliquot annis regio nomine caruit) Garsias Rex præesse cœpit. Alfonsus Castellæ, tam illud Regnum, quàm Arragonicum Ramiri, aiebat ad se pertinere. Pontius Abbas Schismaticus, Cluniacensis Monasterii inuasor, anno superiori anathemate obstrictus, & Romam perductus, nunc tandem viuendi finẽ fecit. *Pet. Cluniacen. Abbas l. 2. Mirac. cap.* 13. Nobertus strenuè laborat Antuerpiæ contra Tanchelinum Hæresiarcham, nefandissimum hominem, Sacerdotii, & Eucharistiæ impugnatorem, Nouatorum nouum Patriarcham. *Lege Hugonem in Vita Norberti cap.* 34. *apud Sur. Tom.* 3. 6. *Iun.*

1127 — Indict. 5. — 3 Honorij 2. — 9 Ioannis Comneni. — 19 Ludouici 6 Crassi.

Lothary 3. *Regis German. ann.* 2. Obiit occisus apud Paterniacum Heluetiorum, Guillelmus Comes vtriusque Burgundiæ, Cisiuranæ, & Transiuranæ, sine prole: Reinaldus, Comes Matisconensis, sibi, tanquam iusto hæredi ex veteribus Burgundiæ Regibus oriundo, omnia vindicabat. Imperator vero Lotharius Conradum Ducem Zeringensem, hæredem & successorem pronuntiauit. Quæ res diuturnam inter hos Principes de Burgundia contentionem excitauit: cui finem tandem imponit Fridericus Imperator. *Otho Frisingen. de gestis Friderici l.* 1. *c.* 9. *& l.* 2, *c.* 29. *Appendix Sigeberti per Anselmum Abbatem Gemblacensem.* quando cessauerit Burgundia esse Regnum, *dixi ad annum* 1033. Carolus Flandriæ Comes occiditur. Orta de successore dissentione, Flādria à Franco Rege adiudicata est Guillelmo, Roberti Ducis Normanniæ filio, illius, qui Hierosolymis periit. Nec defuit qui possessionem turbaret, excitatus ab Anglo Rege. hanc Caroli cædem *notat Marchantius*, & successorem Guillelmum. erat is Robertus Henrici 1. Angli Regis frater, natu maximus. *Marchant. in Guillelmo, Polyd. in Henr.* 1. Diem clausit hoc anno Guillelmus, legitimus Apuliæ Dux. *de quo ad annum* 1123. Moriens, Rogerium, à quo eiectus fuit, hæredem instituit: qui postea Regis Neapolitani nomen accepit, pace composita cum Pontifice. *Blondus, Sabel. Sigon.* Mediolanenses, Comum expugnatam incendunt: & Genuenses penè ad similem cladem impulerunt suos Pisanos. *Sigon.* Equites Hierosolymitani, dicti Templarii, qui anteà instituti (*ex Guil. Tyrio l.* 12. *c.* 7.) habitabant iuxta porticum templi (horum institutum erat peregrinis tuta præstare itinera) nunc tandem confirmati sunt in Concilio Trecensi, celebrato à Mathæo Albanensi Cardinali, & Legato Apostolico. *Guil. Tyrius citatus, & Baronius ad hunc annum prolixè.*

1128 — Indict. 6. — 4 Honorij 2. — 10 Ioannis Comneni. — 20 Ludouici 6 Crassi.

Lothary 3. *Regis German. ann.* 3. Conradus, non ille Zeringensis, *de quo* 1127, sed Franconiæ Dux, se Regem contra Lotharium asserens, recipitur à Mediolanensibus: Honorius verò tam ipsum Conradum, quàm Anselmum Episcopum Mediolanensem execratus, Anathemate obstrinxit. *Sigon.* Honorius Pontifex, habito Troiæ in Apulia Conuentu, Rogerium appellat Apuliæ & Calabriæ Ducem, Beneficiariumque facit Ecclesiæ. *Sigon.* Theodoricus Lotharingiæ Dux, vitam Monasticam professus, successorem instituit Simonem filium natu maximum. *Histor. Lotharing.* In Lotharingiæ Ducatu sæpe interrupta est successio. Balduino (*cuius memini ad an.* 1100) quidam notant successisse Eustachium fratrem. alii volunt vsurpatum Ducatum ab Henrico Limpurgensi. tandem Imp. Henricus 5, Ducatum dedit Guillelmo Comiti Louaniensi: cui successit filius Theodoricus, *de quo hic agitur*: & de cuius successore non vna est omnium sententia. Pet. Polanus Venetorum Dux creatur, post obitum Michaelis. *Sabel.* Hoc tempore Vernherus, iubente vel Lothario, (*vt ait Vrspergen.*) vel Mathilde, (*vt putat Auentinus*,) Ius Romanum, C. & ff. contentum, quod neglectum iacebat, primus illustrare, & publicè profiteri cœpit, Romæ & Bononiæ. quem Azo, & alii sequuti sunt. De Pandectarū inuento volumine, & Irnerio Bononiensi professore Iuris (vt aliqui eum vocant) *lege Sigon, ann.* 1137. Aquileiensis & Venetiarum patriarchæ abdicantur dignitate sua, à Petro Cardinali S. Anastasiæ, Apostolico Legato. *Baronius.*

1129 — Indict. 7. — 5 Honorij 2. — 11 Ioannis Comneni. — 21 Ludouici 6 Crassi.

Lothary 3. *Regis German. an.* 4. *Sigonius hoc anno*, habiti ad Trecas Concilii *meminit*: vbi inter alia, Militiæ Templi primus Magister Hugo nuncupatus, accepit iubente Honorio habitum album, & viuendi leges proprias. *Aubertus de Orig. Mil. Ord. cap.* 4.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
			Lotharius Spiram secundò obsidet, à 15 Iul. quam cepit 1. Ianuar. *Trithem.* Philippus natu maximus inter Ludouici Crassi filios, rex coronatur, iubente patre: quo tamen superstite obiit; nempe post biennium. *Annales Franc.*	
1130 Indict. 8.	1 Innocentij 2.	12 Ioannis Comneni.	*Lotharij* 3. *Regis German. an.* 5. Habuit hic annus ingens in Ecclesia dissidium, periculi & laboris plenissimum. Nam mortuo Honorio 16 Febr. natum Schisma est inter Innocentium, & Anacletum. Rem hanc *attigit Aemilius in Ludouico iuniore, sed prolixè Sigon. ad hunc annũ, & Baron.* Anacletum sequuti sunt Mediolanenses, Rogerius Apuliæ, & Siciliæ Princeps (qui se Regem vocari fecit ab Anacleto) & Senioretus Abbas Cassinas. Innocentius Vrbe excedens, à Pisanis, & Genuensibus honorificè excipitur. Fluctuante Gallia de hoc Schismate, tandem Stampis habito Conuentu, autore præsertim S. Bernardo, Innocentius recipitur Pontifex: & missis ad eum nuntijs, vocatur in Franciam. Fuit hic Pontifex legitimus, ipso die, quo obijt Honorius, subrogatus. Cardinalibus tantùm tribus Anacleto adhærentibus, *vt ex Codice Vaticano refert* Baronius *num.* 3. Anacletum S. *Bernadus Epistola* 124 Antichristum nominat. quo loco impudenter abutuntur Nouatores. res huius anni in hoc Schismate gestas, *fusè narrauit ad hunc annum Baronius.*	22 Ludouici 6. Crassi.
1131 Indict. 9.	2 Innocentij 2.	13 Ioannis Comneni.	*Lotharij* 3 *Regis German. an.* 6. Innocentius à rege Franco Aureliæ benignè excipitur: indè Carnutum adductus, recipitur legitime ab Angliæ Rege, hortatore S Bernardo. Mox Rhemis habito Concilio 14 Kal. Nouemb. præsente Ludouico Rege, præter alia ibi acta, Anacletus de integro condemnatur. *Bernardus Abbas Bonæuallis in Vitâ S. Bernardi lib.* 2 *cap.* 1. *Surius* 6. *Iun.* Conradus se Imperatorẽ dicens, desertus ab Italis, redit in Germaniam. Philippo Crassi filio casu extincto Parisijs 5 Octob. alter filius dictus Ludouicus Iunior, coronatur ab Innocẽtio, 25 eiusdẽ mensis, in Concilio Rhemensi. *Aemilius.* in quo etiam 12 Pares Francicos instituos nonnulli opinantur. Anno sequenti Innocentius Leodij ab Imperatore exceptus eximiè colitur; *ex eodem Bernardo, in Vitâ Trithem. & Sigon.* qui nunc gesta describit Italiæ bella: Papiense, Parmense, & Imolense. Stephanus Hungariæ Rex sine liberis decessit: Regno successit Bela, ex Testamento Stephani, eius cognatus. *Bonfin.* Obijt quoque Balduinus Rex Hierosolymitanus, 12 Aug. Regium nomen tenuit Fulco gener, & dux Andegauensis. *Tyrius li.* 14. *Narrat ad hunc annum Baronius*, Cistertienses ab Innocentio nunc exemptos, ne Decimas deinceps soluant Cluniacensibus; quod Cistertienses pauperes essent: Cluniacenses autem opulenti.	23 Ludouici 6. Crassi.
1132 Indict. 10	3 Innocentij 2.	14 Ioannis Comneni.	*Lotharij* 3. *Regis German. an.* 7. Benignè exceptus à Lothario Innocentius, redit in Italiam, expectaturus eius aduentum, vt conuenerat. *Trithem. Sigon.* vitâ functus Guillelmus Comes Flandriæ, ex vulnere, dùm vrbem quandam obsidet, accepto. Theodoricus successor est, quem ille bello petebat. Matrem habuit Gertrudem, Roberti Frisi, Flandriæ Comitis filiam. patrem verò Theodoricum, Alsatiæ (regio Transrhenana est) Lantgrauium. Fulco rex Hierosolymitanus Antiochenũ Principatum assumit. *Tyrius.* redierat iam in Germaniam Conradus; ibi partium studio magis, quàm pecunijs potens. *Sigon.* Hugo Episcopus Gratianopolitanus moritur. Archiepiscopatus Genuensis origo. *Sigon. Baron.*	24 Ludouici 6. Crassi.
1033 Indict. 11.	4 Innocentij 2.	15 Ioannis Comneni.	*Lotharij* 3. *Regis German. an.* 8. & 2. *eius nominis Imp. an.* 1. Lotharius venit in Italiam, & Vrbem cum Innocentio ingressus; Sedi ipsum restituit: vicissim ab eodem coronatur Imperator 4 Iul. *ex Trithemio, & Sigonio.* Annum rectè *notat hunc Baronius, ex Fulco-*	25 Ludouici 6. Crassi.

nis Chron. Beneuentano: appendice, seu Auctario Sigeberti: & alijs. Imperator cogitur in Germaniam festinare. Innocentius, relicta hostibus Vrbe, Pisas se confert. Baron. Sigon.

1134 Indict. 12. | 5 Innocentij 2 | 16 Ioannis Comneni. | Lotharij 3. Regis Germ. an. 9. & 2. eius nominis Imp. an. 2. Post reditum Imperatoris in Germaniam, pax composita inter ipsum & Conradum. Otho Frisingen. Abbas Vspergen. Interim Mediolanenses redeunt ad saniorem mentem, reconciliati Deo & Ecclesiæ, operâ S. Bernardi, apud quos varia edidit miracula, quæ narrantur à Baronio. Habetur Pisanum Concilium; eius Actiones multæ, sed præcipuè in Anacleto & fautoribus execrādis. Baron. Obiit nunc Norbertus, Institutor Ordinis Præmonstratensis, Archiepiscopus Magdeburgensis. Sur. Tomo 3. 6 Iun. | 26 Ludouici 6. Crassi.

1135 Indict. 13. | 6 Innocentij 2. | 17 Ioannis Comneni. | Lotharij 3. Regis Germ. an. 10. & 2. eius nominis Imp. an. 3. Reges Daniæ, & Poloniæ, decennij inducias firmant cum Lothario. Trithem. Vita functus Henricus Angliæ Rex huius nominis primus, & Normannorum Regum vltimus, ineunte Decembri; sola Mathilde filia Augusta superstite. Regnum occupat Stephanus homo Gallus, Comes Bononiensis, defuncti Guillelmi Rufi ex filia Adela nepos: pulsis Mathildæ duobus filijs, Henrico, & Guillelmo. Ita Historici Angli, Rogerius ad hunc Christi annum in Stephano, Polydo. in Stephano, seu initio l. 12. Malmesber. in Nouella l. 1 ad eundem annum, Aemilius in Ludouico Iuniore. Post diuturna bella fœdus his legibus ictum cum Mathilde, vt Stephanus omni vita regnaret: defuncto succederet Henricus. Aemil. & Polyd. citatus. vide an. 1154. S. Bernardi labores huius anni, pro Ecclesia & vnione, narrat Baronius. | 27 Ludouici 6. Crassi.

1136 Indict. 14. | 7 Innocentij 2. | 18 Ioannis Comneni. | Lotharij 3. Regis Germ. an. 11. & 2. eius nominis Imp. an. 4. Græcus Imperator post aliquot in Cilicia victorias contra irrumpentes Barbaros, tandem Latinorum vrbes inuadit. Tyrius lib. 14. Lotharius in Italiam suscepta expeditione, Lombardiam percurrens, omnes ciuitates ad obsequium impulit: compositis earum dissidijs, & redintegrato cum Venetis fœdere. Sigon. S. Luitpoldo Principi Austriaco mortuo, succedit filius natu minimus, Luitpoldus 5. Cuspin. Leo Ziptes, seu Styppiota, Patriarchatum gerit Constantinopoli hoc tempore, vt habet Nicetas. S. Bernardus, Lugdunenses arguit, quod Festum Conceptionis B. Virginis celebrent; scilicet, non id approbante prius Ecclesia Romana. Bernardus Epist. 174. Moritur Bernardus Patriarcha Antiochenus Latinorum Primus, Tyrius lib. 14. c. 10. De successore Schismatico Romam vocato, Baronius ad hunc annum, vbi præterea de Antiocheno Concilio nunc habito. Tyrius c. 15. & 16. | 28 Ludouici 6. Crassi.

1137 Indict. 15. | 8 Innocentij 2. | 19 Ioannis Comneni. | Lotharij 3. Regis German. ann. 12 & 2. eius nominis Imp. an. 5. Græcus Imperator Antiochiam obsidet, sed pax tandem composita cum Latinis. Tyrius, & Antonin. 2 p. tit. 17, c. 7. §. 3 Pars excercitus Lothariani, Innocentium Pisis susceptum Romā perduxit: vbi 3 Non. Maij, execratio in Anacletum, & Rogerium Siciliæ Regē dicta est. Ducto versus Apuliam exercitu, Cassinates, & Capuani Rogerium deserunt. Beneuentum capit Imperator, ac demum Apuliam. Reginulfum, hominem Germanum, Apuliæ Ducem renuntiat. Germani Salernum expugnant, verum sequenti anno, Lothario per Lombardiam repetente Germaniam, (in quo reditu obiit,) Rogerius amissam Apuliam ferè totam recepit. Sic vno penè momento, versa est victoria in captiuitatem, quæ rerum humanarum est inconstantia. De his omnibus lege Falconem, qui hæc nunc scribebat, Sigon. & Baron. Hoc verò anno 1137, obijt Ludouicus Crassus Galliarum Rex, primo Augusti Parisijs Successit Ludouicus 7, dictus Iunior & Lenis. de quo 1131. vxorem ducit Elionoram, Guillelmi Duci Aquitani filiam & hæredem. | 29 Ludouici 6. Crassi. | Ludouicus 7.

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			Append. Sigeber. Bello inter Stephanum Angliæ, & Dauidē Scotiæ Reges nascenti, finem attulit pax, qua Cumbria, Hundintonia, & Northumbria Scotis remansere: tamen vt Beneficium Regis Angliæ. *Leslæus, Hector Boet. & Polyd. in Stephano, initio libri* 12.	
1138 Indict. 1.	9. Innocentij 2.	20 Ioannis Comneni.	*Lotharij 3. Regis Germ. an.* 13. *& 2 eius nominis Imp. an.* 6. Imperator Lotharius, dum redit in Germaniam, morbo correptus obiit sub Autumnum. *Otho Frising. Onuf. Auentin. Sigon.* Dies indicitur eligendo nouo Imperatori. Diem obiit Anacletus Antipapa. *Fulco in Chron. Beneuentano.* Subrogatus, iubente Rogerio, à Schismaticis Cardinalibus Victor: sed ille, suasu S. Bernardi, sese abdicãs, recipitur datâ venia ab Innocentio: sicque pristina Vrbi facies restituta est. *Fulco, Sigon. Baron.* Cæterum quod *Petrus Diaconus Cassinensis in Chronico,* aliqua in Innocentium dicat, mirum non est, cùm constet fuisse Schismaticum: quod etiam *obiter hic notauit Baronius.*	1 Ludouici 7. iunioris, & Leuis.
1139 Indict. 2.	10 Innocentij 2.	21 Ioannis Comneni.	*Conradi 3. Regis Rom. ann.* 1. Conradus Franconiæ Dux mense Aprili eligitur successor Imperij, ab Imperij Proceribus Confluentiæ, præsentibus Papæ Legatis. *Otho Frisingen. Auentin. Abbas Vrsperg.* hic Princeps est, qui antea aduersus Lotharium decertauit. malè in præcedentem annum reiicit electionem *Sigonius.* Reginulphus (*de quo* 1137.) vita cessit. Robertus Capuanus ad Conradum fugit. Nouæ Sedes Episcopales in Scotia erectæ à Rege Dauide. *Leslæus.* hę fuere, Aberdonen. Dumblanen. Dunkelden. & Brechinen. Alfonsus Lusitaniæ Princeps, parta insigni victoriâ aduersus quinque Bardaros Reges, Rex proclamatur. ex eo tempore, Insignia Regum Lusitaniæ cœperunt esse, in Clypeo cæruleo, quinque minora scuta, in memoriam quinque Regum profligatorum. *Vasæus, Mariana lib.* 10. *cap.* 17. qui rectè etiam hunc annum notat. Recrudescunt dissidia Italorum. *Sigon.* Boleslao Poloniæ Regi defuncto, succedit Vladislaus. *Martin. Cromer.* habetur hoc anno Concilium Lateranense generale mille Prælatorum: in quo rescissa sunt Acta Pseudopontificis. *Otho Frisin. Sigon. & Baronius,* qui triginta huius Cõcilij Canones exhibuit. Innocentius dolo capitur à Rogerio, honorificè tamen susceptus: & pace constituta, Rogerium renuntiat Apuliæ Principem, Siciliæque Regem: qui se in vtraque ditione, Ecclesiæ Beneficiarium profitetur, *vt scribit Sigonius, & habet Diploma, quod extat apud Baronium.* Turbatæ interim res in Germania, renouata veteri cõcertatione inter Gibellinam, & Vuelforum (quibus cõtra Conradũ fauebat Rogerius) familiam. *Sigo.*	2 Ludouici 7. iunioris, & Leuis.
1140 Indict. 3.	11 Innocentij 2.	22 Ioannis Comneni.	*Conradi 3. Regis Romani ann.* 2. fato cessit Hugo à Sancto Victore, cum quo vixit Richardus à Sancto Victore Scotus (*ex Leslæo in Dauide primo*) ambo eiusdem Monasterij. *Trithem. Appendix Sigebert.* Delata nũc est ad Innocentium accusatio, cùm ab alijs, tum à S. Bernardo, contra Petrum Abailardum. Eius errores *refert idem Bernardus Epistola* 189 *&* 190. Damnati illi quidem sunt ab Innocentio. *Bernar. in Epistolis* 191. *&* 194. Abailardus tamen sancto fine quieuit apud Cluniacẽses. *Ex Petro Clun. lib.* 5. *cap.* 20. *Lege de his Aemil. & Baron,* de eius nefario discipulo Arnoldo infra dicendum.	3 Ludouici 7. iunioris, & Leuis.
1141 Indict. 4.	12 Innocentij 2.	23 Ioannis Comneni.	*Conradi 3. Regis Romani an.* 3. Simon Lotharingiæ Dux, dum è Palæstina regrediitur in Europam, obiit Venetiis: cui successit Mathæus natu maximus. Carmelitarum Ordo nunc instituitur in mõte Carmelo Syriæ, sub Bertholdo Aquitanio: qui (*ut author est Aimericus*) Pontificis Summi Legatus, dispersos prius, & solitariam vitam agentes, in vnum collegit Monasterium. *Onufr.* habet hic annus Tiburtini belli aduersus Romanos initium: dum	4 Ludouici 7. iunioris, & Leuis.

Tiburtes, Tusculani, prænestini, & Albani, assueti Schismatis, obsequium solitum negant Innocentio. *Sigon. Baron.*

1142 Indict. 5. | 13 Innocentij 2. | 24 Ioannis Comnení. — *Conradi 3. Regis Romani an.* 4. Exorta dissentio inter Galliç regem, & Pontificem; ob datum Episcopum Petrum à papa Bituricēsis Ecclesiæ, visus Regi est Theobaldus Cāpaniæ Comes author dissidij. *de quo S. Bernard. Epist.* 217. idéque de S. Bernardo suspicatus est. Accessit aliud malum; iniustè nimirum dimissa vxor à Radulpho apud Viromanduos Comite. Ob hæc Iuo Cardinalis missus in Galliam Legatus, Radulphum Anathemate obstringit, & Regnum subiicit Interdicto. *Append. ad. Sigeber. Baron. Aemil. in Ludouico Iuniore.* Fulco Rex Hierosolymitanus vita cessit, succedit Balduinus, tredecim annorum puer, sub tutela matris. *Tyrius.* qui tamen hoc malè notat sub Eugenio Papa. demortuo Belæ Regi Hungariæ, successit Geissa filius, huius nominis 2. cui *Nicetas dat* fratres Stephanum, & Vladislaum. — 5 Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.

1143 Indict. 6. | 14 Innocentij 2 | 1 Manuelis 1. Comneni. — *Conradi 3. Regis Roman. ann.* 5. Ioannes Comnenus, venenata sagitta sauciatus à seipso in venatione, extinguitur mense Aprili. *Nicetas.* successit ex Testamento patris, Manuel Comnenus, posthabito Isaaco natu maximo. Malè annum consignat *Guillel. Tyr.* Tandem Bernardus hoc anno apud Innocentium (in cuius causa tantopere desudauit) calumniam patitur. *Bernard. Epistola.* 218. Nec tamen cessat vir Sanctus, turbatis in Gallia rebus succurrere. Quin etiam effecit hoc, vel sequenti anno, *ex Sigeberti Appendice, & Aemilio* (qui rem totam describit:) vt pace cōpositā inter Regem, Theobaldum, & Pontificem: maneret Episcopus, quē Innocentius Bituricensem nominauit: & rex decerneret expeditionem in Orientem. Interim moritur Innocentius 8 Kal. Octob, *Otho. Frisin. l.* 7. *c.* 27. subrogatur Guido Cardinalis sancti Marci, dictus Cælestinus 2. Conspirant romani in Pontificem: qui Arnolbi Hæretici (discipulus hic fuit Abailardi) authoritate non parum excitati, antiquæ Reipublicæ ac libertatis formam restituere nitebantur; cura sola sacrorum Pontifici relictā. Nec minor dissentionis flamma alias Italiæ vrbes inuasit. *Sigon.* — 6 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis. — Cælestinus 2.

1144 Indict 7 | 1 Lucij 2. | 2 Manuelis 1. Comneni — *Conradi 3, Regis Romani an.* 6. Noradinus Edessam capit trans Euphratem in Mesopotamia, occiso magno ciuium numero, nō sine ingenti Christianorum dolore. *Tyrius.* Cælestino mortuo nono Martij, subrogatur Gerardus Bononiensis, dictus Lucius 2. Romani electo nouo Magistratu, vectigalia Pontificum sua esse decernunt: iubentque Pontificem decumis, & sacris largitionibus dignitatem tueri suam. *Sigon.* Nec tamen defuerunt Romani, qui starent pro Pontifice. Qui verò res turbabant, Arnoldistæ merito dicti sunt. Circa eundem annum, Alfonsus Lusitaniæ Rex, Principatum suum fecit vectigalem Ecclesiæ Romanæ. *Innocentius Tertius, lib.* 1. *epistola* 100. — 7 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis

1145 Indict. 8. | 1 Eugenij 3 | 3 Manuelis 1. Comneni — *Conradi 3. Regis Romani ann.* 7. obiit Lucius Papa quinto Kalendas Martij, sedit menses 11. subrogatur Bernardus, patria Pisanus, Abbas Monasterii Sancti Anastasii trium Fontium, Ordinis Cistertiensis, dictus Eugenius tertius, ad quem dedit monita *Sanctus Bernardus, Epistola* 237. Scripsit quoque ad Cardinales, qui Monachum elegerunt, *Epistola* 236. Et ad Romanos Arnoldistas adhuc furentes, *Epistolam* 242. eos asperè, sed iustè reprehendens. Interim Eugenius sollicitat Christianos Principes ad subsidium Terræ sanctæ, rebus iam valdè inclinatis. *Baronius.* Vdislaus Poloniæ Rex pellitur Regno à Boleslao fratre. *Martin. Cromer.* Eugenius, Tiburtes cæterosque Latij populos ad arma sollicitat in Romanos, qui ad pacem petendam coacti, Arnoldum vrbe pellunt. lata tunc Lex est, vt Senatores, seu Præ- — 8 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

fectos deinceps non nisi ex Pontificis authoritate haberent. *Sigon.*

1146 *Indict.* 9. | 2 *Eugenij* 3. | 4 *Manuelis Comneni.* | 9 *Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.*

Conradi 3 *Regis Romani ann.* 8. habet hic annus Concilium Carnutense in Gallia & labores S. Bernardi, tum in Galliis, tum apud Conradum, in parandis expeditionibus contra Turcas & Saracenos Orientis. rem *narrauit prolixè Baronius*. vbi sub finem, coniectat quis sit ille Nicolaus falsarius, de quo *ad Eugenium Bernardus Epist.* 298. Interim Conradus ducens in Orientem exercitum equitum 70000, renunciat Henricum filium successorem. Iterùm Romani rebellantes, Eugenio facessunt negotium.

1147 *Indict.* 10. | 3 *Eugenij* 3. | 5 *Manuelis Comneni.* | 10 *Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.*

Conradi 3. *Regis Romani an.* 9. Conradi & Franci Regis duo exercitus Orientem inuadunt. Sed, tum Græcorum proditione, *quod narrat Nicetas*: tum alijs asperis casibus, qui domare potuissent Orientem, paucis hosti cladibus illatis, cœpto desistunt: & Principes ad reditum se parant, maximâ suorum parte amissa. *Tyrius.* In anno consignando aliqui hallucinantur. *Lege Sigon. & Baron.* Ad iudicium Pontificis delatus est error Gilberti Porretani, Episcopi Pictauensis: *vt narrat Otho Frisingen. libro primo cap.* 46 *&* 47. *de gestis* Friderici. *qui author*, Gilberto obiectas hæreses, & causam ventilatam *recenset cap.* 50. *ac deinceps.* Reiecta nunc quidem res est in Rhemense Concilium. Rogerius Siciliæ Rex, Saracenos in Africa vincit, & reddit vectigales: regressus, Græciam inuadit: demùm Corintho, Thebis, aliisque captis ciuitatibus, ouans redit in Apuliam. *Nicetas*, *Blondus.* In reditu profligatos Venetos, qui Græco ferebant suppetias, *affirmant citati authores: negat Sabellicus.* Veneti Duce amisso, substituunt Dominicum Mauresinum. *Contaren.* Post Michaelem Oxitam, & Cosmã Patriarchas Constantinopolitanos, qui sponte se abdicârunt, vidit hic annus tertium Patriarcham Nicetam Muzalem. *Nicetas.* sunt qui pro Niceta ponant Charitonem: sed *vide quæ dixi ann.* 1117. Innotescit in Tolosana Prouincia Hæreticus Petrobrusianus: in quem Eugenius, destinat Legatum Episcopum Ostiensem, cum Sancto Bernardo. Historiam *scribit*, qui cum his aderat, *Gofridus Clareuallen. Monachus libro tertio de Sancto Bernardo cap.* 5. huius Hæreses, de inutili infantium Baptismo, Cruce non adoranda, non esse orandum pro Defunctis, & Corpus Christi non esse in Eucharistiæ Sacramento, miraculis confutatas, & damnatas à Sanctis Patribus; nostri seculi Nouatores reuocarunt ab inferis. has *recenset Petrus Cluniacensis in Epistola aduersus Henricianos. Lege Bernardum Epistola.* 240. Miracula, quibus hæc Hæresis confutata est, *recenset hic Baronius, vbi meminit* nouorum Hæreticorum, qui dicti sunt Apostolici.

1148 *Indict.* 11. | 4 *Eugenij* 3. | 6 *Manuelis Comneni.* | 11 *Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.*

Conradi 3. *Regis Rom. ann.* 10. Hildefonsus, Raimundi Comitis Tolosani pater, ducto in Palestinam exercitu, perit veneno, dolo Reginæ Hierosolymitanæ. A quo tempore receperunt Turcæ Prouinciam Antiochenam; & res Latinorum semper in deterius prolapsæ sunt. *Guil. Tyrius.* Obijt Henricus (patre adhuc superstite) Dauidis Regis Scotiæ filius, qui Malcolmum, Guillelmum, & Dauidem filios reliquit. *Leslæus, Guillelmus de Neubrig. lib.* 1. *cap.* 23. habetur vigesimo secundo Martij Rhemense Concilium, indictum ab Eugenio: vbi acta est causa Gilberti Porretani, de qua *Otho Frisingen. de gestis Frider. lib.* 1. *cap.* 50. *& deinceps.* huius Concilij Symbolum, Canones, & Decreta *refert Baronius.* Damnati quidem sunt Gilberti errores, quos expendere alteri vsus est, & grauioris instituti. Ipse, quia pertinacem non se præbuit, nec Hæreticus fuit, nec Episcopatu priuatus. Damnatus quidem fuit Euno, insanus Hæreticus. de quo *idem author, ex Guilel-*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			dem anno Sanctus Bernardus, 13 Kal. Septemb. anno ætatis 63, po ſt fundata 160 Monaſteria. *Gofridus in eius Vita.* Obiit quoque Eugenius 8 Idus Iulij, Pontifex omni laude digniſſimus. Subrogatur patrum conſenſu Conradus Romanus, dictus Anaſtaſius 4. *Otho Friſin. lib.* 2 *cap.* 10 *de geſtis Friderici.* Theodoſio 2. patriarchæ Conſtantinop. ſucceſſit Conſtantinus 4. ſaltem non longe abeſt eius initium ab hoc anno, ſi creditur *Nicetæ.*	
1154 *Indict. 2.*	1 *Anaſtaſij 4*	12 *Manuelis* *Comnen.*	*Friderici I. Barbaroſſæ Regis Rom. an.* 3. Guilel. Siciliæ Rex Ægyptum depopulatur, & in reditu Manuelis exercitum fudit. *Appendix Sigebert.* moritur Stephanus Angliæ Rex, 25 Octob. Regnat (vti conuenerat anteà, & commemoraui an 1135) Henricus Normanniæ Dux, Mathildæ olim Auguſtæ filius. *Mathæ. Pariſ. in Henrico* 2. *vide annum* 1152. *Polydor. Vergil. Appendix Sigebet. Guillel. Neubrigen. libro primo cap. vltimo.* Dominico ſuccedit Vitalis Michael Dux Venetorum. *Sabel.* Florebat nunc Alboinus in Germania, *ex Auentin.* Diem clauſit Anaſtaſius, 2 Decemb. ſubrogatur Nicolaus Braeſpere, Anglus, è Collegio Cardinalium, dictus Adrianus 4. *Onuf. Sigon. Baron.*	17 *Ludouici 7. iunioris, &* *Lenis.*
1155 *Indict. 3.*	1 *Adriani 4*	13 *Manuelis* *Comnens*	*Friderici I. Barbaroſſæ Regis Romani. an* 4. *Imperantis* 1. Fridericus exercitum in Italiam ducit: & repreſſa Mediolanenſium inſolentia, caſtigataque Dorthonâ vrbe, quæ à Mediolanenſibus ſtabat: primum Papiæ coronatur: mox Romę Imperiali Coronâ donatur ab Adriano: peſte excitata in exercitu, cogitur redire in Germaniam. *Blond. Sabel. Vrſpergen. Otho Friſing. lib.* 2. *de Geſt. Frider. cap.* 22. *Sigonius* rem *latè deſcribit.* eadē *refert Baronius ex Vaticano Codice.* Guillelmus Siciliæ rex, Beneuentum Pontifici adimit. Adrianus Principes Apuliæ, & Manuelem Imperatorem exciuit in regem. *Sigon.* Sumerledus Argadiæ Regulus, Scoto regi rebellis, profligatur à Gillechriſto Anguſiæ Comite. *Leslæus lib.* 6. *in Malcolmo* 4. *Hector* Boet. *lib.* 12. *Maior lib.* 4. *cap.* 4. Conſtantino Patriarchæ Conſtantinopolitano ſuccedit Lucas. *Nicetas* Arnoldus ille Brixianus Hæreticus, Vrbis & Orbis perturbator, captus nunc, & exuſtus Romæ eſt; proiectis in Tiberim cineribus. Rem geſtam narrat *Otho* Friſin. *de geſtis* Frideric. *libro* 2. *cap.* 20.	18 *Ludouici 7. iunioris, &* *Lenis.*
1156 *Indict. 4.*	2 *Adriani 4*	14 *Manuelis* *Comnens*	*Friderici I.* Barbaroſſæ *regis* Rom. *ann.* 5. *Imperantis* 2. regreſſus Imperator in Germaniam, priore vxore, quòd cognata eſſet, repudiatâ, ſecundam accipit Beatricem: & dotis nomine Burgundiam fere totam, quæ eſt inter Ararim & Rhenum. De qua re *lege Othonem* Friſing. *de geſtis* Frid. *libro* 2. *capite* 29. Guillelmus Siciliæ Rex Græcos, qui pro Pontifice pugnabant, vincit: & obſeſſo Beneuento, vbi erat Papa, eū ad prius repudiatas pacis conditiones impulit. Manſit ergo vtrumque regnum Guillelmo: ſed vt Beneficiario Romani Pontificis. *Sigon. Nicet. Blond. Sabel.* Diplomata *habet* Baronius. Diſplicuit Imperatori pax iſta. Interim Mediolanenſes Papiam deditione accipiunt: Laudenſes grauiter affligunt. *Sigon. Otho* Friſin. *citatus.*	19 *Ludouici 7. iunioris, &* *Lenis.*
1157 *Indict. 5.*	3 *Adriani 4.*	15 *Manuelis* *Comnens.*	*Friderici I.* Barbaroſſæ *Regis* Rom. *an.* 6. *Imperantis* 3. Imperator rediens è Polonia, Pace ibi firmata, (*ex* Radenico *de geſtis Friderici cap.* 3. 4. & 5. *libri primi.*) acceptis ab Adriano literis, grauiter offenditur. *ex eodem authore cap.* 8. & 9. Sed immeritò, *vt prolixè oſtendit* Baronius; Burgundiam vxoris hæreditatem: incipit poſſidere: Delphinatum præterea, & Prouinciam, olim dictum Regnum Arelatenſe, occurrentibus illi Epiſcopis, Lugdunenſi, & Viennenſi. *Otho citatus. cap.* 11. Theodoricus Flandriæ Comes, opportunè nunc venit in Palæſtinam: cuius ope Cæſarea Cappadociæ recepta eſt, & pulſus Noradinus. *Tyrlus.* Initium accepit Ordo Eremitarum, iuxta Regulam S. Auguſtini, per Guillemum A-	20 *Ludouici 7. iunioris, &* *Lenis.*

quitaniæ Ducem, & Bernardi discipulum. *Naucler. Onuph.* notant illi quidem annum 1160, sed vix eo vsque superstes fuit hic Guillelmus, *de quo dixi ad an.* 1137.

1158 *Indict. 6.* | 4 *Adriani 4* | 16 *Manuelis I. Comneni.* | 21 *Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.*

Friderici 1. *Barbarossæ* Regis *Rom. an.* 7. *Imperantis* 4. dat Fridericus circulares, vt vocant literas: quas *ex Radeuico refert Baronius anno* 1157, quibus satis docet, se multa contra Ecclesiæ libertatem & pacem meditari: cum tamen placat nunc literis secundis Adrianus. *Radeuicus*, *Baron. Sigon.* Interim è Germania Italiam ingressus, Mediolanum obsidet 23 Iulij, & 8 Septembr. deditione recipit. Paruerunt legibus victoris aliæ ciuitates, Cremona, Verona, & Brixia, anteà rebelles. *Radeuicus. Sigon. Baron.* Imperator, habito Conuentu Roncaliæ (locus est inter Placentiam, & Cremonam) agi voluit de Regalibus: decretumque est per totam Longobardiam esse ea Imperatoris. *Radeuicus de gestis Frider. l.* 2. *c.* 1. *& deinceps cap.* 5. *recenset* hæc Regalia, eaque *refert Sigonius.* Sunt, inquiunt, Ducatus, Marchiæ, Comitatus, Consulatus, Monetæ, Telonea, fodra, (id est, fœnū, & paleæ) portus, pedatica, molendina, piscariæ, omnis vtilitas ex decursu fluminum proficiscens, & terræ, propriorumque capitum census.

1159 *Indict.* 7. | 5 *Adriani 4* | 17 *Manuelis I. Comnen.* | 22 *Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.*

Friderici I. Barbarossæ Regis *Rom. an.* 7. *Imperantis.* 5. Longobardia legibus Imperatoris grauata, iterùm rebellat; iterumque euersis ciuitatibus Crema, & Mediolano, finitur secundum bellum Lōgobardicum an. 1162. *Ita citati authores. ac prolixè Sigonius ab initio l.* 13 *vsque ad annum* 1163. Alfonsus Castellæ Rex vita cessit, Æra 1197. *ex Roderico.* succedit filius Sanctius. Alter, dictus Ferdinandus, Legionense Regnum accepit. *Lege Marianam l.* 11. *c.* 4. *&* 5. Iteratæ hoc anno discordiæ inter Pōtificem, & Imperatorem: vtriusque literas *habet Baronius ex Radeuico l.* 2. *c.* 15. quibus fatetur Fridericus, Priuilegia Ecclesiæ Romanæ esse, saltem à Constantino. Interim decessit è vita Adrianus Papa Kalend. Septembr. *ex Radeuico, & alijs.* Fabula est, quod de musca circum fertur in morte Adriani: occasionē dedit calumniæ, morbus Anginæ quo obijt. *ex Guill. Tyrio, (l.* 18. *c.* 26.) *huius temporis Scriptore* legitimè successit Adriano Rolandus Cardinalis, dictus Alexander 3, ab 18 Cardinalibus. Schismaticè intruditur posteà Octauianus Cardinalis, dictus Victor 4 (*Baron. Sigon. l.* 13 *initio*) trium tantùm Cardinalium suffragio promotus, *vt notant Aemil. Baron.* licèt quinque *numeret Onuphrius.* ei fauebat Imperator. excommunicatur cum suis ab Alexandro. Obijt nunc Otho Frisin. Episcopus, vir meritò laudatus, frater Henrici primi Ducis Austriæ. cuius Historiam prosecutus est Radeuicus. Innotescit Vualdo Mercator Lugdunensis, qui bona diuendita in pauperes erogauit; sed plerosque corū ad suos incitauit errores: vnde dicti Vualdenses sunt, & Pauperes de Lugduno.

1160 *Indict.* 8. | 1 *Alexādri* 3. | 18 *Manuelis I. Cōnen.* | 23 *Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.*

Friderici I. Barbarossæ Regis *Rom. an.* 8. *Imperantis* 6. Cremēses deditionem faciunt, incensâ ciuitate. *Sigon.* Obijt Sanctius Castellæ Rex, Aera 1198. Ferdinandus frater Regnum occupat, Alfonso Sanctij filio adhuc puero, *Roderic. Sanct. p.* 3. *c.* 32, *&* 33. *Mariana. l.* 11. *c.* 5. posteà tamen Alfonsus hæres Regno potitus est paterno, regnaturus supra 50 annos. hic Alfonsus dictus est nobilis. *vide an.* 1191. & 1196. Habitum nunc est Papiense Conciliabulū, in quo approbata est Victoris electio, 2. Febr. *Radeuic. lib.* 2. *c.* 62 *in fine, & Guillel. Neubrig. lib.* 2. *c.* 9. Alia duo habita sunt Concilia: vnum in Anglia, alterum in Francia. In quibus probata est electio Alexādri. *ex citato Neubrigen.* & ipse Alexander, habito Anagniæ Concilio, Victorem, ac Fridericum Imperatorem Anathemate obstringit. Fauit Siculus Rex. historiam *narrant Sigon. & Baron. prolixè.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
1161 *Indict. 9.*	2 *Alexandri 3.*	19 *Manuelis 1 Comneni.*	*Friderici* 1. *Barbarossæ Regis* Rom. *an.* 9; *Imperantis* 7. nunc exarsit bellum inter Franciæ, & Angliæ Reges, Anglo repetente Comitatum Tolosanum: qui hoc anno tantùm Cadurcum expugnauit. *Guillel. Neubrigen. Annales* Franc. *Appendix* Sigebert. Geisa Vngariæ Rex, reliquit moriens Stephanum filium Regni hæredem. fuit hic Rex, qua erat modestia, populo & suis omnibus gratissimus: volebat quidem Græcus Imperator, Stephanum Seniorem (*de quo* 1142.) Regem dari Hungaris: sed nihil effecit. Laborant multi pro tollendo Schismate. Valdemarus Daniæ Rex creatus, Canuti Regis & Martyris filius, Rugianorum, finitimæque gentis Idololatriam tollit. *Sur.* 6 *April. Saxo. Grammat. Hist Danicæ lib.* 14.	24 *Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.*
1162 *Indict. 10.*	3 *Alexandri 3.*	20 *Manuelis 1. Comneni*	*Friderici* 1. *Barbarossæ* Regis Rom. 10. *Imperantis* 8. Mediolanensibus ad deditionem cõpulsis; Imperator vrbem, paucis tẽplis reseruatis, penitus excidit. *Sigon. Abbas Vrspergen. & alij.* hac vrbe præcipua sic euersa, cæteræ se legibus Imperatoris subiecerunt ciuitates, Placentinorum, Brixiensium, & Genuensium. Domita Longobardia, Alexander Papa, persecutionem timens, venit in Gallias; & apud Tociacum ad Ligerim, honorificè excipitur, à duobus Catholicis, Franciæ, & Angliæ Regibus: qui eius iam probauerant electionem, in Concilijs an. 1160, habitis. *Neubrigen. l. 2. c.* 24. *Sigon. & Baronius more suo diffusè.* Pax, authore Alexandro, inter duos hos Reges composita: verùm (quod *notat Aemilius*) ab hoc tempore, sæpe arma posita, sæpe repetita: nec vnquam fida inter eos pax iungi potuit. In Anglia, Thomas ex Cancellario creatur Episcopus Cantuariensis, multum renitens. *Acta, Baron. & Surius* 29 *Decembr. Tom.* 6.	25 *Ludouici 7. iunioris, & Lenis.*
1163 *Indict. 11*	4 *Alexandri 3.*	21 *Manuelis 1. Comneni*	*Friderici* I. *Barbarossæ* Regis *Rom.* 11. *Imperantis* 9. Fridericus, exacto in Germania anno, redit in Italiam. quo tempore habetur Concilium Turonense: cui interfuerunt Papa Alexander, 150 Episcopi, & 400 Abbates. Iterùm ibi anathemate obstringitur Imperator Fridericus, cum suo Antipapa, aliaque decreta, quæ *refert Guillel. Neubrig. l. 2 c.* 15. *Sigon. Baron.* Alij pauciores dederunt. Adfuerunt Sanctus Thomas Cantuariensis, & Cardinales 17. Balduino fratri defuncto succedit Almaricus Rex Hierosolymorum. *Tyrius.* his annis, quibus repetita sæpe prælia sunt inter Reges, Francum, & Anglum; Malcolmus 4 Scotiæ Rex, recusãs belli societatem aduersus Francos; mulctatur ab Anglo Rege Cumbria, Northumbria, & Hundinctonia; quas tenebat Prouincias Beneficiarij titulo. *Lesleus in Malcolmo* 4. Fridericus, rediens in Germaniam, motus Polonicos sedat. *Martin. Cromer.*	26 *Ludouici 7. iunioris, & Lenis.*
1164 *Indict. 12*	5 *Alexandri 3.*	22 *Manuelis Comneni.*	*Friderici* 1. *Barbarossæ regis Rom.* 12. *Imperantis* 10. dùm Alexander Pontifex apud Senonas in Gallia hæret, Romani de eo reuocando decernunt. In Anglia discordia exorta, inter Regem & Sanctum Thomam Cantuariensem. Historiam *ex professo narrauit Baronius.* monet Cantuariensem Alexander, vt se pro Ecclesiæ libertate murum opponat: paret ille lubens. damnatur in Conciliabulo, & exulat. Dùm hæc aguntur, moritur Victor Pseudopapa. Cardinales ab illo creati, eligunt quẽdam, dictum Paschalem 3, mense Aprili. *Trithem. Onuph. Sigon. Baron.* Veneti, & Lombardi conspirant in Fridericum. Obijt Petrus Lombardus. Fabula putatur, eius fuisse fratrem Commestorem, aut etiam Gratianum. *ex Antonio* 3. *p. tit.* 15. *cap.* 6. idemque *attigit Baronius in fine huius anni.*	27 *Ludouici 7. iunioris, & Lenis.*
1165 *Indict. 13.*	6 *Alexandri 3.*	23 *Manuelis Comneni.*	*Friderici* 1. *Barbarossæ* Regis *Rom.* 13. *Imperantis* 11. Alexãder triremibus Ludouici in Siciliam delatus, indèque cum Cardinalibus Romam veniens, Vaticanum recipit, & mortuo Archiepiscopo Mediolanensi, Geldinum Salam Mediolanensem, dedit	28 *Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.*

Christi.	Pont.	Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
			ricus Comes Palatinus, expeditionē ducūt in Terram Sanctam: quo tempore Imperator Græcus Ægyptum inuadens, Pelusium expugnat, & Caliphum impulit ad tributum annuum soluendum. *Guil. Tyrius lib. 2. Nicetas in Manuele lib 5.* Huius anni res gestas, inter Alexandrū, & Angliæ Regem, *prosequitur Baronius anno* 1168. *&* 1169. de Legatis Cardinalibus duobus ad Regem missis, & submissis deindè duobus nuntijs: ac de literis Alexandri cōminatorijs, vt vocant ad Regem; quòd prohiberet Rex Episcopos eligi in Ecclesijs vacantibus,	
1169 *Indict. 2.*	10 *Alexandri 3.*	27 *Manuelis 1. Cōneni*	*Friderici* 1. *Barbarossæ Regis Rom. an.* 27. *Imperantis* 25 dùm Fridericus res Germaniæ turbatas componit; fœderati Itali, se parant ad futura bella. Moritur Pseudopapa, dictus Paschalis. Imperiales subrogant Ioannem Abbatem Strumiensem, natione Hungarum: qui dictus à Schismaticis est Calistus 3. *Platin. Onuph. Sigon.* hanc mutationem *refert anno sequenti* Baronius, *num.* 56. Alexander Papa Lusitano Principi, Regis titulum confirmat: dato Diplomate 3 Maij. huius anni bellum, inter Francum & Anglum, præter agrorum depopulationem, habuit aliquod leuia prælia. *Guil. Neubrigen. lib. 2. Appendix Sigebert.*	32 *Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.*
1170 *Indict. 3.*	11 *Alexandri 3.*	28 *Manuelis Comneni.*	*Friderici* 1. *Barbarossæ Regis Rom. an.* 18. *Imperantis* 16. Ordo Cruciferorum S. Mariæ approbatus est ab Alexandro anno præcedente: qui Xenodochiorum curam asciuerunt. *Onuph. Sigon.* 1169. recrudescūt ciuitatum dissentiones in Italia. *ibidem.* pax inter duos Reges, Anglum & Francum, composita, ad Sanctum Germanum. vbi Henricus Henrici 2 Regis filius, se profitetur Beneficiarium Franciæ Regis, sub titulo Comitatus Andegauensis, & Ducatus Normanniæ. quibus peractis, renuntiatur Seneschallus Maior in Gallia. *Pithæus*, Connestabilem, seu Præfectum equitum interpretatur. Richardus alter Henrici filius, titulo Aquitaniæ se quoque Beneficiarium Franci Regis agnoscit. *Sigebert. Appendix. Annal. Franc. scribunt Anglor. Historici*, hoc anno iubente patre coronatum Henricum 3. Rainerio in Oriente, Guillelmi Marchionis Montisferrati filiō, datur vxor Maria Manuelis Imperatoris filia, & pro dote Regnum Thessaliæ. *Aemi. Blond.* Ordo Equitum S. Iacobi in Hispania, sub Regula S. Augustini instituitur, authore Ferdinandi filio Petro. *Aubert. de Origin. Ord Mil. c. 7. & Onuph.* qui etiam Humiliatorum originem ad hæc retulit tempora. *meminit Sabellicus* floret Auerroes Arabs, qui anno Hegiræ 565. Commentarijs in libros Physicorum Aristotelis finem imposuit. de pace S. Thomæ cum Angliæ Rege, & mox subsecuto martyrio, *scribit hoc anno* Baron. *& ex professo* Mathæus *vterque.* occumbente S. Thoma pro fide & libertate Ecclesiæ in Anglia, nascitur in Hispania S. Dominicus, fidei defensor insignis. *Antoninus.*	33 *Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.*
1171 *Indict. 4.*	12 *Alexandri 3.*	29 *Manuelis Comneni.*	*Friderici I.* Barbarossæ *Regis* Rom. 19. *Imperantis* 17. Henricus Angliæ Rex, sentiens causam mortis S. Thomæ, in se vulgò conferri; Legatos ad Alexandrum destinat, qui hanc suspicionem auerterent. Alexander duos decreuit in Angliam Cardinales ad rem cognoscendam. *Sigon. Baron. vterque* Mathæus *Anglus, & præcipuè Rogerius: ex quo, & ex C. Vaticano idem* Baronius, tot illas, *quas refert.* Epistolas descripsit. Viri sanctitatem, Deus prodigijs stupendis comprobauit: breuique defuncti memoriam sacrauit Pontifex. hoc anno Hiberniam accepit Henricus: quæ sponte, & omnium consensu Hibernorum se Anglo Regi subiecit: Regnumque hoc illi ab Alexandro confirmatum est. R*ogerius.* tumultu populi ob illatam pestem, trucidatur Dux Venetus, subrogatur Sebastinus Zeuin. *Sabell.* Ladislaus, *de quo an.* 1142, Hungariæ Regnum inuadit, pulso Stephano nepote, legitimo Rege. *Bonfin.*	34 *Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	Rerum Gestarum Series	Reg. Franc.
1176 Indict. 9.	17. Alexãdri 3.	34 Manuelis I. Comeni.	*Friderici* I. *Barbarossæ Regis Rom.* 24. *Imperantis* 22. Fridericus nouo collecto exercitu inuadit Fœderatos Italiæ: & post leuia aliquot prælia, iuxta Mediolanum pugnatum est instructa acie, ad pagum Lignanum nomine, 3. Kal. Iunias. *Vrspergensi* dubia est victoria: alii constanter victum scribunt Imperatorem. *scribit Sigonius*, amisso Aquilæ vexillo, Imperatorem equo deiectum, habitum aliquandiu pro mortuo. certè hæc eius clades, initium fecit pacis compositæ cum Pontifice, & fœderatis: quam hoc ipso anno constitutam *scribit author Appendicis ad Sigebertum. Sigonius ait*, eam nunc inchoatam: qui pacis tabulas refert. Mathæus Lotharingiæ Dux obiit: succedit filius Simon. *Richardus Vasseburgen.* Imperatoris Græci exercitus numerosus profligatur in Asia à Turcis: & mox Turcæ ab eodem vincuntur ad Meandrum. *Nicetas.*	39 Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.
1177 Indict. 10.	18 Alexãdri 3.	35 Manuelis I. Comeni.	*Friderici* I. *Barbarossæ Regis* Rom 25. *Imperantis*. 23. detecti sunt anno 1176, & damnati ab Episcopis, Albigenses Hæretici, Manichæis potius affines, quàm Arrianis. quamuis *Rogerius in Annalibus Angliæ* Arrianos vocet. de qua Hæresi *lege eundem ad annum* 1176. constituta tandem nunc pax est inter Fridericum, & Alexandrum Venetiis, 24. Iulii, quam *refert Sigonius ex Alexandri literis ad Abbatem Casſin.* iurat Imperator pacem cum Pontifice perpetuam, restitutis omnibus Ecclesiæ bonis: cum Rege Siciliæ per 15 annos cum Lombardia per sexennium. quæ ab omnibus narrantur, de honore, quem Imperator Pontifici exhibuit, *persequitur* Baronius, *num.* 32. *&* 37. *qui porrò num.* 85, *confutat* illud commentum, de conculcato Imperatore. Antipapa, dictus Calistus, sponte se abdicat. Romani non nisi secunda Legatione obtinuerunt à Pontifice, vt Romam veniret, ac sic demum pristinum Ecclesiæ decus, cum optata à bonis omnibus libertate, restitutum est. de his *Blondus, Platin. Sabell. Vrspergen. Neubrigen. & fusè Sigonius.* Ioanna Angliæ Regis filia, datur vxor Guillelmo Siciliæ Regi. *Sigon.* Poloni, pulso Rege Miecislao, eligunt Cazimirum fratrem. *Martin. Cromer.* Theodosius, dictus tertius, creatur Patriarcha Constantinopolitanus 92. *vt scribit Nicetas.* hic annus initium habet Auenionensis pontis nobilissimi, authore Benedicto, 12 annorum puero: sed diuinitus ad id impulso, *ex Diplomate Innocentii* 4. *& Paradin. in Historia Lugdunensi. meminit Baron. ad finem huius anni.*	40 Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.
1178 Indict. 11.	19 Alexãdri 3.	36 Manuelis I. Comeni.	*Friderici* I. *Barbarossæ Regis Rom.* 26. *Imperantis* 24. Agnes filia Regis Franci Constantinopolim mittitur, futura vxor Alexii filii Manuelis Imperatoris. Sebastiano Duci Veneto defuncto, substituitur Laurus. *Blond. Sabellic.* Alexander indicit Generale Concilium in sequentem annum, & Petrum Cardinalem Sancti Chrysogoni, destinat Legatum contra Albigenses. Congressum hunc cum Hæreticis, *habet ad hunc annum Baronius, nu.* 16.	41 Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.
1179 Indict. 12.	20 Alexãdri 3.	37 Manuelis I. Comeni.	*Friderici* I. *Barbarossæ Regis Rom. an.* 27. *Imperantis* 25 Ludouicus Francorum Rex Philippum filium coronandum curat, maximo Procerum conuentu. affuit Henricus Anglus Iunior, Rex, idemque Normanniæ Dux, & Franciæ Beneficiarius. scribunt aliqui nunc firmatam prærogatiuam Rhemensis Ecclesiæ, vt ibi tantùm coronetur Rex: quando etiam suspicantur decretum numerum 12 Parium Franciæ. *Til. Vigner.* Friburgi ciuitatis apud Heluetios, iacta hoc anno fundamenta sunt. *Chron. Heluet.* Romæ 5. Martii in Æde Laterana, inchoatur Concilium generale 300 Episcoporum: adfuit Guillelmus Tyrius Episcopus, qui rem gestam *describit lib.* 21. *c.* 26. *Sigon. Rogerius Anglus recitat* 26 Decreta. inter alia statutum de electione Pontificis, saltem à duabus partibus Senatus Cardinalium facienda, & illi electioni standum	42 Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.

esse.*c. licet.de electione.* damnati hæretici,& præsertim Albigenses. delatus ibidem Petrus Lombardus,Magister sententiarum,quòd malè sentiret de humana Christi natura.Commissa res Episcopo Senonensi.*Baron.*

1180 Indict.13. | 21 Alexādri 3. | 38 Manuelis 1.Cōnni. | *Friderici* 1.*Barbarossæ Regis Rom.*28.*Imperantis* 26.*Nicetas in Manuele lib.vltimo,scribit*, cum vitâ functum hac Indictione 13. vt aliqua habent exemplaria.idem *dixit Guillelmus Tyrius lib.* 22.*c.* 4.successorem accepit filium Alexium Comnenum, annorum 12, sub tutela matris.*Nicetas in Alexio. idem author in Manuele lib.* 5 *notat* oraculum (A I M A) de familiæ huius Comneniæ diuturnitate: nempe per 4 illos characteres; designatis hoc Alexio, Ioanne, Manuele,& Alexio altero, Principibus. Philippus Rex Franciæ pellit Regno Iudæos.*scribit Æmilius initio lib.*6,Isabellam,seu Elisabetam,Comitis Flandriæ Philippi ex sorore neptem, Balduini 4 Comitis filiam,datam in matrimonium Philippo Regi,& dotis nomine,*notant Annales*.accessisse Atrebatensem Comitatum, & Veromanduos.has nuptias excepit mors patris Ludouici Regis(quem valdè laudant Historici)mense ferè Septembr. Successor Philippus, Gallici Imperii fines ita crebris victoriis protulit, vt Augustus dictus sit. missus hoc anno ab Alexandro Papa Legatus,sedat Schisma in Ecclesia S. Andreæ in Scotia. Henricus Angliæ Rex, in fauorem Ecclesiæ optimas condit Leges. *Rogerius in Annalibus.* | 43 Ludouici 7 Iunioris,& Le-nis.

1181 Indict.14. | *22 Alexādri 3. | 1 Alexij 2. Comneni. | *Friderici* I.*Barbarossæ Regis Rom.an.*29.*Imperantis* 27.Andronicus Manuelis Imperatoris patruelis, tyrannicè breui Imperium occupabit,cæsa matre Alexii,& postea filio: pulsis etiam, vel cæsis Latinis,qui plurimi tunc Constantinopoli erant, in magno honore apud Imperatorem Manuelem,& filium.*Nicetas,Guillelmus Tyrius.* obiit hoc anno Alexander Papa,mense Augusto. O*nuph.* atque,vt constitutum fuit in Concilio Lateranensi, an.1179, eligitur post biduum,hoc est,4,Kal.Septemb.à Cardinalibus Vbaldus Episcopus Ostiensis,patria Lucensis, dictus Lucius 3. Pacem coluit cum Imperatore: & Longobardiæ ciuitates, vt fideles illi essent effecit,vir ætate & prudentia grauis.*Platin. Onuph. Sigon.Roger.& alii.*Locum Epistolæ Alexandri *elucidat ad hunc annum Baronius*,de nemine colendo vt Sancto (scilicet publico cultu) sine authoritate Romani Pontificis. | 1 Philippi Augusti. 2

1182 Indict.15. | 1 Lucij 2. | 2 Alexij 2. Comneni. | *Friderici* 1.*Barbarossæ Regis Rom.an.*30.*Imperantis* 28. inter Comitem Philippum Flandriæ, & Regem Galliæ Philippum, bellum natum:sed conueniet tandem inter eos, vt positis armis (in Ambianorum enim finibus,castra castris locata erant) Comes, Veromanduis in vita vtatur;eius morte ad Regem venirent.*Æmil.vide an.*1180.*&* 1185.per hæc tempora in Hispania, Milites Sancti Iacobi(*de quibus* 1170.)ab humili principio celebres esse cœperunt, magnis aucti opibus ac vectigalibus.*Mariana lib.*11.*cap.*13.capta à Castellæ Rege est Concha vrbs in Celtiberiæ finibus. quod *Mariana refert* ad annum 1177.Romani reluctante Pontifice Tusculum obsident.Lucius rei indignitate permotus, Vrbe relictâ,Velitris,& proximis locis consedit,*inquit Sigon.*Theodosius Patriarcha Constantinopol. abdicat se,subrogato Basilio.*Nicetas.* Legationem Guillelmi Scotiæ Regis, ad Lucium Papam, *habet hic Rogerius Anglus*, ad impetrandam solutionem à vinculo Anathematis,quo Eboracensis Episcopus Regem obstrinxerat.Maronitæ nunc ad Christiana sacra conuersi,*ex Guillel.Tyrio,c.*8.*lib.*22. erat Syrorum hæc gens in Phœnicia, circa iuga Libani, sic dicti sunt à Maronia Syriæ vico. Canonum Collectionem nunc edit Laborans,vir in literis probè versatus.*Baron.* | 2 Philippi Augusti. 2.

1183 Indict. 1. — 2 Lucij 3. — 3 Alexij 2. Comneni. — 3. Philippi 2. Augusti.

Friderici I. *Barbarossæ Regis* Rom. *an.* 13. *Imperantis* 29. Andronicus tutor, Alexin pupillum strangulat, Imperiumque apertè occupat. *Nicetas.* exacto quinquennio induciarum, pax inter Longobardiæ ciuitates & Fridericum constituta; impellente ad id Henrico filio, qui coronari in Italia affectabant. Rem hanc *narrat prolato Diplomate Sigonius.* Negotium Constantiæ transactum est Kalend. Iulij: & vulgò adhuc Constantiæ pax nominatur. Diploma hoc, Baldus Iurisconsultus Commentarijs illustrauit, *Naucler. vide Appendicem ad Authenticorum Collationes.* decessit Henricus Iunior, Regis Angliæ filius natu maximus. *Neubrig. lib.* 3, *capite septimo.* Coterelli Hæretici ad septem millia interfecti, in Prouincia Bituricensi, *vt narrat Antoninus Tomo* 2. *titulo* 17. §. 17.

1184 Indict. 2. — 3 Lucij 3. — 1 Comneni. Andronici — 4 Philippi 2. Augusti.

Friderici I. *Barbarossæ Regis* Rom. *an.* 32. *Imperantis* 30. Inclinatis in Oriente Christianorum rebus, Saladinus hostis acerrimus, totam Orientis barbariem in nostros nunc armabat. Ab hoc anno, res semper in deterius prolapsæ: *ex Tyrio lib.* 23. qui hic finem suæ imponit Historiæ. Tumultuantibus in Vrbe Romanis, & penè exitium Pontifici minitantibus, Lucius, peragratis aliquot vrbibus, Veronæ substitit: vbi adfuit Imperator: actumque de insolétia Romanorum reprimenda, & expeditione in Terram Sanctam: sed cùm Imperator ea, quæ Mathildæ erant, reddere Ecclesiæ abnueret, Papa filio Coronam negat: atque ita rebus infectis discessum est. *Sigō. Platin. Baron. Arnoldus Lubec. lib.* 3. *capit.* 10, hæc, inter Imperatorem & Papam gesta, *referenda putat ad annum* 1185. vbi de his agens, negat habitum Veronæ Concilium.

1185 Indict. 3. — 4 Lucij 3. — 2 Andronici Comneni. — 5 Philippi 2. Augusti.

Friderici I. *Barbarossæ Regis* Rom. *an.* 33. *Imperantis* 31. Andronicus, qui omnium in se odium concitauit, trucidatur à populo, 14. Septemb. Imperium capessit Isaacius Anglus. *Nicetas* hanc Tragicam de Andronico, expulsâ Comnenorum familia Historiam *prolixè describit:* & vastatam Thessalonicam à Latinis, Duce Guilelmo Siciliæ Rege. eademque *refert hoc anno Baron.* Ob Veromãduensem Comitatum (cuius primaria ciuitas hodie est, Augusta Veromanduorum, vulgò S. Quentin) exorto antea bella, inter Flandrum, & Franciæ Regem, coactum Comitem Regis voluntati parere, narrant aliqui hoc, vel præcedente anno. *vide* 1182. *addit author Appendicis ab Sigebertum,* qui nunc viuebat, Comitem ab eo tempore, posthabitâ Francicâ amicitiâ, se Beneficiarum Regis Germaniæ professum. Diem clausit Alfonsus Henriques, filius Henrici Lotharingi, primus Lusitaniæ Rex, 6 Decembris: succedit Sanctius filius. *Mariana lib.* 11. *c.* 16. Rectéque annum obitus consignat. vita cessit Rex Hierosolymorum Balduinus, huius nominis 4, idque 16 Martij. Obijt post octo menses Balduinus nepos, designatus successor: & dùm Sibylla Templariorum fauore Principatum arripit: Saladinus Cæsaream, & Tiberiadem occupat. *Aemil. Blond. Neubrigen.* Lucius Papa Orientalibus curis oppressus, moritur Veronæ 7 Kal. Decembris. Conuocati Cardinales, Lambertum Mediolanensem Archiepiscopum & Cardinalem eligunt. dictus est Vrbanus 3.

1186. Indict. 4. — 1 Vrbani 3. — 1 Isaaci 2. Angeli. — 6 Philippi 2. Augusti.

Friderici I *Barbarossæ Regis Rom. an.* 34. *Imperantis* 32. mortuo Andronico Comneno, & pulsa Comnenorum è solio familia; superarat Isaac Andronici filius, qui fuga euadens in Pontum & Colchidem, nouo Imperio initium fecit. *Laonic. lib.* 6. pace inter Fridericum, Guillelmum Siciliæ Regem constituta, accessit affinitatis vinculum. Henrico Friderici filio, iuncta matrimonio est Constantia (Fabula est Constantiam hanc Monialem fuisse) quæ Guillelmo sine prole moriente, Siciliæ Regnum secum

Christianæ detrimento. Conradus filius, ducto in Syriam exercitu, se Christianis, qui Ptolemaidem obsidebant, coniunxit. *Vrsperg. Naucler. Sigon.* duo Reges, Richardus Angliæ, & Philippus Franciæ, in Siciliam tandem perueniunt hoc anno. de Richardi itinere, & aliquo dissidio cum Franco Rege, *lege Rogerium, ex professo, hæc in Annalibus Angliæ scribentem.*

1191 Indict. 9. — 1 Cælestini 3. — 6 Isaaci 2. Angeli. — 11 Philippi 2. Augusti.

Henrici 6. Regis German. 5 eius nominis Imperat. ann. 1. Clemens Pontifex Romanus, 8, Kalend. Aprilis diem clausit: post quatuor dies subrogatur Iacynctus Cardinalis, Romanus, dictus Cælestinus 3. qui 18 Kalend. Maij Henricum, (prius tamen recepto Tusculo) cõsecrauit. *Sigonius*. de hoc Henrico *vide an.* 1186. Henrico inde longius posito, & Neapolim obsidente, Romani extorquent Pontifici Tusculum, & euertunt. *Sigon.* Henricus peste cogente soluit obsidionem. capta Constantia vxor, ductaque in Siciliam ad Tancredum. in Germaniã regreditur Imperator, commissa militiæ cura Diopoldo. duo Reges, Philippus, & Richardus, è Sicilia soluentes iungunt se Christiano exercitui, & Ptolemaidem recipiunt 5. Idus Iulij. redit Philippus è Syria. Richardus Ioppem, aliaque recipit. *Blond. Neubrig. Sabellic. Sigon. notat Marchantius*, in hunc annum incidisse mortem Philippi, Comitis Flandriæ in Syria. Flandriam tenent Margarita Philippi soror, & Blanduinus maritus, quartus Hannoniæ Princeps. nunc fundata vrbs in Rhetijs Verona, vulgo Bern. *Chron. Heluetiorum.* finem viuendi fecit Ferdinandus Rex Legionensis, *ex Roderico*, Æra 1228. succedit Alfonsus filius. quod *Mariana narrat lib.* 11. *capit. decimo sexto, & decimo septimo.* de reditu Richardi Regis ex Oriente per Germaniam, & quo casu à Luitpoldo Austriç Duce (*Sigon.* 1192 Humboldum vocat) quòd eum in Syria offendisset iniurijs, vt ipse dicebat, captus ductusque sit ad Imperatorem, *Rogerius, & Baron.* hoc anno sedere cœpit Georgius Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitan. *ex Niceta.* non autem post biennium, vt aliqui putarunt. huic dicauit Commentarium suum Theodorus Balsamo, nomine quidem Patriarcha Antiochenus (eam enim Sedem iam Latini tenebant) sed manens Constantinopoli, & Latinis infensissimus Scriptor. *lege Baron. an.* 1191. *num.* 51. *&* 52. studuit ille passim ostendere, Constantinopolitanum Patriarchatum, parem Priuilegiis esse Romanæ Ecclesiæ.

1192 Indict. 10. — 2 Cælestini 3. — 7 Isaaci 2. Angeli. — 12 Philippi 2. Augusti.

Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperat. ann. 2. Diopoldus Salernum recipit, relictus in Campania ab Henrico. Tertius nunc Sacræ militiæ Ordo contra Saracenos, additus est ad Rospitalarios, & Templarios, dictus Teutonicorũ. *Sigon. Aubert. de Orig. Milit. Ord. & Vitriacus Hist. Oriẽt. c.* 66. hi Cruces nigras albis chlamydibus assuebant. Lauro Venetorum Duci succedit Henricus. *Sabell.* nunc scripsit Theodorus Balsamon meditata illa, seu responsa, de Patriarcharum Priuilegijs: vbi virus suum euomuit in Romanam Ecclesiam homo nihili. *extant illa, lib.* 7. *Tom.* 1. *Cod. Iuris Orientalis*, sed reprehensa ab ipsis Græcis, *vt obseruauit Baron.* 1191. *num.* 62. concessit nunc, declarauitque Cælestinus Papa, Ecclesias Regni Scotiæ, non subesse Metropoli Anglicanæ. extat Diploma *apud Baron. hoc anno.* Cencius Camerarius librum Scribit de Censu Romanæ Ecclesiæ, qui à varijs pendebatur. *Baron.* agit Cælestinus, vt Constantia, capta à Siculis (1191.) libera restituatur Hẽrico. *Chron. Fossænouæ.* breui post hæc obijt Tancredus. hanc Normannorum in Italia historiam *habet Pandul. an.* 1082. *& deinceps, vsque ad an.* 1195.

1193 Indict. 11. | 3 Cælestini 3. | 8 Isaaci 2. Angeli. | 13 Philippi 2. Augusti.

Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperatoris an. 3. redit ab expeditione Orientis Dauid, frater Guillelmi Regis Scotiæ, qui in Sacro Bello comitatus est euntem Richardum Angliæ Regem. extructa & dotata nunc in Scotia Monasteria de Lendotis, & Aberbrothense. *Leslæus in Guillelmo.* Imperator iurat, se Richardum Regem libris centum millibus argenti solutis liberaturum: numerata pecunia: & Richardus Martio mense anni sequentis in Angliam venit. *Annales Sigonius.* interim vita cessit Tancredus, relicta Sibylla vxore, & Guillelmo filio vnico. *Pandulf. Col. in fine libri tertii.* audita morte Tancredi Regis Siculi, Henricus parat in Neapolitanos & Siculos expeditionem.

1194 Indict. 12. | 4 Cælestini 3. | 9 Isaaci 2. Angeli. | 14 Philippi 2. Augusti.

Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperatoris an. 4. Richardus Rex nunc appulit in Angliam. Luitpoldus mali author, post Excommunicationem à Cælestino iniectam, dedit pœnas sceleris in hunc Regem commissi. *Neubrig. lib.* 5. Henricus Imperator, ducto in Italiam exercitu, & Genua soluens, Caietam ac Neapolim deditione accepit: mox in Siciliam traiiciens, Regno potitur. Sed fidem Sibyllæ Reginæ datam, qua filium Guillelmum Tarenti Principem se relicturum promisit, turpiter violauit: ibi tandem Constantiam coniugem receptam, secum coronari fecit. *Sigon.* moritur Sanctius Rex Nauarræ 2, & filius Garsiæ, (Vasconum Regem *vocat Mariana,*) regnat Sanctius prioris filius, dictus Fortis. *Vasæus, & Neubrigen. lib. 5. cap.* 2. Cazimirus Poloniæ Rex veneno extinguitur: Regnum hoc tenet Lescus filius, sub tutela matris. *Martin Cromer.* diem clausit Saladinus, totius ferè Orientis Princeps, bello clarus. hic Testamento iussit, indusium lineum ante funus gestari, & voce preconis renuntiari, hoc tantum asportasse secum magnum Saladinum. *Blond. Sabel. Historia Terræ Sanctæ.* Eboracensis Concilii, & 12 Canonum editorum, *meminit hoc anno Rogerius: refertur etiam à Baronio.*

1195 Indict. 13. | 5 Cælestini 3. | 1 Alexij 3. Angeli, Senioris. | 15 Philippi 2. Augusti.

Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperatoris an. 5. Alexius Angelus fratrem suum, de se optimè meritum, Isaacium Imperatorem, captum priuat oculis, & Imperium occupat. hic, abnegato familiæ suæ nomine, voluit dici Comnenus. *Nicetas.* Alexis Isaacii filius admodum adolescens, euadens tandem, in Latinorum fidem se recepit. *vide annum* 1203. Henricus pessimo exemplo violatæ fidei, caussatus quandam in se conspirationem Siculorum, Sibyllam Reginam carceri mancipat, Guillelmum filium priuat luminibus, & alios acerbè mulctat Tancredi amicos: in quo sic desiit Guiscardorum familia, annis 257 à primo eius fundatore exactis, seu ab inchoata hac Normannorum dynastia. *Vrspergen. Pandulfus, Blond. Sigon.* Philippus Rex Franciæ Engerbergam Daniæ Regis filiam ducit vxorem, quam breui posteà repudiauit. *sed vide* 1201. Henricus in Germaniam regreditur, Conrado Siciliæ præfecto: quando etiam in detrimentum Romanæ Ecclesiæ, Rauennam, & Mathildæ terras, quibus volebat, distribuit. Miramomalinus ex Africa ingentes copias ducit in Hispaniam: aduersus quem duo Reges Castellæ & Arragoniæ malè pugnant ad Alarcum oppidum, Æra 1233. *ex Roderico,* & proinde hoc Christi anno. *Mariana lib. 11. cap* 18. habet hic annus inter Franciæ & Angliæ Reges inchoatum bellum: sed post varia castra oppidaque hinc inde expugnata, anno exeunte constituta pax est. Cælestinus Henricum ob iniustè exactam à Richardo Angliæ Rege pecuniam restituere renuentem, anathemate obstringit. *Innocen. lib. 1. Epist. 230. 236. & 242. vide annum* 1191. *&* 1194. vita concessere Margarita & Balduinus in Flandria, *de quibus ad an.* 1191. succedit Comes Balduinus 9, futurus Imperator Constant. anno 1204.

Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperatoris an. 6. Iterum, & exeunte hoc anno ventum est ad arma, inter Francum & Anglum. Philippus Rex Normanniam inuadit. *Neubrig. Annal. Franc.* Constantia Imperatrix Fridericum peperit: qui post Imperator euasit. *Sigon.* Ferrariæ Adelardorum virili stirpe extincta, Ducatus Ferrariensis aliquod principium sumpsit in Azone Marchione Atestino: qui Marchesellam Guillelmi Adelardi filiam sibi iunxit connubio, magnarum opum hæredem, si vera *scribit Sigonius.* sed de hac familia, aliisque per Italiam Dinastiis iam plura subiiciam. Castellæ Rex Alfonsus Nobilis, iunctis cum Aragonio copiis, Regem Legionensem Cognominem, qui Mauros sibi confœderauerat, profligat. *Rodericus Tolet.* Iudæi antea pulsi, reuocantur in Franciam à Rege Philippo. Alfonsus Atragoniæ Rex, qui virtute nulli cedebat, vita cessit, Perpiniani 7 Kalend. Maii. Petrus è filiis natu maximus Regnum capessit. Alfonso filio Comitatus Prouinciæ datus. *Mariana lib. 11. capit. decimo nono, Tarafa.* Bela Hungariæ rex diem claudit: regnat filius Emericus. *Bonfin.*

ATESTINORVM IN ITAlia dynastia & anni.

SI prima Atestini principatus initia, quis requirat: ea nonnulli repetunt à tempore collabentis Imperii Occidentalis, & annis aliquot ante aduentum Herulorum duce Odoacre in Italiam. nempe ab anno Christi 402. Qui nomen familiæ dedit, & in hac Dynastia primus recensetur, fuit C. Atius, Decurio Atestis. post quem numerantur Atestini principes Aurelius anno 414. Tyberius anno 418. & alii longo ordine, nõ tantum Atestis, sed etiam interdum Vicetiæ, Feltriæ, Taruisii, & Ferrariæ domini. vt ostendet sequens narratio.

Ergo in hac Principum serie, post Berẽgarium (qui anno Christi 780 Principatum tenuit, Taruisii & Atestis Comes) successit Otho Taruisii Princeps, Atestis & Chomacli dominus, anno 840. ab Othone vero duæ potissimùm fluxere Atestinorum Dynastiæ. prior habuit Principes Sigifredum anno 868. Azonem primum eius nominis anno 945. Thedaldum 970. & Bonifacium anno 1007. Hic magnarum opum Princeps, Dux fuit Ferrariæ, Marchio Veronæ, Comes Lombardiæ, Lucæ, Parmæ, Regii. Placentiæ, Mutinæ dominus & Comes Canusii. vxorem habuit Beatricem, Henrici 3 Imperatoris filiam; ex qua suscepit Mathildem, harum opum hæredem, & de qua fit mentio ad annum 1077 & 1115.

Altera ab Othone series, magnos quoque numerat Principes, non tantum in Italia, sed & in Germania Bauariæ Duces. In hoc numero sunt Adelbertus, Vdones plures, Henrici aliquot, & Azones duodecim. quorum duodecimus attigit annum Christi 1384.

Dum autem excurrunt, quæ ab Othone numerãtur Dynastiæ; initium aliquod vt iam indicaui, accepit ducatus Ferrariensis, sub annum 970, in Thedaldo illo qui Mathildem paulo antecessit. Sed nouã plenãque fecit Ferrariæ ciuitatis potestatẽ Estẽsi põtifex, vti obseruo ad annũ 1340. Et tamẽ in hac Principũ virorũ

serie nouissima, (si Ducum titulos spectes) solúque post Nicolaũ huius nominis tertium (qui ab anno 1393, fuit Ferrariæ, Mutinæ, Regii, Parmę, & Æmiliæ dominus) solet designari primus Ferrariæ Dux. is fuit Hercules, huius nominis primus, qui anno 1471 scribitur Ferrariæ, Mutinæ, Regii & Atestis dominus: post quem, tenuit ducatum eundem Alfonsus anno 1504. Huic successit Hercules secundus huius nominis, an. 1534. & tandem Alfonsus secundus an. 1559. qui successorem accepit anno 1598; quando Cæsari Estensi, Ducis Alfonsi patrueli, & adoptiuo filio, mansserunt feuda sedi Apostolicæ non obnoxia, & Ferraria Pontifici reddita est, vti ad eum annum obseruo.

1197 | 7 Calestini 3. | 3 Alexij 3. Angeli, Senioris. | Indict. 15.

Henrici 6. Regis German. V. eius nominis Imp. 8. Ineunte Martio, Germaniæ Principes plurimi in Syriam profecti, Ioppen obsident, & Principatum Antiochenum recuperant. *Vrspergen. Blond. Sigon.* Henricus Imperator, mutato consilio, hæsit in Europa, & in Sicilia, vbi obiit mense Septembr. relicto Friderico huius nominis 2, & trium annorum puero, sub tutela Constantiæ matris, quem illa paulo post, vtriusque Siciliæ Regem fecit coronari. *Chron. Ger. Sigon.* de Friderici natalibus & ætate. *lege hic Barõ. num.* 7. vacat per aliquot annos Imperium occidentale. neque enim Philippum Sueuiæ Ducem, & defuncti Imperatoris fratrem; neque Othonem 4. Ducem Saxoniæ, legitimè regnasse existimant Historici permulti. Bellum inter Francum, & Anglum Reges etiam hoc anno protractum, excepit pax, vel induciarum pactio. *Neubrig.* — 17 Philippi 2. Augusti.

1198 | 1 Innocentij 3. | 4 Alexij 3. Angeli, Senioris. | Indict. 1.

V*acat Imperium Occidentale, vti iam dixi.* moritur Celestinus Papa 8 Ianuarii, *ex Onuph.* sed *Vrspergen.* Februarium *notat:* suffectus est omnium Cardinalium consensu Lotharius Anagninus, ex Canonico, dictus Innocentius 3. vir tantùm à bonis omnibus meritò laudatus, quantum, vel callidè vel ironicè vitupera tur *à Vignerio Gallo.* hic Pontifex statim Marchiam, Romaniam, & Spoletanum Ducatum Romanæ Ecclesiæ ademptos fundos recepit; pulsis Ducibus ab Henrico datis, Marcoaldo, & Conrado: rem gestam *narrat ad hunc annum Sigon.* mense Nouembr. Innocentius Fridericum Constantiæ filium instituit Siciliæ Regem: sed breui moriens Constantia, filium Fridericum reliquit sub tutela Innocentij. interim Germania duas fouebat factiones: vna pro Othone Saxone stabat; qui prior Aquisgrani Coronam accepit: altera pro Philippo Henrici fratre, ex Sueuiæ familia. Philippus, vt Pontificis fauorem sibi conpararet, Tusciæ Ducatum (præter Montem Flasconem) Pontifici dimisit: donatis etiam libertate Siciliæ obsidibus. *Sigon. Vrspergen. Antoninus, & alij.* redintegrato inter Francum, & Anglum bello; primùm, male à Francis pugnatum est in Normannia, deinde æquè infeliciter ab Anglis hoc eodem anno. Simon Comes Montfortius Francorum ductor è Gallia, Syriam ingressus, victoriam insignem retulit, & pace decennali cum Turcis firmatâ, redit in patriam. *Blond. Histor. Terræ Sanctæ.* — 18 Philippi 2. Augusti.

1199 | 2 Innocentij 3. | 5 Alexij 3. Angeli, Senioris. | Indict. 2.

V*acat Imperium Occidentale.* Innocentius, misso versus Neapolim exercitu, Marcoaldum auertit: & Regnum illud, optima fide ac tutela Friderico confirmat: tãdemque Marcoaldus, religionis metu ad officium redijt. his peractis, Innocentius ad res Orientis curandas conuertitur. *Sigon.* ac quibus potuit rationibus egit, vt sublato intestino Italiæ bello, imminentem auerteret populorum in Longobardia cladem: *vt ex Innocentij literis testatur idem autor,* qui hic finem Historiæ suæ imponit. nec vltra eundem annũ progressus est *Baronius Cardinalis*, vir de Ecclesia Dei — 19 Philippi 2. Augusti.

optimè meritus, omnique laude dignissimus. post pactas quinque annorum inducias, operâ Innocentii Papæ inter duos Reges, Anglum & Francum; Richardus Rex factâ excursione ad castrum quoddam Lemouicense (Calatum vocant) sagitta vulneratus, obiit 6 Aprilis. *Æmil. Polyd. lib. 14. in fine.* Lemouices Richardi erāt beneficiarii: sed à Franco stabant: successit ergo Ioannes Comes Morentonius. *Appendix Sigebert. & Polyd. Math. Paris, ac Rogerius in Ioanne.* hæredem Regni se dicebat Arthurus Britanniæ Dux, ex Gothofredo natus: qui Ioannem fratrem ætate antecedebat: sed Arthurum prius oppressit Ioannes, quàm Franci auxilio venire possent. magnus nobilium numerus sub Duce Theobaldo, Campaniæ Comite, è Gallia tendit in Orientem: omnes Cruce solenni armati. *Godifred. initio suæ Historiæ, de capta Constantinop.* diem clausit Georgius Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitanus, succedit Ioannes Camaterus; *ex Constitutione, quam hoc anno edidit. extat in Collectione Legum Orientalium lib. 4.*

1200 Indict. 3. | 3 Innocentij 3. | 6 Alexij 3. Angeli, Senioris. | 20 Philippi 2. Augusti.

Vacat Imperium Occidentis. pacem hoc anno constitutam, eiusq; conditiones inter Anglum, & Francum Reges, *habes apud Continuatorem Sigeberti, Mathæum Paris, Annal. Franc. Rigordum, & Rogerium.* mota nunc sunt Castellæ & Arragoniæ Regum arma, in Nauarræ, seu Vasconum Regem Sanctium: & Sanctio in Africā digresso, varias Regni ciuitates captas inter se partiuntur. *Roderic. Tolet. Mariana lib. 11. cap. 20.* Obiit Otho Burgundiæ Comes Palatinus, filius Frideric. Imperatoris: filias duas reliquit hæredes: vnde nata de successione dissidia, *quæ narrat Paradinus.* Ibancus Constantinopoli, maiorem quam decuit authoritatem nactus, defecit ab Imperatore Græco: homo strenuus, ex Misia oriundus: sed dolo Imperatoris specie colloquii captus, in carcerem truditur. *Nicetas lib. 3. de gestis Alexii Angeli.*

CENTENARII DECIMI TERTII INITIVM.

Regna.

IN Germania post aliquot annorum Interregnum, restitutū in Othone Imperium est Guelphorum, & Gibellinorum factiones Italiam acerbè exagitarunt: habuitque Sicilia sub Manfredo notho, Carolo Franco, & Arragonijs magnam Principum mutationem. post inclinatas plurimum in Syria res Latinorum, capi contigit Constantinopolim à Gallis, & Venetis, anno huius Seculi quarto. amissa iterum post annos 55. interim Græci in Colchide, Bithynia, & vetere Epiro regnant vsque ad recuperatam à Palæologo regiam Vrbem.

Status Ecclesiæ.

ECclesia Græca ab anno 1204. vnita Latinæ, discessionē parat anno 1237. Habita in Occidente Concilia Lateranense, & Lugdunense Generale, pacem dederunt Ecclesiis securiorem, damnatis ibi Albigensibus, abdicato etiam Friderico. Alterum eiusdem Seculi Lugdunense Concilium, Græcos habuit Latinæ Ecclesiæ consentientes.

Doctrina.

ECclesiæ, & Traditionum authoritas. *D. Thom. Aquin. 3. p. q. 25. a 3. ad* 4. Primatus. *idem Doctor. 2. 2. q. 39. a. 1.* Lateran. Concil. *sub Innocen. 3 cap. 5.* Liberum arbitrium. *D. Thom. p. 1. q. 83. a. 1.* Alex. Halē. *p 1. q. 26. in 4. a. 3.* Bona Opera, & Merita. *D. Thom. 1. 2. q. 114. a. 3.* *Lateran.* Concil. *sub Innocent. 3. c. 1. in fine.* Sola fides exclusa. D. *Thom. 1. 2 q. 65. a. 4.* Eucharistia, & Sacrificium. *D. Thom. 3. p. q. 75 a. 1. & 2. & Gregor. 9 refertur de Sum. Trin c. firmiter.* Pœnitentiæ Sacram. *D. Thom. opusc,* 8. *sub finem.* Concil. *Later. sub Innoc 3. c. 21. refertur etiam in c. Omnes vtriusque sexus.* Purgatorium. D. *Thom lib. 4. cont. Gent. c. 91. q 23. a. 3.* Cælibatus. *D. Thom 2. 2. q. 186. a. 4.* Abstinentia à cibis. *idem Doctor. 2. 2. q. 147. a. 3.*

Christi	Pont.	Imp.	Reg. Frāc.
1201 *Indict. 4.*	4 *Innocentij* 3.	7 *Alexij 3. Angeli, Senioris.*	21 *Philippi 2. Augusti.*

496 RERVM GESTARVM SERIES.

DVM *vacat* adhuc *Imperium Occidentis*, Philippus Sueuorum Dux, anno 1191, coronatus Mogūtiæ, (cui fauebat Franciæ Rex,) & Otho Dux Saxonum, sorore Richardi Regis Angliæ genitus (quem Angliæ Rex, nepotem nempe suum tuebatur) intestino bello atque acerbo vexant Germaniam. Nec pax Germanis fuit, donec vtroque mortuo, Fridericus 2, iustus hæres, Regnum, cúm adoleuisset, capesseret. *Vrspergen. Chron. Genebrard. Æmil.* Legati à Pontifice in Gallias missi, effecerunt vt Rex Engerbergam vxorem legitimam reciperet, *vide an.* 1195. Sibylla Tancredi in Sicilia vltimi Regis filia, euadens ex Germania in Galliam, filiam natu maximam connubio iunxit Gualtero Brennensi in Campania Comiti. frater is est Ioannis Brennēsis, qui posteà erit Rex Hierosol. *Pandul. libro.* 4. hoc titulo fretus ille, cum paucis Calabria & Appulia potitur, *vt narrat Godifredus, Villarduinus in Historia captæ* Cōstātinopolis. & *Landulfus lib.* 4. Obiit Dux Lotharingiæ Simon, huius nominis

2. Succedit Fridericus frater, *Richard. Vasseburgen.* Simon cognomento Thuruaius Theologus, nimis altè sapiens, sibique fidens repente memoria caruit, ita vt nec nominis sui, nec primorum elementorum recordaretur. *Polydor. Vergil. lib.* 15. *in fine*, *& Mathæus Parisius in Ioanne, ad hunc annum.*

1202 *Indict.* 5. — 5 *Innocentij* 3. — 8 *Alexij* 3. *Angeli, Senioris.* — 22 *Philippi* 2. *Augusti.*

Vacat Imper. Occident. Narrat Conradus Episcopus in Chron. Mogunt. Papam fauisse Othoni in Germania, damnata factione Philippi. Misi hoc anno Thraciam vexant, & fortè, *inquit Nicetas*, Constantinopolim peruenissent, nisi Rossi opem tulissent Christianis. Nunc Anglo Regi diem dixit Philippus Franciæ Rex, ob commissum parricidium in Arthuro nepote, & illatam Aquitaniæ Proceribus iniuriam. ad quam cùm non adesset, damnatur sceleris: decretumque, videri eum excidisse iure Prouinciarum, quas Beneficiarii nomine à Franco accepisset. *Æmil.* Expeditio Gallorum Procerum parata in Orientem, Venetos hoc anno iuuat itinere, ad Slauoniæ ciuitates quasdam recuperandas. *Godifred. Villar.* In Polonia obiit Miecislaus Rex: succedit filius Vladislaus. *Martin Cromer.* In hunc annum *Paradinius coniecit* obitum Humberti Sabaudiæ Comitis: cui suffectus est Thomas filius, sub tutela Comitis Burgundiæ.

1203 *Indict.* 6. — 6 *Innocentij* 3. — 1 *Alexij* 4. *Angeli, Iunioris.* — 23 *Philippi* 2. *Augusti.*

Vacat Imperium Occident. Anglo Rege fidem Innocentii pontificis, *inquit Æmilius*, implorante: missi Legati, qui iubebant arma ab vtroque Rege deponi, pacemque dari templis. Francus, ratus sic victoriam sibi è manibus eripi, Pontificem appellat: atque interim ius suum persequitur, pluribus Normanniæ locis iam occupatis. In Oriente Iunior Alexius, filius Isaaci Angeli, *de quo* 1195. in Latinorum è Gallia venientium, Sacram Expeditionem se dat: persuadetque Attalicis conditionibus, vt eorum ope Imperio restituatur. Quod ipsi strenuè præstiterunt mense Iunio: vi capta vrbe Constantinopolitana, & coronato Alexio Iuniore, vna cum patre Isaacio liberato. Enituit ibi imprimis Venetorum virtus, *lege de hac re Godifredum Villarduinum, & Nicetam lib.* 3. *in Alexio Comneno.* Florebat nunc Helinandus Monachus, Historicus.

1204 *Indict.* 7. — 7 *Innocentij* 3. — 1 *Imperant Latini.* — 24 *Philippi* 2. *Augusti.*

Vacat Imperium Occidentis. Cùm Anglus bello Francico non sufficeret repellendo, ipse se in Angliam recipit. Rothomagenses deditionem faciunt, sequutæ reliquæ vrbes Normanniæ vniuersæ. quæ sic in potestatem Francorum rediit, circa Iulium mensem, anno 317. ex quo eam Normannis concesserat Carolus Crassus. Ab inuestitura Rolloni facta, *Annales Franciæ numerant*, 292. *Æmilius*, 270. huc vsque *Rogerius Houendensis*, Angliæ Historiam protraxit. duo Imperatores Orientis, dum aut non possunt, obnitente multitudine; aut renuunt stare pollicitis, occumbunt. pater morbo decessit, filius à Myrtilo tumultantium Duce (ne pactas Latinis pecunias solueret) strangulatur, vigesimo sexto Ianuarii. Ergo Franci, Venetique, inito arctiore fœdere, Vrbem inuadunt, & pridie Idus Aprilis recipiunt, victoria nobilissima parta. Consensu Principum Balduinus Flandriæ Comes eligitur Imperator Constantinopolitanus, coronatus 16 Maii, breuique Græciæ & Macedoniæ ciuitates accepit. Venetis cessit Creta, cum Ægei maris insulis. Bonifacius Monferratensis Thessaliæ, & Peloponesi Rex dictus est. Athenas, & Achaiam accepit Godifredus, & Tricassium nobilitate. Ita rem gestam *narrat Nicetas, Villarduinus, Balduini Imperatoris epistolæ, Æmilius in Philippo Augusto, & Historici Veneti, qui posteriores Scriptores cum Æmilio, notant* è Veneta nobilitate datum Thomam Maurocenum Patriarcham. certè ab hoc tempore vsque ad Germanum, Patriarchæ omnes constanter Romanæ Ecclesiæ obtemperabant. sed contra hunc Thomam à Latinis pri-

(Anni Imper.: 1 *Balduini I Flandri.*)

Tyranni filio nati (qui circa Pontum varias vrbes sub suo tenebant Imperio) resistunt Lascari, auxilio Henrici Imperatoris. hoc eodem anno ruptæ induciæ, inter Francum & Anglum. quo fere etiam anno S. Franscilcus initiũ aliquod dedit, sanctissimo Franciscanorum Instituto, *ex Mathæo Corsulano*: tamen *Onuphrius* refert ad annum 1209.

1208 Indict. 11. | 11 Innocentij 3 | 3 Henrici Balduini I. Fratris. — *Vacat Imperium Occidentis.* Occiditur, mense Iulio, Philippus; qui anno 1207, ex pacto Rex Germaniæ pacatus remansit. ex consensu Principum, vt conuenerat, Rex renuntiatur Otho Saxo, Philippi gener. *Vrspergens. Onuph. Naucler.* Rex Franciæ, victis Vicecomite Toargensi, & Sauaro Malleonensi, magnarum opum Principibus; promouet feliciter bellum. *Annal. Franc. Aemil.* Missi 12 Cistertienses Monachi à Pontifice, in Diœcesim Tolosanam, qui solenni habita disceptatione contra Albigenses, errores confutarunt, idque Apamiæ (vulgò Pamiers, vnde dictum Epaunense Concilium sub Gelasio I.) victi semper sunt Hæretici, conuinci non poterant. Tunc Raimundum Comitem Tolosanum, errorum fautorem, à sacrorum & fidelium hominum communione separat Pontifex. *Author Histor. Albigen.* — 28 Philippi 2 Augusti.

1209 Indict. 12 | 12 Innocentij 3 | 4 Henrici Balduini I. Fratris. — *Othonis 4. Imp Occid ann.* 1. Otho Germaniæ Rex, veniens in Italiam, coronatur Imperator, à Pontifice 27 Septemb. cùm prius sanctè promisisset, se nec Franco Regi; nec rebus & patrimonio Ecclesiæ Romanæ obfuturum. erat vir maiori animo & cupiditate, *inquit. Aemilius*, quàm consilio & religione. Regressus in Lombardiam, fidem violauit. Faliscos, & Flaminiam Pontifici adimit; Apuliam inuadit, vt domita Italia, tendat in Francos. *Aemil. Vrsperg.* Trithem *Naucler.* Interim Pontifex, annuente Franciæ Rege, armari curat plurimos mortales Cruce Sacra insignitos, contra Albigenses, qui centies confutati, non poterant à pertinacia fœdari uocari. Comes Tolosanus pœnitens, & flagris bene cæsus, recipitur in Ecclesiam. fœderati potiti Biterris, & Carcassone, reliquum belli commisere Comiti Monfortensi. *Historia Albigen.* Iacob. *Robiria, Aemilius.* huius Albigensis Sectæ, aut similis farinæ homines, multi narrantur hoc anno exusti Parisiis. *Annal.* Franc. *Bernard.* *Lucemburgen.* Pax nunc composita inter Reges Nauarræum, Arragonium, & Castellanum. *Mariana libro* 11. *cap.* 22. — 29 Philippi 2. Augusti.

1210 Indict. 13. | 13 Innocentij 3. | 5 Henrici Balduini I. Fratris. — *Othonis IV. Imp. Occcid. ann.* 2. Otho Imperator Regnum Neapolitanum eripere tentat Iuniori Friderico, qui adhuc erat sub tutela Pontificis; in Francos etiam bellum meditans. Pontifex hominem in sententia pertinacem, iudicat Ecclesiæ hostem, eique ius Imperij abrogat. Proceres Germaniæ, Rex Bohemiæ, Saxoniæ, & Bauariæ Duces, cum Moguntino; eligunt Imperatorem Fridericum Iuniorem; permissu Pontificis: idque 13 Decemb. iam à patre Henrico renuntiatum Regem Romanorum. *Vrspergen. Onuph. Naucler. Aemil.* Abbas Montensis in Normannia, author continuatæ Chronologiæ Sigeberti, nunc finẽ imponit suæ Appendici. cui σύγχρονος erat Helinandus Monachus, Chronici alterius author. Iterum Comes á Mõteforti, cõuocatis Sacri belli militibus, Albiorum Hæresim varijs in locis debellat, denuo ad sacrilegos deficiente Comite Tolosano, & Flussatium Principe: *vt Historiæ Albigensium Conditor testatur.* — 30 Philipp. 2. Augusti.

1211 Indict. 14 | 14 Innocentij 3. | 6 Henrici Balduini I. Fratris. — Friderici 2 *Imp. vel Reg. German. an.* 1. Otho, electo Friderico, cogitur, intermissa expeditione Neapolitana, quæ illi feliciter succedebat, redire in Germaniã, ad exorta ibi in eum bella sedanda. *Vrspergen. Naucler.* Multorum criminum reus constituitur Ioannes Angliæ Rex: ob quæ, à Pontifice piorum cœtu motus, excommunicatusque est: & toti Angliæ, sacrificijs publice interdictum. — 31 Philippi 2. Augusti.

Aemil. Mathaeus Parisius an. 1212. *Polydor. Vergil.lib.* 15. *in fine.* qui author, Regem velut alium Neronem, aut Maxentium depingit. Sanctius 2 Lusitaniae Rex moritur: Regnum capessit Alfonsus natu maximus, & huius nominis 2. Alter filius Ferdinandus euasit Comes Flandriae, ex matrimonio cum Ioanna Balduini Imperatoris Constantinopolitani filia, operâ Franci Regis. *lege Marcantij Flandriam in Ioanna.* qui huic anno consignat hoc conubium. *vide anno* 1205. Reges Castellae, Arragoniae, Legion. & Nauarrae, iunctis armis Mauricum bellum strenuè suscipiunt, & perferunt. Ad Calatrauam à nostris expugnatam, diu certatum. Rem *describit Marian. lib.* 11. *cap.* 23. 24. *&* 25. Prorogatur in Gallia bellum Albigense, Duce Comite à Monteforti. *Lege eundem belli Ducem & Scriptorem lib.* 12. *c.* 1. *&* 2.

1212 *Indict.* 15 | 15 *Innocentij* 3 | 7 *Henrici Balduini I. Fratris.* | *Friderici* 2. *Imp. vel. Regis Germ. an.* 2. Obijt Fridericus Lotharingiae Dux: successit filius Theobaldus. *Richard. Vaspergensis.* Sacri Belli milites ex Francia & Germania, in Albigenses (Lugdunensium Pauperum sectatores) etiam hoc anno armantur. qua ope, Montfortius Aginnum recepit. Tolosanus Comes, ad Regem Arragoniae, inclinatis rebus, confugit. Tartari Assyriam, Mesopotamiam, & Prouincias Moscouiae vicinas inuadunt. *Haiton.* hoc anno consignatur, nobilissima illa & diuinitus concessa victoria, Regum Christianorum in Hispania, aduersus infinitam Maurorum multitudinem, ex Africa irrumpentem. desiderata aliqui scribunt 200000 Saracenorum. certè ab illo tempore, semper in peius res Maurorum Hispanicae prolapsae sunt. Bellum hoc, & victoriam *aptè descripsit Mariana, anno praecedenti citatus.* Scriptores conueniunt de hoc Christi anno, & Aera 1250. | 32 *Philippi 2. Augusti.*

1213 *Indict.* 1. | 16 *Innocentij* 3 | 8 *Henrici Balduini I. Fratris.* | *Friderici* 2. *Imp. vel. Regis Germ. ann.* 3. Fridericus hic, Iunior dictus, constituto Regno Neapolitano, venit in Germaniam: & Aquisgrani coronatur. Foedus init cum Philippo Franciae Rege. *Vrspergen.* discedenti ex Italia, Papa electionem quidem confirmauit, coronam tamen concedere distulit. Exortum nunc est Flandricum bellum. Parata enim Francica classis in Angliam, conuersis velis iubetur Flandriam petere: vbi victis Comite Flandro Ferdinando, atque Anglo Rege; recepta est à Francis Flandria. Sed quae redeunte Philippo in Franciam, defecit iterum ad Comitem. *Aemil. Annal. Narrant Scriptores,* hoc anno Angliae Regem solutum vinculo anathematis, non magno tamen Regis ad salutem commodo; quippe qui (*vt narrat Mathaeus Parisius Anglus*) etiam à Saracenis Africae captabat subsidium. *vide ann.* 1211. *Chron. Fland. Aemil. & Iacob. Meier.* habuit hic annus insignem victoriam Comitis à Monteforti apud Muretum oppidum, in agro Tolosano, aduersus Albigenses. quos ductabant Raimundus Tolosanus Comes, & Arragonius Rex, qui occubuit in acie. habebant Albigenses centum millia hominum sub signis. Simone à Monteforti tantùm 800. equites, & mille pedites sequebantur. *Chron. Montfort. Histor. Albigen. Mariana libro* 12. *cap.* 2. Arragonius moriens, Regnum reliquit Iacobo filio, 4 annos nato. de quo *Mariana ibidem cap.* 3. | 33 *Philippi 2. Augusti.*

1214 *Indict.* 2. | 17 *Innocentij* 3 | 9 *Henrici Balduini I. Fratris.* | *Friderici* 2. *Imp. vel. Regis Germ. an.* 4. hoc anno, *vt notant Aemil. Annales, & alij,* iuxta Tornacum nobilis pugna Bouiensis commissa, & profligata est: cui à Ponte nomen datum. hinc Ioannes Rex Anglus, Ferdinandus Flandriae Comes, summus belli Dux, & Otho (qui se Caesarem dicebat) stabant: illinc, lecta Francorum acies. Francus in ipso procinctu Deum in templo vicino veneratus, cùm prodijsset ad suos, feliciter, *inquit*, pugnabimus socij, aduersus hostem iudicio sacrae Ecclesiae damnatum. Itaque | 34 *Philippi 2. Augusti.*

res euenit, 27 Iulij fugit Otho, relicta Aquila: captus Ferdinandus, & in Luparam arcem in custodiam coniectus: captus quoque Salebrriensis Comes, & permulti alij. Eodem tempore Ludouicus, Philippi filius, in Aquitania Anglos fudit: arcem Monœci liberat obsidione, & fugat ex Pictionibus Ioannem Anglum. post hęc inclinatis Anglorum rebus, pax petitur; tandemque, opera Legati Pontificis, induciæ in 5 annos pactæ. *Æmil. Mathæus Paris. Rigord. Annal. Chron. Fland. Polyd. Vergil.* Fridericus Imperator bene vsus hac victoria, non sua: Othonem, vbisque illi fautes ita pressit, vt has ad deditionem, illum ad veniam petendam impulerit. *Naucler. & alij.* Obijt Alfonsus Castellæ Rex, Æra 1252 hoc ipso Christi anno 1214. Eius filia Blanca, connubio iuncta est Ludouico Regis Franciæ Philippi Augusti filio: altera, data est Regi Legionensi: tertia Arragonio: quarta Dionysio Lusitanico Regibus. successit filius Henricus, huius nominis primus. *Roder. Mariana lib. 12. cap. 3* Comes Monfortensis, post leuia aduersus Albigenses & Tolosates prælia, recipit varia castra munita, in Prouincijs, Aginnensi, Lemouicensi, Cadurcensi, & Petracoricensi. *Historia Albigen.*

1215 | 18 *Innocētij 3* | 10 *Henrici Balduini f. Fratris.* | *Indict. 3.* | 35 *Philippi Augusti.*

Friderici 2. Imp. vel Regis Germ. ann. 5. Ioannes Angliæ Rex Sacerdotibus ditionis suę infestus, tandem claram numinis vim cogitur, tot rebus aduersis oppressus, intueri. Sed dum Sacerdotibus iura reddere (nescio qua arte) studet, proceres Regni, infelix in se concitauit: qui, facta coitione, Ludouicum Franciæ principem hortantur, vt Regnum Angliæ capessat. *Æmil. & alij.* habetur præsente Legato Pontificis Synodus 18 Episcoporum, dicta Montis Pessuli: vbi Comiti à Monteforti adiudicatur Tolosanus Comitatus, & Albiensis Prouincia: *Author Historiæ Albigen. & Aemil.* quam concessionem probauit Ludouicus Franciæ Princeps, qui tunc in Aquitania Albigenses oppugnabat. Initium nunc accepit Ordo Fratrum Eremitarum, ex instituto S. Pauli primi Eremitæ, in Hungaria. *Onuph.* Concilium Lateranense celebratur, anno 18 Innocentij, primo Nouemb. Aderant Episcopi 412, Archiepiscopi 70, Abbates & Priores 800. actum præcipuè de redintegrando Bello Sacro, recuperādaque Terra Sancta: de Sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ: de dissidiis Principum tollendis: de reformatione Cleri: de Abbate Ioachimo, & opinione Magistri Sententiarū (*vide* 1179.) Ac tandē damnata Hæresis est Albigensiū: & Comiti à Mōteforti adiudicatum, quod decreuit Synodus Montis Pessuli. *Genebrard. in Innocent. Card. Bellarm. li. 1. de Concil. cap. 5. Onuph.* extatque Concilium ipsum *Tom. 4. Concil.*

1216 | 19 *Innocētij 3* | 1 *Petri Altisiodorensis.* | *Indict. 4.* | 36 *Philippi 2. Augusti.*

Friderici 2. Imp. vel Regis Germ. an. 6. Proceres Angliæ, qui à Rege Ioanne desciuere, Ludouicum Franciæ Principem vocatum in Angliam salutant Regem, mox obiit Ioannes Rex, 19 Octob. aut morbo, aut animi dolore. Henrico filio huius nominis tertio affuere, mutato animo, Proceres (contra datam fidem) aduersus Ludouicum. Ludouicus accepta non contemnenda pecunia redit ad suos. Cessauitque Anglicum bellum aliquot annis. *Mathæus Paris. Polydor. in hoc Henrico, Tillius.* Decessit hoc anno Henricus Byzantij Augustus. suffectus est eius gener Petrus, Comes Altisiodorēsis. huius filius Robertus posteà Imperiū tenuit. *Æmil. Nicep. Gregoras.* Hēricus Castellæ Rex huius nominis primus casu interijt. Suffectus est, ex Berēgaria sorore nepos, dictus Ferdinādus huius nominis 3. Erat hic Legionēsis Regis filius. *Roder. Tolet. Maria. l. 12. c. 6. & 7.* Diē nunc clausit Guillelmus Scotiæ Rex. eius filius Alexander 2 Principatum tenuit. vterq; Princeps à prudentia, & moderationis laude celebratus. *Hector Boet. Lesleus.* Adfuit Alexander Ludouico Principi Franco, cùm Rex acclamatus fuit in

Christi.	Pont.	Imp.	502 RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
			Anglia: & cum eodem transgressus in Franciam, fœdus antiquũ cum Franco renouauit, additumque, vt neuter alterius hostes in suum Regnum reciperet. Moritur Innocentius Papa 16 Iulij apud Perusinos, omnium laudibus celebratus Pontifex. Subrogatur Cardinalis Sentio Sabellicus, Romanus, 18 eiusdem mensis, dictus Honorius 3. hic Pontifex approbauit S. Donici Religiosum institutum, post decennium in pio opere contra Albigenses consumptum *Vrspergen. Annales Aquitan. & alij.*	
1217 indict. 5.	1 *Honorij 3.*	2 *Petri Altisiodorensis.*	*Friderici 2. Imp. vel Regis German. ann. 7.* Exercitus Christianorum ad Sacrum Bellum euntium, hoc anno per Venetorum triremes promouetur, & peruenit demùm in Palæstinam: finitis iam cum Saraceno inducijs. *Mathæus paris.* Comes Montfortensis Tolosam obsidet, quæ Comitem suum receperat. *Histor. Albigen.*	37 *Philippi 2. Augusti.*
1218 Indict. 6.	2 *Honorij 3.*	3 *Petri Altisiodorensis.*	*Friderici 2. Imp. vel Regis Germ. an. 8.* Petrus Imperator Constantinopolitanus (1116.) venit Romam: Coronatur à Pontifice: & cùm Dyrrachium in reditu obsideret, occupatum à Theodoro Lascari: Græcus Græca fide, Petrum, specie colloquij & pacis constituendæ cepit, & occidit. Ioanna vxor per biennium imperat. *Onuphrius Blond.* Moritur Otho Saxo, anteà dictus Imperator, *Vrspergen.* Odoni Burgundionum Duci succedit Hugo huius nominis 4. *Chron. Burgund.* Comes à Monteforti in obsidione Tolosana, coniecto ex vrbe saxo, oppressus occumbit 25 Iulij, vir militari arte clarissimus, & pietate insignis. In quo finem accepit Historia Albigensium, *authore petro Monacho Cisterciensi scripta.* Noua Christianorum expeditio è Syria in Ægyptum tendens, obsidet Damiatam, olim dictam Heliopolim: deferente Sacram Militiam Hungariæ Rege. *Aemil. Blond. Sabel.*	38 *Philippi 2. Augusti.*
1219 Indict. 7.	3 *Honorij 3.*	1 *Ioanna Petri Altisiod. vxoris.*	*Friderici 2. Imp. vel Regis Germ. an. 9.* Ludouicus Franciæ Princeps Rupellam hoc anno recipit. Adfuit etiam Iuniori Comiti à Monteforti: sed Tolosam expugnare non potuit: expugnant tamen Christiani in Ægypto Damiatam mense Decemb. *Aemil. Blond. Sabel. Histor. Belli Sacri.* Obijt Theobaldus Dux Lotharingiæ sine liberis; non sine veneni suspicione, arte Imperatoris parati: succedit Mathæus frater, nominis huius 2. *Richard. Vasseburgen.*	39 *Philippi 2. Augusti.*
1220 Indict. 8	4 *Honorij 3.*	1 *Roberti Petri Filij*	*Friderici 2. Imp. vel Regis Germ. an. 10.* Robertus Petri Imperatoris filius (*de quo 1218.*) eligitur Imperator Constantinopolitanus. *ex authoribus ibidem citatis.* Fridericus Imperator coronatur Romę 22. Nouemb. ab Episcopo Ostiensi, quem ad id delegauit Pontifex. quo tempore Imperator votum Terræ Sanctæ concepit, firmauitque donationem Ecclesiæ factam. *Onuph. Naucler. Vrspergen.*	40 *Philippi 2. Augusti.*
1221 Indict. 9.	5 *Honorij 3.*	2 *Roberti.*	*Friderici 2. Regis German. ann. 11. Imp. 1.* Fridericus Imperator transgressus in Siciliam, Saracenos victos indè pellit: rediens in Apuliam, duos Innocentij tertij fratres, qui aliquot ibi loca possidebant, malè mulctauit, ne quidem Episcopis quibusdam parcens. Atque hinc primum nata inter eum & Papam dissentio. *Vrspergen. Naucler. Blond. Platin.* dictum in Imperatorem posteà Anathema. Res in Ægypto malè hoc anno cessit Christianis: exercitus enim ad interiora Ægypti penetrans, ita dolo hostium, & Nili inundatione conclusus est, vt rebus deploratis, ad extrema sit compulsus. Damiata reddita Barbaris: deportatus ex Ægypto exercitus: & in octo annos firmatis inducijs, nostri domum rediere. Pelagij Legati culpa perhibentur hæc accidisse. *Aemil. lib. 6 in fine, Naucler. & alij.*	41 *Philippi 2. Augusti.*

Christi.	Pont.	Imp.	RERUM GESTARUM SERIES. 503	Reg. Franc.
1222 *Indict. 10.*	6 *Honorij 3.*	3 *Roberti.*	*Friderici 2. Regis Germ. ann. 12. Imp. 2.* Obijt hoc anno Theodorus Lascaris, qui Imperij Græci titulum gerebat in Asia minore. Succedit gener Ioannes Ducas: hic enim filiam Lascaris Irenem connubio habebat. *Niceph. Gregoras lib. 2. initio.* Henricus Friderici Imperatoris filius, Aquisgrani coronatur Rex, octauo Maij. Ioannes Brennus Rex Hierosolymorum, fretus inducijs anni superioris, venit in Italiam: Fridericum Imperatorem conciliauit Pontifici. Iolem filiam iure materno Reginam Hierosolymitanam, Cæsari collocauit, dato in dotem Regno Hierosolymitano. hinc factum, vt Siciliæ Reges, deinceps se Reges Hierosolymorum dixerint. *Aemil. lib. 6. in fine. Vrspergen. Naucler.* vitam cum morte commutârunt hoc anno, Bernardus Flussatiũ, & Raimundus Tolosanus Comites. filius Raimundus, mortuo patre, redibit postea in gratiam cum Deo & Ecclesia. *Chron. Montforten.* Moritur S. Dominicus Institutor Ordinis Dominicanorum, 6. Augusti (quamuis in 4. translatum sit Festum à Paulo 4.) *Mater Histor.* alij notant annum præcedentem. *Baron. in Martyrol. lege Marianam Histor. Hispan. lib. 12. cap.* 8. nascitur Diuus Thomas Aquinas. Habetur Concilium Oxoniense in Anglia, *extat* Tomo *4. Conciliorum.*	42 *Philippi 2 Augusti.*
1223 *Indict. 11.*	7 *Honorij 3.*	4 *Roberti.*	*Friderici 2. Regis German. ann. 13. Imp. 3.* Ioannes Ducas in Asia Græcorum Imperator, victis Alexio & Isaacio Principibus, qui Lascaris Imperium affectabant, recepit ea victoria vrbes, quas Latini in Asia habebant, iuuit quippe Robertus Imperator Alexium, aduersus Ducam. *Niceph. Gregoras.* Obijt Philippus Rex Franciæ, dictus Augustus 14 Iulij, Meduntæ (Mantes vulgò,) ad Dionysij delatus, præsente Ioãne Brenno Rege Hierosolymitano. Cui simul, & duobus Templariorum, Hospitaliorũque Magistris, Sexagena millia aureorum, ad Sacri Belli necessitates legauit. Succedit filius Ludouicus 8, coronatus Rhemis 7 Augusti. *Aemil. initio. lib. 7. Annal.* Institutum S. Francisci, hoc tantùm anno, si creditur *Onuph.* approbauit Pontifex.	43 *Philippi 2. Augusti.*
1224 *Indict. 12*	8 *Honorij 3.*	5 *Roberti.*	*Friderici 2. Regis Germ an. ann.* 14. *Imp.* 4. Anglus Rex Henricus Normanniam repetit, eam Franco negante; magnis iterum odijs certatur. Sauarus Malleonensis magnæ nobilitatis vir, qui pro Anglo exercitum in Aquitania ducebat, victus est, fuso exercitu à Rege Franco, & exutus Niorto, Rupella, & Fano S. Ioãnis Angelici. Qui proditionis apud Anglos insimulatus, ad Francum transijt. *Aemil. Annal. Franc. Math. Paris.* filius alter (mortuo fratre) Comitis Montfortensis, quicquid à patre in Prouincia Aginnensi, Albiensi, Tolosana, & Narbonensi acceperat, Regi Franciæ permisit, quod ægrè ea posset, contra frequentes rebelliones, tueri. à Rege ille vicissim Magister Equitum renuntiatur. *Chron. Monfort.* circa hæc tempora Abuzachatias Tunetis Rex, cœpit se à Marochi Regni Imperio subducere. Dominicani Angliam ingrediuntur. *Math. Paris.* S. Francisci stigmata apparent. *Naucler.* inter Francum & Cæsarem renouatur amicitia.	1 *Ludouici 8.*
1225 *Indict. 13.*	9 *Honorij 3.*	6 *Roberti.*	*Friderici 2. Regis German an. 15. Imp. 5.* Quidam se falsò Balduinum Cæsarem prædicans, Ioannæ patrem, comprehensus, reste suspenditur: fama ancipiti, iure ne an iniuria, *inquit Aemil. qui* rem *probè describit initio ferè libr. 7. Marchan. in* Ioanna. Richardus, ab Henrico Rege fratre, in Aquitaniam cum magna classe missus, cùm nihil pene præstitisset, tacitis inducijs sponte exortis, domum classem reduxit. *Aemil.* Theodorus Angelus, Michaelis Angeli frater, Thessalonicam subegit; imo & Regium nomen sibi asciuit, *καὶ χρίεται βασιλικῶς, inquit Gregoras*, habetur in Germania Concilium contra Simoniacos, & Concubinarum asseclas. *extat Tom.* 4. *Conciliorum.*	2 *Ludouici 8.*

Christi	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
1226 Indict. 14.	10 Honorij 3.	7 Roberti.	*Friderici 2. Regis German. an.* 16. *Imp.* 6. Rex Franciæ Ludouicus, ducto in Albigenses exercitu; Auenionenses, quod transitum negassent, post molestam obsidionem, muris exuit mense Septemb. dum redit in Franciam, obijt mense Nouemb. ad Montempenserium: paucorum annorum Rex, sola filij sanctitate illustrandus. succedit ergo S. Ludouicus, Rhemis coronatus, anno ætatis 12. *Annal. Franc. Chron. Flan. Aemil.* Venetijs Petrus Zanni sese abdicans, sponte locum fecit nouo Duci Iacobo Tepulo. *Sabellic.* Quo propugnatore, Veneti Candiam retinent tutam à Ioanne Duca. *Niceph. Gregoras.* Misi, & Bulgàri vincunt Theodorum Angelum. *de quo* 1225. quem captum priuant oculis. *Niceph. Gregoras.* obiit S. Franciscus. 4. Octob. *Baron. in Martyrol. Chron. Monfort.* Franciscani Angliàm intrant. *Math. Parif.* Ordo, & Institutum Carmelitarum approbatur à Pontifice. *Onuph.*	3 Ludouici 8.
1227 Indict. 15.	1 Gregorij 9	8 Roberti.	*Friderici 2. Regis German. an.* 17. *Imp.* 7. In Francia, Rege impubere adhuc sub tutela matris, vt pater testamento cauerat, exortæ factiones, dum Philippus Bononiæ Comes, Regis patruus, potens opibus, pro administratore Regni se gerit: & Calitium munit, eius consilia non patebant. Blancha Ferdinandum Flandriæ Comitem è carcere iam liberatum, Theobaldum Campaniæ Comitem, aliosque Philippo opponere tentat. Sed crescente malo, dies suspectis dictus Vindocinum, (Vandosme,) ad Stampas illi, locatis insidiis, Regem in potestate habent: nempe Druidum Comes, & Britanniæ Dux. Parisienses, correptis armis, Regem iam Lectericum (Montleheri) pertractum, reducunt. *Æmil. Annal. Franc. Vita S. Ludouici cap.* 4. 5. *&* 6. diem clausit Honorius Papa, apud Platinam meritò laudatus: mense Iulio. *ex Onuph.* Alij notant 26. Feb. *cum Vrspergensi*, qui tunc viuebat: electus successor est Hugonius, natione Hernicus, patria Anagninus, nepos ex consobrina Innocentij 3, omnium consensu, altera post obitum die, dictus Gregorius 9. habetur Concilium Londinense de morum reformatione. *extat Tomo* 4. *Conciliorum.*	1 Ludouici 9.
1228 Indict. 1.	2 Gregorij 9	9 Roberti.	*Friderici 2. Regis German an* 18. *Imp.* 8. In Francia conspiratores detecti, alia omnia obtēdunt. Blancha partim armis, partim prudentia fœdus conspiratorum dissipat. Robertus Druidum Comes in amicitiam pertractus est. Theobaldus Cāpaniæ Comes, morte matris & auunculi, euadit Rex Nauarræ, & pace accepta, rebus suis consulit. Petrus frater, & Britanniæ Dux, à fratre desertus, primùm ad Anglos defecit: sed cum hoc consilium ei malè succederet, tandem ann. 1231. in verba Ludouici Regis iurans, se nomine Britanniæ profitetur Franciæ Regis Beneficiarum. *Aemil. Annal. Franc. & alij.* Fridericus, vt conuenerat, nauem conscendens 12 Augusti, classem ducit in Terram Sanctam; coactus minis Pontificis, & Piorum infensis animis territus; nihil magni gesturus. Lesko Poloniæ Rex vita cessit, relicto Boleslao filio, & hærede Regni; sed puero: cuius nomine, Conradus Princeps Regnum annis ferè 15 administrauit. *Martin Cromer.*	2 Ludouici 9.
1229 Indict. 2.	3 Gregorij 9	1 Balduini 2	*Friderici 2. Regis German. an.* 16. *Imp.* 9. Robertus filius Balduinus puer, Imperii Constantinopolitani hæres, Ioannem Brennum Regem Hierosolymorum, ex Italia vocatum, creat Cæsarem, & consilio Procerum Brenni gener efficitur. *Blond. Sabel.* Fridericus in Syria, qui Saracenè sciebat, amicitiam clam iunxisse fertur cū Saracenorum Regibus, & Satrapis: pactis quidem in decem annos induciis, recepit Hierosolymam, Nazaretum, & Ioppem: sed cùm aliud agi à Friderico non vana suspicio esset; Pontifex monet militarium Ordinum Magistros, vt Christiano nomini cauerent. hic *Vrspergensis* claudens historiam, declamat in Pontificem: Fridericum laudibus extollit, fama tamen frequentior, &	3 Ludouici 9.

& sensus prope omnium conspirans, damnant Fridericum, *inquit Æmilius, ad hunc annum*: id quod *ex ipso Vrspergensi*, actisque Friderici, ante & post profectionẽ hãc, non obscurè demonstrat. Ad diem dictam Parisiis adfuit Raimundus Iunior Tolosanus Comes, cum reliqua factione: vbi abiuratâ Hæresi, restituitur ille gremio Ecclesiæ à Legato Pontificis, post peractam publicè pœnitentiam. filia & hæres Comitis, connubio iuncta Alfonso Sancti Regis fratri pacem attulit & finem bello Albigensi. Raimundo huic, tantùm vsus fructus paterni patrimonii relictus: qui porrò in quinquennium Bello Sacro se deuouit. In reliquos Albigenses data Dominicanis inquisitionis autoritas. *Chron. Montforten.* Iacobus Arragoniæ Rex, cœpit hoc anno Baleares in Mediterraneo mari insulas occupare: quando capta Maiorica, vrbe & insula, pulsi sunt Mauri. *Franciscus Tarafa.* bellum hoc *describit Mariana lib.* 12. *cap.* 14.

1230 Indict. 3. | 4 Gregorij 9 | 2 Balduini 2 | 4 S. Ludouici 9

Friderici 2. *Regis German. an.* 20. *Imp.* 10 *Aemilius, Chron. Hirsaug. Genebrad. & alij passim describunt*, Fridericum nouis artibus illudentem Pontifici; doli suspectum Franco Regi; violantem iura humana & diuina; ac Italiam nouis factionibus sub veteri nomine Gibellinorum replentem: nec alio fine liberari anathematis vinculo nitentem, quàm vt hoc pallio apud pios homines se tegeret. Alfonsus Legionensis Rex, suis & filij Ferdinandi Regis Castellæ copiis cinctus, castra Cecilia expugnat, munitissimum Maurici Imperii propugnaculum. Mox Emeritam vrbem capit, post fusum memorabili victoriâ numerosum Abenhuti Regis exercitum. *Roderic. Polydor. Vergil. Mariana lib.* 12. *cap.* 15. Interea moritur Alfonsus. Ferdinandus paternam hæreditatem adiuit, sicq; vtrumque Regnum in vnum coaluit Imperium, in Ferdinando Castellano: nec posteà disiuncta sunt. *ijdem authores.* Adhuc repullulabant Valdensium Hæreses, contra Sacramenta Eucharistiæ, Penitentiæ, & Extremæ Vnctionis, contra Imagines, & Preces pro Mortuis. In quos damnatos ab Ecclesia, grauiter etiam edixit Imperator Fridericus, *ex Trithemij Chronico Hirsaugiensi, Naucler. Genebrardo, & Historia Episcoporum Treuerensium.*

1231 Indict. 4. | 5 Gregorij 9 | 3 Balduini 2 | 5 Ludouici 9.

Friderici 2 *Regis German. ann.* 21 *Imp.* 11. In hunc annum incidit pax Ducis minoris Britanniæ cum Franciæ Rege, *de qua* 1228. minus rectè annum *Matheus Parisius Anglus* consignauit. Britanni Scriptores hoc Petri factum, & concordiæ reconciliationem dedecori vertunt: fidem temporis faciunt Diplomata S. Ludouici hoc anno data. moritur Elizabeth Andreæ Hungarici Regis filia, posteà Sanctorum numero asscripta. *Bonfin.* dùm abest Roma Pontifex, Romani rebellione affectant antiquam Reip. libertatem: sed peste, aliterque castigati, subdunt se Pontifici. *Naucler. Blond. Platin. scribit Onuph.* nunc institutum Ordinem Canonicorum Regularium S. Marci Mantuæ.

1232 Indict. 5. | 6 Gregorij 9 | 4 Balduini 2 | 6 Ludouici 9.

Friderici 2 *Regis German. ann.* 22. *Imp.* 12. Scholarum Parisiensium splendorem neglectum restituit S. Ludouicus. sedata vtcunque discordia anno superiore inter Imperatorem & Papã, Fridericus nunc in Siciliam perrexit, aduersus rebellantes aliquot Siculos. Ferdinandus Castellæ Rex Gordubam capit, insignem & regiam Maurorum ciuitatem. *Roderic. Toletan. Mariana lib.* 12. *cap.* 18. Barcinone ante paucos annos inchoata est Sodalitas Beatæ Mariæ de Mercede, quæ corrogatis eleemosynis, stipe redacta captiuos redimeret. *Onuph. Mariana lib.* 12. *c.* 8. hos Mercenarios Monachos approbauit Gregorius Papa anno 1230 ex Diplomate Perusii dato. *Mariana c.* 14.

1237 | 11 Gregorij 9 | 9 Balduini 2 | 11 Ludouici 9.
Indict. 10

Friderici 2. *Regis German. ann.* 27. *Imp.* 17. Fridericus Imperator, pulso Austriæ Duce, regreditur sub finem anni in Lombardiam: & inito certamine, Mediolanenses fugat. Eccelinus Tyrannus, pro Imperatore res administrat apud Euganeos, quæ regio nunc Marchia Taruisana, & ditio Venetorum est. de his rebus in hac Taruisana Marchia gestis, *extant tres libri Monacho Paduano authore incerti nominis*. Fridericus arte, armis, & scriptis literis omnia turbans, hostili animo in Pontificem, non tam Lombardiam, quàm Vrbem Romananı petebat, *uti Scriptores veri amantes abundè testātur, etiam Germani*, quicquid ex suo *Mathæo Anglo expiscari nitatur Vignerius*. hactenus à capta Constantinopoli per Francos, vnita Latinis Græca Ecclesia, nunc iterum Germano Patriarcha Constantinopolitano, discessionem aliquam molitur, post Michaelem, *de quo ad annum* 1206. numerantur Patriarchæ Theodorus 3. Maximus 2. Manuel, & Germanus 2. *de quo hic agitur*. viuebat Rabbi Abraham Esra. *Genebrard.* ruptæ hoc anno induciæ sunt in Palæstina a cum Barbaris.

1238 | 12 Gregorij 9 | 10 Balduini 2 | 12 S. Ludouici 9.
Indict. 11

Friderici 2. *Regis German. an.* 28. *Imper.* 18. Dum Fridericus variis præliis & obsidionibus distinetur in Lombardia, Balduinus Rex Hierosolym. venit in Galliam, auxilia petens contra Barbaros. quo tempore Coronam Christi Spineam reliquit Ludouico, Sacri Sacelli Parisiensis decus & ornamentum perpetuum. *Annal. Franc. Guillel de Nangis. vide* 1236. Iacobus Arragoniæ Rex, externis etiam copiis auctus, Valentinum bellum aggreditur, iam captis Balearibus; & victo hoste 28 Septembr. huius anni, Valentiam capit. *Chron Montfor.* Anglos adfuisse *notat Æmilius.* bellum *describit Mariana lib.* 12. *cap.* 18. *&* 19. Guillelmus Episcopus Parisiensis, solenni habita disputatione, damnat plura possidentes Sacerdotia.

1239 | 13 Gregorij 9 | 11 Balduini 2 | 13 S. Ludouici 9.
Indict. 12.

Friderici 2. *Regis German. an* 29. *Imp.* 19. testātur Historiæ omnes, hoc tandem anno inter Pontificem & Imperatorem Fridericum, publicatum toto Orbe dissidium literis, & vario vtriusque Diplomate. obstringitur anathemate Fridericus, Imperioque priuatur. Italia dissensionibus exardescit. Dux Bauariç, Austriæque, Rex Hungariç, & Bohemiæ, insurgunt in Fridericum. vi geritur res, & scriptorum fides in tanto animorum motu vacillat. *Petrus de Vineis Friderici Cancellarius, in suis Epistolis* Domino impēsè fauet. quem sequitur *Matheus Anglus.* æquiores sunt erga *Ponti*ficem, *Blondus*, *Platin. Sabellic. & Sanctus Antoninus*. Fatetur Mathæus, Friderici Apologiam, seu Epistola O bı suspe ctam fuisse. obtrudunt aduersarii multa, quæ gessit p̄ Ecclesi i: a b Ecclesia tamen Romana à paruulo certè educatus, tot cladibus, ex quo eam persequitur fractus, & totus voluptatibus, in quibus occubuit deditus, non potest non haberi.

Infelix, vt cunque ferant ea fata nepotes.

Rex Nauarræ, cum aliquot Francorum copiis, soluit hoc anno Massilia in Palæstinam, opem laturus Christianis. Florent circa hos annos Saxo Grammaticus, & Petrus Cantor Parisiensis, *ex Trithem.* Item Iacobus Vitriachus Cardinalis, & Michael Choniates, *ex Cocc. in* Cat. *Script. notat an.* 1220. Guilelmus Aruernēsis, Episcopus Parisiensis, *Cocc. consignat an.* 1230. Alexander Alensis, Franciscanus, præceptor S. Bonauenturæ, S. Thomæ, & Scoti. *Trithem. & Cocc. an,* 1240. Albertus Magnus, Dominicanus, Episcopus Ratisp. præceptor S. Thomæ. *Trithem.* Vincentius Burgundiç, dictus Bellouacensis, Dominicanus. *Trithem.* Hugo Cardinalis Dominicanus, *ibidem.* Ioannes Rupellanus. *Cocc.* 1249. Mathæus Parisius. *Cocc.* 1250. Hunbertus, quintus Generalis Dominicanorum. *Trithem. Cocc.* 1252. Guillelmus Monachus S. Dionysii, in Francia, Historicus.

Marchantio in Margarita. Chron. Fland. Corasmiani quos è Persi-de expulerunt Tartari, quærunt in Ægypto sedes nouas: cõsilio tamen Ægyptiorum vertunt arma in Palæstinam: vbi ex improuiso occupata vrbe Hierosolymitana, omnia vastant cæde, fœdantque: mox acie excepti à Christianis, victoriam, sed ipsis cruentam retulerunt, & nostris, ob desideratos Duces, permolestam. *Mathæus Paris. Aemil.*

1245 Indict. 3 — 2 Innocentij 4 — 17 Balduini 2 — *Friderici 2. Regis German. an. 35. Imp. 25.* hoc anno habetur Generale Conciliũ Lugdunense, Præside Innocentio Pontifice, cõtra Fridericum Imp. qui vocatus ad Conciliũ, noluit adesse. Lata in eum sententia est Anathematis, & abdicationis. qualis *habetur c. ad Apostolicam. de Sententia Excommunicationis in 6. Onuphrius* Iuniũ notat, *Aemil. Platin. Guil. de Nangis, Vincent. lib. 32. Gagnin. lib. 7. Genebrard. Bellarmin. lib. 1. de Concilijs, c. 5.* extat *Tom. 3. Concil.* actũ porrò est de bello Sacro; constituto S. Ludouico Duce Sanctæ Expeditionis. Turbasset armis Concilium Fridericus, *inquit Aemil.* ni præstò Rex Ludouicus, Concilio dignitatem roburque addidisset. In Lugdunensi hoc Concilio Pontifex Cardinales iam purpuratos, Rubro etiam Pileo nobilitauit. *Platin. Aemil.* sub tempus illud, quo Parmam (quæ iter in Burgundiam destinatum impediebat) obsidebat Fridericus, à Sultano socio & amico, acceptis elephantis, varioque ferarum genere, spectacula edebat antiquitati comparanda: quin etiam Triumphum, sed ante victoriam. nam dum Victoriam suam condit, vrbem nouam: quam Parmæ euertendæ substituendam alio loco decreuit, victoriatosque cudit: repentina eruptione Parmensium castris exuitur, fugaturque, euersa Victoria Vrbe, priusquàm consisteret. *Platin. Aemil.* viuebat nunc Ioannes de Sacro Bosco Mathematicus, natione Anglus, Parisijs sepultus (aux Cloistres des Mathurins. — 19 S. Ludouici 9.

1246 Indict. 4 — 3 Innocentij 4 — 18 Balduini 2 — *Friderici 2. Regis Germ. ann. 36. Imp. 26. sed iam abdicati.* Henricus Lantgrauius Turingiæ, (1242.) designatus Imperator ab Innocẽtio, vincit hoc anno Conradum Friderici filium in Germania, & dũ bene vtitur victoria, in expugnatione Vlmæ vrbis, casu vulneratus interiit. *Naucler. Auent. Onuphri.* Mortuo Iacobo Tepulo Venetorum Duce, substituitur Marinus Maurosinus, noua electionis formula, quæ adhuc seruatur. *Sabell. Contarin.* Christiani in Prussia occisi omnes. scribunt nunc Magnum Cham, Tartarorum Imperatorem, suscepisse Sacra Christianorum. *Blond. Sabell. & Ioannes Capinus, Franciscanus in libello, quẽ de hac re ex professo edidit.* ipse missus ab Innocentio, vt Regem de religione instrueret. nunc Decretalibus adiecit Pontifex Apparatum, quo Canonistæ passim vtuntur. edidit Opusculum, quod Ostiensis in Summa Authenticas nominauit *Platin. in Innocentio.* viri docti in pretio sunt apud Innocentium. *Platin. ibidem.* Post obitum Amadei 3, Bonifacius filius capessit Comitatum Sabaudiæ, *ex Paradino cap. 37.* — 20 S. Ludouici 9.

1247 Indict. 5 — 4 Innocentij 4 — 19 Balduini 2 — *Friderici 2. Regis Germ. ann. 37. Imp. 27. sed abdicati.* moritur Sanctius huius nominis 2, Rex Lusitaniæ, anno Regni 20. eius frater Alfonsus, Comes Bononiensis, Regni administratorem se [illegible], annis 12. *Vasaus, Mariana lib. 13. c. 4.* Chorasmianos hoc [illegible] in Palæstina cædunt. & breui eorum nomen deletum est. *Mathæus Paris.* — 21 S. Ludouici 9.

1248 Indict. 6. — 5 Innocentij 4 — 20 Balduini 2 — *Friderici 2. Regis Germ. an. 38. Imp. 28, sed abdicati.* Collecti Principes Germaniæ, vrgente Legato Pontificis, substituunt Henrico Lantgrauio mortuo, Guillelmum Hollandiæ Comitem in Regem Romanorum: hoc, inquam, anno, vt Diplomata eius ostendunt, Scriptorum alij pacem, alij bella gesta narrant, inter hunc Guillelmum, & Coradum Friderici filium, sunt etiam qui — 22 S. Ludouici 9.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			velint vacasse Imperium à Friderici abdicatione per an. 28. *lege Nauclerum, Trithem. Cuspinian. Auentin.* Sanctus Ludouicus cum amplo exercitu soluit mense Augusto ex ostijs Rhodani, & Cyprũ tenet: vbi hybernat. *Chron. Monforten. Nangis.* Hispalis in Hispania Betica, hodie emporium nobile rerum Indicarum, (Seuilla) capitur à Ferdinando Castellæ Rege, post 534 annos, ex quo in Maurorum venit potestatem. *Mariana lib. 13. cap. 7.*	
1249 *Indict. 7.*	6 *Innocētij 4*	21 *Balduini 2*	*Friderici 2. Regis German. an. 39. Imp. 29. sed abdicati.* Rex Ludouicus, soluens post Pentecosten ex Cypro, Ægyptum primùm inuadit, & Damiatam, absente Sultano, destitutam defensoribus capit inde mense Decembri iturum contra Cairum. *Aemil. Nangis, Haiton.* Rex Scotiæ Alexander 2 obiit. succedit filius Alex. 3 puer nouem annorum, cui posteà connubio iuncta est Margarita filia Regis Angliæ. *Hector. Boet. Leslæus Ioan. Maior.* hic Rex Hebrides insulas à Noruegis data aliqua pecunia recepit.	23 *Ludouici 9.*
1250 *Indict. 8.*	7 *Innocētij 4*	22 *Balduini 2*	*Friderici 2. Regis German. an. 40. Imp. 30. & vltimus, sed iam abdicati, & voluptatibus dediti.* Guillelmus, de quo supra, electus Romanorum rex anno 1248, nunc Aquisgranum capit, ibique coronatur. aderant, *inquit Trithemius*, septem, qui hodie numerantur Electores Imperij. atq; hinc fortè *Auentinus; & Onuphrius volunt* nunc primùm destinatos 7 illos Electores. *vide annum* 996. excepit hic annus morientem Fridericum Tarenti, restitutum, vt aliqui scribunt, Ecclesiæ, dato pœnitentiæ signo, 13 Decembr. sunt qui scribant Petrum de Vineis Imperij Cancellarium, hoc, vel superiori anno priuatum oculis à Friderico. Mariano Duci Veneto succedit Reinerus. *Sabell.* Franci traiecto Nilo, insignem contra Saracenos referunt victoriam vnam atque alteram, ipso Rege Ludouico Palmam referente: sed mox pestis totum exercitum inuadens, potestatem hosti fecit, nostros ad quas volebat pacis conditiones impellendi. Itaque reddita hostibus Damiata est. Rex, qui captiuus tenebatur, soluta pacta pecunia, liber dimissus: firmatæ in Palestina induciæ in decennium. eò Rex se contulit, ciuitates munit, Sydonem, Cæsaream, & Ioppem: hæretque ibi per quadriennium. *Nangis, & author Vitæ S. Ludouici.* diem clausit Lotharingiæ Dux Mathæus 3. Principatum obtinuit filius Fridericus. *Richardus, Vassebur.* Tartari transgressi Tygrim, narrantur hoc anno venisse in Persidem, eamque subiugasse.	24 *Ludouici 9.*
1251 *Indict. 9.*	8 *Innocētij 4*	23 *Balduini 2*	*Vacat Imp. Occid.* Papa exacto penè septennio Lugduni, redit in Italiam, & Perusiæ subsistit. Cõradus Friderici filius, relicta Germania, Neapolitanum Regnum tueri nititur, recepta Capua, quæ defecerat. *Blondus. Platin.* mortuo Friderico, Florentini pulsis Gibellinis se Guelphos profitentur, & formam Reipub. instituunt: vicinis etiam locis occupatis dant iura. *Blondus.* Alfonsus S. Ludouici frater, Tolosanum Comitatum nunc possidere cœpit. Blancha mater obijt. *Chron. Montfort. Narrant Mathæus Paris. ad an. 1253. Monachus ille S. Benedicti, & Chroni. Montfort,* natũ hoc anno magnum dissidium inter Vniuersitatem Parisiensem, & Dominicanos: qui suis priuilegijs freti, renuebant se Academiæ legibus subijcere.	25 *Ludouici 9.*
1252 *Indict. 10.*	9 *Innocētij 4*	24 *Balduini 2*	*Vacat. Imp. Occid.* Obiit Sancta Clara 12 Augusti, quæ institutũ Monialium sub legibus S. Francisci inchoauit. Circa idem tempus, in capita, quæ nunc habentur, distingui cœperunt Biblia, & conscribi Concordantiæ. *Genebr. in Cælestino 4 & Innoc. 4.* initium accepit apud Florentinos Seruorum Institutum. *Onuphrius ann. 1252.* Lucenses confœderati Florentinis, se Guelphos denuntiant, & hostes Gibellinorum omnium in Tuscia. *Blondus.* Comites, Pictauensis, & Andegauensis, agunt Proreges Franciæ, ab-	26 *S. Ludouici 9.*

sente Ludouico, diem nunc clausit Ferdinandus Castellæ Rex Hispali; Princeps habitus fortis bello, sanctus, & felix: Regnum tenuit paternum filius, natu maximus, dictus Alfonsus 10. regnat annis 32. sumpto fortè initio à Iulio, quando ipse hoc initium posuit in suis tabulis Astronomicis. Laudatum opus est, siue ab ipsomet Rege, siue illo iubente ab Astrologis compilatum. *Francisc. Tarafa, Alfon.* Cartagena *Mariana lib.* 13. c. 8. *&* 9.

1253 | 10 *Innocentij* 4. | 25 *Balduini* 2. | *Indict.* 11. | 27 *S. Ludouici* 9.

V*acat* Imp. *Occid.* Senenses, & Tarentini confœderantur Florentinis, qui etiam Volaterranos sibi subiiciunt. *Blondus* Thessaliam & Ætoliam nunc tenebat Michael, ex familia Michaelis Angeli nothus. hunc, & filium Nicephorum Ioannes Ducas Imperator Græcus admisit, inito fœdere. ad Despotatū honorē. ἐπετίμησεν ἑκατέρους τῷ δεσποτικῷ ἀξιώματι, *inquit Niceph. Gregoras.* Fundatum narratur hoc anno Sorbonicum Collegium Parisiis, à Roberto Sorbone. *Genebrard. in* Innocentio 4. *& Tilletus.*

1254 | 11 *Innocentij* 4. | 26 *Balduini* 2. | *Indict.* 12. | 28 *S. Ludouici* 9.

Vacat Imp. *Occid.* Redit hoc anno Sanctus Ludouicus è Palestina in Galliam. *author Vitæ Sancti Ludouici.* obiit Theobaldus Rex Nauarræ, Comes Campaniæ: successit filius, dictus Theobaldus Iunior. *Pithæus.* Conradus Friderici Imp. filius, Rex Neapolitanus, fratrem Henricum Siciliæ Regem impiè occidit: & mox eundem Conradum veneno sustulit Monfredus, Friderici nothus, 22 Maii. Neapolitani se dedunt Summo Pontifici; quamuis adhuc superstes diceretur Conradinus Conradi filius, qui in Germania per ætatem nondum aptus ad gubernandum agebat. Inter hæc moritur Innocentius, 7 Decembr. *ex Onuphrio,* Neapoli sepultus, *vt ait Æmilius.* suffectus est Alex. 4. à quo missus exercitus est ad Manfredi Tarentini audaciam reprimendam. *Æmil. Platin.* aucta hoc anno dissentio inter Dominicanos, & Parisiensem Vniuersitatem: datis etiam in lucem famosis & Apologeticis libellis: tandem tamen authore Pontifice sopitum hoc malum. Post Manuelem Constantinopol. Patriarcham aliquandiu sedisse iterum putatur Germanus: quo breui extincto, cùm electus Nicephorus Blemmydes delatum sibi honorem recusasset, designatur Arsenius Patriarcha. *Niceph. Gregoras libro tertio sub initium.*

1255 | 1 *Alexandri* 4. | 27 *Balduini* 2. | *Indict.* 13. | 29 *S. Ludouici* 9.

V*acat Imp. Occid.* Moritur Ioannes Ducas, qui se Græcorum Imperatorem dicebat: succedit Theodorus Ducas, dictus Lascaris Iunior, Nicææ in Asia coronatus à Patriarcha, *ex citato Gregora,* Guillelmus Hollandiæ Comes, Romanorum Rex *(de quo 1248.)* pugnans contra Frisones occiditur, vacatque iam penitus Imperium hoc per aliquot annos. *Naucler. Trithem. Cuspin.* Guillelmi filius Hollandiam retinuit, & Frisones castigauit. Taurinates (qui nuper dono Guillelmi Regis Romanorum obuenerant Thomæ Principi Sabaudiæ) rebelles, Bonifacium nunc Sabaudiæ Comitem captum carceri mancipant. *Mathæus Paris. Paradin. cap.* 37. Manfredus Friderici nothus, quâ vi, quâ dolo vtriusque Siciliæ se Regem constituit: cùm aliquandiu, dum hoc ageret, animos hominum errore occupasset de morte Conradini. *Æmil. Onuph. & alii.* Pontifex velut impio & iniusto hæredi Sacrum Bellum indixit, hostem eum esse Ecclesiæ denuntians.

1256 | 2 *Alexandri* 4. | 28 *Balduini* 2. | *Indict.* 14. | 30 *S. Ludouici* 9.

V*acat* Imp. *Occid.* Michael Thessaliæ dominus, iunctis sibi Bulgaris, Theodorum Lascarem Iuniorem bello petit: in quo tamen fusi ambo Duces confœderati, ad pacem petendam compulsi sunt. *Gregoras.* Iubente Summo Pontifice inchoatum est bellum contra Eccelinum Tyrannum, Taruisinum: & hoc ipso anno, oppidis aliquot Patauioque priuatur. *Petrus Gerardus Patauinus.* Tartari Mesopotamiam sibi subiiciunt, capiuntque Baldac

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			ciuitatem, aliquibus dictam olim Babylonem, occiso Saracenorum Sultano. *Guil. Nangis, & Ioan. Leo lib. 3. Historiæ Afric.* quod tamen alii adscribunt anno 1250. Viuendi finem fecit Henricus Lusignanus, primus Cypri Rex, anno Regni 33. *Historia Cypri.* Post Bonifacium, Comes Sabaudiæ renuntiatur Petrus, qui Taurinates domuit. *lege Paradin. c. 38.* vbi meminit inuecti comeatus occultè in vrbem, nouo inuento, per vrinatores.	
1257 Indict. 15.	3 Alexandri 4.	29 Balduini 2.	*Vacat Imp. Occid.* Dum certant de eligendo Romanorum Rege, aliis Anglum, aliis Alfonsum Castellæ Regem petentibus Sanctus Ludouicus Regnum suum ornabat optimis Legibus, Princeps præter cætera, pacis inter suos & iustitiæ studiosissimus. *Ioinuillanus cap. 89. & 96.* Michael Palæologus, apud Imperatorem Lascarem in honore, pressus calumniis, deficit ad Turcas: reuocatus tamen ἀμνηστία præteritorum, constituitur in Conestabili dignitate, *τετίμηται ἀξιώματι κονοσταύλου, inquit Gregoras.*	31 S. Ludouici 9.
1258 Indict. 1.	4 Alexandri 4.	30 Balduini 2.	*Vacat Imp. Occid.* Obiit in Asia Theodorus Lascaris, Græcorum dictus Imperator, relicto filio Ioanne Duca, sex tantùm annorum puero. Michael Comnenus Palæologus tutelam ad se deriuauit, qui hoc ipso anno Michaelem Thessaliæ Dominum vicit. Hinc primus Michaelis ad Imperium gradus, *inquit Gregoras:* tūc enim Despotæ dignitate ornatur, quæ Regiæ proxima erat. hoc anno obiit Vincentius, Author Speculi Historialis. à quo tempore Persarum Regnum penes Tartaros mansit, vsque ad annum 1350. *Genebrard.*	32 S. Ludouici 9.
1259 Indict. 2.	5 Alexandri 4.	31 Balduini 2.	*Vacat Imp. Occid.* Michael Palæologus Imperium vsurpat: Ioannem Ducam id iuris sui cessionem iureiurando adegit, quin etiam Constantinopolim recuperat, noctu per proditores patefacto ingressu, & Francis magna ex parte absentibus. *Gregoras.* contigit anno 56 post captam Vrbem à Francis. notat tamen Æmilius annum receptæ Vrbis esse 1258. proferunt Historici inter Franciæ & Angliæ Reges pacta conuenta, per quæ Anglus cessisse dicitur Normannia, & Comitatu Andegauensi, tum Turonensi, ac Cœnomanensi, *(Pays de Maine.)* Pictauensem addunt *Genebrardus, & Æmilius.* retinuit verò Anglus, vt Franciæ Beneficiarius, Vasconiam, & Prouincias Lemouicensem, ac Petrocoricensem, seu, *vt scribit Genebrardus*, Aquitaniam vlteriorem & citeriores partes vsque ad Carantonum flumen, cum finibus Aginnen. Cadurcen. & Lemouicen. *Ita Annales Franc. Guillel. Nangis. Polydor. in Hen. 3. sub finem, & Mathæus Paris:* qui hunc etiam annum notant. Tartari Syriam subiugant. *Haitonus. P. Venetus.* Arsenius Patriarchatum Constantinopolitanum abdicat, mox etiam recipit: tandem post aliquod tempus subrogatur Germanus 3. *Gregoras.* In Parisiensi Academia tumultus in Franciscanos exoritur. *Mathæus Paris. Monachus S. Benedicti.* In Eccelinum armantur confœderatæ ciuitates in Lombardia.	33 S. Ludouici 9.
1260 Indict. 3.	6 Alexandri 4.	1 Michaelis 8. Palæologi.	*Vacat Imp. Occid.* Confœderatorum arma simul & Pontificia Eccelinum in acie profligant: ipseque ex vulnere accepto breui occubuit: nec multò posteà eius frater extinctus est. *Blondus, Platina, Sabell. Petrus Gerard. Paduanus.* quamuis an hunc, vel præcedentem annum exceperit hic casus, dissentiant. Florentia nunc capta est à Mansfredi Tarentini militibus, *ex citatis Authoribus, & Paulo Iouio.* Anglia ciuili tumultu agitatur. *Polydor.* Soltanus Ægypti è Syria repellit Tartaros.	34 S. Ludouici 9.
1261 Indict. 4.	7 Alexandri 4.	2 Michaelis 8. Palæologi.	*Vacat Imp. Occid.* Obiit hoc anno Alexander Papa 25 Maii, vacat Sedes vsque ad 29. Augusti, quando substitutus est Vrbanus 4 natione Gallus, humillimo in Trecassibus loco natus, patre sutore veteramentario, sed animi indole nobilis. *Platin. Æmil. Genebrard.* Pontificatum Perusiæ iniit: quòd Vrbs Roma, & Ponti-	35 S. Ludouici 9.

ficis Imperio solutam cõtendens, à suo regeretur Prætore, quem Senatorem vocabant. *Æmil.* exercitus Michaelis Palæologi profligatur à Thessaliæ Despota: sed inter hos, pace constituta, firmataque connubio, Palæologus impiè Ducam pupillum suum oculis priuat. *Gregoras.* laborabat nunc grauiter Anglia intestinis malis: dum enim Henricus Leges, in quas iurauerat, & Proceres iureiurando adegerat, antiquare nitebatur: arma suorum in se conuertit. *Æmil.* res tamen composita est à Franco Rege an. 1263. *ex Polydor.* circa hunc annum Guillelmus à Fano Amoris Dominicanorum antea insecutor, & qui in Mendicantes librum edidit: contendebat damnatis Pauperibus à Lugduno, sublatum esse specimen paupertatis, & religiosæ mendicitatis. Sed Diuus Thomas, aliique plures, votiuam paupertatem egregiè asseruerunt.

1262 | 1 *Vrbani IV.* | 3 *Michaelis 8. Palaeologi.* | *Indict. 5.* | 36 *S. Ludouici 9.*

Vacat Imp. Occid. Sublato è medio Eccelino Tyranno, Hubertus Pallauicinus Gibellinos in Lombardia pro viribus tuebatur. *Blondus.* Elisabetha, filia Regis Arragonię nubit Philippo Regis Ludouici Franci filio: fœdereque cautum, vt Carcassonam Frãcus haberet, & Biterras; cederet tamen omni iure, quod à prioribus Franciæ Regibus quæsitum habebat in Arragoniam. *Guillelm. de Nangis, Æmil.* Melec Elmahan; Soltanus Ægypti, reuersus, fusis Tartaris, ab expeditione Syriaca, occiditur à Bendecaro; qui dici voluit Melec Daer, & Syriam Ægyptumque nunc tenebat. florent Henricus Gandauensis Parisiis Theologus, & Henricus de Segusia, dictus Hostiensis Cardinalis, qui auditorem habuit Guillelmum Durandum Speculatorem vocatum.

1263 | 2 *Vrbani 4.* | 4 *Michaelis 8. Palaeologi.* | *Indict. 6.* | 37 *S. Ludouici 9.*

Vacat Imp. Occid. Constantinus Bulgariæ rex, qui vxorem habebat Ducæ excæcati sororem, Thraciam ingressus, Palæologum acie profligauit. *Gregoras.* actũ, de Carolo fratre S. Ludouici præficiendo Siciliæ: sed sub hoc Pontifice res exitum non est sortita. Pontifex Mediolanum interdicto subiicit, ob reiectum Episcopum Othonem, (*Paulus Iouius.*) quem tamen receperunt anno 1267. *ex Donato Bosfio.* Albertus Magnus, patria Coloniensis, professione Dominicanus, abdicato Episcopatu Ratisponensi, iterum Theologiam profitetur; quando clarissimum Ecclesiæ lumen, Diuum Thomam Aquinatem habuit auditorem Coloniæ: qui breui posteà Doctoratus honore Parisiis, cum Sancto Bonauentura Franciscano decoratus, ea docuit scripsitque, quibus iure optimo Angelici Doctoris nomen est consequutus.

1264 | 3 *Vrbani 4.* | 5 *Michaelis 8. Palaeologi.* | *Indict. 7.* | 38 *S. Ludouici 9.*

Vacat Imp. Occid. Recrudescit bellum in Anglia, & scribunt Historici victum Regem à suis, ductore Simone Iuniore, Comite à Monteforti. *Chron. Montfort. Guil. de Nangis, Appẽdix Mathæi Paris.* Soltanus Ægypti solutus metu Tartarorum in Syria, nunc Palæstinam infestare cœpit; hinc in Occidente indicta expeditio in Palæstinam. *Guil. de Nangis.* Vrbanus instituit Festum Corporis Christi. *Onuphrius.* Obiit idem Pontifex 2. Octobris: vacat Sedes menses 4.

1265 | 1 *Clementis 4.* | 6 *Michaelis 8. Palaeologi.* | *Indict. 8.* | 39 *S. Ludouici 9.*

Vacat Imp. Occid. Renuntiatur Pontifex Clemens 4. quinto vel septimo Februarii. Gallus, è Prouincia Narbonensi, tandem Cardinalis, & Pontifex, virtute & authoritate verè summus. *Onuph. Platin. Sabellic.* à Clemente euocatus Carolus (de quo 1263.) Massilia soluens 30 Triremibus Romam defertur: vbi in Æde Laterana, à designato Legato, & ipso die Epiphaniæ anni sequentis, Rex Siciliæ & Hierosolymorum designatur: imposito vectigali 40 Millium aureorum, in singulos annos Pontificibus numerandorum. *Æmil. Platin. Blond.* Captiui detenti a clade superioris anni, Rex Angliæ, & filius Edoardus, euasere nunc: collectisque nouis copiis, profligant hostes: desideratus in cõflictu Co-

mes à Monteforti. *Appendix ad Mathæum Paris.* *Guillelm. de Nangis.* Res Castellanæ in Hispania bono satis loco nunc erant: nam ab anno 1240, Murciæ Regnum in fidem acceptum erat sub Ferdinando; qui an. 1243, Granatæ insuper Regem in amicitiam receperat, ex pacto, vt Granatæ vectigalia æquis partibus inter duos Reges diuiderentur. *Mariana lib.* 13. *c.* 2. deinde sub annum 1248. Hispali (vti supra notaui) potitus est Ferdinandus. successerunt Alfonsi initia, & res gestæ euentuum varietate illustres, ab anno, vt aliqui notant, 1252. demum circa annum 1253, Mauricum bellum renouatum est, (Morinorum in Africa nouo constituto Imperio) dum Murciæ, & Granatæ Reges, Alfonsi Beneficiarii rebellant; Maurorumque ingentem exercitum in Hispaniam aduocant. *Habent Montifort. & aliorum Francorum Chronica,* Alfonsum hoc anno insignem reportasse victoriam: sanè certatum acriter est supra biennium: tandem tamen Murciæ & Granatæ Reges, ad priora Castellani iura redire, durioribus pacis conditionibus coacti sunt. *Mariana lib.* 13. *cap.* 15. Dantes Poeta Florentinus nascitur. floret Odofredus Iurisconsultus.

1266 · Indict. 9. | 2 Clementis 4. | 7 Michaelis 8. Palaeologi. | 40 S. Ludouici 9.

Vacat Imp. *Occid.* Carolus cum exercitu Roma digressus, vno nobilique prælio ad Beneuentum, die 3 Febr. victor, & Regni possessor euasit; occiso Manfredo. *Æmil. Chron. Monfort. & alii.* Idem Carolus, misso in Tusciam equitatu, Florentiam, aliasque ciuitates, Gibellinis pulsis, restituit Guelphis. *Blondus.* Soltanus Ægypti Ptolemaidem obsidet, sed frustra.

1267 · Indict. 10. | 3 Clementis 4. | 8 Michaelis 8. Palaeologi. | 41 S. Ludouici 9.

Vacat Imp. Occid.. Henricus pulsus ab Alfonso fratre Castellæ Rege, excipitur à Pontifice: & Romæ Prætor constituitur. *Blondus.* viuebat hoc tempore Semeca, dictus Teutonicus, qui primus in Decretum Glossas edisse fertur. Philippo S. Ludouici filio, nascitur Philippus Pulcher. *Tillius.*

1268 · Indict. 11. | 4 Clementis 4. · Vacat Sedes. | 9 Michaelis 8. Palaeologi. | 42 S. Ludouici 9.

Vacat Imp Occid. Habet hic annus nouum Caroli Siculi iam Regis bellum, cum Conradino Sueuo, Friderici Imperatoris nepote, ex Conrado filio. Conradini exercitum numerosum auxerunt Gibellini ex variis locis confluentes: imò & Henricus, anno præcedente receptus à Pontifice, eum sequutus est: ad Fucinum lacum ventum, & loco pugnę designato, cùm tribus horis pugnatum esset, Carolus ex insidiis hostem adortus, solutis iam ordinibus, pro victore se gerentem, clarissimã tulit victoriam, Conradino ex fuga retracto: qui anno sequenti supplicio affectus Neapoli est, cum Friderico cognato Austriæ Duce: sicque extincta est Sueuorum familia. Siculis, qui hostili animo videbantur, grauius imperatum: valida præsidia in arces vrbesque missa. *Æmil. & aly.* hoc anno, quo Sueuus occubuit, decessit & Clemens Papa 29 Nouembr. raræ virtutis & singularis exempli Pontifex, cùm in aliis, tum maximè in affectu erga cognatos & affines temperando. Vacauit, vt aiunt, Sedes ferè triennio: adeò non conueniebat inter Cardinales, de futuro successore. Antiochia hoc anno capta à Soltano Ægypti, & euersa. *Hatton.* Andronicus Michaelis Palæologi filius, renuntiatur à patre socius Imperii. *Gregoras.* Sanctus Ludouicus sacerdotia conferre nulla voluit, sed ius illud restituit, integrumque esse pronuntiauit ordinariis taliũ Beneficiorum collatoribus, iuxta antiquorum Canonum præscriptum. *Gaguin. lib.* 7. *Chron. Franc. Genebrard.* Diploma Româ allatum, quo talis potestas contineri dicebatur, coniecit in ignem; sibi satis esse dictitans, de temporalibus rebus sibi à Deo creditis rationem reddere. *Genebrard.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
1269 Indict. 12.	VACAT SEDES	10 Michaelis 8. Palaeologi.	*Vacat Imp. Occid.* Armati Franci, Angli, & Arragonii, aggrediuntur Bellum Sacrum. Anglus cum suis peruenit in Syriam, Carolus Siciliæ Rex fratri Sancto Ludouico persuasit, vt solueret in Africam; firmius Regnum suum fore sperans, opibus Africanis euersis. *Æmil. Polydor. Chron. Monfort.* Arragonius ex itinere rediit in Catalauniam. *Mariana lib.* 13. *cap.* 18. Obiit nunc Michael Thessaliæ Despota: successit filius Nicephorus, natu maximus. *Gregoras.*	43 S. Ludouici 9.
1270 Indict. 13.	VACAT SEDES.	11 Michaelis 8. Palaeologi.	*Vacat Imp. Occid.* Kalendis Martii Edoardus Angliæ Regis filius Asiam iam classe tenuerat: vbi tantùm non trucidatus est ab Assassino, barbaro sicario, vt ferunt. Rex Francus in Africam transportatus, Carthaginem, non antiquam illam Tyriorum Coloniam: sed in eius ruinis restitutam vrbem, aut non procul sitam, obsidione premit. quæ, debellatis in acie Barbaris, deditionem fecit. Indè Rex ad Tunetam vrbem regiam castra mouet: & dum de conditionibus deditionis agitur, exorta in castris Francorum grauis pestilentia, ipsum etiam Regem è medio sustulit, octauo Kalend. Septembr. adfuit opportunè Carolus Siculus, & Anglica classis è Syria. quæ res, Barbaros compulit ad pacis conditiones, & tributum pensitandum annuum. post nostrorum reditum in Siciliam, obiit in insula Theobaldus Nauarræ Rex, Campaniæ Comes: cui successit Henricus frater, dictus Crassus. *hac ex Ionuilano, Chron. Monfort, Guillel. de Nangis, Annal. Franciæ, & Æmil.* rediit his peractis tandem è Syria Edoardus Anglus.	44 S. Ludouici 9.
1271 Indict. 14.	VACAT SEDES.	12 Michaelis 8. Palaeologi.	*Vacat Imp. Occid.* Philippus tertius Sancti Ludouici filius, salutatus rex Franciæ in Africa, coronatur Rhemis 30 Augusti: & morte Alfonsi, vt conuenerat, Comitatus Tolosanus Regii patrimonii esse cœpit. *Guillel. de Nangis, Chron. Monfort.* Hoc ipso anno, primo Septembr. eligitur Papa Gregorius X Placentinus, vir sapiens, & integer. *ex Platin. Onuph. Genebrard.* Leodiensem, seu Eburonum Archidiaconum fuisse *scribit Æmil.* Fuit, quo tempore electus est, in Asia cum exercitu Christianorum. *Chron. Hirsaug. Genebrard.* viuebant hoc tempore Brocardus, Durandus, Aegidius Romanus Archiepiscopus Bituricensis, Richardus de Media Villa, & Henricus Gandauen. *ex Coc. Trithem. & aliis.*	1 Philippi 3. Audacis.
1272 Indict. 15.	1 Gregorij X.	13 Michaelis 8. Palaeologi.	*Vacat Imp. Occid.* Rex Franciæ Philippus, hoc anno iuit in solidam possessionem Comitatus Tolosani. Quo tempore Fluxatium Comes, vita donatus à Rege, annum in custodia mansit, (alii Fuxensem vocant.) *Guillel. de Nangis, Aemil. Annal. Franc.* Iam anteà Henricus Nauarræ Rex, Roberti (fratris Sancti Ludouici, & Comitis Atrebatum) filiam, vxorem habebat. vnde prodiit Ioanna filia vnica. *Aemil.* Habet hic annus in Hispania grauem Procerum conspirationem in Alfonsum Castellæ Regem, & ægrè tandem ii motus compositi. *Mariana lib.* 13. *c.* 20 *&* 21. Bononienses victi bello à Venetis, pacem petunt. *Sabel.* Gregorius peruenit 10 Febr. Viterbium; quæ tunc Pontificum sedes plurimùm erat, pacem promouit inter Venetos & Genuenses. *scribit etiam Auentinus*, ab hoc tantùm Pontifice, nec anteà, constitutos septem Imperii Electores.	2 Philippi 3. Audacis.
1273 Indict. 1.	2 Gregorij X.	14 Michaelis 8. Palaeologi.	*Vacat Imp. Occid.* Tandem post tot annorum Interregnũ, Electores Imperii Francofurti concordes, Imperatorem eligunt Rodolphum I. Comitem Habspurgensem. Coronatur Aquisgrani, ferè exeunte hoc anno. mox Papam conuenit apud Locobrigos (*Losanne*) ad lacum Lemanum, vbi electionem ratam habuit. nunquam adduci potuit, vt in Italiam veniret. *Naucler. Auentin. lib.* 7. *Chron. German. & alii.* Venetiis Laurentio Tepolo Du-	3 Philippi 3. Audacis.

ci successit Iacobus Contarinus. *Blond. Contarin.* Henricus III. Angliæ Rex vita functus est, Londini 17 Decemb. ex duobus filiis Edoardo & Emundo, succedit prior, cognomento populari (*Langschanx*) à tibiarum longitudine. *Polydor. lib. 16. & 17. Math. Paris. Appendix. Hector Boet.* Gregorius Papa Lugdunum Galliæ venit, honorificeque exceptus à Rege, Concilium Lugdunense indixit in sequentem annum. *Platin. Aemil. & alij.*

1274 | Indict. 2. | 3 Gregorij X. | 15 Michaelis 8. Paleologi. | 4 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I. Cæsaris. seu Regis German. ann. 1. Bononienses post imminutam intestinis dissidiis potentiam, subdunt se vltro Romano pontifici. *Blond. Leander, Platin.* Pompelone mortuo Henrico Rege Nauarræ, & Campaniæ Comite, filia vnica Ioanna (hæc erit vxor Philippi Pulchri) data est à matre in fidem Philippi nũc Regis Franciæ à quo missus eò est Prorex Eustathius Bellomarchius. *Annal. Franc. Guil. de Nangis, Histor. Hispan. Æmil.* Gasto Precianorum Dominus, (vulgo *Bear*,) se Angli Regis subditum fateri abnuebat. acta res est in Senatu Parisiensi: Gasto causa cecidit. *Thomas Valsilgam.* Habetur Lugdunense Concilium totius Christiani nominis, seu Generale: mille Patrum, & amplius. ex iis 500 Episcopi, 60 Abbates. præfuit Gregorius X. actum de terra Sancta, & Græcorum erroribus. *Onuph. Genebrard Æmil. Bellarmin. de Conciliis.* adfuit S. Bonauentura, rubro tunc galero donatus. Diuus Thomas Neapoli, vbi docebat, euocatus, obiit in itinere. adfuere Græci, & Tartarorum Proceres aliqui. decreta decima pars redituum Ecclesiasticorum, in vsum Belli Sacri ad sexenniũ. item vt Cardinales in electione Pontificis, arcto sub austeriore custodia conclaui contineantur, donec edant Pontificem. *vide 6. Decretal.* ac tandem Græci capita probarunt exhibita; de processione Spiritus Sancti, & Primatu Romanæ Ecclesiæ. *vide Gregoram lib. 5. initio. Onuph. Pakimerius, Guil. de Nangis, Blond.*

1275 | Indict. 3. | 4 Gregorij X. | 16 Michaelis 8. Paleologi. | 5 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I. Cæsaris, seu Regis German. an. 2. In Germania decretũ bellum Imperatorium in Ottocarum Bohemiæ Regem, & alios, qui iura Imperii vsurpauerant. *Naucler. Trithem. narrat Auentinus* nunc Imperatorem liberè concessisse Romano Pontifici, quicquid in Exarchatu Rauen. & Romania (olim Flaminia) Imperatorii iuris erat. à quo tempore solida constansque possessio fuit apud Romanos Pontifices. Alfonsus Castellæ Rex Pontificem adhuc in Gallia morantem conuenit ad Belcairum in Rhodani ripa oppidum, Imperium petiturus: sed eo conatu cessatum, cùm respondisset Pontifex, non magis æquum esse Hispanos Imperare Germanis: quàm iura dari Hispaniæ à Germanis. *Mariana lib. 3. in fine.* Obiit Bela 4 huius nominis Rex Hungariæ 3 Maii: regnat filius Stephanus huius nominis 5. bello clarus *Histor. Hungar.*

1276 | Indict. 4. | 1 Innocentij 5. | 17 Michaelis 8. Paleologi. | 6 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I. Cæsaris, seu Regis German. ann. 3. Gregorius Papa fato cessit, Aretii in Tuscia, 10 Ianuarii: post nouem dies renuntiatur Pontifex, Petrus Gallus, patria Tarentasiensis, è Burgundia, Dominicanus, dictus Innocentius 5. sed dum in Italia pacem constituit, post 5 menses diem clausit. & 12. Iulii electus est Othobenus, natione Ligur, ex familia nobili, dictus Adrianus 5. qui etiam obiit 18 Augusti: electusque est 15 Septemb. Petrus natione Lusitanus, vocatus Ioannes XX. dictus XXI. *Onuph.* Arragoniæ seu Tarraconensium Rex Iacobus obiit 6 Augusti: successit filius Petrus, huius nominis III. alter filius, dictus Iacobus Maioricam accepit. *Franciscus Tarafa, Mariana lib. 14. c. 2.* motus & bellici apparatus, inter Franciæ & Castellæ Reges, quòd Castellanus filium Sanctium, successorem designaret natu minimum, exclusis nepotibus, ex natu maximo & Blancha sorore Franci genitis. *Guil. de Nangis, Mariana lib. 14. c. 30.* Stephanus Hungariæ rex Budam recipit, & Bulgaros reprimit, imposito vectigali annuo. *Bonfin.*

1 Adrianus 5.

puer

puer sex menses natus, prædicit reditum Tartarorum in Poloniam. Martin. Cromer.

1277 Indict. 5. | 1 Ioannis 20 dicti 21. | 18 Michaelis 8. Palæologi. | 7 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ an.* 4. Captâ Viēna ab Imperatore, Ottocarus Rex Bohemiæ tandem se Imperatori subdit. *Auentin. & alij.* Brochius Cubicularius Regis Franci, arcana enuntiabat Hispanis, reste de eo sumptum supplicium. *Æmil. Guil. de Nangis, qui addit*, Quæstorum fuisse Præfectum. Torregianus nunc pulsus Mediolano, locum fecit Othoni Vicecomiti, & Archiepiscopo Mediolanensi. Principatus Mediolanensium diu posteà hæsit in hac familia. *Paulus Iouius, & Georgius Merula.* Ioānes Papa ruina oppressus, obiit 9 Maii: vacat Sedes sex menses: tandem consentiunt vota in Ioannem Caietanum, Vrsinum, & Romanum, 26 Decembris. dictus est Nicolaus 3. *Onuph.*

1278 Indict. 6. | 1 Nicolai 3. | 19 Michaelis 8. Palæologi. | 8 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I *Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 5. Ottocarus redintegrato contra Imperatorem bello, occisus acie est: tamen filio Venceslao Imperator permisit Regnum Bohemiæ paternum; cui & filiam connubio copulauit. *Naucler. Auentin.* Margarita, quæ nunc Flandriam tenebat, obiit sequenti anno, penè octuagenaria. *Iacob. Meier.* qui huc vsque Chronicon suum Flandriæ deduxit. di. m clausit Stephanus Hungariæ Rex: Regnum tenuit Ladislaus filius, huius nominis 4. *Bonfin.* Nicolaus Pōtifex edixit, vt nullus deinceps Prætor esset Vrbanus, (Senatorem Romani vocabant,) ex regia nobilitate ortus, & ne plusquam annua foret Prætura. erat tunc Carolus Siciliæ Rex, & idem Imperii Vicarius, Hetruscis dans iura & Magistratus. ei nomen Vicarii abrogauit Nicolaus; cui nimis magnas, hac tempestate, Franciæ visas opes, *affirmat Æmilius.*

1279 Indict. 7. | 2 Nicolai 3. | 20 Michaelis 8. Palæologi. | 9 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I. *Cæsaris, seu Regis German. an.* 6. pacta illa, *de quibus* 1259, nunc iterum confirmāt duo Reges, Ambiani in Gallia. *Mathæus VVestmonast*, Vicecomites Mediolanenses varia loca eripiūt Torregianis. *Donatus Bossius.* Rex Poloniæ Boleslaus dictus Castus, obiit 10 Decembr. Adoptiuus Boleslai filius Leskus, dictus Niger, Regnum tenuit annis 10. *Martin. Cromer.* Finem quoque viuendi fecit Alfonsus Lusitaniæ Rex 4. idque 20 Martii: succedit filius Dionysius. In Flandria post obitum Margaritæ Vido filius Principatum accipit. *Marchantius.*

1280 Indict. 8. | 3 Nicolai 3. | 21 Michaelis 8. Palæologi. | 10 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I. *Cæsaris, seu Regis German. ann.* 7. Iacobus Contarenus, ætate grauis, abdicat se Ducatu Veneto; subrogatur Ioannes Dandolus. *Sabell.* Orientales Angli, qui Valliam tenebant, rebellione assueti ab aliquot annis; iam tandem seuerè castigantur à Rege. *Polydor. Vergil.* obiit Nicolaus Papa 3. in Castro Suriani, Diœcesis Viterbiensis, 18. Kalend. Septembr. vacat Sedes menses 6. *Platin.*

1281 Indict. 9. | 1 Martini 2. dicti 4. | 22 Michaelis 8. Palæologi. | 11 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I. *Cæsaris, seu Regis German. ann.* 8. post aliquod Cardinalium dissidium, tandem Viterbii eligitur Pontifex Simon Cardinalis S. Cæciliæ, natione Gallus, 22 Februar. is est Martinus 2, dictus 4. *Onuphrius.* Ioannes, Alexii Imperatoris nepos, qui capta à Gallis Constantinopoli, Colchorum & Lazorum Regiones Tyrannide inuaserat; & cuius Regia Sedes erat Trapezus; nunc Imperatoris Palæologi filiam duxit vxorem. Cui natus filius Comnenus Iunior, successit. *Gregoras libro quinto. scribunt Nauclerus, & Albert. Straburgens.* Burgundiæ comitem (Franchecomtè) hoc anno Beneficiarium Imperatoris renuntiatum. Exercitus Caroli Regis Siculi, fusus fugatusque est ad Belgradum (Plinio Taurunum) inferioris Pannoniæ vrbem, à Palæologo Imperatore. Gregoras lib. 5.

transierat hic exercitus per Ionium, vt Macedoniam inuaderet.

1282 Indict. 10 | 2 Martini 1. dicti 4. | 23 Michaelis 8. Palaeologi. | 12 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I. *Caesaris, seu* Regis *Germaniae ann.* 9. Austria nunc ab Imperatore data Alberto filio, deinceps ad nostra vsque tempora permansit in ea familia. *Naucler. Trithem. in Chron. Hirsaug. Genebrard.* Dolum ingentem & cruentum, hoc anno, paratum in Fraños, qui Siciliam tenebant, *scitè narrat Æmilius:* nec, quae Martinus Pontifex, Caroli studiosus, peregit, dissimulat. Ioannis Prochitae artibus Tragoedia paracta est. Itaque, hinc parato in hunc finem Petri Arragoniae Regis exercitu: illinc, Graeco Imperatore Palaeologo aurum non parce suppeditante: coniuratio Siculorum facta, ipso die, *inquit Æmilius*, qui Christo resurgenti sacer est, datoque ad Vespertinas preces signo, inermes Franci per totam Insulam trucidati sunt. Carolus in Hetrutia aberat. Arragoniae Rex aduolans, Caroli nauibus & Insula est potitus. Rex Siciliae salutatur, qui iam Manfredi Regis Siculi filiam in matrimonio, & ex ea liberos habebat. *Æmil. Blond. Sabel. Histor. Franc.* rem gestam eandem *describit Mariana Histor.* Hispan. *lib.* 14. *c.* 6. *& Paradin in Chron Sabaudiae c.* 41. Guido Viennae Delphinus moriens, haeredem reliquit filium Ioannem. *Thomassin.* Sanctius Alfonsi Castellae Regis filius in patrem rebellat, priuatque Regno. Hispalis tamen in Alfonsi fide permanserat. Corduba Sanctium sequuta est. *Rodericus Sanctius, Mariana l.* 14. *c.* 5. Tartari insignem victoriam reportantes, magna clade affecerunt Ægyptios. verum Tangador nouus Tartarorum Dux, abnegata Christi fide, se Mahometanum & Christiani nominis hostem profitetur. *Haiton.* Turcae à Tartaris attriti, resumptis viribus, quicquid Graecorum erat in minori Asia occupant, à mari Pontico & Galatia, vsque ad Lycium, Carim, & flumen Eumedontem: terris in septem Sattrapias diuisis,

1283 Indict. 11. | 3 Martini 1. dicti 4. | 1 Andronici I Senioris, Palaeologi. | 12 Philippi 3. Audacis,

Rodolphi I. Caesaris, seu Regis Germaniae an. 10. Michael Palaeologus hoc anno obiit: successit Imperio Constantinopolitano Andronicus Palaeologus. *Gregoras.* Dum sparguntur voces, Siculum Arragonium in bello, tantum dolo & artibus niti, ipse Carolum ad certamen prouocat. placuit, equitibus vtrinque centenis dirimi controuersiam: locus certamini eligitur Burdigala, sub Angli tunc potestate. at non compatuit Arragonius. Ipse omnia alia agebat; & per Rogerium classis Arragoniae praefectum, fugata Caroli classe, filium captiuum habuit. *Aemilius*, B*londus, & alii.* Pontifex Arragonium, vt impium, Anathemate obstrinxit, eique ius Regni abrogauit, quod Carolo Valesio Comiti, Regis Franci ex sorore Arragonii filio attribuit. *Aemilius & alii.* Ex pluribus illis in minori Asia Turcarum Sattrapiis, quatuor tandem familiae se extulerunt. vna ex his Ottomannica fuit, post sedecim annos.

1284 Indict. 12. | 4 Martini 1. dicti 4. | 2 Andronici I. Senioris Palaeologi. | 14 Philippi 3. Audacis.

R*odolphi I. Caesaris, seu Regis Germaniae ann.* 11. Carolus è Gallia in Regnum Neapolitanum reuersus, omnia reperit inclinata, & morbo oppressus interiit, Fogiae in Apulia, mense Ianu. vel Febr. *Aemilius* obiisse scribit anno sequenti. filius Carolus, dictus Claudus, iuri Regnoque paterno successit, qui adhuc captiuus tenebatur. Tangador Tartarus Persarum Rex, qui ad Mahometem desciuit, Tartarorum in Oriente Dux, acie occiditur à Duce Argon, qui Imperio potitus, egregie fauit Christianis templaque restituit. *Haiton.* Obiit Alfonsus X. Castellae Rex, successit filius, Sanctius huius nominis 4. *Mariana li.* 14. *c.* 7. *&* 8. Fortis cognomen ex animi magnitudine accepit. Iosephus, cognomento Becus, post mortem Palaeologi Michaelis (qui consenserat in vnionem cum Ecclesia Romana) abdicatur Patri-

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
			archatu, subrogatus Iosephus, quo etiam pulso reiectoque iterum Iosepho, substituitur Georgius Cyprius, seu Gregorius. *Gregoras:* hæc Græcorum inconstantia in vnione, non semel vita. Rogerius Bacon, Franciscanus, natione Anglus, Theologus nunc obiit. *Baleus.*	
1285 Indict. 13.	1 Honorij 4.	3 Andronici I. Senioris, Palæologi.	*Rodolphi* I. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 12. Insignis hic annus est, morte Pontificis Maximi, & trium Regum, Caroli Neapolitani, uti iam dixi, & Regum Franciæ, atque Arragoniæ. Obiit Philippus Francus, in reditu ab expeditione Arragonica, morbo Perpiniani oppressus, mense Octobri, post insignem in hoc Sacro Bello (vti illud nominauit Pontifex) victoriam: nam receptis Ruscinonensi Comitatu, Gerunda, aliisque oppidis: ipse Rex Arragonius Petrus, anathemate deuinctus, ex vulnere occubuisse dicitur, in pugna ad gloriam Francorum memorabili, *vt narrant Mariana lib.* 14. *cap.* 9. *& Æmil. extremo lib.* 7. variant quidem Autores de anno huius cladis, & mortis Petri. successit illi Alfonsus filius, huius nominis 2. Franco Regi successit filius Philippus Pulcher; qui iam ex vxore, Nauarræ Rex nominabatur: cæterùm Gerunda, & cætera, quæ Francus ceperat, morte eius ad solitum imperium redierunt. Post obitum Martini 28 Martii, Perusiæ subrogatur Pontifex Iacobus Sabelli Cardinalis, dictus Honorius 4. *Platin. Onuph.* Fato cessit Ioannes Delphinus Viennensis, superstite tantùm Anna filia, quæ nupsit Humberto. Bohemiæ Rex designatur Elector Imperii. *Dubrauius.* Ægidius Romanus Theologus, natione Gallus, professione Augustinianus, carus Regi pulchro, creatur Archiepiscopus Bituricensis. *Annales Franc. Æmil. lib.* 8 *initio.*	15 Philippi 3. Audacis.
1286 Indict. 14.	2 Honorij 4.	4 Andronici Senioris Palæologi.	*Rodolphi* I. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 13. Philippo Sabaudiæ septimo Comiti mortuo, successit Amadeus 4. Philippus enim liberis destitutus, ex tribus nepotibus, hunc Amadeum Sabaudiæ Comitem esse voluit, cuius fratrem natu maximum, qui Thomas vocabatur, non Sabaudiæ, sed Taurinatium Comitem ex Testamento edixit. *Paradin. cap.* 43. *Chron. Sabaud.* Iacobus, alter Petri Arragoniæ Regis filius, se Regem Siciliæ dicit: quem aliqui scribunt hac de causa, Anathematis Religione ligatum à Pontifice. In Scotia obiit Rex Alexander 3 nullis relictis liberis. dum inter Ioannem Baliolum, & Robertum Bruseum de successione certatur, rem Scoticam administrabant Proreges sex, per annos totidem, & menses aliquot. Erant Baliolus & Bruseus ambo ex Regia stirpe Dauidis oriundi, sed Baliolus natione Normannus è Gallia, & Harcuriæ (Harcourt) Dominus. *Lesleu, Hector. Boet.* affirmat tamen *Ioannes Maior. libro* 4, vnum tunc Vallaseum (virum animi magnitudine, & viribus corporis memorandum) toti Scotiæ Proregem præfuisse. Tartari iterum vastant Poloniam. *Martin. Cromer.* viuebat tunc Monachus Raimūdus Lullus, ex Maiorica oriundus, eius scripta erroribus referta *Genebrard. lege Marianam lib.* 15. *cap.* 4.	1 Philippi 4. pulchri.
1287 Indict. 15.	3 Honorij 4.	5 Andronici I. Senioris, Palæologi.	*Rodolphi* I. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 14. Palatium Parisiense in Insula Regiæ Vrbis (vbi Ludouicus Hutinus, Pulchri filius, ex Senatu vago posteà sedentarium fecit) extruitur à Philippo Rege; vbi iudicia sine prouocatione fierent. *lege Æmilium sub initium lib.* 8. Eodem tempore Ioanna Regina, Gymnasium Campanum, quod Nauarræ dicitur, extruxit, & locupletauit. *Æmil Mater Historiarum, Genebrard.* obiit Romæ Honorius Papa 3, Nonis Aprilis. vacat Sedes decem menses, ob ægritudinem Cardinalium, qua apud S. Sabinam correpti sunt. *Onuph. Platin. Genebrard.* Geraldus Aruernensis, Chronicon Abbatum Cluniacensium produxit ad hunc annum. viuebant S. Rochus Narbo-	2 Philippi 4. pulchri.

nensis,& Guillelmus Durandus Episcopus Mimatensis(Mande.) author libri,quem Rationale inscripsit:dictus Speculator.

1288 Indict. 1. | 1 Nicolai 4. | 6 Andronici I Senioris Palaeologi. | 3 Philippi 4. pulchri.

Rodolphi I.*Caesaris,seu Regis Germaniae ann.*15. In precianorum agro(Bear)oppido Oloranensi (Lugdunum Cuquenorum vocant)Eduardus Rex Angliae per Legatos agens de pace componenda,effecit,vt Carolus Claudus(1283) dimitteretur è custodia,soluta non modica pecunia ; & ea porro lege, vt exoraret Pontificem de iure Siciliae Arragonensi adiudicando , & Carolum Valesii Comitem,vti cederet iure regni Arragonici, quod ei Martinus Papa attribuerat. durae conditiones, sed captiuitate fesso sustinendae. Nicolaus 4 Papa hoc foedus ratum esse noluit:affirmans suo iniussu , non posse transigi de Regno Sedis Romanae beneficiario. *Aemil.Mariana lib.*14.*c.*11.*Pandul.Collin.& alii.* Argon Tartarorum Princeps obiit: Principatum tenuit Ragaitus filius.*Sabel.*Tandem 22 Febr. Cardinales eligunt Pontificem, Hieronymum,natione Picenum , Franciscanorum olim Generalem,nunc Cardinalem Praenestinum,qui dictus est Nicolaus 4, laudatus à *Platina.* hic primus fuit è Franciscanorum Ordine Cardinalis. Rodolphus Imperator , putatur circa hunc annum, accepta pecunia,liberos fecisse Italiae populos.*Chron.Hirsaug.autore Trithemio.*

1289 Indict. 2. | 2 Nicolai 4 | 7 Andronici I Senioris, Palaeologi. | 4 Philippi 4. pulchri.

Rodolphi I.*Caesaris,seu Regis Germaniae an.*16.Pontifex,Carolum Claudum Regem creat vtriusque Siciliae,Romae 28 Iulii : hinc illi nouum bellum cum Iacobo Arragonio (qui Siciliam tenebat) etiam in Calabria:sed induciae in aliquot annos subsequutae sunt: *Sabel.Pandul.Collinut.*cessit vita hoc anno Lescus Poloniae Rex, nullis relictis liberis:ex quo, Polonia sine vllo certo Rege mansit in magnis motibus,vsque ad Praemislaum. *Martin. Cromer.* Elpis Sultanus Ægypti(qui etiam Babyloniae Sultanus tunc vocabatur)Tripolin, Sydonem, Tyrum, & quicquid Christianorum erat,praeter Ptolemaidem recepit hoc anno. *Blondus*,*Platin. Haiton.*Parochi, aliisque non pauci , Franciscanorum Priuilegiis irati , magnos nunc motus excitarunt. *Chron. Fland.* De horum paupertate, Decretalem edidit Nicolaus, *Exiit qui seminat.*

1290 Indict. 3. | 3 Nicolai 4. | 8 Andronici I.Senioris. Palaeologi. | 5 Philippi 4. pulchri.

*Rodolphi I.Caesaris,seu Regis Germaniae an.*17.Dandalo Duci Veneto vita functo succedit Gradenigus. *Contaren. Sabel.* Tartarorum Princeps in Asia Ragaitus occiditur à suis,& post eum, Baydo Christianus:successit Casan,qui se Christianum quoque, accepto principatu , profitetur. *Haiton.* Georgio Cyprio Patriarchae Constantinopolitano,succedit Athanasius Monachus. *Gregoras.*

1291 Indict. 4. | 4 Nicolai 4 | 9 Andronici I.Senioris, Palaeologi. | 6 Philippi 4. pulchri.

Rodolphi I.Caesaris,seu Regis Germaniae ann. 18. Rodolphus obiit hoc anno,mense Iulio,vel Septemb. Spirae. *Auentin.Cuspin. Albert. Argentin.* Obiit quoque Ioannes Alexii nepos , Lazorum Imperator : succedit Alexius Iunior. *Gregoras libro quinto, sub finem* , pax redintegrata inter Alfonsum Castellae Regem , & Philippum Francum. constituta etiam pax inter Arragonium & Philippum,sed post exactum hunc annum.*ex Mariana lib.*14.*c.vltimo:* vbi pacis recenset conditiones.Elpis moriens commisit filio Melec Tasseraph, expeditionem contra Ptolemaidem,quam secundo obsidionis mense cepit, pulsis Christianis in Cyprum: qui Finis fuit Belli Sacri anno 196, ab eo inchoato. *Æmil. Histor. Belli Sacri.* Circa hunc annum , vel paulo etiam ante, *notat Æmilius & Genebrardus*, institutum Senatum Tolosanum,à Philippo Rege,in gratiam Ocitanorum. duo item instituta Collegia Lutetiae:Choleticum,à Ioanne Choleto Cardinali,natione Picardo:& alterum Cardinalium, à Ioanne Mo-

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	Rervm Gestarvm Series	Reg. Franc.
			nacho Picardo,& Cardinale *Genebrard.* Notant *Polydorus lib. 17. Historiæ Angli.& Genebrardus*, habitum nunc Londinense Concilium: statutum, vt Iudæi pellerentur ex Anglia; & vt Monachorum Collegiis non darentur prædia, sine Regis permissu.	
1292 Indict. 5.	VACAT SEDES	10 Andronici I. Senioris, Palaeologi.	*Adolphi Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 1. Sub initium huius anni, Cæsar eligitur Francofurti (Helenopolim aliqui dictam scribunt) Adolphus Comes à Nassau. *Naucler. Trithem. Cuspin. & Auentinus*, qui mensem Maium notat. hoc eodem anno natum est secundum bellum Anglicanum, inter Francum Regem, & Anglum Edoardum. Francorum Historici in Anglos, Angli in Francos culpam reiiciunt. dicebatur classis Anglica egisse prædas, ex ora Normanniæ. dictus dies Anglo Regi; vt Franciæ Par & Beneficiarius, causam vexatæ Franciæ & Maiestatis diceret. non adfuit. Philippus Rex Burdigalam occupat. *Æmil.* obiit nunc Otho Episcopus, & Princeps Mediolanensis 8 Augusti; relinquens Theobaldum fratrem in Principatu successorem. eandem dignitatem tenuerunt posteri, annis 195. *Ionius*. Rex Arragoniæ Alfonsus, huius nominis II vita cessit, dictus Castus; sine liberis. hoc retulit *Pandulfus* ad ann. 1295. succedit Iacobus frater Siciliæ Rex. *Tarafa.* Cælibem scribit. *Mariana lib. 14. cap. 5. initio.* Diem clausit Nicolaus 4. Papa quarto Aprilis Romæ: vacat ex discordia Cardinalium Sedes annis 2 menses 3 dies 2. *Onuph.*	7 Philippi 4 pulchri.
1293 Indict. 6.	VACAT SEDES.	11 Andronici I Senioris, Palaeologi.	*Adolphi Cæsaris, seu Regis Germaniæ an.* 2. Edoardus Angliæ Rex Germanum Cæsarem sibi deuinxit, iungit ille societatem armorum in Francos. Anglo insuper adfuit Guido Flandriæ Comes. Humberto Delphino Viennensi vitam Monasticam professo, succedunt filii. huic Humberto bellum aliquandiu fuit cum Amadeo 4 Sabaudico. *Paradin. cap.* 44. dum inter Scotiæ Proreges non conuenit de Rege constituendo, Arbitrium defertur Edoardo Angliæ Regi, qui Baliolum nominat Regem, prius tamen tacite sibi deuinctum. *Hector. Boet. Leslaus in Baliolo.* Ægidius Romanus scribit libellum de regimine Principum.	8 Philippi 4. pulchri.
1294 Indict. 7.	1 Celestini 5	12 Andronici I. Senioris, Palaeologi.	*Adolphi Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 3. Tandem 7 Iulii eligitur Papa Petrus Morronus, dictus Cælestinus 5, ex Abbate Ordinis S. Benedicti. Hic vir sanctissimæ vitæ, cùm rebus agendis parum idoneus haberetur, sponte se Pontificatu abdicat 13 Decemb. postea 24. eiusdem mensis electus est Cardinalis Caietanus vocatus Bonifacius 8. *Platin. Onuph. Sabel. Blond.* Cælestinus ante suum Pontificatum instituit Ordinem illum Sancti Benedicti, qui dicitur Cælestinorum, confirmatum postea à Bonifacio. Anglica classis, cùm Normanniæ oram legendo, nullum operæ pretium fecisset, Rupellam obsessam cepit, & eadem vi Baionam expugnauit, minimè ausa Burdigalam aggredi, quam Præfectus equitum Francus propugnabat. *Guill. de Nangis, Chron. Franc.*	9 Philippi 4 pulchri.
1295 Indict. 8.	1 Bonifacij 8	13 Andronici I. Senioris, Palaeologi.	*Adolphi I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 4. Ad hunc ferè annum referenda est Heluetiorum nouissima origo, quando Asperi & Montani homines, nũc primum probata inter eos Regiminis forma populari, ab Imperatore: cœperunt ex paruis initiis alicuius esse nominis. *lege Stumphium in Chron. Heluet.* Habet hic annus aliquot prælia inter Anglos & Francos, in Aquitania; & Rionis, aliorumque oppidorum expugnationes. vario Marte circa Garumnam potissimum. *Chron. Fland. Annal. Franc. Guil. de Nangis.* Interea Valliæ populus Orientalis Angliæ rebellat, *Polydor.* obiit Sanctius 4 Castellæ Rex, relicto filio Ferdinando 4 puero nouem annorum, sub tutela matris. *Roderic. Sanct. Cartagẽ.* Historiam habet *Mariana lib. 14. cap. 16. & lib. 15. cap. 1.* Tandem in Polonia Rex eligitur Præmislaus, Dux Magnæ Poloniæ, & anni-	10 Philippi 4. pulchri.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			quo ritu ab Episcopis coronatur,quòd à 215 annis factum non erat.*vide an.*1079.Historiæ Poloniæ hunc primum legitimum Regem faciunt,à morte S.Stanislai.Circa hos annos viuebant Ioãnes Duns Scotus,Franciscanus, qui obiit 1308. *(ex Trithemio) &* Nicephorus Callistus,qui Historiam Andronico dedicauit.*Cocc.* 1300,	
1296 *Indict. 9.*	2 *Bonifacij 8*	14 *Andronici I.Senioris Palæologi.*	*Adolphi I.Cæsaris,seu Regis Germaniæ ann.5.* Prorogatur bellum Anglicanum in Aquitania. Anglus,expositis copiis,collatisque signis,male pugnat. nec felicius in Flandria : vbi Dux Robertus Atrebas, Insulam metu recepit,& iterum collatis signis hostem Anglum fudit.Brugæ quoque, & Furnæ se Franci Regis fidei permisere. *Æmil.Guil.de Nangis:Annal.Franc,Naucler.*Pax inter Francos & Arragonios superiore anno constituta est,autore Bonifacio;his cõditionibus,vt Caroli Neapolitani filia nuberet Arragonio ; Sicilia ad Ecclesiæ Romanæ ius rediret , & ad Francos,vt antea;vt Carolus Valesius abscederet iure Regni Arragonici.*Mariana lib.*14 *cap.vltimo.*Interea hoc anno Fridericus,Iacobi Arragonii frater,Siciliam occupat. Iacobus offert auxilia Frãcis aduersus fratrem.*Pandulph. Colnut. Tillius, & alij.* In Scotia Baliolus fidem male datam Edoardo Anglo Regi,rescindit. fœdus renouat cum Francis; Bruseo trãseunte ad Anglum. hinc Anglicum in Scotos redintegratum bellum : in quo victus, captusque dolo est Baliolus;expugnatis Castris Striuelingensi , Edinburgensi,& Dunbarreo. *Lesleus in Baliolo,Hector.Boet. Guil.de Nangis.*occisus est hoc anno Præmislaus Poloniæ Rex. Eligitur successor Vladislaus 23 Aprilis.*Martin.Cromer.*	11 *Philippi 4.pulcri.*
1297 *Indict. 10.*	3 *Bonifacij 8*	15 *Andronici I.Senioris Palæologi.*	*Adolphi I.Cæsaris,seu Regis Germaniæ an.6.* Abdicati duo Cardinales,è Familia Columnæ.*platin.Blond.*Anglus Rex , & Flandriæ Comes,missis Gandauo Legatis,petunt à Franco Rege & obtinent ad biennium inducias.*Annales, Guil.de Nangis.* scripsit hic autor vsque ad annum 1302. Alii appendicem addiderunt vsque ad annum 1368. viuebant hoc tempore Nicolaus de Lyra, Iacobus Picolomineus, Iacobus de Voragine, Georgius Pachymerus , & Paulus Venetus.	12 *Philippi 4.pulchri.*
1298 *Indict. 11.*	4 *Bonifacij 8*	16 *Andronici I.Senioris, Palæologi.*	*Adolphi I.Cæsaris,seu Regis Germaniæ ann.7.& vltimus;*quo omnibus factus ingratus , abdicatur Imperio per Electores mense Iunio,quando Albertum Austriæ Ducem substituerunt:& mox, commisso inter duos principes prælio,occisus Adolphus est: iterumque electus Albertus 9 Augusti , & coronatus Aquisgrani 24 eiusdem mensis.*Naucler. Auentin.Cuspin.*Iacobus Arragonius, vt promiserat,iunctis copiis cum Caroli Neapolitani classe, Fridericum Vsurpatorem Siciliæ profligat. ad quam victoriam sequuta est deditio Messinæ. & aliarum vrbium plurium : sed Arragonius ad sua reuersus,effecit,ne tota insula ad Caroli iura rediret.*Histor.Neapol. Pandulph.* Induciæ Francorum cum Anglo in pacem versæ.hinc Margarita Franci soror , Edoardo iuncta connubio. Aquitaniæ ciuitates redditæ Anglo. *Polydor.* Genuensium classis Venetis eripit 70 naues,insigni parta victoria, & post nouam victoriam,Cretam occupat. *Palmerius, Sabel.*Dum Baliolus in custodia hærebat(nunc dimissus,ex pace Angli Regis cum Francis) Vallaseus Dux bello clarus,inclinatas res Scoticas erexit, attritis Anglorum Legionibus.*Hector Lesleus,& alii.*Cassanus Tartarorum in Asia Princeps,victo Ægypti Soltano , Syriam totam nomine Christiano recepit , & vrbem insuper Hierosolymam. *Haiton.Sabel.* Sextus Decretalium liber hoc anno in lucem datus.Frates,seu Fratricelli (qui se tertii Ordinis Franciscanorum esse iactabant) Hæreseos damnati. *lege Genebrardum in Bonifacio.*	13 *Philippi 4.pulchri.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fra.
1299 *Indict. 12*	5 *Bonifacij 8*	17 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Alberti I. Cæsaris, seu regis Germaniæ ann.* 1. Bonifacio renuente confirmare Alberti electionem, ipse cum Philippo Franciæ Rege in Lotharingia fœdus init, concessitque Arelatense Regnum (quod à morte Friderici tenebant Franci) omnino Franci iuris deinceps futurum. *Vignerius. Annal. Guil. de Nangis. & alij.* Carolus Valesii Comes, Flandriam cum exercitu repetiit, effecitque vt tota Flandria Francis pareret. *Aemil. Marchant. in Guidone.* Baliolus à custodia Anglicana emissus, cùm à Scotis non reciperetur, rediit ad suos in Gallias, vbi diem clausit. Vallaseus res Scoticas tuetur contra Anglos. sed nobilium inuidiam non ferens, tandē se Magistratu abdicat. *Polydor. & Leslæus in Baliolo.* In Polonia Vladislaus Regno à suis priuatur: quod ad Venceslaum Bohemiæ Regem transferunt. *Martin. Cromer.* Templarii, parata classe, Athenas capiunt: quam deinde vrbem, egregie munitam, retinuit Florentinus quidam, usque ad captam à Turcis Constantinopolim. *Sabel. Laonic.* hoc anno vocatur ab Hungaris Carolus Martellus, *de quo* 1301. quo anno obiit Andreas rex.	14 *Philippi 4 Pulchri.*
1300 *Indict. 13.*	6 *Bonifacij 8*	18 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Alberti I. Cæsaris, seu regis Germaniæ an.* 2. Vallaseus, post abdicatum regni Scotiæ regimen, dolo Montethi captus, traditusque Edoardo Anglo Regi, diris cruciatibus, vltimoque supplicio afficitur. Interea Cumenus euadit Scotiæ Gubernator. *Leslæus in Baliolo.* Iubilæum centesimo quoque anno celebrandum instituit Bonifacius. *Platin. Genebrard.* Turcæ, vti ante dixi, in 7 Satrapias Asiam suam minorem diuiserant. ex his vnius Princeps Otman, cui obuenerat forte Bithynia, cæteras sibi subiecit magna ex parte: & ab hoc Christi anno initium Regni posuisse, dicitur: regnauitque annis 28. *Blond. Cuspin. Sabel.* acceditque ad hoc *Gregoras lib.* 7. qui tempore huius Otmanni viuebat.	15 *Philippi 4. Pulchri.*

CENTENARII DECIMI QVARTI INITIVM.

Regna.

VIx habet hoc Seculum in Europa regnorum mutationem: vbique tamen bella, terra marique aluere mortales teterrima. Luctuosum sanè inter Francos & Anglos gestum bellum, vtrique genti peracerbum; & quo nullum grauius post Romana arma gesserunt Franci, aut in quo Francica Monarchia singularem Diuini Numinis prouidentiam magis sit experta. In Oriente crescebat Turcarum potentia: Tartarorum imminuta plurimum. Mauricæ res attenuatæ in Hispania.

Status Ecclesiæ.

MAgna huius Seculi parte Romanorum Pontificum Sedes erat Auenio, Legato res Italicas curante. Ludouicus illorum Imperatorum vltimus, qui Pontifici Summo bella indixerunt, moriens paci locum fecit. Hæreticorum monstris non caruit hoc Seculum; sed quadam vicissitudine, vt fit, alijs alios pellentibus: accessit demum 30 annorum immane Schisma. cætera lege ad an. 1381.

Doctrina.

ECclesiæ, & Traditionum Authoritas. *Dur. in tertium, d. 25 q. 2. ad 1 Augustin. Triump. in sua Summa de Potest. Eccle q. 10.* Primatus. *idem Augustinus q. 7. Durand. in quartum, d. 24. q. 5.* Liberum Arbitrium. *idem* Durand. *in secundum d. 24 q. 1. 2. 3* Bona Opera, & Merita. *idem in tertium, d. 23. q. 8.* Sola Fides exclusa. *hoc testantur cum Durando iam citato, Ludolphus* Carthusianus *de Vita* Christi *c. 66. & illorum temporum æquales Theologi.* Eucharistia & Sacrificium. *idem* Ludolfus *p. 2. illius Operis c. 56. Duran. in quartum q. 1. d.* 10. pœnitẽtiæ Sacram. Dur. *in quartum, d 17. qu 9 a. 1.* Purgatorium. *Dur. in quartum, d. 45. q. 1. Ludolfus citatus p. 1. c. 20.* Inuocatio Sanctorum. Dur. *in quartum, d. 45. q. 4 a. 1.* Reliquiæ. *August. Triump. de Potest.* Eccl. *q. 17. a. 3 ad secundum.* Cælibatus. *Dur. in quartum, d. 37. q. 1.* Abstinentia à cibis. *idem eodem loco, d. 15. q. 1. a. 1. His verioris doctrinæ testibus hoc Seculo receptæ, consentientia scribunt plures, illius temporis æquales.*

Christi.	Pont.	Imp.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
1301 *Indict. 14.*	7 *Bonifacij 8*	19 *Andronici Senioris Palaeologi.*	ALberti 1. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 3.* Imp. 1, narrat *Aemilius* natum hoc anno graue dissidium, inter Bonifacium, & Philippum Pulchrum Franciæ Regem. Causam dat tum ob imperiosas vtrinque literas, tum ob Episcopũ Epamensem traditum in custodiam. Regem renuentem dimittere, execratur Pontifex, *inquit idem. Autor*; cùm paulo ante Carolum Valesii Comitẽ, Regis fratrem, præfecisset Beati Petri Patrimonio. *Guil. de. Nangis, & alij.* Bonifacius Pulchrũ Regem iudicans hostẽ, Albertum Cæsarem dicit. *Aemilius.* literas tamen vtrinque missas, conuiciis quidem plenas, idem *Aemilius* confictas putat. Cumeno Scotiæ Gubernatore, Anglorum exercitus in Scotiam immissus triplici prælio memorabili fusus est: sed cùm Rex ipse, auctis copiis aduenisset; coacti Scoti, ad loca ardua & inaccessa se recepere.	16 *Philippi 4. Pulchri.*

Constanti	Pont.	Imp	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
			Polydor. Vergil. Andrea Hungariæ Rege mortuo sine liberis, succedit electione quorundam, Venceslaus, filius Othonis Regis Bohemiæ. Carolus Martellus, Caroli Claudi Neapolitani filius ab aliis Rex renuntiatur: matrem enim habuit Mariam, Stephani Regis Hungari filiam. *Bonfin. Chron. Hungar.* sed anno 1302. obiit hic Carolus, ante adeptam, vt optabat, Hungariæ possessionem. *Bonfin.* reliquos Caroli Claudi filios *habet Pand. an.* 1309. Ioannes Sozopolites abdicat se Patriarchatu Constantinopolitano. Subrogatur iterùm Athanasius, qui ante Ioannem Sedem tenuerat. *Gregoras.*	
1302 *Indict. 15.*	8 *Bonifacij 8*	20 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 4. Imperat 2.* Nunc primum ad Acum ventorum indicem, inuenta nauigandi ratio. Contigit hoc anno Curtracensis pugna: vbi temeritate Roberti Atrebatium Comitis, Flandri rebellantes insignem de Francis victoriam reportarunt, mense Iulio, cæsis Roberto Atrebate, Iacobo Sancti Pauli Comite, aliisque viris illustribus. *Aemil. Tillius. Annal. Chron. Franc. & Guillelm. de Nangis. Chronicon*, ad hunc vsque annum productum. Atrebatium Comitatum Rex dono dedit, Othoni Burgundiæ Comiti. Isabella Franci Regis filia nubit Edoardo Iuniori Anglo. *Aemil.* diem obiit Mahoma Rex Granatensis: successit filius luminibus captus. *Mariana lib. 15. cap. 5.* Hic annus est, quo *Nauclerus, Platina, Genebrardus, & alii*, scribunt à Bonifacio Philippum Franciæ Regem priuatum Regno. In quem Pontificem, Francorum Historici stylum acuerunt: laudatur tamen ab iis, qui eius vitam scripserunt: periit ille quidem in Custodia, posteà captus operâ Philippi Regis: sed quodnam de his, Rege & Pontifice, principibus, aliorum fuerit iudicium, non dissimulauit in sua Chronogia *Genebrardus.*	17 *Philippi 4. Pulchri.*
1303 *Indict. 1.*	9 *Bonifacij 8*	21 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 5. Imp. 3.* Cæsi sunt aliquot præliis, hoc anno, non pauci Flandri a Francis. Vido Flandriæ Comes, datâ, Franco Regi fide, emissus è custodia ad motus Flandricos componendos: cum nihil effecisset, rediit, obiitque Compendii post annum vnum, 8 Kal. Martii. *Aemil. Annal. Franc. Marchant. Chron. Fland.* Burdigalenses, eiectis Francis, redeunt ad iura Angli Regis. Francus, pacis cupidus, Aquitaniam integram, vna cum iam desponsata sorore Isabella, Anglo permisit (1302.) *Annal. Franc.* Edoardus Rex, mirè Scotos iam victor persequitur; & latè Regnum populatus, omnia Scotorum iura, ac monumenta, vel euertit vel mutat, asportata etiam Londinum marmorea Cathedra, quam Scoti fatalem dicebant. *Ioannes Maior, Hector Boet. Lesleus, in Baliolo.* Mortuo Forico Lotharingiæ Duci, succedit filius Theobaldus 2. *Richardus Vassburg.* Bonifacius Papa, ab hoste Sarta Columnio (quem Francus Rex à Saracenis paulò ante captum redemerat) interceptus, auxilio Philippi Regis, in custodia periit mense Octobri. *Aemilius, Tillius, Platina, Nauclerus, Onuphrius, Mariana libro 15. capite sexto.*	18 *Philippi 4. Pulchri.*
1304 *Indict. 2.*	1 *Benedicti XI.*	22 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 6. Imp. 4.* Post mortem Bonifacii electus eodem illo anno, Benedictus, dictus XI. patriâ Taruisinus. sedit tantum 8 menses, post quem vacat Sedes annum 1 mens. 1. hic quæstionem egit de Bonifacii interfectoribus, sed Regem Franciæ Anathematis vinculo liberat, & Bonifacii acta omnia in Francos rescindit. Pugnat Franci aduersus Flandros ad montem Populeti, graui quidem Regis periculo: sed tandem victoria à Francis stetit: post quam anno sequenti sequuta est pax. *Aemil. Iacobus Meier. Annal. vetus Chron. Fland.* na-	19 *Philippi 4. Pulchri.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			scitur Petrarcha, *ex Palmerio*. Mortuo Cassano Tartarorum Principe in Asia, principatum tenuit Carbaganda, qui posteà Christiano nomini nuntium remisit. à quo tempore, dum Syriam retinuit Sultanus Ægypti; dumque Asiatici Turcæ proferūt Imperium versus Assyriam; concidit cum religione, Tartarorum Imperium in illis Prouinciis. *Haiton.* Benedictus papa, restitutis in integrum duobus Cardinalibus Columniis, dum impensè studet vnioni inter Principes, diem obiit Perusiæ 7. Iulij. *Onuph. Genebrard. Platin.* vacat Sedes.	
1305 Indict. 3	1 Clementis 5	23 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Alberti* 1. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 7. *Imp.* 5. Pax constituta inter Francum Regem, & Flandros, dimissis è custodia duobus Vdonis, iam anno 1034 mortui filiis. ex iis patri successit Robertus 3, dictus Bethunius. *Marchan. lib.* 2. *in hoc Roberto: & lib.* 1. *de Galloflandria*: vbi de hac pace Lilana scribit, & oppignoratione Galloflandriæ Franco Regi facta, eiusdēque post 60 annos restitutione. *vide descriptionē Flandriæ.* Hungari Regem sibi constituunt Othonem Bauariæ Ducem. *Bonfin.* post obitum Venceslai Bohemiæ & Poloniæ regis, succedit filius Venceslaus Iunior, breui extinctus dolo Alberti Imperatoris. *Auentin. lib.* 7. *Martin. Cromer.* tandem Pontifex electus Perusię, 5 Iunij, Clemēs V, Burdigalensis Diœcesis, absens in suo Episcopatu Burdigalensi, Raimundus Delgoth ante vocatus: Bertrandi Equitis filius. *Onuph.* Cardinales ex Italia, ille Burdigala Lugdunum veniunt, pridie Idus Nouemb. in Ecclesia sancti Iusti coronatur. In pompa adfuere tres Reges; Francus, Anglus, & Arragonius. paries vetustate & onere superstantis multitudinis procumbens multos oppressit. Sedes Papalis Romā Auenionem ob seditiones Italicas ab eo translata est, perculso reliquo Christiano orbe, & indignante Italia; tunc primùm, *inquit Aemilius*, in Prouinciam, atque adeo in ordinem redactâ. hæsit ibi minimum annis 70. tres missi Cardinales, qui res Romæ, & in Italia gererent. *Platin. Genebrard. Till. Mariana lib.* 15. *c.* 8.	20 Philippi Pulchri. 4.
1306 Indict. 4.	2 Clemētis 5	24 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Alberti* I. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 8. *Imp.* 6. Extincto Venceslao Bohemiæ Rege, Imperator breui Regnum effecit suum. hactenus ibi Reges Beneficiarij erant Imperatoris. *Auentin. Martin. Cromer.* Robertus Bruseus apud Anglum Regem postulatus Maiestatis à Cumeno, magna arte elapsus, Scotiam intrat, & occiso hoste Cumeno, Regnum sibi parat: Scotiæ Rex coronatur, grauia adhuc passurus ab Anglis. *Hector Boet. Polidor. Leslæus.* In Polonia Vladislaus, reuocatus à Polonis, renuntiatur Rex. *Chron. Polon.* Iudæi à Rege spoliati, & pulsi è Gallia. *Aemil. Till. & alij.* Clemens Burdigalæ nunc est, annumque hæret ibi integrum. *Chron. Monfort.*	21 Philippi Pulchri. 4.
1307 Indict. 5.	3 Clemētis 5	25 Andronici 1 Senioris, Palaeologi.	*Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 9. *Imp.* 7. Pontifex Augustoriti Pictonum agit cum Rege Franco de pace, inter ipsum & Anglos: ac de puniendis Templariis: quos postea iustis de causis Pontifex suppressit: eorum bona militibus Rhodiis adiudicata: pars etiam aliqua Regi Franco concessa. *Aemil. Platin. Mariana lib.* 15. *cap.* 10. *Genebrard.* Pauci Heluetii, Alpium incolæ, ab Alberti Imperatoris ministris vexati; inito fœdere, cœperunt iniuriam propulsare: à quibus paruis initiis, plures hodie confederatæ Prouinciæ Heluetiorum nomen receperunt. *Stumphius.* Ludouicus Philippi Franci filius, Pampelonæ coronatur mense Iunio. Edoardus Angliæ Rex, magni animi Princeps, diem obiit 7 Iulii in Scotiæ finibus: hoc vno exemplo crudelior visus, quòd nobilium Scotorum obsides, moriens iusserit agi in crucem. Successit filius Edoardus 2, cognomento Carnarnen. *Hector Boet Polydor. in fine lib.* 17. *Leslæus.* Interim Bruseus	22 Philippi pulchri. 4.

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			Rex, rem Scoticam, plane inclinatam, sensim erigere conabatur, ope Iacobi Duglasii, qui nobilissimæ familiæ nomẽ dedit, & initium. *Authores citati.*	
1308 *Indict. 6.*	4 *Clementis 5*	26 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Alberti 1. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 10. *Imp.* 8. Albertus Imperator à fratris filio Ioanne, aliisque paucis comitibus, impiissime trucidatur, magnus Princeps, 1 Maii. Electores Francofurti 1 Nouemb. renuntiant Imperatorem Germaniæ Henricum Comitem Luceburgensem. electio probata fuit à Summo Pontifice. Dux Austriæ creatur Fridericus Alberti Imperatoris filius. *Nancler. Auentin. Cuspin.* Isabella filia Philippi Pulchri nubit Edoardo huius nominis 2, Anglo Regi. *Annal. Franc.* Gualterus Hemmyng. Historiæ suæ Anglicanæ finem imponit, quam à Normannorum Regni initio protraxit. obiit nunc Scotus Theologus Franciscanus, eorum, qui sunt à Diuo Thoma dictus Antagonista.	23 *Philippi 4. Pulchri.*
1309 *Indict. 7.*	5 *Clementis 5*	27 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Henrici 7. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 1. Obiit Carolus Rex Neapolitanus, dictus Claudus, mense Maio: succedit filius Robertus, mortuo iam Carolo Martello, natu maximo, quem postulauerant Regem Hungari iure materno. acta res ista fuit, consentiente Pontifice. *Onuph.* coronatus 8 Septem. *Blond. Sabel. Pandulph.* huius quoque Roberti erat Phocensis Prouincia, cui Auenio contribuebatur. exercuit tunc Iurisconsultorum ingenia, quæstio inde orta de Carolo Norberto Martelli filio, qui Regnum petebat iure repræsentationis. vicit Baldi sententia. Publicæ vtilitatis habita ratio est, posthabito iure repræsentationis. effecit tamen summus Pontifex, vt sequenti anno, Hungariæ Rex reciperetur Caroli Martelli filius, *(de quo ad annum 1299. 1301. & 1310.)* sed post longa dissidia. *Bonfin. Chron. Hungar.* Clemens Papa Auenionem venit indixitque Concilium.	24 *Philippi 4. Pulchri.*
1310 *Indict. 8.*	6 *Clementis 5*	28 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Henrici 7. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 2. Veneti, quod occupassent Ferrariam, Sacris interdicuntur à Clemente eorũque bona vbique terrarum primi occupantis decernuntur: excitatis etiam in eos, Belli Sacri militibus, à quibus victi Veneti ad Ferrariam, veniam errati deprecantur per Franciscum Dandalum, abiecte se prosternentem ad pedes Pontificis. *Chron. Monfort. Blond. Sabel.* hæc Auenione egit Pontifex: ac proinde non ante hunc annum. diem clausit Ferdinandus 4 Castellæ Rex 1 Id. Septemb. In strato repertus exanimatus, dum à prandio daret se somno. Regnum tenuit filius Alfonsus 11 Castellæ Rex. *Alfon. Cartagen. Volaterranus. sed Mariana lib. 15. cap. 11. & 12.* hæc refert ad annum 1312. Carolus Norbertus Hungariæ Rex nunc coronatus, regnat annis 32. *Bonfin. Chron. Hungar.* est hic Carolus Martelli defuncti filius, Claudi nepos, *vt an. 1309. commemoraui.* Robertus patruus, Neapolim, & Phocensem Prouinciam adhuc tenebat. Est quoque hic annus excidii & supplicii de Templariis sumpti per Gallias. *Chron. Monfort.* Rhodus insula Turcis erepta, fuit deinceps penes Equites S. Ioannis Hospital. Hierosol, *Ibidem.*	25 *Philippi 4. Pulchri.*
1311 *Indict. 9.*	7 *Clementis 5*	29 *Andronici 1. Senioris, palaeologi.*	*Henrici 7. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an.* 3. Henricus, vt erat in conditionibus approbatæ electionis à Clemente, Italiam ingressus, sedat ciuitatum dissidia: & coronatus Mediolani, hibernat Genuæ. *Ionius, Blond.* Obiit Theobaldus huius nominis 2 Lotharingiæ Dux. Ducatum tenuit filius Foricus, dictus 2. *Richard. Vasseburg.* In Anglia Petrus Gauistanus seu Gauerstonus, occisus à Proceribus Regni, qui Regem, omniaque ad nutũ regebat: parũque adfuit, quin de Regis abdicatione decerneretur. *Polyd. in Edoardo 2. initio lib.* 18. Inchoatum est 1 Octobris Viennense	26 *Philippi 4. Pulchri.*

Christi	Pont.	Imp		Reg. Franc.
			Concilium Generale 15 Præside Clemente V. adfuere tres Reges; Francus, Anglus, & Tarraconensis, seu Arragonius: Patriarchæ Alexandriæ, & Antiochiæ: Episcopi 114 (aliqui numerant 300) præter Abbates, & Doctores: actum de recuperanda Terra Sancta: damnatæ Hæreses: suppressus Templariorum Ordo: decretum de moribus Clericorum. extant aliqua in Clementinis. Concilium hoc extat Tomo 3 Conciliorum. *Platin. Palmer. Car. Ballarmin. lib.* 1 *de Conciliis c.* 5. Habetur huius Concilii decretum Clem. vnica. de sum. Trin. & fide, definiens ab eo tẽpore si quis asserat, seu tenere pertinaciter præsumat, quod anima rationalis seu intellectiua, non sit forma corporis humani per se & essentialiter, censendum hunc tanquàm hæræticum. hæc pene ipsius Decreti verba.	
1312 *Indict.* 10.	8 *Clemẽtis* 5	30 *Andronici* 1. *Senioris, Palaologi.*	*Henrici* 7 *Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann* 4. *eius nominis* 6. *Imp.* 1. Henricus hoc anno Romam peruenit: vbi à destinatis Cardinalibus coronatur 1 Augusti. *Blond. Sabel. Naucler. Cuspin.* dedit operam in hoc itinere, vt Italiam factionibus purgaret. Robertus (*de quo ad ann.* 1309.) venit in Phocensem Prouinciam, dûm Papa esset Auenione: à popularibus salutatur Comes: à Clemente Rex vocatus est: vtrique (nouo inito consilio) periculosum visum, si Henricus vrbe & Italia, vt fieri cœperat, potiretur. *Aemil.* huc vsque producta sunt Chronica, dicta Monfortensia; quæ testantur Lugdunum nunc obuenisse Franco Regi, ex permutatione aliqua cum vrbis illius Archiepiscopo, Petro Sabaudiensi. Alii etiam aliud addunt. *Guill. de Nangis, & Annal. Franc.* Constantinopoli creatus Patriarcha Niphon.	27 *Philippi* 4. *Pulchri.*
1313 *Indict.* 11.	9 *Clemẽtis* 5	31 *Andronici* 1. *Senioris, Palaologi.*	*Henrici* 7. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ an.* 5. *eius nominis* 6. *Imper.* 2. Dum Henricus expeditionem parat in Regnum Neapolitanum, diem clausit mense Augusto: fama fuit veneno extinctum. *Genebrard. Naucler. Cuspin. Auentin.* Certatum est inter Electores, de successore per 14 menses: Friderico Austriæ, & Ludouico Bauariæ Ducibus, Imperium ambientibus. In Scotia Robertus Bruseus Rex, Donaldo, aliisque Anglorum fautoribus deuictis, arcem Aberdonensem captam euertit: Pertho oppidum cepit, Sterlingo demùm, & Edinburgo potitus, Scotiam recepit vniuersam. *Hector Boet. Lesleus.* Post Petrum Gradenicum, ducit res Venetas Martinus Zorti, 10 mensibus: cui successit Ioannes Foreni Superancius. *Sabel*	28 *Philippi* 4. *Pulchri.*
1314 *Indict.* 12.	SEDES *Vacat.*	32 *Andronici* 1. *Senioris, Palaologi.*	*Schisma in Occid. Imp. inter Ludouicum Bauariæ, & Fridericum Austriæ, Duces.* Tandem mense Octobri, discordes in Germania Electores renuntiant Cæsarem Germanicum: hi quidem Ludouicum Bauariæ: illi Fridericum Austriæ, Duces. quæ res ciuili bello per aliquot annos afflixit Germaniam. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Dum res in Gallia turbantur, ob nimias exactiones, & quod signatum argentum (*ex Aemilio*) non iustæ probitatis esset: Rex ipse in venatione equo lapsus, moritur 29 Nouẽb. idque hoc anno. *ex Nangis Annal. Franc. & Bernardo Guidonis*, qui nunc viuebat. licet ad annum 1313 referat hoc *Aemilius*. In Scotia Robertus Anglorum exercitum fudit ingentem; cæsis, vt ferunt, peditum 50000. *Hector Boet. Lesleus Polydor. Ioannes Maior.* contigit insignis hæc victoria ipso die, qui sancto Ioanni Baptistæ sacer est, cum peccata Exomologesi expiassent futuri victores, & aciem, sacra Christi imagine, velut altero Labaro muniuissent. Quàm te, Princeps, qui iurè hodie sceptra Britannica tenes; debent hæc domestica permouere exempla, & auorum, sub veræ Religionis professione facta gloriosissima: vt nouo hoc, quod circumfertur, dogmate posthabito: habeas tandem illius in Deum fidei rationem, sub qua, per innumeros penè, & verè Catholicos Reges, Imperij	29 *Philippi* 4. *Pulchri.*

Christi	Pont.	Imp	RERVM GESTARVM SERIES. 529	Reg. Franc.
			Imperij Britannici gloria ad te deriuata est. Clausit nunc diem Clemens Papa 20 Aprilis: vacat Sedes annis 2, & aliquot mensibus. *Platina, Onuph.*	
1315 *Indict. 13.*	SEDES *vacat.*	33 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 1. Ex tribus Philippi Pulchri liberis, (qui omnes regnarunt,) primus & natu maximus regnat Ludouicus Hutinus: quod Principis cognomen, veteri Gallorum idiomate tumultuosum notat. Grauissimi tributi indicendi autorem insimulat populus Engeranum Normannum, Longeuillae Comitem, & Fisci summum praefectum: demùm Peculatus reus, furca suspenditur, euersa eius statua pridie Kalend. Maii, Caroli Valesij operâ. *Æmil.* Rex in Galliam reuocat Iudaeos. Senatus Parisiis statarius constituitur. *Aemil. & Nangis.* In Italia Guelphi & Gibellini passim ferè pugnant. *Blond. Pandulphus.* Niphon Patriarcha Constantinopolitanus, ob varia crimina abdicatur; substituitur Ioânes Glicys, λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τοῦ δρόμου: sed post annû, cùm vxor Monasticum habitû iuduisset. *Gregoras lib. 7 sub finem.* Hiberni fratrem Roberti Brusei Regis, sibi Regem petierant. Robertus cum exercitu in eam Insulam traiiciens, adfuit aliquandiu fratri: sed post quadriennium, res Hibernica stetit ab Anglis. *Polydor.* nunc putatur Franciscus Mayronus Franciscanus, inuexisse examen illud Sorbonicum, Theologorum accuratum, & illustre per diem integrum, nullâ interposita mora. *Genebrard. in Clemen.* 5.	1 *Ludouici 10. Hutini.*
1316 *Indict. 14.*	SEDES *vacat.*	34 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 2. Propagatur bellum ciuile Germanicum, dum adhuc ius Caesarii nominis in controuersia versatur. *Naucler. Cuspin.* moritur Rex Franciae Ludouicus, 5 Iunii, ad saltum Vicenarum, (*bois de Vincennes:*) successit Philippus Longus, alter Philippi Pulchri filius, exclusâ Ioanna Hutini filia: &, vt Duci Burgundiae fieret satis, qui Ioannae Regnum petebat, contra Salicam Legem, datus ei est Burgundiae Comitatus, & Philippi Longi filia in matrimonium. *Aemil.* Tandem Lugdunum veniunt Cardinales: vbi 7 Augusti renuntiatur Papa Ioannes 21. dictus 22. coronatus ibidem 7 Septemb. anteà vocatus Iacobus, patria Gallus, & Cadurcensis, humili loco natus; ex Episcopo Auenionensi, & Cardinale Portuensi, creatus Summus Pontifex. sedit Auenione annis 18. Aureorum Florenorum decies & septies centena millia reliquit in aerario Pontificio, *inquit Genebrardus.*	2 *Ludouici 10. Hutini.*
1317 *Indict. 15*	1 *Ioannis 21 dicti 22.*	35 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 3. Philippus Longus coronatur Rhemis 6 Ianuarij: & exceptus honorificè à Pariensibus, conuocat Comitia: decretumque est, pro vetere Francorû more & instituto, repellendas foeminas à successione Regni Franciae. *Appendix ad Chron. de Nangis.* Beruicum Scoti recipiunt, & supplicio animaduersum in nobiles, qui Anglo Regi fauebant, habitis Regni Comitiis Perthi: quae ob caedem nobilium, vulgò Nigra appellata sunt. Robertus Rex, ad repellendas Anglorum incursiones ducit in Angliam exercitum. Pugnatum feliciter à Scotis est ad Bylandum, fuso fugatoque Anglorum exercitu. quo tempore Hamptoun, nobilis Anglus, ad Scotos deficiens, initium dedit illustrissimae Hamiltoniorum familiae. *Lesleus, Hector Boet. Polydor. Vergil.* Ioannes Papa Tolosae in Gallia Archiepiscopatum instituit. *Continuator de Nangis.* Clementis 5 Constitutiones approbatas, iubet publicè per Vniuersitates explicari.	1 *Philippi 5. Longi.*

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
1318 Indict. 1.	2 Ioannis dicti 22.	36 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici V. Bauari Caesaris, seu Germa. regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 4. Hic annus est renouati foederis inter Francum & Scotum Reges. *Leslaeus in Bruseo, Hector Boet.* viuebant nunc duo Dominicani, Petrus à Palude, & Durandus, qui scripsit in Magistrum Sentent. Episcopus Aniciensis; diuersus ab illo, qui Author Rationalis Diuin. Offic. dictus est Speculator. *Tritem. Cocc. an.* 1320. Sub idem tempus viuebant Martinus Polonus, Guil. OKamus Franciscanus, Herueus Brito, Niceph. Gregoras, Landulphus Carthusianus, Guido Carmelita, Aureolus, & Simon de Cassia Augustinianus. *Cocc.*	2 Philippi 5. Longi.
1319 Indict. 2.	3 Ioannis dicti 22.	37 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici V. Bauari, Caesaris, seu Germã. Regis, in Schismate cõtra Fridericum Austriae Ducem. an.* 5. Pastores & Bubulci armantur sponte ad bellum Sacrum: sed res tota versa est in latrocinium & piraticam. Pace constitutâ cum Comite Flandriae, Ludouicus Niuernensium Comes, Franci Regis filiam Margaritam connubio accepit: & Maria, tertia Regis filia, nubit Delphino Viennensi. *Aemil. Till. an.* 1317. Instituti aliquot Ordines noui Fratrum montis Oliueti Senis, *ex Onuph.* & militum IESV CHRISTI in Lusitania, quibus Templariorum bona adiudicata sunt. *Genebrard. Mariana Histor. Hispan. Aubertus c.* 13.	3 Philippi 5. Longi.
1320 Indict. 3.	4 Ioannis dicti 22.	38 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici* 5. *Bauari Caesaris, seu Germaniae Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 6. Nec sedantur adhuc, inter Fridericum & Ludouicum, Germanici motus, nec quiescunt Italicae factiones inter Guelphos, & Gibellinos. Genua tamen hoc anno, obsidione, qua à Gibellinis premebatur, liberata est. *Pandulph.* Vladislaus coronatus Poloniae Rex 20 Ianuar. Cracouiae: vbi deinceps asseruata sunt Regum insignia. *Martin. Cromer.* Turcae, traiecto Hellesponto, Chersonesum occupant: & indè in Thraciam excurrere coeperunt. *Gregoras, Laonicus lib.* 2. Constantinopoli Patriarcha constituitur Gerasius Monachus. *Gregoras lib.* 8.	4 Philippi 5. Lõgi
1321 Indict. 4.	5 Ioannis dicti 22.	39 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici V. Bauari, Caesaris, seu German. Regis, in Schismate contra Fridericũ Austriae Ducem an.* 7. Andronico Seniori Graeco Imperatori exoritur bellum contra Iuniorem Andronicum nepotem: qui Thraciam occupans, auoque negotium facessens, magnam Turcis grassatoribus viam strauit. *Gregoras.* Rebelles in Anglia à Rege perdomiti. *Polyd.* Ioannes à Poliaco Theologus, iussus à Pontifice Palinodiam canere, qui asserebat Exomologeses, seu Confessiones, tantùm à Curione exceptas probari: & quas ex Priuilegio excipiunt Mendicantes, improbari. *Aemil. Nangis.* verùm non est ausus hic Author (vt cum Theologis loquar in re Theologica) asserere, has Confessiones nullius esse valoris: sed si absque Curionis facultate fierent, non liberare poenitentem, ab obligatione annuae Confessionis Parocho iterùm, & integrè faciendae. quam rem satis inter alios attigit noster *Suares, Tomo de Poenit. disp.* 16. *sectione* 2 *initio.* extat quoque huius anni Constitutio eiusdem Pontificis de Mendicantium paupertate; *in Extrauag. cùm quorundam: de verbor. significat.* Nicolaus tertius, abrogato dominio (quod esse voluit penes Papam, vel dantem) vsum aliquem bonorum Mendicantibus reliquerat. Ioannes vsum, in rebus, quae vsu consumuntur, non putauit à dominio posse distingui, nec eripi Mendicantibus tale dominium. Nostri Theologi, ne ἀντινομίαν concedant, pleraque comminiscuntur de iuris & facti vsu vatio. Sed de hoc illi ex instituto, cum de dominio disserunt: nos aliud agimus.	5 Philippi 5. Lõgi

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
1322 Indict. 5.	6 Ioannis 21 dicti 22.	40 Andronici 1. Seniorus, Palaeologi.	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 8. Tandem Fridericus Austriae Dux Bauariam, seu Baioariam cum exercitu ingressus, superatur à Ludouico Bauaro mense Septembri; & post triennij custodiam dimissus, exceptusque à suis, breui diem clausit. à qua pugna Ludouicus solus pro Caesare se gerit. *vide* 1314. caeterùm *Nauclerus & Onuph.* huic Christi anno hanc victoriam asscribunt: alij anno 1323, vt *Nangis, & Auentin.* Obiit 3 Ianuarii Rex Franciae Philippus Longus: regnat Carolus Pulcher, frater, Nauarrae Rex, quartus huius nominis: coronatus 12 Febr. Post Gerasimum Patriarcham Constantinopol. substituitur Esaias. *ex Gregora lib.* 8. Promulgata est hoc anno Constitutio Ioannis 22, cuius initium est AD CONDITOREM CANONVM: non sine Franciscanorum offensione aliqua, ex quibus nonnulli transierunt ad partes Ludouici Imp. Pontifici infensissimi. ex iis erat Guillelmus Okamus ex Anglia. euasit iste stipendiarius Imperatoris, *inquit Genebrardus*, vt stilum acueret in Pontificem: à quo tandem anathemate obstrictus Okamus, damnatur ab Vniuersitate Parisiensi, exustis impiis eius libellis, *Aemil. Trithem. Genebrad. & alii.* mentiri certum est *Caluin. lib.* 8 *primarum Institutionum, num.* 133, dum asseruit, Ioanni 22 animas visas mortales. tantùm probabile ille putauit (quod ita sentire viderentur aliqui Patres antiqui) animas, ante Iudicii extremi diem, non frui clarâ Dei visione. In quo etiam ipsum excusat idem ipsius insecutor Okamus: nec ipse aliquid de hac diuersa quaestione definiuit. *Lege Six. Senen. Biblioth. lib.* 6. *annot.* 345. Benedictus tamen (*de quo ad annum* 1334.) Decretalem de ea edidit. *Genebrardus in Benedicto* 11. Diem claudit Robertus Flandriae Comes, dictus Bethunius, *Marchan.*	1 Caroli 4. Pulchri.
1323 Indict. 6.	7 Ioannis 21 dicti 22.	41 Andronici 1 Senioris, Palaeologi.	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris seu German. Regis an.* 9. *à morte Friderici Austriae Ducis* 1. Hoc annum missum putatur ad Ludouicū Caesarem, Diploma Ioannis obsignatum 8 Idus Octobr. huius anni: mandatum continebat de abdicando Imperio, ob ea, quae illo Diplomate expressa habentur. *Naucler. Auentin. Trithem.* Obiisse nunc putatur Comes Niuernēsis, relicto filio Ludouico, cui adiudicatus est in Parium Senatu Parisien. Comitatus Flandriae. quē lite intētata, petebat Robertus patruus. *Chron. Flandr. vidè an.* 1322. Ludouicus iste nominis huius primus est. *Marchan. lib.* 2. dictus Creiscius à loco mortis, *vide an.* 1346. Diuus Thomas Aquinas, Sanctorum numero adscribitur, sacrata eius memoria à Ioanne Papa. Ioannes Insulanus, Lutetiae Non. Maii, ducitur ad patibulum. falluntur omninò, qui vitricum putāt Ioannis Papae. *Aemil.* Scribit *Paradinus. c.* 47. post Amadei Sabaudiae Comitis obitum, Edoardum filium iure nunc tenuisse Sabaudiam: numeratur Comes 12.	2 Caroli 4. Pulchri.
1324 Indict. 7.	8 Ioannis 21 dicti 22	42 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici V. Bauari, Caesaris, seu Regis German. an.* 10. Anathemate innodatur Ludouicus, prouocans ad futurum Concilium à sententia, *de qua* 1323. hinc natas Tragoedias referunt *Auentinus lib.* 7. *& alii.* Renouatum inter Francos, & Anglos bellum, renuente Anglo Beneficiarii obsequium. Carolus Valesius Comes, Regis Franci patruus, Aquitaniam nepoti totam subiecit, exceptis vrbibus Burdigala, Baiona, & Sanctae Seuerae Fano, sequentur induciae. *Aemil. Annal. Franc. Nangiaci Continuator.* Narrat *Polydorus* victos Anglos circa hunc annum à Scotis, semel atque iterùm: tandem Anglis induciae concessae. Bononia in Italia iuris Pontificii penitus constituitur. Ottomannus Asiae ciuitates penè omnes recipit, quae Graecis supererant. *Gregoras lib.* 8, *Laonicus lib.* 1. *vide annum*, 1282.	3 Caroli 4. Pulchri.

risti	Pont.	Imp		Reg. Franc.
25 Indict. 8	9 Ioannis 21 dicti 22.	43 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis an.* 11. Luitpoldus abdicati Ludouici frater, Ludouicum Summi Pontificis sententia iam hostem Ecclesiæ iudicatum, armis petit, vexatque: magno per Germaniam motu excitato. *Naucler. Auentin. Cuspin.* vita cessit mense Decembr. Carolus Valesij Comes, pater Philippi Valesij, qui Franciæ Rex futurus est. *Aemil. Tillius.* Obiit Dionysius Lusitaniæ Rex 7 Ianuarij, anno Regni 45 exacto. regnat filius Alfonsus 4.	4 Philippi Pulchri. 4.
1326 Indict. 9.	10 Ioannes 21 dicti 22.	44 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu German. Regis an.* 12. Isabella soror Caroli Franciæ Regis, Regina Angliæ, maritum Edoardum, bello à se captum, impulit ad Regni abdicationem: sumpto seuero supplicio de iis, à quibus ad praua consilia impellebatur: regnatque sic Iunior Edoardus filius, & huius nominis 3. *vide an.* 1302. *Aemil. Nangis Cōtinuator, Polydor. in fine lib.* 18, *Chron. Flandriæ.* Arragoniæ Rex Iacobus 2. obiit vltimo Octobris: qui Iacobum filium natu maximum priuauit iure Regni; instituto hærede Alfonso, ætate proximo. *Franciscus Tarafa.*	5 Caroli Pulchri. 4
1327 Indict. 10.	11 Ioannis 21 dicti 22.	45 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici V. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis ann.* 13. Ludouicus inuitatus à Lombardiæ Gibellinis, exercitum ducit in Italiam. Mediolani coronâ ferrea decoratur, ipso die Pentecostes. Pisani, & qui à Pontifice stabant, nouis molestiis bellicis occupatum detinent in Hetruria per 4 menses. *Naucler. Auentin.* Pontifex, permittente Rege, Decimas exigit in Gallia. *Aemil. Tillius, Continuator Nangis.* post aliquot menses à coronatione Edoardi Iunioris Angli, Robertus Scotiæ Rex ei bellū mouet, Douglasio Duce. Sed quod breui in pacem versum his conditionibus est: vt Cumbriam, & Northumbriam, Scotiæ Regnum terminos haberet: & Ioanna, Edoardi 3 filia, Dauidi nuberet, Roberti Regis filio: qui tunc quinquennium tantùm attigerat. *Froissart. Polydor. Leslaeus. narrat idem Polydorus,* occubuisse in carcere nunc Edoardum 2, qui Senior vocabatur.	6 Caroli Pulchri. 4
1328 Indict. 11.	12 Ioannis 21 dicti 22.	46 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis ann* 14. Andronicus Iunior, comparato exercitu Constantinopolim capit. Imperat deinceps, passus tamen auum (qui Senior Andronicus dicebatur) esse collegam. *Gregoras* rem describit *lib.* 9. adfuerunt Iuniori in hac expeditione Bulgari, Veneti, & Genuenses. Ludouicus Bauarus, acerrimus Ioannis Papæ hostis, Romam peruenit: ibi tertia illi imponitur Corona à Stephano Columnio: ac demum habito Conuentu, creari fecit à quibusdam Schismaticis Episcopis, pseudopontificem Nicolaum 5, quarto Idus Maij: hic antea vocabatur Petrus Reynalucij, Diœcesis Reatinæ in Vmbria, & relicta vxore, Ordinem Minorum erat professus. *Onuphrius.* Ludouico res ita turbanti noua rerum facies & rebellio, per Lombardiam, & Hetruriam exorta. *Naucler. Auentin. Cuspin. Iouius.* Ludouicus Gonzaga Mantuam occupans, ipse Mantuanus ciuis: posteris, ciuitatis firmam possessionem ad nostra tempora fecit. *Authores citati.* pergit Okamus, magna intemperantia lapsus, monumenta atrocia edere in Ioannem Pontificem. Scribit inter alia hic Imperatoris stipendiarius, Papam se constituisse Imperij, & Regnorum Dominum. Ita sane nostri Nouatores. Popello (si diis placet) persuadere nituntur; Romanū Pontificem sibi arrogare potestatem, Regna pro arbitrio ab vno ad alium transferendi. mendacium malæ mentis purum putum est, & ad hoc excogitata calumnia, vt cùm Ecclesiā Catholicam in suo capite reddiderint odiosam, Schisma creent inter Pontificē Principesq; Chistianos, si possint, perpetuū. Diē obiit Carolus Pulcher, Frācię Rex, & Nauarræ, sine prole mascula, ad hortos Vi-	1 Philippi 6. Valesij.

cênatu, Kalend. Febr. Philippus Valesius, Caroli Valesij Comitis filius, trium superiorum Regum patruelis, Rhemis inungitur Rex, die Festo S. Trinitati. Exclusus est Edoardus Angliæ rex Salica Lege: qui ex matre, filiâ vnicâ Philippi Pulchri, se Franciæ Regẽ asserebat. *Aemil. Annal. Franc. Till. Vigner. & alij.* Hãc quæstionem, adhuc sub iudice esse, sibi persuadent Angli. Robertus Atrebas Legem Salicam, & Valesij causam tuebatur. Nauarræ Regnum, iure deuolutum est ad Ioannam, Ludouici Hutini filiam, iam vxorem Philippi: qui filius erat Ludouici Comitis Eburonicum, *Eureux* vulgo. Ab exercitu Franco cæsi rebellantes Flandri ad Casletam, insigni strage, & Ludouicus Flandriæ Comes *de quo ad an.* 1323, restituitur 10 Kal. Septembr. sumpto Parisiis supplicio de seditiosis plebis ductoribus. *Chron. Fland. Annal. Franc. & Bernardus Guidonis*, qui huc vsque Chronicon produxit. Othomannus Turcarum Princeps præcipuus moritur: succedit Orchanes natu minimus, occisis duobus fratribus. hic Lydiam totam recepit. *Laonic.*

1329 | 13 *Ioannis 22 dicti 22.* | 47 *Andronici 1. Senioris, Palaologi.* | 2 *Philippi 6. Valesij.* | *Indict. 12.*

Ludouici 5. Bauari Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 15. Ludouicus Bauarus, relicta obsidione Mediolanensi, redit in Germaniam ad nouos motus sedandos. magna statim in Italia facta rerum mutatio. Ciuitates ab eo aliquot deficiunt. Pseudopapa Nicolaus, à Pisanis in carcerem conijcitur. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Anglus Rex in Galliam traiiciens, se Clientem professus est, & iurauit in verba Valesii Regis Franc. *Chron. Froissart* Nunc contigit coram Rege Valesio actio Petri Cunerii aduocati regii, qua conabatur omnem temporalem iurisdictionem, Episcopis adimere, libertatemque Ecclesiasticam infringere. rex causam Episcopis adiudicauit: ex quo nomen Catholici Regis iure optimo consequutus est. extat huius perpetuæ ignominiæ Cunerio inustæ monumentum, in Cathedrali Ecclesia Parisiensi. *Aemil. Vigner. Genebrard. in Ioanne* 22, qui rectè obseruat hanc repetitam Crambé, iterum reponi à Nouatoribus, & templorum iuratis hostibus. Ludouicus Clarimontanus, & Marchiæ Comes, primus Borbonii Dux renuntiatur: vnde prognati Borbonii Principes. *Annal. Franc. Aemil. Tillius, Gaguin. lib* 8. *Genebrard.* Radulphus patri Forico succedit Dux Lotharingiæ. *Richardus Vasseburgen.* Superãtio Duci Veneto mortuo, substituitur Franciscus Dãdalus. *Sabellic.* Robertus Bruseus Scotiæ Rex fatis concessit 7 Nouembr. princeps omnium virtutum genere clarus; & qui Scotiæ rebus deploratis, Regnum, quod penè Anglis seruire cœperat, in florentissimum statum asseruit: hostibus, tum domestico, tum externo, singulari virtute & consilio debellatis. hic Rex moriens, author suis fuit, ne vnquam cum Anglis constituta acie decertarent, sed leuibus tantùm præliis. Roberti filius Dauid rex renuntiatur: cui ob teneram ætatem, procurator regni Thomas Ranulphus, Comes datus est. *Hector Boet. Leslæus, Polydorus, Maior.* Odoardus Sabaudiæ Comes fato concedens, successorem habuit Amadeum fratrem, huius nominis V. *Paradin c.* 49.

1330 | 14 *Ioannis 22 dicti 22* | 48 *Andronici 1. Senioris, Palaologi.* | 3 *Philippi 6. Valesij.* | *Indict. 13.*

Ludouici V. Bauari, Cæsaris, seu Germã. Regis an. 16. Aduentus Ioannis Regis Bohemiæ in Italiam, magnam ibi rerum perturbationem attulit, factionum mutatiõnem, & intestinorum bellorum incendium. *Scriptores citati.* Castellæ, & Arragoniæ reges, iunctis copiis, insignem hoc anno de Mauris referunt victoriam. Theba capta. *Continuator Nangis, Mariana lib.* 15. *cap. vltim.* Pseudopapa Nicolaus, deficientibus passim à Ludouico Bauaro Italis desertus à suis Auenionem perducitur, vbi in carcere obiit. *Platin. Genebrard.* Pontificatum abdicauit 25 Augusti.

CENTENARII DECIMI QVARTI INITIVM.

Regna.

V*Ix habet hoc Seculum in Europa regnorum mutationem: vbique tamen bella, terra marique aluere mortales teterrima. Luctuosum sanè inter Francos & Anglos gestum bellum, vtrique genti peracerbum; & quo nullum grauius post Romana arma gesserunt Franci, aut in quo Francica Monarchia singularem Diuini Numinis prouidentiam magis sit experta.* In *Oriente crescebat Turcarum potentia: Tartarorum imminuta plurimum. Mauricæ res attenuatæ in Hispania.*

Status *Ecclesiæ.*

M*Agna huius Seculi parte* R*omanorum Pontificum Sedes erat Auenio, Legato res Italicas curante. Ludouicus illorum Imperatorum vltimus, qui Pontifici Summo bella indixerunt, moriens paci locum fecit. Hæreticorum monstris non caruit hoc Seculum; sed quadam vicissitudine, vt fit, alijs alios pellentibus: accessit demum 30 annorum immane* Schis*ma.* cætera lege ad an. 1381.

Doctrina.

ECclesiæ, & Traditionum Authoritas. *Dur. in tertium, d. 25. q. 2. ad 1 Augustin. Triump. in sua Summa de Potest. Eccle. q. 10.* Primatus. *idem Augustinus q. 7. Durand. in quartum, d. 24. q. 5.* Liberum Arbitrium. *idem* D*urand. in secundum d. 24 q. 1. 2. 3* Bona Opera, & Merita. *idem in tertium, d. 23. q. 8.* Sola Fides exclusa, *hoc testantur cum Durando iam citato, Ludolphus* Car*thusianus de Vita* Christi *c. 66. & illorum temporum æquales Theologi.* Eucharistia & Sacrificium. *idem* Lu*dolfus p. 2. illius Operis c. 56. Duran. in quartum. q. 1. d. 10.* Pœnitētiæ Sacram. Dur. *in quartum, d 17. qu 9 a. 1.* Purgatorium. *Dur. in quartum, d. 45. q. 1. Ludolfus citatus p. 1. c. 20.* Inuocatio Sanctorum. Dur. *in quartum, d. 45. q. 4 a. 1.* Reliquiæ. *August. Triump. de Potest.* Eccl. q. 17. *a. 3 ad secundum.* Cælibatus. *Dur. in quartum, d. 37. q. 1.* Abstinentia à cibis. *idem eodem loco, d. 15. q. 1. a. 1. His verioris doctrinæ testibus hoc Seculo receptæ, consentientia scribunt plures, illius temporis æquales.*

Christi.	*Pont.*	*Imp.*	*RERVM GESTARVM SERIES.*	*Reg.* Franc.
1301 *Indict. 14.*	7 *Bonifacij 8.*	19 *Andronici Senioris Palæologi.*	ALberti 1. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 3.* Imp. 1, narrat *Aemilius* natum hoc anno graue dissidium, inter Bonifacium, & Philippum Pulchrum Franciæ Regem. Causam dat tum ob imperiosas vtrinque literas, tum ob Episcopū Epamensem traditum in custodiam. Regem renuentem dimittere, execratur Pontifex, *inquit idem. Autor*; cùm paulò ante Carolum Valesii Comitē, Regis fratrem, præfecisset Beati Petri Patrimonio. *Guil. de. Nangis, & alij.* Bonifacius Pulchrū Regem iudicans hostē, Albertum Cæsarem dicit. *Aemilius.* literas tamen vtrinque missas, conuiciis quidem plenas, idem *Aemilius* confictas putat. Cumeno Scotiæ Gubernatore, Anglorum exercitus in Scotiam immissus triplici prælio memorabili fusus est: sed cùm Rex ipse, auctis copiis aduenisset; coacti Scoti, ad loca ardua & inaccessa se recepere.	16 *Philippi 4. Pulchri.*

Christi	Pont.	Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
			Polydor. Vergil. Andrea Hungariæ Rege mortuo sine liberis, succedit electione quorundam, Venceslaus, filius Othonis Regis Bohemiæ. Carolus Martellus, Caroli Claudi Neapolitani filius ab aliis Rex renuntiatur: matrem enim habuit Mariam, Stephani Regis Hungari filiam. *Bonfin. Chron. Hungar.* sed anno 1302 obiit hic Carolus, ante adeptam, vt optabat, Hungariæ possessionem. *Bonfin.* reliquos Caroli Claudi filios *habet Pand. an.* 1309. Ioannes Sozopolites abdicat se Patriarchatu Constantinopolitano. Subrogatur iterùm Athanasius, qui ante Ioannem Sedem tenuerat. *Gregoras.*	
1302 *Indict. 15.*	8 *Bonifacij 8*	20 *Andronici 1. Senioris, Palæologi.*	*Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an.* 4. *Imperat* 2. Nunc primum ad Acum ventorum indicem, inuenta nauigandi ratio. Contigit hoc anno Curtracensis pugna: vbi temeritate Roberti Atrebatium Comitis, Flandri rebellantes insignem de Francis victoriam reportarunt, mense Iulio, cæsis Roberto Atrebate, Iacobo Sancti Pauli Comite, aliisque viris illustribus. *Aemil. Tillius. Annal. Chron. Franc. & Guillelm. de Nangis. Chronicon*, ad hunc vsque annum productum. Atrebatium Comitatum Rex dono dedit, Othoni Burgundiæ Comiti. Isabella Franci Regis filia nubit Edoardo Iuniori Anglo. *Aemil.* diem obiit Mahoma Rex Granatensis: successit filius luminibus captus. *Mariana lib. 15. cap. 5.* Hic annus est, quo *Nauclerus, Platina, Genebrardus, & alii*, scribunt à Bonifacio Philippum Franciæ Regem priuatum Regno. In quem Pontificem, Francorum Historici stylum acuerunt: laudatur tamen ab iis, qui eius vitam scripserunt: periit ille quidem in Custodia, posteà captus operâ Philippi Regis: sed quodnam de his, Rege & Pontifice, principibus, aliorum fuerit iudicium, non dissimulauit in sua Chronogia *Genebrardus.*	17 *Philippi 4. Pulchri.*
1303 *Indict. 1.*	9 *Bonifacij 8*	21 *Andronici, Senioris, Palæologi.*	*Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann* 5. *Imp.* 3. Cæsi sunt aliquot præliis, hoc anno, non pauci Flandri a Francis. Vido Flandriæ Comes, datâ, Franco Regi fide, emissus è custodia ad motus Flandricos componendos: cum nihil effecisset, rediit, obiitque Compendii post annum vnum, 8 Kal. Martii. *Aemil. Annal. Franc. Marchant. Chron. Fland.* Burdigalenses, eiectis Francis, redeunt ad iura Angli Regis. Francus, pacis cupidus, Aquitaniam integram, vna cum iam desponsata sorore Isabella, Anglo permisit (1302.) *Annal. Franc.* Edoardus Rex, mirè Scotos iam victor persequitur; & latè Regnum populatus, omnia Scotorum iura, ac monumenta, vel euertit vel mutat, asportata etiam Londinum marmorea Cathedra, quam Scoti fatalem dicebant. *Ioannes Maior, Hector Boet. Lesleus; in Baliolo.* Mortuo Forico Lotharingiæ Duci, succedit filius Theobaldus 2. *Richardus Vasseburg.* Bonifacius Papa, ab hoste Sarra Columnio (quem Francus Rex à Saracenis paulò ante captum redemerat) interceptus, auxilio Philippi Regis, in custodia periit mense Octobri. *Aemilius, Tillius, Platina, Nauclerus, Onuphrius, Mariana libro 15. capite sexto.*	18 *Philippi 4. Pulchri.*
1304 *Indict. 2.*	1 *Benedicti 9. dicti 11.*	22 *Andronici 1. Senioris, Palæologi.*	*Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 6. Imp.* 4. Post mortem Bonifacii electus eodem illo anno, Benedictus, dictus XI. patriâ Taruisinus. sedit tantum 8 menses, post quem vacat Sedes annum 1 mens. 1. hic quæstionem egit de Bonifacii interfectoribus, sed Regem Franciæ Anathematis vinculo liberat, & Bonifacii acta omnia in Francos rescindit. Pugnāt Franci aduersus Flandros ad montem Populeti, graui quidem Regis periculo: sed tandem victoria à Francis stetit: post quam anno sequenti sequuta est pax. *Aemil. Iacobus Meier. Annal. vetus Chron. Fland.* na-	19 *Philippi 4. Pulchri.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			ſcitur Petrarcha, *ex Palmerio.* Mortuo Caſſano Tartarorum Principe in Aſia, principatum tenuit Carbaganda, qui poſteà Chriſtiano nomini nuntium remiſit. à quo tempore, dum Syriam retinuit Sultanus Ægypti; dumque Aſiatici Turcæ proferũt Imperium verſus Aſſyriam; concidit cum religione, Tartarorum Imperium in illis Prouinciis. *Haiton.* Benedictus papa, reſtitutis in integrum duobus Cardinalibus Columniis, dum impenſe ſtudet vnioni inter Principes, diem obiit Peruſiæ 7. Iulij. *Onuph. Genebrard. Platin.* vacat Sedes.	
1305 *Indict. 3*	1 *Clementis 5*	23 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Alberti* 1. *Cæſaris, ſeu Regis Germaniæ ann.* 7. *Imp.* 5. Pax conſtituta inter Francum Regem, & Flandros, dimiſsis è cuſtodia duobus Vdonis, iam anno 1034 mortui filiis. ex iis patri ſucceſsit Robertus 3, dictus Bethunius. *Marchan. lib. 2. in hoc Roberto: & lib. 1. de Galloflandria:* vbi de hac pace Lilana ſcribit, & oppignoratione Galloflandriæ Franco Regi facta, eiuſdẽque poſt 60 annos reſtitutione. *vide deſcriptionẽ Flandriæ.* Hungari Regem ſibi conſtituunt Othonem Bauariæ Ducem. *Bonfin.* Poſt obitum Venceſlai Bohemiæ & Poloniæ Regis, ſuccedit filius Venceſlaus Iunior, breui extinctus dolo Alberti Imperatoris. *Auentin. lib. 7. Martin. Cromer.* tandem Pontifex electus Peruſię, 5 Iunij, Clemẽs V, Burdigalenſis Diœceſis, abſens in ſuo Epiſcopatu Burdigalenſi, Raimundus Delgoth ante vocatus: Bertrandi Equitis filius. *Onuph.* Cardinales ex Italia, ille Burdigala Lugdunum veniunt, pridie Idus Nouemb. in Eccleſia ſancti Iuſti coronatur. In pompa adfuere tres Reges; Francus, Anglus, & Arragonius. paries vetuſtate & onere ſuperſtantis multitudinis procumbens multos oppreſſit. Sedes Papalis Romã Auenionem ob ſeditiones Italicas ab eo tranſlata eſt, perculſo reliquo Chriſtiano orbe, & indignante Italia; tunc primúm, *inquit Aemilius,* in Prouinciam, atque adeo in ordinem redactâ. hæſit ibi minimum annis 70. tres miſſi Cardinales, qui res Romæ, & in Italia gererent. *Platin. Genebrard. Till. Mariana lib.* 15. *c.* 8.	20 *Philippi 4. Pulchri.*
1306 *Indict. 4.*	2 *Clementis 5*	24 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Alberti* I. *Cæſaris, ſeu Regis Germaniæ ann.* 8. *Imp.* 6. Extincto Venceſlao Bohemiæ Rege, Imperator breui Regnum effecit ſuum. hactenus ibi Reges Beneficiarij erant Imperatoris. *Auentin. Martin. Cromer.* Robertus Bruſeus apud Anglum Regem poſtulatus Maieſtatis à Cumeno, magna arte elapſus, Scotiam intrat, & occiſo hoſte Cumeno, Regnum ſibi parat: Scotiæ Rex coronatur, grauia adhuc paſſurus ab Anglis. *Hector Boet. Polidor. Leſlæus.* In Polonia Vladiſlaus, reuocatus à Polonis, renuntiatur Rex. *Chron Polon.* Iudæi à Rege ſpoliati, & pulſi è Gallia. *Aemil. Till. & alij.* Clemens Burdigalæ nunc eſt, annumque hæret ibi integrum. *Chron. Monfort.*	21 *Philippi 4. Pulchri.*
1307 *Indict. 5.*	3 *Clementis 5*	25 *Andronici 1 Senioris, Palaeologi.*	*Alberti I. Cæſaris, ſeu Regis Germaniæ ann.* 9. *Imp.* 7. Pontifex Auguſtoriti Pictonum agit cum Rege Franco de pace, inter ipſum & Anglos: ac de puniendis Templariis: quos poſtea iuſtis de cauſis Pontifex ſuppreſſit: eorum bona militibus Rhodiis adiudicata: pars etiam aliqua Regi Franco conceſſa. *Aemil. Platin. Mariana lib.* 15. *cap.* 10. *Genebrard.* Pauci Heluetii, Alpium incolæ, ab Alberti Imperatoris miniſtris vexati; inito fœdere, cœperunt iniuriam propulſare: à quibus paruis initiis, plures hodie confederatæ Prouinciæ Heluetiorum nomen receperunt. *Stumphius.* Ludouicus Philippi Franci filius, Pampelonæ coronatur menſe Iunio. Edoardus Angliæ Rex, magni animi Princeps, diem obiit 7 Iulii in Scotiæ finibus: hoc vno exemplo crudelior viſus, quòd nobilium Scotorum obſides, moriens iuſſerit agi in crucem. Succeſſit filius Edoardus 2, cognomento Carnarnen. *Hector Boet Polydor. in fine lib.* 17. *Leſlæus.* Interim Bruſeus	22 *Philippi 4. pulchri.*

Rex, rem Scoticam, plane inclinatam, sensim erigere conabatur, ope Iacobi Duglasii, qui nobilissimae familiae nomẽ dedit, & initium. *Authores citati.*

1308 Indict. 6. — 4 Clementis 5 — 26 Andronici 1. Senioris, Palaeologi. — 23 Philippi 4. Pulchri.

Alberti 1. Caesaris, seu Regis Germaniae ann. 10. *Imp.* 8. Albertus Imperator à fratris filio Ioanne, aliisque paucis comitibus, impiissime trucidatur, magnus Princeps, 1 Maii. Electores Francofurti 1 Nouemb: renuntiant Imperatorem Germaniae Henricum Comitem Luceburgensem. electio probata fuit à Summo Pontifice. Dux Austriae creatur Fridericus Alberti Imperatoris filius. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Isabella filia Philippi Pulchri nubit Edoardo huius nominis 2, Anglo Regi. *Annal. Franc.* Gualterus Hemmyng. Historiae suae Anglicanae finem imponit, quam à Normannorum Regni initio protraxit. obiit nunc Scotus Theologus Franciscanus, eorum, qui sunt à Diuo Thoma dictus Antagonista.

1309 Indict. 7. — 5 Clementis 5 — 27 Andronici 1. Senioris, Palaeologi. — 24 Philippi 4. Pulchri.

Henrici 7. Caesaris, seu Regis Germaniae ann. 1. Obiit Carolus Rex Neapolitanus, dictus Claudus, mense Maio: succedit filius Robertus, mortuo iam Carolo Martello, natu maximo, quem postulauerant Regem Hungari iure materno. acta res ista fuit, consentiente Pontifice. *Onuph.* coronatus 8 Septem. *Blond. Sabel. Pandulph.* huius quoque Roberti erat Phocensis Prouincia, cui Auenio contribuebatur. exercuit tunc Iurisconsultorum ingenia, quaestio inde orta de Carolo Norberto Martelli filio, qui Regnum petebat iure repraesentationis. vicit Baldi sententia. Publicae vtilitatis habita ratio est, posthabito iure repraesentationis. effecit tamen summus Pontifex, vt sequenti anno, Hungariae Rex reciperetur Caroli Martelli filius, (*de quo ad annum* 1299. 1301. *&* 1310.) sed post longa dissidia. *Bonfin. Chron. Hungar.* Clemens Papa Auenionem venit indixitque Concilium.

1310 Indict. 8. — 6 Clementis 5 — 28 Andronici 1. Senioris, Palaeologi. — 25 Philippi 4. Pulchri.

Henrici 7. Caesaris, seu Regis Germaniae ann. 2. Veneti, quod occupassent Ferrariam, Sacris interdicuntur à Clemente eorũque bona vbique terrarum primi occupantis decernuntur: excitatis etiam in eos, Belli Sacri militibus, à quibus victi Veneti ad Ferrariam, veniam errati deprecantur per Franciscum Dandalum, abiecte se prosternentem ad pedes Pontificis. *Chron. Monfort. Blond. Sabel.* haec Auenione egit Pontifex: ac proinde non ante hunc annum. diem clausit Ferdinandus 4 Castellae Rex 1 Id. Septemb. In strato repertus exanimatus, dum à prandio daret se somno. Regnum tenuit filius Alfonsus 11 Castellae Rex. *Alfon. Cartagen. Volateranus. sed Mariana lib.* 15. *cap.* 11. *&* 12. haec refert ad annum 1312. Carolus Norbertus Hungariae Rex nunc coronatus, regnat annis 32. *Bonfin. Chron. Hungar.* est hic Carolus Martelli defuncti filius, Claudi nepos, *vt an.* 1309. *commemoraui.* Robertus patruus, Neapolim, & Phocensem Prouinciam adhuc tenebat. Est quoque hic annus excidii & supplicii de Templariis sumpti per Gallias. *Chron. Monfort.* Rhodus insula Turcis erepta, fuit deinceps penes Equites S. Ioannis Hospital. Hierosol, *Ibidem.*

1311 Indict. 9. — 7 Clementis 5 — 29 Andronici 1. Senioris, Palaeologi. — 26 Philippi 4. Pulchri.

Henrici 7. Caesaris, seu Regis Germaniae an. 3. Henricus, vt erat in conditionibus approbatae electionis à Clemente, Italiam ingressus, sedat ciuitatum dissidia: & coronatus Mediolani, hibernat Genuae. *Ionius, Blond.* Obiit Theobaldus huius nominis 2 Lotharingiae Dux. Ducatum tenuit filius Foricus, dictus 2. *Richard. Vassebürg.* In Anglia Petrus Ganistanus seu Gauerstonus, occisus à Proceribus Regni, qui Regem, omniaque ad nutũ regebat: parũque adfuit, quin de Regis abdicatione decerneretur. *Polyd. in Edoardo 2. initio lib.* 18. Inchoatum est 1 Octobris Viennense

Concilium Generale 15 Præside Clemente V. adfuere tres Reges; Francus, Anglus, & Tarraconensis, seu Arragonius: Patriarchæ Alexandriæ, & Antiochiæ: Episcopi 114 (aliqui numerant 300) præter Abbates, & Doctores: actum de recuperanda Terra Sancta: damnatæ Hæreses: suppressus Templariorum Ordo: decretum de moribus Clericorum. extant aliqua in Clementinis. Concilium hoc extat Tomo 3 Conciliorum. *Platin. Palmer. Car. Ballarmin. lib. 1 de Conciliis c. 5.* Habetur huius Concilii decretum Clem. vnica. de sum. Trin. & fide, definiens ab eo tẽpore si quis asserat, seu tenere pertinaciter præsumat, quod anima rationalis seu intellectiua, non sit forma corporis humani per se & essentialiter, censendum hunc tanquàm hæræticum. hæc pene ipsius Decreti verba.

1312, *Indict. 10.* | 8 *Clementis* | 30 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.* | 27 *Philippi 4. Pulchri.*

Henrici 7 Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann 4. eius nominis 6 Imp. 1. Henricus hoc anno Romam peruenit: vbi à destinatis Cardinalibus coronatur 1 Augusti. *Blond. Sabel. Naucler. Cuspin.* dedit operam in hoc itinere, vt Italiam factionibus purgaret. Robertus (*de quo ad ann.* 1309.) venit in Phocensem Prouinciam, dùm Papa esset Auenione: à popularibus salutatur Comes: à Clemente Rex vocatus est: vtrique (nouo inito consilio) periculosum visum, si Henricus vrbe & Italia, vt fieri cœperat, potiretur. *Aemil.* huc vsque producta sunt Chronica, dicta Monfortensia; quæ testantur Lugdunum nunc obuenisse Franco Regi, ex permutatione aliqua cum vrbis illius Archiepiscopo, Petro Sabaudiensi. Alii etiam aliud addunt. *Guill. de Nangis, & Annal. Franc.* Constantinopoli creatus Patriarcha Niphon.

1313, *Indict. 11.* | 9 *Clementis* | 31 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.* | 28 *Philippi 4. Pulchri.*

Henrici 7. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 5. eius nominis 6. Imper. 2. Dum Henricus expeditionem parat in Regnum Neapolitanum, diem clausit mense Augusto: fama fuit veneno extinctum. *Genebrard. Naucler. Cuspin. Auentin.* Certatum est inter Electores, de successore per 14 menses: Friderico Austriæ, & Ludouico Bauariæ Ducibus, Imperium ambientibus. In Scotia Robertus Bruseus Rex, Donaldo, aliisque Anglorum fautoribus deuictis, arcem Aberdonensem captam euertit: Pertho oppidum cepit, Sterlingo demùm, & Edinburgo potitus, Scotiam recepit vniuersam. *Hector Boet. Lesleus.* Post Petrum Gradenicum, ducit res Venetas Martinus Zarti, 10 mensibus: cui successit Ioannes Foreni Superancius. *Sabel.*

1314, *Indict. 12.* | SEDES *Vacat.* | 32 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.* | 29 *Philippi 4. Pulchri.*

Schisma in Occid. Imp. inter Ludouicum Bauariæ, & Fridericum Austriæ, Duces. Tandem mense Octobri, discordes in Germania Electores renuntiant Cæsarem Germanicum: hi quidem Ludouicum Bauariæ: illi Fridericum Austriæ, Duces. quæ res ciuili bello per aliquot annos afflixit Germaniam. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Dum res in Gallia turbantur, ob nimias exactiones, & quod signatum argentum (*ex Aemilio*) non iustæ probitatis esset: Rex ipse in venatione equo lapsus, moritur 29 Nouẽb. idque hoc anno *ex Nangis Annal. Franc. & Bernardo Guidonis*, qui nunc viuebat. licet ad annum 1313 referat hoc *Aemilius.* In Scotia Robertus Anglorum exercitum fudit ingentem; cæsis, vt ferunt, peditum 50000. *Hector Boet. Lesleus Polydor. Ioannes Maior.* contigit insignis hæc victoria ipso die, qui sancto Ioanni Baptistæ sacer est, cum peccata Exomologesi expiassent futuri victores, & aciem, sacra Christi imagine, velut altero Labaro muniuissent. Quàm te, Princeps, qui iurè hodie sceptra Britannica tenes; debent hæc domestica permouere exempla, & auorum, sub veræ Religionis professione facta gloriosissima: vt nouo hoc, quod circumfertur, dogmate posthabito: habeas tandem illius in Deum fidei rationem, sub qua, per innumeros penè, & verè Catholicos Reges,

Imperij

Christi	Pont.	Imp	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
			Imperij Britannici gloria ad te deriuata est. Clausit nunc diem Clemens Papa 20 Aprilis: vacat Sedes annis 2, & aliquot mensibus. *Platina*, *Onuph.*	
1315 *Indict. 13.*	SEDES *vacat.*	33 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 1. Ex tribus Philippi Pulchri liberis, (qui omnes regnarunt,) primus & natu maximus regnat Ludouicus Hutinus: quod Principis cognomen, veteri Gallorum idiomate tumultuosum notat. Grauissimi tributi indicendi autorem insimulat populus Engeranum Normannum, Longeuillæ Comitem, & Fisci summum præfectum: demùm Peculatus reus, furca suspenditur, euersa eius statua pridie Kalend. Maii, Caroli Valesij operâ. *Æmil.* Rex in Galliam reuocat Iudæos Senatus Parisiis statarius constituitur. *Aemil. & Nangis.* In Italia Guelphi & Gibellini passim ferè pugnant. *Blond. Pandulphus.* Niphon Patriarcha Constantinopolitanus, ob varia crimina abdicatur; substituitur Ioãnes Glicys, λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τοῦ δρόμου: sed post annũ, cùm vxor Monasticum habitũ induisset. *Gregoras lib. 7 sub finem.* Hiberni fratrem Roberti Brusei Regis, sibi Regem petierant. Robertus cum exercitu in eam Insulam traiiciens, adfuit aliquandiu fratri: sed post quadriennium, res Hibernica stetit ab Anglis. *Polydor.* nunc putatur Franciscus Mayronus Franciscanus, inuexisse examen illud Sorbonicum, Theologorum accuratum, & illustre per diem integrum, nullâ interposita mora. *Genebrard. in Clemen. 5.*	1 *Ludouici 10. Hutini.*
1316 *Indict. 14.*	SEDES *vacat.*	34 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 2. Propagatur bellum ciuile Germanicum, dum adhuc ius Cæsarii nominis in controuersia versatur. *Naucler. Cuspin.* moritur Rex Franciæ Ludouicus, 5 Iunii, ad saltum Vicenarum, (*bois de Vincennes:*) successit Philippus Longus, alter Philippi Pulchri filius, exclusâ Ioanna Hutini filia: &, vt Duci Burgundiæ fieret satis, qui Ioannæ Regnum petebat, contra Salicam Legem, datus ei est Burgundiæ Comitatus, & Philippi Longi filia in matrimonium. *Aemil.* Tandem Lugdunum veniunt Cardinales: vbi 7 Augusti renuntiatur Papa Ioannes 21. dictus 22. coronatus ibidem 7 Septemb. anteà vocatus Iacobus, patria Gallus, & Cadurcensis, humili loco natus; ex Episcopo Auenionensi, & Cardinale Portuensi, creatus Summus Pontifex. sedit Auenione annis 18. Aureorum Florenorum decies & septies centena millia reliquit in ærario Pontificio, *inquit Genebrardus.*	2 *Ludouici 10. Hutini.*
1317 *Indict. 15*	1 *Ioannis 21 dicti 22.*	35 *Andronici 1. Senioris, Palaeologi.*	*Ludouici 5. Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 3. Philippus Longus coronatur Rhemis 6 Ianuarij: & exceptus honorificè à Pariensibus, conuocat Comitia: decretumque est, pro vetere Francorũ more & instituto, repellendas fœminas à successione Regni Franciæ. *Appendix ad Chron. de Nangis.* Beruicum Scoti recipiunt, & supplicio animaduersum in nobiles, qui Anglo Regi fauebant, habitis Regni Comitiis Perthi: quæ ob cædem nobilium, vulgò Nigra appellata sunt. Robertus Rex, ad repellendas Anglorum incursiones ducit in Angliam exercitum. Pugnatum feliciter à Scotis est ad Bylandum, fuso fugatoque Anglorum exercitu. quo tempore Hamptoun, nobilis Anglus, ad Scotos deficiens, initium dedit illustrissimæ Hamiltoniorum familiæ. *Leslaeus, Hector Boet. Polydor. Vergil.* Ioannes Papa Tolosæ in Gallia Archiepiscopatum instituit. *Continuator de Nangis.* Clementis 5 Constitutiones approbatas, iubet publicè per Vniuersitates explicari.	1 *Philippi 5. Longi.*

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
1318 Indict. 1.	2 Ioannis 22.	36 Andronici Senioris, Palaeologi.	*Ludouici V. Bauari Caesaris, seu Germa. Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 4. Hic annus est renouati foederis inter Francum & Scotum Reges. *Lesleus in Braseo, Hector Boet.* viuebant nunc duo Dominicani, Petrus à Palude, & Durandus, qui scripsit in Magistrum Sentent. Episcopus Aniciensis; diuersus ab illo, qui Author Rationalis Diuin. Offic. dictus est Speculator. *Tritem. Cocc. an.* 1320. Sub idem tempus viuebant Martinus Polonus, Guil. OKamus Franciscanus, Herueus Brito, Niceph. Gregoras, Landulphus Carthusianus, Guido Carmelita, Aureolus, & Simon de Cassia Augustinianus. *Cocc.*	2 Philippi 5. Longi.
1319 Indict. 2.	3 Ioannis 22.	37 Andronici Senioris, Palaeologi.	*Ludouici V. Bauari, Caesaris, seu Germã. Regis, in Schismate cõtra Fridericum Austriae Ducem. an.* 5. Pastores & Bubulci armantur sponte ad bellum Sacrum: sed res tota versa est in latrocinium & piraticam. Pace constitutâ cum Comite Flandriae, Ludouicus Niuernensium Comes, Franci Regis filiam Margaritam connubio accepit: & Maria, tertia Regis filia, nubit Delphino Viennensi. *Aemil. Till. an.* 1317. Instituti aliquot Ordines noui Fratrum montis Oliueti Senis, *ex Onuph.* & militum IESV CHRISTI in Lusitania, quibus Templariorum bona adiudicata sunt. *Genebrard. Mariana Histor. Hispan. Aubertus c.* 13.	3 Philippi 5. Longi.
1320 Indict. 3.	4 Ioannis 22.	38 Andronici Senioris, Palaeologi.	*Ludouici 5. Bauari Caesaris, seu Germaniae Regis, in Schismate contra Fridericum Austriae Ducem an.* 6. Nec sedantur adhuc, inter Fridericum & Ludouicum, Germanici motus, nec quiescunt Italicae factiones inter Guelphos, & Gibellinos. Genua tamen hoc anno, obsidione, qua à Gibellinis premebatur, liberata est. *Pandulph.* Vladislaus coronatus Poloniae Rex 20 Ianuar. Cracouiae: vbi deinceps asseruata sunt Regum insignia. *Martin. Cromer.* Turcae, traiecto Hellesponto, Chersonesum occupant: & indè in Thraciam excurrere coeperunt. *Gregoras, Laonicus lib.* 2. Constantinopoli Patriarcha constituitur Gerasius Monachus. *Gregoras lib.* 8.	4 Philippi 5. Longi
1321 Indict. 4.	5 Ioannis 22.	39 Andronici Senioris, Palaeologi.	*Ludouici V. Bauari, Caesaris, seu German. Regis, in Schismate contra Fridericũ Austriae Ducem an.* 7. Andronico Seniori Graeco Imperatori exoritur bellum contra Iuniorem Andronicum nepotem: qui Thraciam occupans, auoque negotium facessens, magnam Turcis grassatoribus viam strauit. *Gregoras.* Rebelles in Anglia à Rege perdomiti. *Polyd.* Ioannes à Poliaco Theologus, iussus à Pontifice Palinodiam canere, qui asserebat Exomologeses, seu Confessiones, tantùm à Curione exceptas probari: & quas ex Priuilegio excipiunt Mendicantes, improbari. *Aemil. Nangis.* verùm non est ausus hic Author (vt cum Theologis loquar in re Theologica) asserere, has Confessiones nullius esse valoris: sed si absque Curionis facultate fierent, non liberare poenitentem, ab obligatione annuae Confessionis Parocho iterùm, & integrè faciendae. quam rem satis inter alios attigit noster *Suares, Tomo de Poenit. disp. 26. sectione 2 initio.* extat quoque huius anni Constitutio eiusdem Pontificis de Mendicantium paupertate; *in Extrauag. cùm quorundam: de verbor. significat.* Nicolaus tertius, abrogato dominio (quod esse voluit penes Papam, vel dantem) vsum aliquem bonorum Mendicantibus reliquerat. Ioannes vsum, in rebus, quae vsu consumuntur, non putauit à dominio posse distingui, nec eripi Mendicantibus tale dominium. Nostri Theologi, ne ἀντινομίαν concedant, pleraque comminiscuntur de iuris & facti vsu vario. Sed de hoc illi ex instituto, cum de dominio disserunt: nos aliud agimus.	5 Philippi 5. Longi

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
1322 Indict. 5.	6 Ioannis 22 dicti 22.	40 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis, in Schismate contra Fridericum Austriæ Ducem an.* 8. Tandem Fridericus Austriæ Dux Bauariam, seu Baioariam cum exercitu ingressus, superatur à Ludouico Bauaro mense Septembri; & post triennij custodiam dimissus, exceptusque à suis, breui diem clausit. à qua pugna Ludouicus solus pro Cæsare se gerit. *vide* 1314. cæterùm *Nauclerus & Onuph.* huic Christi anno hanc victoriam asscribunt: alij anno 1323, vt *Nangis, & Auentin.* Obiit 3 Ianuarii Rex Franciæ Philippus Longus: regnat Carolus Pulcher, frater, Nauarræ Rex, quartus huius nominis: coronatus 12 Febr. Post Gerasimum Patriarcham Constantinopol. substituitur Esaias. *ex Gregora lib.* 8. Promulgata est hoc anno Constitutio Ioannis 22, cuius initium est AD CONDITOREM CANONVM: non sine Franciscanorum offensione aliqua. ex quibus nonnulli transierunt ad partes Ludouici Imp. Pontifici infensissimi. ex iis erat Guillelmus Okamus ex Anglia. euasit iste stipendiarius Imperatoris, *inquit Genebrardus*, vt stilum acueret in Pontificem: à quo tandem anathemate obstrictus Okamus, damnatur ab Vniuersitate Parisiensi, exustis impiis eius libellis, *Aemil. Trithem. Genebrad. & alii.* mentiri certum est *Caluin. lib. 8 primarum Institutionum, num.* 133, dum asseruit, Ioanni 22 animas visas mortales. tantùm probabile ille putauit (quod ita sentire viderentur aliqui Patres antiqui) animas, ante Iudicii extremi diem, non frui clarâ Dei visione. In quo etiam ipsum excusat idem ipsius insecutor Okamus: nec ipse aliquid de hac diuersa quæstione definiuit. *Lege Six. Senen. Biblioth. lib. 6. annot.* 345. Benedictus tamen (*de quo ad annum* 1334.) Decretalem de ea edidit. *Genebrardus in Benedicto* 11. Diem claudit Robertus Flandriæ Comes, dictus Bethunius, *Marchan.*	1 Caroli 4. Pulchri.
1323 Indict. 6.	7 Ioannis 22 dicti 22.	41 Andronici 1 Senioris, Palaeologi.	*Ludouici 5. Bauari, Cæsaris seu German. Regis an. 9. à morte Friderici Austriæ Ducis* 1. Hoc annum missum putatur ad Ludouicũ Cæsarem, Diploma Ioannis obsignatum 8 Idus Octobr. huius anni: mandatum continebat de abdicando Imperio, ob ea, quæ illo Diplomate expressa habentur, *Naucler. Auentin. Trithem.* Obiisse nunc putatur Comes Niuernẽsis, relicto filio Ludouico, cui adiudicatus est in Parium Senatu Parisien. Comitatus Flandriæ. quẽ lite intẽtata, petebat Robertus patruus. *Chron. Flandr. vide an.* 1322. Ludouicus iste nominis huius primus est. *Marchan. lib.* 2. dictus Creiscius à loco mortis, *vide an.* 1346. Diuus Thomas Aquinas, Sanctorum numero adscribitur, sacrata eius memoria à Ioanne Papa. Ioannes Insulanus, Lutetiæ Non. Maii, ducitur ad patibulum. falluntur omninò, qui vitricum putãt Ioannis Papæ. *Aemil.* Scribit *Paradinus. c.* 47. post Amadei Sabaudiæ Comitis obitum, Edoardum filium iure nunc tenuisse Sabaudiam: numeratur Comes 12.	2 Caroli 4. Pulchri.
1324 Indict. 7.	8 Ioannis 22 dicti 22	42 Andronici 1. Senioris, Palaeologi.	*Ludouici V. Bauari, Cæsaris, seu Regis German. an.* 10. Anathemate innodatur Ludouicus, prouocans ad futurum Concilium à sententia, *de qua* 1323. hinc natas Tragœdias referunt *Auentinus lib.* 7. *& alii.* Renouatum inter Francos, & Anglos bellum, renuente Anglo Beneficiarii obsequium. Carolus Valesius Comes, Regis Franci patruus, Aquitaniam nepoti totam subiecit, exceptis vrbibus Burdigala, Baiona, & Sanctæ Seueræ Fano, sequentur induciæ. *Aemil. Annal. Franc. Nangiaci Continuator.* Narrat *Polydorus* victos Anglos circa hunc annum à Scotis, semel atque iterùm: tandem Anglis induciæ concessæ. Bononia in Italia iuris Pontificii penitus constituitur. Ottomannus Asiæ ciuitates penè omnes recipit, quæ Græcis supererant. *Gregoras lib.* 8, *Laonicus lib.* 1. *vide annum*, 1282.	3 Caroli 4. Pulchri.

5 | 9 Ioannis 21 dicti 22. | 43 Andronici 1. Senioris, Palaeologi. | 4 Philippi 4. Pulchri.
... 8

Ludouici 5. *Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis an.* 11. Luitpoldus abdicati Ludouici frater, Ludouicum Summi Pontificis sententia iam hostem Ecclesiae iudicatum, armis petit, vexatque: magno per Germaniam motu excitato. *Naucler. Auentin. Cuspin.* vita cessit mense Decembr. Carolus Valesij Comes, pater Philippi Valesij, qui Franciae Rex futurus est. *Aemil. Tillius.* Obiit Dionysius Lusitaniae Rex 7 Ianuarij, anno Regni 45 exacto. regnat filius Alfonsus 4.

26 | 10 Ioannis 21 dicti 22. | 44 Andronici 1, Senioris, Palaeologi. | 5 Caroli 4. Pulchri.
... 9.

Ludouici 5. *Bauari, Caesaris, seu German. Regis an.* 12. Isabella soror Caroli Franciae Regis, Regina Angliae, maritum Edoardum, bello à se captum, impulit ad Regni abdicationem: sumpto seuero supplicio de iis, à quibus ad praua consilia impellebatur: regnatque sic Iunior Edoardus filius, & huius nominis 3. *vide an.* 1302. *Aemil. Nangis Cōtinuator, Polydor. in fine lib.* 18, *Chron. Flandriae.* Arragoniae Rex Iacobus 2. obiit vltimo Octobris: qui Iacobum filium natu maximum priuauit iure Regni; instituto haerede Alfonso, aetate proximo. *Franciscus Tarafa.*

327 | 11 Ioannis 21 dicti 22. | 45 Andronici 1. Senioris, Palaeologi. | 6 Caroli 4 Pulchri.
Ind. 10.

Ludouici V. *Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis ann.* 13. Ludouicus inuitatus à Lombardiae Gibellinis, exercitum ducit in Italiam. Mediolani coronâ ferrea decoratur, ipso die Pentecostes. Pisani, & qui à Pontifice stabant, nouis molestiis bellicis occupatum detinent in Hetruria per 4 menses. *Naucler. Auentin.* Pontifex, permittente Rege, Decimas exigit in Gallia. *Aemil. Tillius, Continuator Nangis.* post aliquot menses à coronatione Edoardi Iunioris Angli, Robertus Scotiae Rex ei bellū mouet, Douglasio Duce. Sed quod breui in pacem versum his conditionibus est: vt Cumbriam, & Northumbriam, Scotiae Regnum terminos haberet: & Ioanna, Edoardi 3 filia, Dauidi nuberet, Roberti Regis filio: qui tunc quinquennium tantùm attigerat. *Froissart. Polydor. Leslaeus. narrat idem Polydorus,* occubuisse in carcere nunc Edoardum 2, qui Senior vocabatur.

1328 | 12 Ioannis 21 dicti 22. | 46 Andronici 1. Senioris, Palaeologi. | 1 Philippi 6. Valesij.
Indict. 11.

Ludouici 5. *Bauari, Caesaris, seu Germaniae Regis ann.* 14. Andronicus Iunior, comparato exercitu Constantinopolim capit. Imperat deinceps, passus tamen auum (qui Senior Andronicus dicebatur) esse collegam. *Gregoras* rem describit *lib.* 9. adfuerunt Iuniori in hac expeditione Bulgari, Veneti, & Genuenses. Ludouicus Bauarus, acerrimus Ioannis Papae hostis, Romam peruenit: ibi tertia illi imponitur Corona à Stephano Columnio: ac demum habito Conuentu, creari fecit à quibusdam Schismaticis Episcopis, pseudopontificem Nicolaum 5, quarto Idus Maij: hic antea vocabatur Petrus Reynalucij, Dioecesis Reatinae in Vmbria, & relicta vxore, Ordinem Minorum erat professus. *Onuphrius.* Ludouico res ita turbanti noua rerum facies & rebellio, per Lombardiam, & Hetruriam exorta. *Naucler. Auentin. Cuspin. Iouius.* Ludouicus Gonzaga Mantuam occupans, ipse Mantuanus ciuis: posteris, ciuitatis firmam possessionem ad nostra tempora fecit. *Authores citati.* pergit Okamus, magna intemperantia lapsus, monumenta atrocia edere in Ioannem Pontificem. Scribit inter alia hic Imperatoris stipendiarius, Papam se constituisse Imperij, & Regnorum Dominum. Ita sane nostri Nouatores. Popello (si diis placet) persuadere nituntur; Romanū Pontificem sibi arrogare potestatem, Regna pro arbitrio ab vno ad alium transferendi. mendacium malae mentis purum putum est, & ad hoc excogitata calumnia, vt cùm Ecclesiā Catholicam in suo capite reddiderint odiosam, Schisma creent inter Pontificē Principesq; Chistianos, si possint, perpetuū. Diē obiit Carolus Pulcher, Frāciç Rex, & Nauarrae, sine prole mascula, ad hortos Vi-

cenatu, Kalend. Febr. Philippus Valesius, Caroli Valesij Comitis filius, trium superiorum Regum patruelis, Rhemis inungitur Rex, die Festo S. Trinitati. Exclusus est Edoardus Angliæ rex Salica Lege: qui ex matre, filiâ vnicâ Philippi Pulchri, se Franciæ Regẽ asserebat. *Aemil. Annal. Franc.* Till. *Vigner. & alij.* Hâc quæstionem, adhuc sub iudice esse, sibi persuadent Angli. Robertus Atrebas Legem Salicam, & Valesij causam tuebatur. Nauarræ Regnum, iure deuolutum est ad Ioannam, Ludouici Hutini filiam, iam vxorem Philippi: qui filius erat Ludouici Comitis Eburonicum, *Eureux* vulgo. Ab exercitu Franco cæsi rebellantes Flandri ad Casletam, insigni strage, & Ludouicus Flandriæ Comes. *de quo ad an.* 1323, restituitur 10 Kal. Septembr. sumpto Parisiis supplicio de seditiosis plebis ductoribus. *Chron. Fland. Annal. Franc. & Bernardus Guidonis*, qui huc vsque Chronicon produxit. Othomannus Turcarum Princeps præcipuus moritur: succedit Orchanes natu minimus, occisis duobus fratribus. hic Lydiam totam recepit. *Laonic.*

1329 | 13 *Ioannis 22 dicti 22.* | 47 *Andronici Senioris Palaeologi.* | *Indict. 12.* | 2 *Philippi 6. Valesij.*

Ludouici 5. Bauari Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 15. Ludouicus Bauarus, relicta obsidione Mediolanensi, redit in Germaniam ad nouos motus sedandos. magna statim in Italia facta rerum mutatio. Ciuitates ab eo aliquot deficiunt. Pseudopapa Nicolaus, à Pisanis in carcerem conijcitur. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Anglus Rex in Galliam traiiciens, se Clientem professus est, & iurauit in verba Valesii Regis Franc. *Chron. Froissart.* Nunc contigit coram Rege Valesio actio Petri Cunerii aduocati regii, qua conabatur omnem temporalem iurisdictionem, Episcopis adimere, libertatemque Ecclesiasticam infringere. rex causam Episcopis adiudicauit: ex quo nomen Catholici Regis iure optimo consequutus est. extat huius perpetuæ ignominiæ Cunerio inustæ monumentum, in Cathedrali Ecclesia Parisiensi. *Aemil. Vigner. Genebrard. in Ioanne* 22, qui rectè obseruat hanc repetitam Crambẽ, iterum reponi à Nouatoribus, & templorum iuratis hostibus. Ludouicus Clarimontanus, & Marchiæ Comes, primus Borbonii Dux renuntiatur: vnde prognati Borbonii Principes. *Annal. Franc. Aemil. Tillius, Gaguin. lib* 8. *Genebrard.* Radulphus patri Forico succedit Dux Lotharingiæ. *Richardus Vassebürgen.* Superãtio Duci Veneto mortuo, substituitur Franciscus Dãdalus. *Sabellic.* Robertus Bruseus Scotiæ Rex fatis concessit 7 Nouembr. princeps omnium virtutum genere clarus; & qui Scotiæ rebus deploratis, Regnum, quod penè Anglis seruire cœperat, in florentissimum statum asseruit: hostibus, tum domestico, tum externo, singulari virtute & consilio debellatis. hic Rex moriens, author suis fuit, ne vnquam cum Anglis constituta acie decertarent, sed leuibus tantùm præliis. Roberti filius Dauid rex renuntiatur: cui ob teneram ætatem, procurator regni Thomas Ranulphus, Comes datus est. *Hector Boet. Leslæus, Polydorus, Maior.* Odoardus Sabaudiæ Comes fato concedens, successorem habuit Amadeum fratrem, huius nominis V. *Paradin c.* 49.

1330 | 14 *Ioannis 22 dicti 22* | 48 *Andronici Senioris, Palaeologi.* | *Indict. 13.* | 3 *Philippi 6. Valesij.*

Ludouici V. Bauari, Cæsaris, seu Germã. Regis an. 16. Aduentus Ioannis Regis Bohemiæ in Italiam, magnam ibi rerum perturbationem attulit, factionum mutationem, & intestinorum bellorum incendium. *Scriptores citati.* Castellæ, & Arragoniæ reges, iunctis copiis, insignem hoc anno de Mauris referunt victoriam. Theba capta. *Continuator Nangis, Mariana lib.* 15. *cap. vltim.* Pseudopapa Nicolaus, deficientibus passim à Ludouico Bauaro Italis desertus à suis Auenionem perducitur, vbi in carcere obiit. *Platin. Genebrard.* Pontificatum abdicauit 25 Augusti.

tebat: totam Valesiorum excludere nascentem Dynastiam parabat. Germaniæ, Italiæ, Hispaniæque arma, in societatem belli huius aduocata: adeò quisque rerum suarum firmamenta quærebat. Vita cessit Alfonsus 4. Arragoniæ Rex, 9 Febr. successit ex 4 filiis Petrus, huius nominis 4. *Franciscus Tarafa*. Obiit quoque Fridericus Siciliæ Rex, 20. Iunii. *de quo* 1296. Regnum tenuit Petrus filius, huius nominis 2. Missi hoc anno à Pontifice Cõstantinopolim, qui de pace, & concordia Ecclesiarum disputarent: nullus inuentus, qui auderet congredi, licet populus ad id vrgeret vehementer, *vt scribit Gregoras lib. 10. sub finem*: tanta tunc illam Ecclesiam fœdauit ignorantia rerum diuinarum, ex quo cœperunt Græci in Schismate esse pertinaces.

1337 *Indict. 5.* — 3 *Benedicti X. dicti 12* — 6 *Andronici 2. Iunioris, Palaeologi.* — 10 *Philippi 6. Valesij.*

Ludouici 5. *Bauari, Cæsaris seu Germaniæ Regis ann.* 23. Anglus hoc anno Xanctones depopulatur: Francus Vasconiam. Stabant ab Anglo plures Germaniæ Duces, & Robertus Atrebas, belli huius fax maxima. Flandri quoque, pulso eorum Comite Ludouico, Anglorum partes sequebantur. Franco Regi adhærebant, Nauarræ, Bohemiæ, & Scotiæ, tres Reges; Lotharingiæ Dux, aliique plures. *Annal. Franc.* In Italia Scaligeranis ereptæ ciuitates: Veneti Patauium, Mediolanenses Brixiam, alii alias ceperunt. *vti narrat. Blond. & Sabellicus.*

1338 *Indict. 6.* — 4 *Benedicti 12. dicti 12.* — 7 *Andronici 2 Iunioris palaeologi.* — 11 *Philippi 6. Valesij.*

Ludouici 5. *Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann.* 24. Edoardus Rex Imperii Vicarius constituitur à Ludouico Bauaro, qui breui tamen, ab Angli amicitia deficiens, Francicam præferet. *Æmil.* Cùm Pontifex Benedictus confirmasset Ioannis XXII. sententiam, in Ludouicum Bauarum latam: ipse, conuocatis aliquot suæ factionis viris literatis; Decretum edit, hoc ipso anno, Francofurti, mense Augusto, quo sententiam in se latam, conatur iniustam ostendere, *Naucler. Auentin. Cuspin.* Genuenses Ducem sibi eligunt (instar Venetorum) Simonem Bocanigrum, ad intestinam tollendam discordiam. *Leander.* Petrarcha hoc anno Romæ lauro coronatur in Capitolio ab Vrso Anguillariæ Comite. *Platina in Benedicto* 12.

1339 *Indict. 7.* — 5 *Benedicti X. dicti 12.* — 8 *Andronici 2. Iunioris, Palaeologi.* — 12 *Philippi 6. Valesij.*

Ludouici 5. *Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis an.* 25. Duæ instructissimæ, Angli & Franci Regum, acies, in conspectum venere sine conflictu: dum Valesius prælio abstinet. Edoardus Flandriam repetit, vnde venerat. *Æmil. Tillius, & alii.* ex eo die Edoardus se Franciæ Regem scripsit, vsus vexillis, parmis, & signis liliatis: immortalem testatus hoc monumento controuersiam aduersus Salicæ Legis propugnatores. *Froissart. Continuator Nangis, aliique citati.* Senatores Romani nunc eligi cœperunt nomine Pontificis, reiecto Ludouici Bauari nomine. *Blond.* Albomelicus, Albohaceni Principis in Mauritania filius, ex Africa traiecit, cum quinque equitum millibus, Castellani Regni obtinendi spe plenus. Sed dum hostem contemnit, Castellani dubia luce dato signo, in Mauros incurrunt: & cæsis, fugatisque hostibus, Albomelicus in fuga obtruncatur. Pater postea, magnis in Hispaniam missis copiis, non leuia intulit, terra marique Christianis damna. *Mariana lib.* 16. *cap.* 6. 7. & 8. victi in Thracia Turcæ. *Gregoras lib.* 11. vbi de Trapezuntis Principe extincto circa idem tempus.

1340 *Indict. 8* — 6 *Benedicti X. dicti 12.* — 9 *Andronici 2 Iunioris Palaeologi.* — 13 *Philippi 6. Valesij.*

Ludouici 5. *Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis an.* 26. Ludouicus hic ad Franci amicitiam hoc anno transiit. pugna naualis atrox ad Clusas commissa 9 Kal. Iulii. Edoardus, secundo vento, ac discordia in Francica classe adiutus; Francos cecidit, profligauitque. Sed dum in Tornaci obsidione nihil benè gerit; inducias probat, & promulgat, quæ postea in triennium protractæ sunt. *Æmil. & citati Scriptores.* Pontifex, his, qui nũc varias Italiæ ciuitates possi-

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			debant, confirmat sua authoritate: Guillelmo Gonzagæ Mantuam; Estensi Ferrariam; Scaligeranis Veronam; aliis, alias. *Blond. Sabel.* permisitque, vt à iure Imperii exirent. *Genebrard. in Benedicto Tritthem.* Dandalo Venetorum Duci succedit Bartholomæus Gradenigus. *Sabel.* Turcæ Nicomediam Bithyniæ capiunt. *Gregoras.* Albohacem, maximis ex Africa adductis copiis, pugnat in Hispania; victus acie à Castellano Rege, cum ingenti Maurorum clade, & captiuorum maximo numero; nihilque propius factum est, quàm vt ipse caperetur. *Mariana lib. 16. c. 7. & 8.* à Salso amne, prælio, & victoriæ præclarissimæ nomen est: supra 200 Maurorum millia ceciderunt.	
1341 *Indict. 9.*	7 *Benedicti 10. dicti 12.*	1 *Ioannis Cantacuzeni, tutorio nomine*	*Ludouici 5. Bauari Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 27.* Obiit hoc anno Andronicus Iunior, huius nominis 2, mense Iulio. *ex Gregora,* qui hic finem Historiæ Constantinopolitanæ imponit, in funebri Oratione Imperatoris, quam ipse ΜΟΝΩΔΙΑΝ vocat. filius Ioannes Palæologus, 8 annorum puer, Tutorem accepit Ioannem Cantacuzenum: qui sibi Imperium assumens pupillo filiam vnam dedit, alteram Turcarum Principi Orchani. *Onuphrius, Laonic.* nunc putatur Dauid Scotiæ Rex è Francia in Regnum venisse. *Froissartes* eius expeditionem narrat in Angliam, successu felici, & tandem inducias. Patriarcha Constantinopoli constituitur Ioannes Aprinus. Locustæ depopulantur Hungariam, & Poloniam. *Bonfin.* In Sabaudiæ Comitatum Amadeo quinto successit sextus, & filius Amadei 4. *Paradin, cap. 51.*	14 *Philippi 6. Valesij.*
1342 *Indict. 10*	1 *Clementis 6*	2 *Ioannis Cantacuzeni,*	*Ludouici 5. Bauari Cæsaris, seu German. Regis an. 28.* dum in minori Britannia, certatur de iure illius Prouinciæ, inter Blesensem, & Ioannem à Monteforti Comites: Robertus Atrebas alteri factioni adhærens, vulnere accepto extinguitur. *Froissart. Æmil.* obiit Carolus Hungariæ Rex, cognominatus Robertus: Regno successit Ludouicus filius. *Bonfin. Decad 2. lib. 10.* Mortuo Petro Siciliæ Rege, regnat Ludouicus filius: sed puer 5 annorum, sub tutela patrui. *Thomas Fascel.* Diem clausit Benedictus Pontifex 25. Aprilis. electus 7 Maii successor, Petrus Rogerius, Lemouicensis, Episcopus Rothomagensis, Cardinalis S.S. Nerei & Achillei dictus Clemens 6.	15 *Philippi 6. Valesij.*
1343 *Indict. 11.*	2 *Clementis 6*	3 *Ioannis Cantacuzeni,*	*Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 29.* Repetita sæpius Legatione, agit Ludouicus Germanicus apud Pontificem de pace, quam negat Pontifex posse admitti, nisi abdicato Imperio. *Trithem. in Chronico Hirsaug. Genebrard. in Clemente 6.* Fœdus hoc anno inter Reges, Francum & Castellanum, initur; dum Anglus bellum parat redintegrandum in Francos, cui etiam fœderi se iunxit Atragonius. *Vigner. & Franc. Histor. Continuator Nangis.* Viennensis Delphinus Humbertus, transfert Delphinatum in secundum Philippi Regis filium. qui titulus tamen postea accessit filio natu maximo. *Thomassin.* Apud Venetos Andreas Dandalus Dux creatur, post obitum Ducis Gradenigi. *Sabellic.* Robertus Rex Neapolitanus diem Neapoli clausit. *lege Pandulph. Col.* qui notat obiisse anno præcedente, sed sine liberis vllis. Ioanna regnat. hæc ex Carolo Roberti filio neptis, nupsit Andreasso, ex patris sui patruele genito. sorores Ioannæ, Maria, & Margarita.	16 *Philippi 6. Valesij.*
1344 *Indict. 12.*	3 *Clementis 6*	4 *Ioannis Cantacuzeni.*	*Lodouici 5. Bauari Cæsaris, seu German. Regis an. 30.* Edoardus Angliæ Rex, Garteriorum Equitum Ordinem, Diuo Georgio sacrum instituit. *Polydor. lib. 19. Histor. Anglican.* Ordinis insigne est, pallium cœruleum, & periscelidem gestare. *vide Aubertum lib. 2. cap. 3. de Orig. Ord. Milit.* Castellæ Rex, egregiis terra marique partis in Maurico bello victoriis, Algeziram obsedit 3 Nonas Augusti, an. 1342. Hispaniæ Bæticæ vrbem nobilem, ad fretum Gadita-	17 *Philippi 6. Valesij.*

num, Carteiam aliqui vocant: nec expugnata est, nisi hoc anno, 26 Martii. Pax sequuta his conditionibus. Rex Granatensis solitum dabit vectigal Castellano: induciæ decennales erunt. Præteritis bellis, duo Reges Mauri superati: & vires Africæ concussæ. Sequutum bellum Balearicum. *Mariana lib 16. cap. 10. & 11.* ad Insulas Mediterranei maris. *ibidem c. 12.* florebant nunc Holcot Anglus. Gregorius Ariminensis, Thomas Argentinas: ambo Augustiniani Ordinis Generales dicti: & Petrus Berchorius.

1345 Indict. 13. — 4 Clementis 6 — 5 Ioannis Cantacuzeni. *Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis an. 31.* Vectigal cœptum Francis imponi ad belli necessitates: primumque ex sale. *Gaguin. lib. 8. sub finem, Æmil. Tillius.* Redintegratur bellum inter Anglos & Francos, in Vasconia, Flandria, & Normannia. *Annal.* Ioanna Neapolitana Regina, strangulato Andreasso marito, nubit Ludouico, Tarentini Principis filio. *Onuphrius Pandulph.* — 18 Philippi 6. Valesij.

1346 Indict. 14. — 5 Clementis 6 — 6 Ioannis Cantacuzeni. *Ludouici 5 Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 32. à morte Friderici Austriæ Ducis 24. à Coronatione Romana (sua falsa) 19.* Hortante, imo iubente tandem Pontifice, Electores Imperii conuocati, Ludouicum Bauarum abdicant Imperio, mense Iulio, & Carolum Luceburgensem, Ioannis Bohemiæ regis filium, renuntiant Regem Romanum. *Nauclet. Auentin. & alii.* Cadomum (vulgò Caen) in Normannia expugnatur ab Edoardo, inde in Pontinensem agrum venit, pugnæ auidus. Pugnatum ad Cresciacum 26 Augusti, (Crescy pres Dabeuile) pugna nobili, sed qua nulla vnquam Francis extitit luctuosior. cæsi ad 20 vel 30 millia, occubuere Ioannes Rex Bohemiæ, pater noui Imperatoris; Carolus, Regis frater; Dux Lotharingiæ; & ex præcipua nobilitate Francica permulti. *Æmil. Froissart.* Occidit ibidem Ludouicus I Crescius (à loco mortis nomen accepit) Flandriæ Comes, Francum secutus. Flandriam successor obtinuit Ludouicus 2. dictus Malanus. *Marchant.* In Lotharingia patri successit Ioannes filius 9 annorum puer. — 19 Philippi 6. Valesij.

1347 Indict. 15. — 6 Clementis 6 — 7 Ioannis Cantacuzeni. *Caroli Regis Bohemiæ, & 4. Romanorum an. 1.* obiit Ludouicus Bauarus 11 Octobris, lapsus equo in venatione: Imperatorum vltimus, qui Pontifici Romano bella ausi sunt indicere. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Comes Flandriæ Ludouicus Malanus, à suis velut legitimus Princeps receptus; Flandros ab Anglica amicitia, auxilioque ferendo abstrahit. Interim Anglus obsidet Calitium, deditione recepta vrbs est, vltimo Augusti. eodem die anni 1346, cœpit obsideri. Quo tempore obsidebatur Calitium *(inquit Albertus Argentinas,* qui nunc viuebat) Dauid Scotiæ rex, ducto in Angliam exercitu, acie victus captusque est, rem gestam plures Historici notãt, licet in anno cõsignãdo differiãt. Blesẽsis Comes captus in Normannia ab Anglis liber dimittitur, duobus filiis in Anglia detentis. *Æmil. Froissart.* Ioanna Regina Neapolitana timens sibi à bello Hungarico, pacem cum Carolo Siciliæ Rege constituit, qua ius omne Siciliæ Siculo permisit; Siculus vectigal annuum, & auxiliares copias promisit reginæ, cõtra regni Neapolitani inuasores. *Fasellus.* perierunt hoc anno Nicolaus, Romanę Vrbis per aliquot menses dictus Imperator, & OKamus, qui obiit nono April. In Germania, ingentem huius anni pestem, *describit Platina,* quæ per Orbem grassata dicitur vniuersum. Innotuit nunc, & breui damnata est à Pontifice, secta Flagellantium. *de qua Nauclet. Tritbem. & Genebrard. in Clemente.* — 20 Philippi 6. Valesij.

1348 Indict. 1. — 7 Clementis 6 — 8 Ioannis Cantacuzeni. *Caroli 4. Regis Romanorũ an. 2.* Pactæ hoc anno induciæ inter Angliæ & Franciæ Reges, opera Pontificis: non tamen in Normannia. *Æmil.* Ludouicus Hungariæ Rex, Andreassi Neapolitani Regis extincti frater, Regnum Neapolitanum vi occupat, pulsa Ioã- — 21 Philippi 6. Valesij.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			na,quæ se in Prouinciam recepit,vbi Auenione Pontificem conuenit. *Blond. Bonifacius. Onuphr.* In hac expeditione occidit Ludouicus Carolum Dyrrachinum, qui pro Regina stabat. *de quo Pandulph. circa ann.* 1348. hic filium reliquit eiusdem nominis, *de quo infra* 1381. Principes Alemanniæ tandem Carolo adhærent, paucis exceptis Electoribus,qui anno sequenti eundem sequuti sunt. Restitura vnio Ecclesiæ,cum his, qui à Ludouico Bauaro steterant,finemque attulit hic annus bellis inter Imperatores, & Pontifices Romanos. *Naucler Auentin. lib. 7. & alii.*	
1349 *Indict. 2.*	8 *Clemẽtis 6*	9 *Ioannis Cantacuzeni,*	*Caroli 4. Regis Romanorum an. 3.* Post mortem Ioannæ Nauarrorum Reginæ (filia erat Ludouici Hutini Regis Franciæ) Regnum Nauarræ tenuit Carolus eius filius,natu maximus. *Annal. Franc.* Humbertus Delphinatium princeps, Dominicanorum Institutum sequutus, nunc Regi Franciæ plenè Delphinatum permisit;vili quidem pretio,sed ea lege,vt inter Regum Francorum filios,natu maximus Delphini nomen gereret, & Principatum. hu[i]us Dominatus caput est Vienna Allobrogum. *Æmil. Tillius, Genebrard. in Clemente 6. lege Paradin. in Chron. Sabau. c. 53 & 54.* vbi de bello cum Mediolanensibus. Moritur Orchanes Turcarum Princeps: regnant aliquandiu filii, Suleimannus, & Amurath. *Laonic.*	22 *Philippi 6. Valesij.*
1350 *Indict. 3.*	9 *Clemẽtis 6*	10 *Ioannis Cantacuzeni.*	*Caroli 4. Regis Romanorum an. 4.* Philippus Valesius Rex Francus,verè Catholicus Princeps,obiit 5 Kalend. Septembr. ad Nogentum Regium: Ioannes filius Rhemis 7 Kalend. Octobris coronatur. Induciæ cum Anglo ad biennium factæ. *Æmil.* excelsi animi Princeps describitur,minimè omnium simulator, Regni Francici calamitate nobilis. hic Rex Ordinem Equitum Stellæ auspicatus est. hi Stellam in capitio (galero,) aut alio vestis loco conspicuo gestabant. tessera erat, *Monstrant Regibus Austrauiam. Tillius, Genebrard. Annal. Franc.* Rodolfus Magister Equitum ex Anglia dimissus,proditionis damnatus,capite pœnas luit. *Froßart. Continuator Nangis, Annal.* In hunc annum incidit excessus Regis Castellæ Alfõsi 11, in Heracleæ obsidione in Bætica: successit Petrus filius. *Tarafa, Alfonsus Cartagena. lege Marianam lib. 15. c. 15.* Clemens Papa Iubileum de centesimo ad 50 annum reduxit. *Genebrard.* Auenio, Pontifici data non est à Philippo Rege Franco: sed empta hoc anno per Clementem,à Ioanna filia Roberti regis Siculi. *Platin. Genebrard. Pandulph. Collin. ad an.* 1352.	23 *Philippi 6. Valesij.*
1351 *Indict. 4.*	10 *Clemẽtis 6*	11 *Ioannis Cantacuzeni.*	*Caroli 4 Regis Romanorum an. 5.* Magister Equitum in Francia constitutus Carolus Hispanus,è Castellæ familia, creatur Comes Engolismensis,data ei filia Comitis Blesensis: quo perempto,à Nauarræ Rege ob priuatas simultates, Magister Equitum dictus est Iacobus Borbonius, Ducis Borboniæ frater. *Tillius.* Bellũ exortum inter Venetos,& Genuenses quinquennale. *Sabel. Blond.* Angli prius quàm dies induciarum exiret,arcem Guinensem proditione capiunt. *Æmil* Arragonense Decretum interpositũ de auspicando anno à Natiuitate Christi: expuncta deinceps Æræ mẽtione,in Diplomatis publicis. *Franciscus Tarafa.* quod ad annum 1358. *refert Genebrardus.* & idem actum ait apud Castellanos an. 1383, in Lusitania an. 1415 *ex Vasæo.* rem attigit *Mariana lib. 3. c. 24.*	1 *Ioannis 1.*
1352 *Indict. 5.*	11 *Clemẽtis 6*	12 *Ioannis Cantacuzeni,*	*Caroli 4. Regis Romanorum an. 6.* Opera Pontificis pax composita in Regno Neapolitano. Ioanna redit in Regnum Maritus Princeps Tarentinus,concessus; dictus Ludouicus: sed ea lege, vt post mortem Reginæ,iura Regni omnia essent penes Hungariæ Regem, *Pandulph. Collinut. Onuph. vide* 1348. Amurathus, Turcarum princeps,succedens fratri,traiicit in Europam: sedem figit Andreopoli,vbi variis prælijs profert Imperium. *Laonic. lib. 1.* Veneti victi naualí prælio à Genuensibus ad Constantinopolim.	2 *Ioannis 1.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	RERVM GESTARVM SERIES:	Reg. Franc.
			Blond.Sabel. Clemens 6 vita cessit Auenione 8 Idus Decembr. electus est 17 Kal. Ianuarii Stephanus Alberti, Cardinalis Ostiensis, dictus Innocentius 6. patria Lemouicensis. *Onuph.* sub hoc Pontifice, *Albertus Argentinas* finem imposuit suæ Historiæ.	
1353 Indict. 6.	1 Innocētij 6	13 Ioannis Cantacuzeni.	*Caroli* 4, *Regis Romanorum an.* 7 Veneti hoc anno potiuntur insigni victoria contra Genuēses, depressis 40 Genuensium nauibus vno prælio nauali. *Blond.* Ægidius à Pontifice in Italia, præficitur Patrimonio Ecclesiæ Romanæ; qui spatio quinquennii, quidquid subtractum erat, reduxit ad iura Summi Pontificis.	3 Ioannis 1.
1354 Indict. 7.	2 Innocētij 6	14 Ioannis Cantacuzeni.	*Caroli* 4. *Regis Romanorum an.* 8. Actum à Legatis coram Pontifice de pace inter Francum, & Anglum Reges: tantum prorogatæ tamen induciæ sunt. *Frossart.* Edoardus Baliolus in Scotia, diffidens posse se regno potiri, transfert in Anglum, quicquid iuris habebat. *Hector. Boet. lib.* 15. Insignem cladem Veneti accipiunt, victi à Genuensibus ad Promontorium quoddam Peloponesi: captæ naues 28. triremes 35. vnà cum Duce exercitus Nicolao Pisano: saluti Venetis fuit, quòd Genuenses nesciuerint vti victoria. Martinus hoc anno Venetiis electus Dux, Maiestatis reus periit. *Blond Sabel. Donatus Bossius, Palmer.*	4 Ioannis 1.
1355 Indict. 8.	3 Innocētij 6	15 Ioannis Cantacuzeni.	*Caroli* 4. *Regis Romanorum an.* 9 Carolus hoc anno in Italia coronatur Mediolani 4 Ianuarii ferrea corona: & Romæ 5 Aprilis, iterum à duobus Cardinalibus, ad id à Papa designatis: regreditur Imperator in Germaniam, vt Pontifici spoponderat. *Nauclet. Cuspin.* finem Historiæ imponit Mathæus Villani Florentinus. Res Franciæ afflixit plurimùm Nauarræ Rex, Anglo occultè fauens: sed detecta fraude, captus ipse Rothomagi, Lutetiam in custodiam mittitur. *Frossart. Tillius, & alii.* Iterùm Anglus immisso per Calitium exercitu, vastat circumiacentem Prouinciam; & altero, Carcassonam vicinaque loca depopulatur, quem ducebat Valliorum Princeps Edoardus: malè Richardum vocat *Gaguinus.* Obiit Ludouicus Tarentinus Ioannæ Neapolitanæ Reginæ maritus. Illa cum Iacobo Tarraconensi tertias nuptias celebrat, & postea quartas circa an. 1386. *Pandulph. Collinut.* Fridericus, dictus Simplex, incipit regnare in Sicilia, mortuo fratre natu maximo Ludouico. *Thomas Fasellus.* Ioannes Grandenigus, dictus Nasa, Dux Venetus creatur. *Sabellic.* pax constituta inter Venetos & Genuenses *Leander.* obiisse dicitur hoc anno Bartolus Iuriscōsult.	5 Ioannis 1.
1356 Indict. 9.	4 Innocētij 6	16 Ioannis Cantacuzeni	*Caroli* 4. *Regis Romanorum* 10. *à Coronatione Romana Imp.* 1. Constantienses in Normannia dedunt se Anglis. Philippus Nauarræ Regis frater ad Anglos transit, sequutum est Pictauense prælium, Gallica clade nobile. pugnatum est acriter 13 Kalēd. Octobris non procul Augustorito Pictonum; cum Rex Francus numero superior, conditiones pacis oblatas respuisset. vincit Anglus, capti Rex Ioannes, & Philippus filius, pèrductique in Angliam: cum his 1500 è præcipua nobilitate. cæsus Equitum Magister. plures denique capti, quàm fuerunt homines in Anglorum exercitu. Carolus Delphinus, fuga elapsus, Lutetiam tenuit. factiones in Francia multæ. Carolus Nauarrus è custodia dimissus, turbas passim excitabat. Induciæ ad biennium cum Anglis factæ, Burdigalæ. *Historia Franc. Aemil. Tillius, Frossart. & alii.* Apud Venetos obiit Dux Grandenigus: subrogatur Ioannes Delphinus. *Sabell.* viuebat in Hibernia Richardus, Episcopus Armacanus Mendicantium insecutor: in quem Thomas VValdensis, & alii scripsere.	6 Ioannis 1.
1357 Indict. 10.	5 Innocētij 6	1 Ioannis seu Caloioannis Palæologi.	*Caroli* 4. *Regis Romanorum* 11. *à Coronatione Romana Imp.* 2. Ioannes Palæologus, dictus Caloioannes, filius Iunioris Andronici Imperatoris, iam maturæ ætatis, fretus fauore Genuensium, & Turcarum, Imperium recuperat. detruso in Monasterium Ioāne	7 Ioannis 1.

Cantacuzeno. *Blond. Onuph. Laonicus.* Genuensium Duci data Lesbos Insula, cum ciuitate Mytilene, ob nauatam operam cõtra Cantacuzenum. Carolus Imperator edit Cõstitutionem Carolinam, quæ Bulla Aurea nuncupata est: de Imperatorum eligendorum ratione, & Electoribus. *extat apud Onuph. in fine libri de Romanis Imperatoribus. lege Nauclerum, Trithemium, aliosque huius temporis Scriptores.* Obiit mense Maio Alfonsus Lusitaniæ Rex 8. *Mariana lib. 17. cap. 1. ad hunc annum.* Regnum tenuit Petrus, filius vnicus. Dauid Scotiæ Rex, pecunia redemptus, dimittitur: alij ante hunc annum scribunt dimissum. hic cùm in Scotiam rediisset, retulit ad Regni Comitia, de regno Scotico ad Anglum Regem transferendo, vt in custodia se facturum spoponderat. sed reiectum ab omnibus hoc fuit, non sine animorum indignatione. *Historia Scotica.*

1358 | 6 Innocētij 6 | 2 Ioānis, seu Caloioānis Palæologi. | Indict. 11. | 8 Ioannis 1.

Caroli 4. Regis Romanorum 12. à Coronatione Romana Imp. 3. Intestinis seditionibus tantùm non periit nunc Francia. Parisienses Duce Stephano Marcello, administrationem Regni affectabant: plebs in Regios Magistratus passim armabatur: Nauarræ Rex Tragœdias suas agebat, augebatque. Delphinus se Regni Rectorem pronuntians, (cæso Marcello ad portam S. Antonii) vrbem ingreditur. *Æmil. Annal.* Tillius, *Frossart.* Nauarrus se Regni hostem pronuntiat. Habet hic annus in Hispania, Principum Virorum Castellanorum cædem à Petro Rege imperatam: fugam fratris ad Arragonium, & initium belli Arragonici aduersus Castellæ regem, *de qua re Mariana lib. 13. c. 1. & 2.*

1359 | 7 Innocētij 6 | 3 Ioānis seu Caloioānis Palæologi. | Indict. 12. | 9 Ioannis 1.

Caroli 4. Regis Romanorum 13. à Coronatione Romana Imp. 4. Exacto induciarum spatio cum Anglo Rege, aliquot prœliis certatum est, in variis Franciæ prouinciis: & licet vario euentu; tamen aliquantulum Francis felicius; Nauarræo iterum ad Franciæ partes redeunte. *Frossart.* Calogerius, dictus Calixtus, Patriarcha Constantinopolitanus creatur. *Onuph.*

1360 | 8 Innocētij 6 | 4 Ioānis seu Caloioānis Palæologi. | Indict. 13. | 10 Ioannis 1.

Caroli 4. Regis Romanorum 14. à Coronatione Romana Imp. 5. Ioannes Rex Francus in Anglicana custodia, nunquam adduci potuit, vt se Angli Beneficiarium profiteretur. Edoardus, Valliorum Princeps, latè omnia populatur, igni ferroque, in finibus Carnutum, Parisiorum, & Rhemorum. Anglo cordi erat, Franciam, aut in vastam solitudinem facere, aut in potestatem redigere. Tandem tamen Claudiocestriæ Ducis hortatione motus Angliæ Princeps, authoritateque Pontificis; magnarum rerum vicissitudinem sapienter apud se perpendens; ac quàm soleat casus victores sternere, tela, armaque debilitare; animum ad pacem inclinat. quæ constituta est ad Britiniacum 8 Maii, & Calitii firmata 24 Octobris iniquis Francorum Regni conditionibus. Exuit se Anglus iure, si quod in Regnum Franciæ illi extitisset, ea lege, vt ipse iure summo Regioque haberet Aquitaniam, quæ Vasconiam, Pictones, Xantones, Petrocorios, Lemouices, Cadurcos, Engolismenses, & Ruthenos contineret. accessit Rupella, & Calitium. His conditionibus Rex Ioannes dimissus, redit Lutetiam, quarto quàm captus fuerat anno, *inquit Æmilius,* accedunt *Annal. Franc. Genebrard. Polydor. libro decimo nono.* In Italia, rediit hoc anno Bononia ad iura Pontificum Romanorum, sub Ægidio Cardinale Legato. *Blond. Sabellic. Platin. Donatus Bossius, & Leander.*

1361 | 9 Innocētij 6 | 5 Ioānis seu Caloioānis Palæologi. | Indict. 14 | 11 Ioannis 1.

Caroli 4. Regis Romanorum 15. à Coronatione Romana Imp. 6. Ioannes Palæologus Imperator, fretus ope Bulgarorum, & Turcarũ, Peloponesum ingressus, hostes debellat. *Iouius, Sabel.* Hoc anno à Carolo Imperatore, instituta Pragæ Academia, in Bohemia. *Trithem.* Decretum in Anglia, vt actiones forenses deinceps fierent

Christi	Pont.	Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
			lingua Anglica,non autem Gallica,vel Normannica, vt antea. *Polydor.lib.*19.aliud Gymnaſium publicum Cracouiæ hoc anno inſtitutum,à Caſimiro Poloniæ Rege, *Martin.Cromer.* Conſtantinopoli poſt Calixtum, Patriarcha inſtituitur Philotheus, ſeu Philetus. *Onuph.*	
1362 *Indict.* 15.	10 *Innocentij* 6	6 *Ioannis,ſeu Caloioannis Palaeologi.*	*Caroli* 4.*Regis Romanor.an.*16.*à Coronatione Rom. Imp.* 7. Mortuo Philippo Burgundionum Duce,ſuccedit Ioannes Franciæ Rex, quòd ex Ioanna Philippi Ducis amita, procreatus eſſet. *Æmil.* Laurentius Celſus Dux Venetus renuntiatur,poſt obitum Ioannis Delphini. *Sabel.*Obiit Innocentius Papa Auenione 12 Sept. ſub quo viuebat Henricus à Balma Theologus. *Genebrard.* tandem poſt longam diſſentionem,5.Kal.Nouembr.creatur Pontifex Guillelmus de Griſaco , Abbas S. Victoris Maſſilienſis, nec Cardinalis,nec præſens:dictus Vrbanus V. Narrat *Onuph.* oriundum è Galliæ Prouincia Toloſana.	12 *Ioannis* 1.
1363 *Indict.* 1.	1 *Vrbani* 5	7 *Ioannis ſeu Caloioannis Palaeologi.*	*Caroli* 4.*Regis Rom.ann.*17. *à Coronatione Rom.* Imp.8. Antea quidem Turcæ venerāt in Europam : ſed nunc vſi nauibus Genuenſium,tranmiſerunt in Græciam 60000 armatorum: ſpecie quidem iuuandi Imperatorem: ſed reuera vt occuparent (quod nunc fecerunt) præcipuas ciuitates, Philippopolim , Adrianopolim,aliaſque plures:quibus captis,Ioannem Palæologum vectigalem fecit Amuratus Turcarum Princeps , & ex Imperatore ſeruum.Imperator enim dato filio obſide , nec militare, nec inire Imperium deinceps auſus eſt,niſi accepta à Turcis poteſtate,vt omnes fere Hiſtorici obſeruant.Bellum,quod in procinctu erat, inter Carolum Imperatorem, & Regem Poloniæ,autoritate Pōtificis ſedatum eſt.*Martin.Cromer.*Ioannes Rex Franciæ, decreta expeditione aduerſus infideles,prius in Angliam tranſmiſit, vt de obſidibus datis,& ſecuritate pacis tranſigeret: vbi tamen morbo oppreſſus,diem clauſit Londini 9. Aprilis anni ſequentis. *Annal. Franc.Froſſart.Continuator Nangis.*Vicecomes Mediolanenſis,inuaſor Patrimonii Sancti Petri,victus nunc acie eſt à Legato Pontificis,prope Bononiam,cum ingenti Mediolanenſium clade. victus pacem petitam obtinuit,Cyprii Regis precibus apud Pontificem.*Blond.Platin.Sabel.*	13 *Ioannis* 1.
1364 *Indict.* 2	2 *Vrbani* 5	8 *Ioannis ſeu Caloioannis Palaeologi.*	*Caroli* 4. *Regis Rom.ann.* 18.*à Coronatione Rom.Imp.*9.Poſt obitum Ioannis, magnanimi Principis , à ſimulatione alieniſſimi, Regnum tenuit Francicum filius Carolus, huius nominis 5, dictus Sapiens. Coronatur Rhemis 19 Maii.hic ſua , per fratres ac Præfectos,bella geſſit, & feliciter,reparatis anteacti temporis damnis.Pax inter Florentinos,& Piſanos compoſita, autore Pontifice. *Blond.Sabel.*Gregorii milites,qui (pace inter Anglum,& Francum conſtituta)in magnum coeuntes exercitum,Franciam Germaniamque vaſtabant;data pecunia, tandem amandati ſunt ad bella Italica,& Arragonica.	1 *Caroli* 5.*Sapientis.*
1365 *Indict.* 3.	3 *Vrbani* 5.	9 *Ioannis ſeu Caloioannis Palaeologi.*	*Caroli* 4.*Regis Rom. ann.*19. *à Coronatione Rom.* Imp. 10. Pax in Britannia minori firmata à Lodouico Regis fratre, inter viduam Comitis Bleſenſis,& Ducem à Monteforti. Manſit ex pactis,Britannia Beneficium Franci Regis. *Æmil. Tillius.* ex hac pace conciliata , Carolus Sapiens totius Regni pacem eſt conſequutus. Marcus Cornetus Dux Venetus eligitur , poſt obitum Laurentii Celſi. *Sabel.* Rex Cypri Alexandriam in Ægypto vaſtat.*Aeneas Syluius.*	2 *Caroli* 5.*Sapientis.*
1366 *Indict.* 4.	4 *Vrbani* 5.	10 *Ioannis,ſeu Caloioannis Palaeologi.*	*Caroli* 5.*Regis Rom.ann* 20.*à Coronatione Roman. Imp.* 11. Intermiſſo in Gallia Anglicano bello,redintegratum eſt. eodem fere tempore maioribus viribus Arragonicum,in Hiſpania, cum Caſtellæ Rege:ad quod, initio euocata ſunt auxilia Maurica, non ſine Innocentii Pontificis graui tunc expoſtulatione. Fratres,	3 *Caroli* 5.*Sapientis.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			Petrus Castellæ Rex, habebat Henricum Transtamaræ Comitem; Fridericum Diui Iacobi Magistrum: Ferdinandum Ledesmiæ Regulum; & Tellium; sed ex Eleonora Gusmania pellice. *Mariana lib.* 15. *in fine.* qui causas belli *narrat lib.* 17 c. 1. Henricus initio huius belli, fratri Regi diffidens, ad Arragonium transiuit, sub annum 1357. quando hoc bellum, autore pontifice, induciis temperatum est: secuta est magna Principum cædes in Castella. Natum inde grauius bellum. Henricus, & Tellius fratres ann. 1359. cladem intulere Castellano. at sub annum 1361. opera Legati Apostolici pax constitit. quo anno occisa est Blanca Borbonia, Castellæ regina. Henricus, & fratres Gallias eo tẽpore adiere. ann. 1363. Castellanus in Arragonios bellũ redintegrat, pacatis iam Castellæ rebus á bello Maurico: & Anglo Rege Valliæque Principe in societatem belli aduocatis. adfuit præterea Castellano Nauarræ Rex. Initio peruia omnia Castellæ armis: donec Henricus è Gallia hosti occurreret. fraudes in Henricum parantur spe specieque pacis. Sed hac spe sublata, renouatũ bellum an. 1364. fœdus ineunt nouum Nauarræus, Arragonius, & Henricus. anno insequente Castellæ vires multum debilitari cœperunt; præsertim cum aduenissent è Gallia vagi illi & palantes milites, de quibus 1364. qui ad 12 hominum millia erant. ergo hoc supplemento exercitus auctis Henrici viribus, ille Petrum Castellanum, suis exosum, & Pontificis sententia Regno inutilem iudicatum, Regno deturbans, Castellæ rex renuntiatur; imo & Legionensis, ac Toletanus: mox Burgos festinans, à Burgensibus receptus & coronatus est, ipso die Paschatis. Petrus fugit in Vasconiam ad Valliæ principem. *Continuator Nangis. Froissart. Mariana lib.* 17. *c.* 6. 7. *&* 8. Vrbanus Papa Romam redit; ibique hæsisse dicitur triennio. *meminit in Epist. Petrarcha.*	
1367 *Indict.* 5	5 *Vrbani* 5	11 *Ioannis seu Caloioannis, Palaeologi.*	*Caroli* 4. *regis Rom. ann.* 21. *à Coronatione Rom. Imp.* 12. Petrus Castellanus, regno quidem restituitur à Valliorum Principe, pulso Henrico; sed cum Castellanus stipendium militibus promissum negaret; Anglus copias in Vasconiam reducit: & Henricus repetito bello, Petrum fratrem vincit, captum occidit, regnoque potitur vniuerso an. 1369. *Æmil. Froissart. Continuat. Nangis, Mariana lib.* 17. *cap.* 12. 13. *&* 14. Petrus rex 8. Lusitaniæ vita functus est 18 Ianuarii: filius Ferdinandus regnat.	4 *Caroli* 5. *Sapientis.*
1368 *Indict.* 6.	6 *Vrbani* 5.	12 *Ioannis, seu Caloioannis Palaeologi.*	*Caroli* 4. *regis Rom. ann.* 22. *à Coronatione Rom. Imp.* 13. Carolus à Pontifice rogatus in Italiam venit: vxor Romæ coronatur, Augusta nuncupata. Imperator, cum vna atque altera vrbe mulctasset Pisanos, ac Florentinos; redit hoc ipso anno in Germaniam. *Naucler. Blond.* Obiit Fridericus Simplex Siciliæ rex, relicta filia vnica, regni hærede. *Thomas Fasellus.* Ordo Monasticus Iesuatorum Senis initium accepit, à Ioanne Columbano. *Polyd. lib.* 7. *c.* 4. *de Inuentoribus rerum, Genebrard. in Vrbano* 5. *& Baronius in Martyrol.* Marcus Cornerus Dux Venetus decessit: subrogatur Andreas Contarenus. *Sabel.*	5 *Caroli* 5. *Sapientis.*
1369 *Indict.* 7.	7 *Vrbani* 5.	13 *Andronici Caloioannis Palaeologi*	*Caroli* 4. *Regis Rom. ann.* 23. *à Coronatione Rom. Imp.* 14. Armeniacus, & Vasconiæ Proceres, quòd tributo premerentur ab Anglis, prouocant ad Francum regem. Valliorum Princeps causam agere iussus, renuit: renouatumque est bellum aduersus Anglos. *Æmil. Froissart. Continuat. Nangis.* Carolus rex Sapiens, ordinem 100 Sagittariorum Scotorum instituit, quibus custodia Regia ex officio incumberet. *Histor. Scot. Leslaeus in Dauide* 2. quo etiam anno obiisse dicitur Rex Dauid sine liberis, electus Rex Robertus Stuartus, Roberti Brusei ex filia Mariotia nepos. erat Banquho quidam Loquhabriæ Præfectus ante aliquot annos, eius nepos Valterus, regiis prouentibus Præfectus, Stuarti nomẽ	6 *Caroli* 5. *Sapientis.*

inde accepit. hinc propagata præclara Stuartorum familia, auctaque titulis, & rebus præclarè gestis, tandemque habuit Darleos, & Lenoxios Comites. ex his Valterus Stuartus Marioriam Roberti Brusei Regis filiam, connubii vinculo accepit vxorem. inde natus hic Robertus, huius nominis 2. sed primus ex Stuartorum familia rex Scotiæ. sic legitimè à Bruseorum Dynastia, ad Stuartos Regnum peruenit. *Histor. Scot. Lesleus in Dauide 2 & alii.* Vrbanus Papa rediit Auenionem, studio sedandi Anglicanum bellum. *Blond. Platin.* Ludouicus Mantuæ principem agit; cum hoc anno pater diem obiisset. Idem Ferrariæ, Parmæ, alibique in Italia sensim euenit, nouis Principatibus dato initio.

1370 | 8 *Vrbani 5* | 14 *Ioannis seu Caloioannis Palaeologi* | 7 *Caroli 5. Sapientis* | *Indict. 8.*

Caroli 4. Regis Rom. ann. 24. à Coronatione Romana Imp. 15. Angli, Lemouicum vrbem diripiunt, vastantque: & immisso in Franciam per Calitium exercitu, omnia incendunt: quem tamen, exercitus Franci regis, nulla data pugnæ copia subsequens, sensim doleuit. *Froissart. Continuat. Nangis.* Obiit Cazimirus Poloniæ rex, egregius Princeps mense Nouemb. Magnus nuncupatus: successit, antea approbatus à Proceribus, nepos Ludouicus Hungariæ Rex. *Martin. Cromer.* nunc cœpit Polonia externos habere Reges à quibus feliciter res Polonica, vt notant Historici, administrata est. Vita cessit Auenione Vrbanus Papa 19 Decemb. electus successor 29 eiusdem mensis, Petrus Rogerius, Cardinalis S. Mariæ Nouæ: qui dictus est Gregorius XI, Lemouicensis è Gallia, Clementis fratris filius. *Onuph. Platin, Froissart.* nunc viuebat S. Brigitta (à Scotica diuersa) Sueciæ Noritiæ quondam Regina. Confirmationem sui Ordinis accepit Auenione ab Vrbano 5. *Polydor. lib. 6. de Inuentor. c. 4. Genebrard. in Vrbano 5.*

1371 | 1 *Gregorij XI.* | 15 *Ioannis seu Caloioannis Palaeologi.* | 8 *Caroli 5. Sapientis.* | *Indict. 9.*

Caroli 4. Regis Rom. ann. 25. à Coronatione Romana Imp. 16. Nauarræ Rex, reconciliata antea cum Rege Franco gratia: nunc primum conuenit Regem; & liberè se Regis Beneficiarium profitetur. Henricus Castellæ rex, classem submisit in Franciçam oram. quo auxilio à Francis victi sunt Angli, nauali prælio ad Rupellam, 24 Iunii: plerisque, tum captis, tum depressis Anglorum nauibus. Duces Biturigum, & Burgundiæ, Franci Regis fratres; in Pictonibus, Saxonibusque rem prospere satis gerebant. *Æmil. Tillius. Froissart. Nangis Continuator.* viuebat nunc Ioannes Viclefus, ex Anglia oriundus, Hæreticus: cuius Hæreses, paulo post Ioannes Hus sparsit per Bohemiam, sub Venceslao rege. *Æneas Syluius Histor. Bohem. c. 35*

1372 | 2 *Gregorij 11* | 16 *Ioannis seu Caloioannis Palaeologi.* | 9 *Caroli 5. Sapientis.* | *Indict. 10.*

Caroli 4 Regis Rom. ann. 26. à Coronatione Romana Imp. 17. Occiso nunc impiè Petro Cypri Rege, semper deinceps in deterius prolapsæ sunt res illius Regni. Bertrandi Gesquinatis virtus, hoc anno enituit in Francia præ cæteris. *Æmil.* Comes à Mõteforti secutus Anglos, reus Maiestatis in Francia denuntiatur. *Tillius, & alii.*

1373 | 3 *Gregor. 11* | 17 *Ioannis seu Caloioannis Palaeologi.* | 10 *Caroli 5. Sapientis.* | *Indict. 11.*

Caroli 4. Regis Rom. ann. 27. à Coronatione Roman. Imp. 18. Turelupini, Cynicorum sectam imitantes, de nuditate corporis & publico coitu, damnati exustique sunt. *Bernard. Lucemb. Genebrard. Æmil. Tillius.* Obiit Amadeus 6, Comes Sabaudiæ: successit filius eiusdem nominis. *Paradin, cap. 70.* viuebant his annis Richardus Noringhamius, Iacobus Lausanensis, Nicolaus Oresmus Gallus, Maximus Planudes Græcus Monachus, Humbertus Abbas Pruliacensis, Mathæus Cracouiensis, Bartholomæus Pisanus, & Paulus Venetus. *Geneb. in Gregorio. XI. Cocc.*

1374 | 4 *Gregorij 11* | 18 *Ioannis, seu Caloioannis Palaeologi.* | 11 *Caroli 5. Sapientis.* | *Indict. 12.*

Caroli 4. Regis Rom. ann. 28 à Coronatione Rom. Imp. 19. habet hic annus inducias inter Francum & Anglum, post expeditionem Anglorum in Franciam. *Froissartes.* Scoti misso in Franciam Gualtero Vardlau, Episcopo & Cardinale Glascoensi, renouant fœdus cum Francis: mox secutum bellum aduersus Anglos: pugna-

tum ad Ottirburnum oppidũ: victoria insignis à Scotis stetit: vbi enituit virtus Guillelmi Duglasii (qui in acie occubuit) Patricii Hepburni, & Montgomerii. *Hector. Boet. libr.* 16. *Leslaus in Roberto* 2. Emanuel, vnus ex Ioannis Palæologi filiis, Thessalonicæ Princeps, accusatus conspirationis in Amuratum, priuatur Principatu, ab eodem Turcarum Imperatore. *Laonic.* Macarius Coloyerus Patriarcha nominatur Constantinopolitanus, post Philotheum. *Onuph.*

1375 indict. 13. | 5 Gregorij XI. | 19 Ioann. seu Caloiohann. Palaeologi. | *Caroli 5. Regis Rom. an* 29. *à Coronatione Roman. Imp.* 20. Lata est hoc anno à Carolo Rege Sapiente Lex de Regum Franciæ filiis consecrandis anno ætatis 14. quæ promulgata in Senatu est 12 Kal. Iulii. *Tillius. Æmil.* Vladislai Regis nepos, Vladislaus Iunior, Monachus in Monasterio Sancti Benigni Diuionensis, inuitatur ad regnum Poloniæ capessendum: vt habet eius Epitaphium, sepulchro insculptum in eodem Monasterio. | 12 Caroli 5. Sapient.

1376 indict. 14 | 6 Gregorij XI. | 20 Ioannis seu Calo̅ianis Palaeologi. | *Caroli* 4. *Regis Rom. ann.* 30. *à Coronatione Rom. Imp.* 21. Ioannes Palæologus, ab Andronico filio pulsus ope Genuensium, nunc iterum Imperio restituitur ope Venetorum: quibus propterea Tenedus Insula data est à Ioanne Palæologo, erepta Genuensibus. *ita quidem Blondus. Sabel. & Platin.* mirum tamen est, Laonicũ nullam facere mentionem huius mutationis, & inter patrem filiumque dissidii. Diem clausit Edoardus Valliorum Princeps 10 Iulii: cuius filius Richardus, ab auo Anglo Rege adhuc superstite, Angliæque Proceribus habitus est Regni hæres legitimus. *Froissart. Polydor.* Hoc anno Gregorius 11, Sedem Pontificiam Auenione Romam transtulit: cùm enim bellis Italiæ indies renascentibus, modus finisue inueniretur nullus: remedium sperabatur, si Sedes Vrbi redderetur. *Æmil. Sabel. Blond. Platin.* Catharina Senensis Virgo, Ordinis Dominicani, sanctitate conspicua, salutaris consilii autor præcipua fuit. eius ad Gregorium extant 12 Epistolæ. *Mariana libro* 7. *cap.* 19. obiit anno 1380. sacrata eius memoria anno 1461. *Baronius in Martyrol.* 29 *Aprilis.* | 13 Caroli 5. Sapient.

1377 Indict. 15. | 7 Gregorij XI. | 21 Ioannis seu Caloiohannis Palaeologi. | *Caroli* 4. *Regis Rom. ann.* 31 *à Coronatione Rom. Imp.* 22. Francus Rex hoc tempore, milite & Ducibus Anglo superior, loca aliquot recepit: obiecitque Calitio, ne excurrerent Angli, arcem vicinam, munitamque: quando Rex Edoardus Senior vita cessit. Richardus ex Edoardo filio nepos, Regnum pacifice tenuit, nulla mota à patruis controuersia. *Æmil. Froissart. Polydor.* Turcarum Princeps Amuratus, post deuictos Bulgaros, & Seruios, à priuato quodam obtruncatur: imperat filius Baiazetus. *Laonic. lib.* 1. hic in Macedoniam, Epirum, & Hungariam postea penetrauit. | 14 Caroli 5. Sapient.

1378 Indict. 1. | 1 Vrbani 6 | 22 Ioannis seu Caloiohannis Palaeologi. | *Caroli* 4. *Regis Rom. ann.* 32. *à Coronatione Rom. Imp.* 23. Carolus Imperator Franci Regis auunculus post reditum è Francia (quo se contulerat spe pacis constituendæ inter Francum & Anglum) morbo correptus decessit, 29 Nouembris. *Auentin. & Appendix ad Nangiacum*: tamen *Onuph.* notat Februarium anni sequentis: filius Venceslaus, Rex Bohemiæ, & Dux Luceburgensis, ab Electoribus nuncupatur paterni Imperii successor, iamdiu ante declaratus Rex Romanorum. Turbauit spem pacis Francicæ mors etiam Pontificis, & exortum immane Schisma Romanæ Ecclesiæ, non ante 30 annos exactos sedandum. ergo post excessum Gregorii XI, qui incidit in 26, Martii, dum Italia Romaque armis Italum Pontificem: Galli (præcipuè Lemouicensium factio) Gallum expeterent: primùm Romæ electus est Bartholomæus Neapolitanus, Barensium Archiepiscopus, vocatus Vrbanus VI die 2. Aprilis. Sed cum Vrbanus vitia temporum tollere conaretur, nec Purpuratis parceret, *inquit Æmili.* Cardinales post tertium ab electione mensem, Anagniam dissimulanter, & tandem | 15 Caroli 5. Sapient.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni imper.		Reg. Franc.
			Fundos digressi, fretique autoritate Ioannæ Reginæ Neapolitanæ, vim illatam accusantes, eligunt 20 Septemb. Robertum Gebennensem Cardinalem, in Pontificem: qui dici voluit Clemens 7. hic Auenionem se recepit: vbi ad obitum vsque hæsit. Hunc Reges; Francus, Arragonius, Scotus, & Regina Neapolitana probarunt: Vrbani tamen Comitia sanctiora dicebant, Italia, Germania, Hungaria, Anglia & Lusitania: rem narrant, *Æmil. Genebrard. Froissart.* Platin. *Continuator Nangis, Mariana libr.* 18. *cap.* 1. *& alii.* recitat *Æmilius* tum aliorum, tum *Baldi* peritissimi Iuris interpretis sententiam, pro Vrbano. Redintegratum nunc bellum, inter Francum & Nauarræum. *Tillius, Froissart.*	
1379 *Indict.* 2	2 *Vrbani* 6.	23 *Ioannis seu Caloioannis, Palaologi.*	*Venceslai Regis Rom. ann.* 1. Ioanna Neapolitana Regina, Clementem comitata Auenionem, spe liberorum frustrata, adoptat Ludouicum Andegauensem, Caroli Franci Regis fratrem. *Froissart. Pandulph. Collenutius.* Genuensium classis Venetam profligat. Genuenses bene vsi victoria: Fossa Clodia, aliisque Venetorum oppidis impune potiti sunt. *Sabel. Ennea* 9. *lib.* 9. *Blond. decad.* 2. *lib.* 10. Henricus Castellæ Rex, nominis huius 2, pace firmata cum Nauarræo, obiit ipso die Pentecostes, veneno extinctus. Ioannes, filius vnicus, nominis huius primus, succedit Regnis; Castellæ, Legionis, Cordubæ, & Hispalis, coronatus 25 Iulii, & hoc anno. *ex Alfonso Cartagena, Nangiaco Continuat. Froissarte, & Mariana lib.* 18 *cap.* 2. *&* 3. *licet Tarafa* hoc initium referat ad annum 1377. per idem tempus decessit Granatensis Rex Maurus: successit filius Mahomad. *Mariana c.* 2.	16 *Caroli* 5. *Sapientis.*
1380 *Indict.* 3	3 *Vrbani* 6.	24 *Ioannis, seu Caloioannis Palaologi.*	*Venceslai Regis Rom. an.* 2. Dum Anglorum copiæ Calitio mouentes, Franciam sub signis metiuntur: Gesguinas Francorum equitum Magister, Castrum nouum obsidens, non procul ab Anicio Aruernorum, decessit è vita: & sub idem tempus Carolus Rex Sapiens, mortalitatem reliquit 16 Septemb. ad saltum Vicennarum: regnat filius Carolus 6 ætatis annum 14 non superans. Patruus Dux Andium, Rector Franciæ, Duces Burgundiæ, & Borboniæ, (patruus alter, alter auunculus) tutores ex quinti Regis Testamento instituti. Coronationis dies fuit primus Nouemb. *Aemil. Froissart. Tillius, & Appendix ad Nangiac.* quæ sub hoc Rege finem accepit. Nunc adinuenta maiora illa tormenta bellica, quatiendis & euertendis vrbium mœnibus, explosione ferreorum globorum opportuna, apud Venetos, authore Bertholdo è Germania. à quibusdam putatus est Monachus. qua arte primi vsi sunt Veneti, in recuperanda hoc anno Fossa Clodia. *Sabel, Blond. Genebrard.* licet hanc inuentionē Nauclerus referat ad annum 1354. In Persidem his fere annis inuexit nouum Religionis ritum, quidam dictus Sophi, adeoque inualuit secta hæc; vt qui hoc seculo nostro Principes sunt Persarum, inde Regni & Religionis originem traxisse putentur. *Cælius Augustinus lib.* 3. *Hist. de Saracenis.*	17 *Caroli* 5. *Sapientis.*
1381 *Indict.* 4	4 *Vrbani* 6.	25 *Andronici Caloioānis Palaologi.*	*Venceslai Regis Rom. an.* 3. En calamitosa tempora, in Germania imperat hic Cæsarum ignauissimus. nunquam adeò vexata Francia, ac sub Carolo 6. Sapientis Regis iuuene & stulto filio, *inquit Genebrardus.* Orbis Christianus duos Pontifices aspiciebat. & Græcia, Græcorum dissidiis, ad iura à Turcis recipienda parabatur. En quo Imperantium culpâ res deductę sunt. Parisiis, & Rothomagi plebs ob aucta vectigalia tumultuatur. *Aemil. Froissar.* nec tamen militibus soluebantur stipendia, quamuis Rex Sapiens, duodecies centena aureorum millia in Regio ærario reliquisset. *Gaguinus, & Annales* octodecim milliones dicunt. tantæ opes momento dissipatæ, Regis adolescentis, & Rectorum culpa. idem ob vectigalia malum Anglos quoque ad tumultum impulit, ac-	1 *Caroli* 6.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			cedente apud plebem falsa opinione; debere omnia esse communia. *Polydor. Froßart.* nihil propius factum, quam vt vastaretur Londinum. Carolus Dyrrachinus Iunior, *de quo ad an.* 1348, hortante Vrbano, & fretus authoritate ac copiis Ludouici Regis Hungariæ, iam ex Hungaria armatus Italiam intrat: & capta Ioãna Neapolitana Regina, toto Regno potitur mense Semptemb. Regni eius coronam Carolo iam imposuerat Vrbanus, 2 Iunii. *Onuph. Pandulph.* Pax constituta inter Venetos, & Genuenses 24 Augusti opera Ducis Sabaudiæ. *Bonfin. Sabel Blond.* Induciæ ad triennium concessæ à Scotis, Anglo Regi, missuro amicas copias in Lusitaniam, aduersus Castellanum. *Mariana lib.* 18. *c.* 5. *Froßart.* Hugo Ambrotus, Parisiensis Vrbis Prætor, postulatus Hæreseos à Scolasticis & Ecclesiasticis, quos impetebat; in perpetuum carcerem asseruandus traditur. *Æmil.*	
1382 Indict. 5.	5 Vrbani 6	26 Ioãnis seu Caloiõãnis Palæologi.	*Venceslai Regis Rom. an.* 4. Franciæ Rex, ducto in Flandriam exercitu rebelles Comiti Flandriæ factiones vincit; cæsis acie ad 20 millia. *Froßart. Chron. Flandriæ.* Ioanni Lotharingiæ Duci, qui vita cessit Parisiis, succedit Carolus filius. *Richard. Vaßeburg.* Ioãna Regina Neapolitana hoc anno strangulata periit; suadente id Ludouico Hungariæ Rege per literas. Maria etiam Reginæ soror capite plexa. Carolus Vrbanum visitat, à quo inunctus, Apuliæ Corona donatur. *Pandulph* Venetiis post Andreæ Contarini obitum, & 4 menses dandos Michaeli Mauroceno; Ducatum exercuit Antonius Venerius. *Sabel* Pax Castellano, & Lusitano regibus conciliata. *Froßart. Mariana lib.* 18. *c.* 5. Diem claudit Ludouicus Hungariæ & Poloniæ Rex mense Septemb. duas post se reliquit ex Elisabetha filias: altera dicta Maria, Sigismundo desponsata, Hungariæ Regno destinata fuit: altera Poloniam tenuit, rexitque. *Martin. Cromer.* In Concilio Anglicano, Londini habito, damnatur Viclefus. *Thomas Valden.*	2 Caroli 6.
1383 Indict. 6.	6 Vrbani 6.	28 Ioãnis seu Caloiõãnis Palæologi.	*Venceslai Regis Rom. ann.* 5. Rex Francus è Flandria rediens, seditiosos Parisiis & Rothomagi castigat. Parisiis quidem de 300 sumptum supplicium. plurium bona publicata. Ædiles (quos Scabinos vocant) & mercatorum Præfectus, in vindictam sublati: nec hic Præfectus, nisi exacto quinquennio restitutus est. *Æmil.* Obiit Olisipone mense Octobri Ferdinandus Rex Lusitaniæ: debebatur Regnum Beatrici filiæ vnicæ, quæ matrimonio locata erat Ioanni Castellano Regi. Lusitani tamen, Castellanis infensi) vt vicinorum Regnorum rara gratia est) Regem petebant Ioannem) alii Dionysium vocant) defuncti Regis fratrem. *Froßart. Mariana libro* 18. *c.* 6. *&* 7. hinc natum cum Castellano bellum ad biennium. *idẽ author lib.* 18. *cap.* 3. Cypri Regno succedit Iacobus, dimissus è custodia, in qua erat Igenuæ; cum obiisset Rex Cyprius Petrus 2. *ex Histor. Cypr.* Ludouicus Andium Dux Galli Regis Ioannis filius secundus, antea adoptatus à Ioanna Neapolitana, nunc armis Regnum petit aduersus Carolum Dyrrachinum; sed, si creditur *Pandulpho*, ille victus obiit anno sequenti.	3 Caroli 6.
1384 Indict. 7.	7 Vrbani 6	1 Andronici Caloiõãnis filij.	*Venceslai Regis Rom. ann.* 6. Dum Græci, Ioannes Palæologus, Caloioannes dictus; & Andronicus filius certant de Imperio; Baiazetes Græcia potietur breui. & hoc quidem anno, Baiazetæ auxilio, Andronicus filius Constantinopolim & Imperium occupat, coniecto in carcerem Ioanne. Andronicus iurans in verba Turcæ Imperatoris, se eius clientem profitetur. *vide annum* 1387. *& Laonic. lib.* 2. Obiit mense Ianuario Ludouicus Flandriæ Comes: successit eius filia vnica Margarita, vxor Philippi Valesii Audacis, Ducis Burgundiæ. Hęc dicta est Margarita tertia *Marchantius initio lib.* 3. *Chron. Fland.* prorogatur bellum aduer-	4 Caroli 6.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
			ſus Caſtellanos à Luſitanis. *Polydor. lib* 20. *Froſſart. vide annum* 1383.	
1385 *Indict.* 8.	8 *Vrbani* 6.	2 *Ioannis, ſeu Caloioannis filij.*	*Venceslai Regis Rom. an.* 7. Prudentia Philippi Audacis, iam Comitis Flandriæ, Flandricum bellum, cum Francis hactenus geſtum, finem accepit; hoc 7 belli anno. *Æ mil. Froſſart.* Carolus 6 tres tantum Liliorum flores pro inſigni Regio voluit deinceps extare; cùm anteà incertus Liliorum numerus poneretur. Contigit hoc anno in Luſitania prælium ad Aliubarrotam, victo Caſtellano Rege, cum poſt mortem Ferdinandi Luſitani, eius frater Ioannes, Auiſii Magiſter, fuiſſet 5 Aprilis proclamatus Luſitaniæ rex. hinc numerantur eius anni 48, quibus regnauit. huius victoriæ memoriam Luſitani anniuerſario Feſto inſtaurant. inſignis ea fuit, & quam deſcribit, *Mariana lib.* 18. *c.* 9. accidit 5. Auguſti *ex Froſſart. vide an.* 1383. Iagellus Lituaniæ Dux, vocatus à Polonis, & initiatus Chriſtianis Sacris, menſe Feb. dictus in baptiſmo Vladislaus: regnat in Polonia, ex electione, & connubio cum legitima hærede. *Martin. Cromer. vide an.* 1382.	5 *Caroli* 6.
1386 *Indict.* 9.	9 *Vrbani* 6.	3. *Ioannis, ſeu Caloioannis. filij.*	*Venceslai Regis Rom. an.* 8. Carolus Neapolitanus Rex, nuncupatus Dyrrachinus, nunc in Hungariã venerat, inuitatus à Proceribus ad Coronam, qui ægrè à fœmina ſe regi patiebantur. Ille Regnum ſibi deberi exiſtimans, paruit: ſed è regina Eliſabetha conuiuio exceptus, trucidatur iubente Regina, menſe Iunio; alii Februariũ notant: exacto iam quadriennio à Coronatione Põtificia, *vide* 1381 *&* 1382. *& Pandul.* hinc inteſtina diſſidia Hũgarica. vnde mors Reginæ ſecuta eſt: tandemq; regnat reuocatus Sigiſmundus (cum Maria, *de qua* 1382) Princeps, Cæſaris filius, coronatus Hungariæ Rex ipſo die Pentecoſtes, regnauit annis 51 integris. *Bonfin. & Chron. Hungar. Abrahami Baska.* Turbatum etiam Regnum Neapolitanum, ſeu Siciliæ cis Farum, Nepolitanis tumultum concitantibus in Margaritã Caroli occiſi vxorem. tamen ab hoc anno regnaſſe *ſcribit Onuph.* Ladislaum Caroli filium, *de quo infra* 139?, *lege Pandulph. Blond. Sabel. Aemil.* Ioannes Viennenſis, maris Præfectus Francicus, rediens è Scotia: quo miſſus à Franco cum 60 nauium claſſe erat, vt Anglos è vicino & amico Scotiæ Regno premeret: Franco regi perſuaſit, optimam belli rationem fore, ſi excercitum in Angliam tranſmitteret: diſputans, Anglos domi facilè vinci, foris ægrè. erat hęc, quæ parabatur in Angliam expeditio, nauiũ 1200, & Anglos mirè ſolicitos tenebat. Sed res Francicæ, & nouus caſus Magiſtri Equitum, nouum Franco conſilium iniecerunt. *Aemil.*	6 *Caroli* 6.
1387 *Indict.* 10.	10 *Vrbani* 6.	1 *Manuelis* 2. *Caloioanni filij. Palaeologi.*	*Venceslai Regis Rom. an.* 9. Ioannes Palæologus, *de quo* 1384, elapſus è cuſtodia; tantum effecit apud Turcarum Principem, vt Manuel filius haberet Imperium. Andronicus in Aſiam traiicere coactus, vixit deinceps apud Turcas in Aula Baiaceti. *Laonic. lib.* 2. *Onuphrius in Faſtis* dat huic Manueli 30 annos: alij pauciores. Motus in Anglia inter Regem & patruos, poſt conflictum (in quo patrui ſuperiores fuerunt) ſedantur. Leceſtrienſis Dux, rebus malè geſtis in Hiſpania aduerſus Caſtellanum Regem, redit in Angliam. Borbonius è Gallia ſubmiſſus eſt, qui Caſtellanum iuuaret. *Froſſart.* Obiit tandem Carolus Nauarræ Rex, Franciæ flagellum; ambuſtus, dum vir intemperantia exhauſtus, vt reficeret vires, inſutus linteis aqua ardente perfuſis, admouet filo imprudens candelam; flammam materia concipit, qua exuſtus, intra biduum expirauit. *Tillius, Annales, Aemil.* ſucceſſit Carolus huius nominis 2, Princeps ſapiẽs, paciſque amans. Poſt obitum Petri 4, Arragoniæ regis, regnat filius Ioannes 1, natu maximus. *Froſſart. Taraſa.* Martinus in Arragonia Comes, & Maria Siciliæ regina, Martini vxor, veniunt in Siciliam hoc anno, & ſequenti coronantur. *Thomas Faſellus.*	7 *Caroli* 6.

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
1388 Indict. 11.	11 *Vrbani 6*	2 *Manuelis 1. Caloioannis filij.*	*Venceslai Regis Rom. an.* 10. Parisiensis Academia vniuersa, perhibetur hoc anno commota in Dominicanos, quod in concionibus differerent, Beatam virginem Dei Matrem in Originali peccato conceptam. *Annal. Franc. Mater Histor. Vigner.*	8 *Caroli 6.*
1389 Indict. 12.	12 *Vrbani 6*	3 *Manuelis 1. Caloioannis filij.*	*Venceslai Regis Roman. an.* 11. Franciæ rex, pactis in triennium induciis cum Anglo, Regni sui rebus vacat & prospicit futuris. Cognatus Ludouicus Iunior, Andegauensis Dux, à Clemente Antipapa coronatus rex Neapolitanus, vti commemoraui, iam vita cesserat: licet aliqui hunc annum notasse videantur. Veneti Athenas, & Thebas amittunt: Taruisium in Italia recipiunt, cōfœderati Galeatio Mediolanensi Vicecomiti, qui nunc Patauium Scaligeranis eripuit. *Blond.* Donatus, *Bosiius.* vita cessit Papa Vrbanus Romæ 13 Octob. contracto prius, vt ferunt, Iubileo ad 33. vel 36 annum: successit consensu Cardinalium, qui in Italia erant, Bonifacius 9, die 2. Nouemb. antea dictus Petrus, è familia Tomacella, Neapolitanus, Cardinalis S. Anastasiæ. *Onuphrius, Platin.* Frossart. occupat adhuc Clemens Sedem Auenionensem.	9 *Caroli. 6.*
1390 Indict. 13.	1 *Bonifacij 9*	4 *Manuelis 2. Palaeologi.*	*Venceslai Regis Rom. an.* 12. Pandulphus scribit nunc solum coronatum à Bonifacio Ladislaum: in quem armatus venit Ludouicus Andium Dux, prioris in Italia demortui filius, coronatus Auenione Rex Apuliæ à Clemente Antipapa; at irrito conatu. Incidit in hunc annum mors Roberti 2 Scotiæ Regis: regnat filius Ioannes, qui dicit voluit Robertus 3 huius nominis, *Maior. Hector Boet. Leslæus.* In hæc quoque tempora incidit Tamerlanus, natione Tartarus, humili loco natus. hic bellicis artibus clarus, primum Parthos domuit, pulsis inde Persis: mox Assyrijs, ac demum toti Asiæ iura dedit: semper victor, felix ad miraculum & totius Asiæ spoliis auroque ditatus. *de quo lege Laonicum, Sabellicum, & Petrum Perondinum.* huius Ducis initia attigit *Mariana lib.* 19. *cap.* 11.	10 *Caroli 6.*
1391 Indict. 14.	2 *Bonifacij 9*	5 *Manuelis 2. Palaeologi.*	*Venceslai Regis Rom. an.* 13. in Francia mortuo Philippo Duce Aurelianensi, Ducatus datus est Ludouico, Regis Fratri. *Frossart.* excessit è vita Ioannes Castellæ rex, huius nominis I, die 25 Decemb. successorem habuit Henricum filiorum natu maximum, annorum 11 puerum. eius frater Ferdinandus, postea euadet Arragoniæ Rex. Principes ambo, magnæ virtutis, & ab Historicis magnopere laudati. *Alfonsus Carthagena, Mariana lib.* 18. *cap.* 13. *&* 15. *& Tarafa: qui autor locat hoc initium ad annum* 1388. Baiazetus Turca, pulsis Turcis, vel subiugatis, qui ante aliquot annos tempore Ottomanni erant sortiti Minoris Asiæ Prouincias: iam Asiam Minorem penè totam facit suam; & in Europa Thessaliam integram, quasdamque alias prouincias. *Laonicus.* Anglorum habentur Comitia Vuestmonasteriensa, *vt narrat Polydorus lib.* 20. *in* Richardo 2: quibus limites boni illi viri præfixerunt autoritati, & iurisdictioni Summi Pontificis: iusseruntque eam Oceano terminari: nulla vt deinceps ex Anglia fieret ad Pōtificem prouocatio, nullaue Pontificis in Angliam execrādi, seu Excommunicandi potestas. *idem obseruauit Genebrardus post alios.*	11 *Caroli 6.*
1392 Indict. 15.	3 *Bonifacij 9*	6 *Manuelis 2. Palaeologi.*	*Venceslai Regis Rom. ann.* 14. Interim dum inter Polonum, & Sigismundū Hungaricum Reges pax constituitur, *vt narrat Bonfinius*: dumque in Italia Galeacius Mediolanēsis Vicecomes, Florentinis reconciliatur: Germania Venceslai Regis tyrannica exactione, & moribus deprauatis iacet afflicta. Galliæ etiāRegnum Rege suo pene carebat, qui ita, æstiuo calore, aliisque incommodis, in delirium animi & insaniam iam labitur, nec vnquam ita restituta mens est, vt ei omnino fideretur. *Aemil. Frosar.* Patruis cura, & procuratio Regni demandata.	12 *Caroli 6.*

|---|---|---|---|---|
1393 Indict. 1.	4 Bonifacij 9.	7 Manuelis 2. Palaeologi.	*Venceslai Regis Rom. an.* 15. Baiazetus putatur iam à biennio cœpisse obsidionem Constantinopolitanam, quæ protracta est ad decennium, *ex Laonico*: donec, scilicet, adueniens Tamerlanus Baiazetum ex Europa in Asiam ad sua tutanda redire coegit, regressum victor prælio cepit. *Laonic. Aemil. Genebrard.* hæc à Tamerlano illata. Turcis clades, Turcicorum Imperatorum seriem interturbauit. Obiit Auenione Pseudopontifex Clemens VII. die 16 Septemb. eodem mense successit illi Petrus de Luna, dictus Benedictus 13, natione Arragonius, è nobilissima ortus familia. *lege Marianam lib.* 19. *c.* 5.	13 Caroli 6.
1394 Indict. 2.	5 Bonifacij 9.	8 Manuelis 2. Palaeologi.	*Venceslai Regis Rom. ann.* 16. Lecestriæ Dux Hericus, ab Anglo Rege nepote Aquitaniam dono accepit. Sed reuocata donatio est hoc ipso anno. *Froissart.* post obitum Friderici Siciliæ Regis, filia Regis vnica nupta Martino est, Lunæ Comiti: qui tandem euadet Arragoniæ Rex. *Franciscus Tarafa.*	14 Caroli 6.
1395 Indict. 3.	6 Bonifacij 9.	9 Manuelis 2. Palaeologi.	*Venceslai Regis Rom. ann.* 17. Sigismundus Hungariæ Rex, Frācorū auxilio, insignē nunc retulit victoriam de Turcis, Hungariā inuadentibus. *Froissart. Iouius, Laonic. Aemil.* Venceslaus, ingenti pondere auri exoratus, *inquit Aemilius*, Ioannē Galeatium, socerum Aurelianensis, Ducem constituit Mediolanensē. Carolus Iunior, Nauarræ Rex, accipiet breui Nemorosum Comitatum, (*Nemours,*) titulo Ducatus tunc honestatum; in remunerationem possessionū, quas pater habuerat in Normannia. *Tillius, Annales.*	15 Caroli 6.
1396 Indict. 4.	7 Bonifacij 9.	10 Manuelis 2. Palaeologi.	*Venceslai Regis Rom. ann.* 18. Hungari, & Franci, qui Nicopolim in Mysia obsidebant, ab Baiazeto oppressi, victique sunt, magnâ Francorum editâ strage. Ioannes Audacis Burgundionis filius, solutâ redemptione rediit ad suos. *Bonfin. Froissart. Naucler.* Isabella, Caroli Franci Regis filia, data in matrimonium est Richardo Angliæ Regi, pactis in 30 annos induciis. *Froissart. Tillius, Annal. Aemil.* In Scotia hoc anno intestina odia & cædes, inter Clāquhatanos, & Clankaios. Rex Robertus, filium Dauidem, natu maximum, & Robertum fratrem, primos, quos habuit Scotia, Duces creat: illum Rothsay, hunc Albani titulo. *Leslaus.* Ioannes Arragoniæ Rex huius nominis primus, lapsus equo moritur 19 Maii: succedit Martinus frater, Lunæ Comes. *de quo,* 1394. *Franc. Tarafa. Lege Marianam. lib.* 19. *c.* 19. 20. *&* 21. Bonifacius indixit secundus annatas, seu annuos reditus vacantium Sacedotiorum: ob necessitates belli aduersus infideles, vt nimirum, qui Beneficium consequitur, fructus vnius anni, aut partem mediam Fisco soluat Apostolico. De huius rei prima institutione *differunt Polydor. lib.* 8. *de Inuentoribus c.* 2. *& Genebrar. in Bonifacio.* Amadeus VII, in venatione lapsus equo interiit: succedit Sabaudiæ Comes Amadeus VIII huius nominis: in catalogo Comitum 16, & Ducum 1. *Paradin.*	16 Caroli 6.
1397 Indict. 5.	8 Bonifacij 9.	11 Manuelis 2. Palaeologi.	*Venceslai Regis Rom. an.* 19. durat obsidio Constantinopolitana. Richardus Angliæ Rex suis suspectus esse cœpit, quod nimium Francis faueret, aliisque de causis inuisus. *Froissart.*	17 Caroli 6.
1398 Indict. 6.	9 Bonifacij 9.	12 Manuelis 2. Palaeologi.	*Venceslai Regis Rom. an.* 20. Franciscus Carrarianus iterùm Patauio ciuitate potitur, erepta iam Mediolanensibus. *Donatus Bossius.* Martinus Arragonius, regressus è Sicilia, Rex coronatur Cæsaraugustæ, 15 Maii. *Franc. Tarafa, Mariana lib.* 19. *cap.* 9. Principes Christiani, diuturnitate dissidii fessi, vrgent Bonifacium Romæ, & Antipapam Aueni onensem, vt se abdicantes, locum faciant nouæ electioni: non renuit Bonifacius, sed mansit alter pertinax in sententia: qui proinde iniecto metu, vexatur, obsessus ab hostibus in Palatio Auenionensi; & à suis deseritur. *Froissart. Mariana lib.* 19. *cap.* 9. *&* 10. *vide an.* 1393. Antonius Caloerius Patriartha Con stantinop. Post Nilum ponitur ab *Onuphrio.*	18 Caroli 6.

CENTENARII DECIMI QVINTI INITIVM.

Regna.

IN Oriente captus à Tamerlano Baiazetus, fractaque Turcarũ potentia, sed morte Tamerlani, concidit rursus ingens illud Tartarorum Imperium. Græcorum porrò in Oriente Imperium finem hoc Seculo accepit, capta à Turcis Constantinopoli. In Occidente nullus bellorum finis, & tantum non concidit Francorum nobilissimum regnum: sed mox diuina ope restitutum refloruit, abiitque iterùm in Monarchiam. Eandem ex ciuili discordia aleam adijt Anglia, Principum mutationem experta maximam: & Britannicæ cladis suæ spectatrix effecta est, quæ paulò ante de Francica tam feliciter triumphabat, hic circulus Lector est rerum humanarum his fide fraudes.

Status Ecclesiæ.

SVblata tandem huius Seculi Schismata sunt: dissolutum, nec sine armis, Basileense Concilium reiectâ pragmaticâ sanctione. tandemque Orientis & Occidentis Ecclesiasticis rebus, pacem dedit Florentinum Concilium: in quo præsens Imperator Palæologus, cum Græcorum primarijs viris, vidit illius Ecclesiæ cum Latina vnionem, magno omnium consensu redintegratam.

Doctrina.

ECclesiæ, & Traditionum Authoritas. *Thomas Valdensis Tom. 1 Doctrinal. lib. 2. a. 2. c 23.* Primatus. *Conc. Florent. sess. vltim. consentiente Græcâ Ecclesiâ*, vide an. 1438 *Laurent. Iustin. lib. de Obedient cap 12.* Liberum Arbitrium. *Dionys. Carthus. de Fide Orthodoxa lib. 1. c. 115. Valdensis citatus lib. 1. a. 1. c. 25.* Bona Opera, & Merita. *Gerson Tract. de Verbis Domini (Venite ad me.) & Valdensis citato c. 25.* Sola Fides exclusa. *S. Bernardus Senen. Sermone de Reg. Cælor. parte 2. c. vlt. Laur. Iustin. de regim. prælat. c. 8.* Eucharistia & Sacrificium. *Florent. Concil. sess. vlt in Bulla Vnionis. & Concil. Constantiense Sess. 13.* Pœnitentiæ Sacram. *Valden. Tom. 2. Doct. agens de hoc Sacramento. c. 138.* Purgatorium. *idem Valden. Tom. 3 tit. 11 cap 17. Testatus in caput 25 Math q. 681.* Inuocatio Sanctorum *Dionys. Carthu. Serm. 4 de Sanctis. Lauren. Iustin. Serm. de Natit. B. Virg.* Reliquiæ *Gerson Tractat. 8 ad Hymnum Magnificat parte 2.* S. Bernardinus *Senen. Serm. de Assumpt. B. Virg.* Cælibatus, *idem S. Bernard. Serm. 48. de laude Virginitatis a. 1. c. 2. Gerson Dialogo de Perfect. cordis.* Abstinentia à cibis. *Dionys. Carthus. Serm. 1 in Epist. Dom. 1 Quadragesima.*

Christi.	*Pont.*	*Imper.*	*RERVM GESTARVM SERIES.*	*Reg. Franc.*
1401 *Indict. 9.*	12 *Bonifacij*	15 *Manuelis Palæologi.*	RVPERTI *Regis Germaniæ*. In aula Francica gliscebāt (*inquit Aemilius*) factiones; dùm affecto Rege alii Aurelianensem, alij Burgundionē rebus regendis præfici volebant. idem *scribit Gaguinus lib. 9.* hic annus est, quo Ludouicus Andium Comes Iunior, Ladislao Neapolitano Rege prosperè res suas promouēte, rediit in Galliā. *Pand.* Rupertus Germaniæ Rex, ducto in Italiā exercitu, repellitur à Galeacio Mediolanensi, qui eodem tempore Bononiam vi recepit. *Auent*	21 *Carolo* 6.

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			Blond. Sabel. apud Venetos Antonio Venerio Duci substituitur Michael Steno. *Sabel.* Tamerlanus arma conuertit in Baiazetum; & hoc anno Cappadociam occupans, filium Baiazeti cepit. *narrat Aemilius,* Tamerlanum hunc Scytham, sub signis habuisse 400 equitum millia, & peditum 600 millia. solebat, ad deditionem vrgens ciuitates, primo die candida signa ponere, postero purpurea, tertio atra, nec hominis impetum gens vlla frenare potuit.	
1402 Indict. 10.	13 Bonifacij 9	16 Manuelis 2 Palaeologi.	*Ruperti Regis German. an.* 2. nascitur Carolus septimus in Gallia pridie Kal. Martii. Carolus Alebretus, Druidum Comes, M. Eq. creatur, statimq; expedionem suscipit in Aquitaniam. *Tillius.* varia ille loca Anglis eripit. *Enguerrandus Monstrelet.* Circa hunc annum Sigismundus Hungariae Rex à suis Regno priuatus, breui rediit, pulso inde Ladislao Rege Neopolitano; quem, vt regnaret aduocauerant Vngari. *Pandul. Bonf. Decad.* 3. *Blond.* Extincto Galeacio Mediolanensi, ditio eius tota nunc penè concidit. *Blond. Sabel. Iouius.* filiis pupillis remansit Mediolanum. Baiazetum in Asiam ad sua tutanda regressum vincit acie Tamerlanus in Minori Asia, non longè ab vrbe Ancyra, caesis Turcarum 200 millibus, & cauea aenea clatrata inclusum, velut feram coercuit. *Iouius, Aemil. & alij.*	22 Caroli 6.
1403 Indict. 11.	14 Bonifacij 9	17 Manuelis 2 Palaeologi.	*Ruperti Regis German. an.* 3. Perit in sua miseria Baiazetus. *Laonicus.* Pontifex Bononiam opera Montoni Ducis recipit. *Blond. Sabel.* Iacobo Lusignano Cypri regi demortuo, succedit filius Gennus. *Enguer.* Constantinopoli Patriarcha electus post Antonium Calixtus, dictus 2.	23 Caroli 6.
1404 Indict. 12.	15 Bonifacij 9	18 Manuelis 2 Palaeologi.	*Ruperti Regis Germ. ann.* 4. Ladislaus Neapolitanus Rex occulte tentat se Romae Vrbis Dominum constituere: quam tamen non nisi post triennium obtinuit. *Pandul.* Veneti, exorto ciuili inter vicinas Prouincias bello, nunc potiuntur Verona, Patauio, & aliquot aliis ciuitatibus. *Sabel.* ferè in hunc incidit annum mors Tamerlani, cuius Imperium filiorum discordia dissipatum, gradum fecit ad Turcicam potentiam restituendam. *Laonicus.* defuncto Bonifacio Papae subrogatur Innocentius septimus. *Onuphrius notat* creatum 16 Kal. Nouemb. patria fuit Salmonensis, Pelignus, Cardinalis sanctae Crucis dictae in Hierusalem. Diem claudit Philippus Audax Burgundio, Flandriae ex vxore Margarita Comes: & anno sequenti coniunx fato cessit: quando horum filius Ioannes, dictus Diuionensis, Flandriam, Burgundiam, & Artesiam successor tenuit. *Marchant.*	24 Caroli 6.
1405 Indict. 13.	1 Innocentij 7.	19 Manuelis 2 Palaeologi.	*Ruperti Regis German. ann.* 5. In Gallia circa hunc annum Comitatus Nemorosus titulo Ducatus insignitur, vti suprà commemoraui: daturque Carolo Nauarrae regi. *Enguerrand.* Canonici Seculares sancti Georgii Venetiis per Laurentium Iustinianum instituuntur: & Mendicantes, sub nomine sancti Hieronymi ex Regula sancti Augustini. *Onuph. Genebrard. in Gregorio* 12.	25 Caroli 6.
1406 Indict. 14.	2 Innocentij 7.	20 Manuelis 2 Palaeologi.	*Ruperti Regis German. ann.* 6. Ioannes, dictus Robertus tertius, Scotiae Rex, de quo ad annum 1390, obiit anno regni 16. ac proinde hoc Christi anno: & occiso anteà Dauide, filiorum natu maximo, nunc alter filius Iacobus, dum in Galliam mittitur à patre, interceptus ab Anglis, & detentus est per annos 18, post quos regnabit, vocandus Iacobus huius nominis primus; litteris & bonis artibus eruditus Princeps. interim Scotiā Proreges administrant. Gymnasium celebre sancti Andreae in Scotia coeptum an. 1411, *notat Lesleus in Roberto tertio. Lilius* vult Iacobum hunc non nisi post 6 annos captum ab Anglis. Decessit Innocentius Papa 6 Nouembr. electus Gregorius XII, Venetus, dictus anteà Angelus	26 Caroli 6

lus Corratio, Cardinalis sancti Marci. *notat Onuphrius* creatum Romæ pridie Kalend. Decembr. contra hunc Pontificem sedere adhuc nitebatur Aucnione Petrus Lunensis, vocatus Benedictus 13.

1407 Indict. 15. | 1 Gregorij 12. | 21 Manuelis 2. Palæologi. | 27 Caroli 6.

Ruperti Regis German an. 7. Ludouicus Dux Aurelianensis Regis frater, Lutetiæ 10 Kal. Decembr. occiditur, immissis percussoribus á Ioanne Duce Burgundiæ, & Flandriæ: qui in Flãdriam, re patefactâ, profugit. *Aemil. Enguerrand.* Mortalitatem reliquit ipsis Christi Natalitiis Henricus huius nominis 3, Castellæ & Legionensis Rex: regnat filius Ioannes sub hoc nomine 2, aliquandiu sub tutela matris: hunc annum dat *Carthagena*, licet *Tarafa* ponat 1404. Montoliuetensium Ordo instituitur authore Bernardo Ptolemæo. *Genebrard. in Gregorio* 12. ad hunc annum consignant aliqui mortem Tamerlani.

1408 Indict. 1. | 2 Gregorij 12. | 22 Manuelis 2. Palæologi. | 28 Caroli 6.

Ruperti Regis Germã. ann. 8. Valentina vxor cum liberis occisi Ducis Aurelianensis, Procerum & Regis fidem implorabat in Burgundionem, ob cædẽ iam commemoratam. *Aemil.* Ladislaus Neapolitanus Rex occupat Romam 25 April. cùm frustra Florentinos & Seneses ad fœdus inuitasset. redit ipse Neapolim exercitu per Tusciam, aliáque loca diuiso, Florentini Neapolitanis infensi reuocant Ludouicum Andium Ducem. *Pandulp. Collenu.* Multa de hac agens expeditione, & passim contra fidem Historiæ *Theodoricus de Niem*, iuratus, vt apparet, Pontificum hostis, temerè effundit, *in suo improbatæ lectionis de Schismate libro*. Ferdinandus Regis Castellæ tutor, redintegrato in Mauros bello, Regnum Granatense affligit, multátque viribus. *Cartagen. in Ioann.* 2. & *Laur. Val. lib.* 1 *de gestis Ferdinandi.*

1409 Indict. 2. | 1 Alexandri 5. | 23 Manuelis 2 Palæologi. | 29 Caroli 6.

Ruperti Regis German. an. 9. Extinguendi Schismatis causa, quod à triginta annis Orbem Christianum vexauit, Pisanum Concilium in Hetruria, Cardinalibus eò confluentibus, habetur: vbi abdicatis Gregorio XII. & Antipapa Benedicto XIII, eligitur Alexander V, mense Iunio. *Onuph. Genebrard. Bellar. lib.* 1 *de Concilijs c.* 8. Miseram hanc temporum conditionem, & rem Ecclesiasticam seditione laceram, ne sic quidem sanatam *describit Aemilius*: hoc Concilium non legitur approbatum: sed nec improbatum. Poloni Concilii sententiam secuti Alexandrum approbarunt. Ioannes Hus Bohemiam sua Hæresi infestat. *Martin. Cromer. lib* 16. in Senatu Parisiis Duci Burgundioni venia data, licet causa eius minus probaretur: & mortuâ vxore occisi Ducis Aurelianensis, nomen pacis redintegratum inter patres: non tamen extincta (*inquit Aemilius*) animorum certamina. Ludouicus Andium Dux, fœdere cum Florentinis inito, armatus Italiam repetit: & confirmato iure Regni Neapolitani ab Alexandro nouo Pontifice, Romam, pulsis Ladislai militibus, Pontifici restituit *Pandulph.* Obiit Martinus Siciliæ Rex in Sardinia, Augusto mense: erat is Martini Senioris Arragoniæ Regis filius. Sic Siciliæ Regnum transiuit in ius & possessionem Arragonici Regis. *Tarafa. Laur. Val. lib.* 1 *de gestis Ferdin.*

1410 Indict. 3. | 1 Ioãnis 22. dicti 23. | 24 Manuelis 2. Palæologi. | 30 Caroli 6.

Ruperti Regis German. ann. 10. Diem suum obiit Rupertus, cùm res Imperii Germanici per decennium diligenter administrasset. quidam Historici hinc vsque ad Martium sequentis anni substituunt Ruperto quemdam Iodocum Morauiæ & Brandebourgi Dominum. Alexander Pontifex decessit Bononiæ 5 Nonas Maii: subrogatur Ioannes XXII, dictus XXIII, Baltazar Cossa anteà nominatus, Cardinalis Sancti Eustachij; creatus Bononiæ 16 Kalend. Iunii. *Onuph. Genebrard.* iterum exardescunt iræ inter Aurelianensem, & Burgundionem, iterumque pax composita. *Enguer.* Ludouicus Andium Dux, expeditione ducta in Regnum

Pp

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Neapolitanum, Ladislaum quidem acie vincit, sed nesciens vti victoriâ, redibit anno sequenti in Galliam, abiecta spe Regni Neapolitani. *Pandulph.* vita cessit Martinus 1, Arragoniæ & Siciliæ Rex, absque liberis. Magno Procerum Arragoniæ consensu renuntiatus Rex Ferdinandus, frater Henrici Castellæ Regis, excluso cum aliis Ludouico Andiũ Duce, qui vxorem habebat filiam Ioannis Arragoniæ Regis. *Laur. Vall. Taras.* narrat Historiam hanc *Lucius Marineus lib. 11. de rebus Hispan.* Manuel Imperator Constantinopolitanus, & Mahumetus Turcarum Princeps, murum extruunt prope Corinthum in Peloponesi Isthmo, ad prohibendos hostes, *Laonic.* Viclephi libri exusti in Anglia. *Thomas Valden.*	
1411 Indict. 4.	2 Ioannis 22. dicti 23	25 Manuelis 2. Palaeologi.	*Sigismundi Regis German. an.* 1. Tandem hoc anno mense Martio Electores Imperii in Germania Imperatorem renuntiant Sigismundum, Hungariæ Regem. Ciuile in Gallia bellum omnia turbat. Burgundio rerum potitus Regem pro suo arbitratu regebat. *Polydor. lib. 22. Histor. Angl.* Mediolanenses vexant vicinas Prouincias.	31 Caroli 6.
1412 Indict. 5.	3 Ioannis 22. dicti 23	26 Manuelis 2. Palaeologi.	*Sigismundi Regis German. an.* 2. Sigismundus Lombardiam ingressus, conuenit cum Ioanne Pontifice de futuro Concilio Cõstatiensi, ad tollendum tot iam annorum Schisma. *Sabell. Naucler.* hic annus est coronati Ferdinandi in Arragonia, vti plures referunt, cum antea præcessisset electio. Florebant tunc Petrus de Aliaco Cardinalis, Ioannes Gerson (obiit Lugd 1420.) Ioannes Capreolus Tolosas, Thomas de Kempis, Ioannes Dominicus, professione Dominicanus, tandem Cardinalis, & Sanctus Vincentius Dominicanus, qui interfuit Constantiensi Concilio, obiitq; anno 1418. *hæc Trithem.*	32 Caroli 6.
1413 indict. 6.	4 Ioannis 22 dicti 23	27 Manuelis 2 Palaeologi.	*Sigismundi Regis German. an.* 3. Delphinus Galliarum præficitur Regno, dum pater per valetudinem impeditur: Burgundio sibi timens, in suam Flandriam se recipit. *Enguerr.* Ladislaus Neapolitanus Rex iterum Romam occupat. *Pandul.* Thomas Mocenigus Dux Venetus eligitur, post Michaelis Ducis obitum. *Sabel.* Henricus IV Angliæ Rex vita cessit 20 Martii: Regnum tenuit Henricus filius, huius nominis V. notatur 5 Idus April. *Polyd. extremo lib. 21. & initio 22.*	33 Caroli 6.
1414 Indict. 7.	5 Ioannis 22 dicti 23	28 Manuelis 2 Palaeologi.	*Sigismundi Regis German. an.* 4. Tandem habetur abolẽdi Schismatis causâ, Constantiẽse Concilium: aderant Ioannes Pontifex, & Sigismundus Imperator. inchoatũ 5 Nouembr. finitum 1418 sub Martino V. improbatum fuit à Concilio Florentino, & Lateranensi vltimo, quoad eas Sessiones, quæ habent, Concilium esse supra Pontificem. probata tamen à Martino V. omnia quæ posterioribus Sessionibus sunt definita. *lege Bellar. lib. 1. de. Conciliis c. 7.* initia huius Concilii latè persequitur *Aemil. in Carolo. VI.* Ladislaus Neapolitanus Rex moriens 6 Augusti, Regnum reliquit Ioannæ sorori, cui à Dyrrachio nomẽ erat. dicta est Ioanna II. nullius maioris probitatis mulier, quàm fuerit Ioanna prior. *Pandul.* Anglus belli innouandi causam captans, repetit à Franco Rege Aquitaniam, Normaniam, aliáque nonnulla.	34 Caroli 6
1415 indict. 8.	VACAT SEDES.	29 Manuelis 2 Palaeologi.	*Sigismundi Regis German. ann.* 5. In Concilio Constantiensi, Gregorius se pontificatu abire professus est: illi ius pilei redditum. Ioanni obiecta crimina: & cùm non satis se purgaret; ei, & Benedicto abrogatus Pontificatus est, *inquit Æmil.* Vacat Sedes per biennium. *Genebrardus, & alii.* Henricus V. Anglus, ægrâ domestico dissidio Francia, transmittit in Normanniam. Areflũ ctum (vulgò *Harfleur*) expugnat. Calitium versus deflectit. ad Blangium vltra Somonam amnem pugnatum est, victore Anglo, 25 Octobr. (*à Azincourt près Blangy*) Francorum Decem mil-	35 Caroli 6.

Christi	Pont.	Imp	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
			lia ceciderunt. magnus nobilium numerus desideratus. capti Duces Aurelianensis,& Borbonius, cum primarum familiarum Proceribus permultis. fuit hoc bellum omnium inter has regias familias longissimum, nulla pace, nullis induciis per annos ferè 30 temperatum. Ioannes Hus impius Hæreticus,euocatus à Patribus Concilii Constantiensis adfuit; pertinax in sua Hæresi 6 Iulii damnatur,& eiusdem mensis die 8 exustus est.decreuit porrò idem Concilium pleraque de morum reformatione.	
1416 *Indict. 9.*	SEDES VACAT.	30 *Manuelis 2. Palaeologi.*	*Sigismundi Regis German an.* 6. Hic Princeps in Franciam, & Angliam peruenit studio pacis componendæ inter duos Reges: sed cùm res non succederet, vt optabat,redit ille per Arragoniã, hortatus omnes Principes ad tollendum Schisma inter Pontifices. *Aemil. Enguerr.* Ludouicus Dux Aquitaniæ, Delphinus Galliæ obiit anno 1415. die 18 Decembr. breui posteà Ioannes eius frater. *Tillius.* Burgundio Dux inducias cum Anglo paciscitur, nulla Franciæ facta mentione. *Enguerr.* Consignatur ad hunc annum mors Ferdinandi Regis Arragoniæ 2. April. Alfonsus natu maximus Arragoniam, Siciliam, & Maioricam tenuit, euasurus posteà Rex Neapolitanus. princeps hic omnium scriptis laudatissimus fuit. *Tarafa. Marineus lib.* 11 *& alij.* Hieronymus Pragensis Hussita,ad Concilium Constantiense vocatus, pari cum Husso impietatis socio, pœna afficitur 30 Maii.	36 *Caroli 6.*
1417 *Indict. 10.*	SEDES VACAT.	31 *Manuelis 2. Palaeologi.*	*Sigismundi Regis German. an.* 7. Ludouico huius nominis 3, Andium Duci, & Prouinciæ demortuo, succedit filius Ludouicus. *Naucler.* Henricus ex Anglia in Normanniam transmittens, Cadomum, aliaque loca facilè obtinuit, dum Burgundionis tumultus noui, Francos exercent, vexantque. *Enguerr.* Hoc tandem anno Otho Columna Romanus Pontifex creatur, 3 Idus Nouemb. dictus Martinus V, sublato sic Schismate. *vide an.* 1415. *Aemil. acta Concilij Constant.*	37 *Caroli 6.*
1418 *Indict. 11.*	1 *Martini dicti 5.*	32 *Manuelis 2. Palaeologi.*	*Sigismundi Regis German. an* 8. Roberto Stuarto Scotiæ Proregi defuncto, succedit in Regni administationem filius Modacus. *Hector Boet. Leslaus.* Henricus Anglus, subacta penè Normannia, Rothomagum obsidet. *Enguerr.* Mahumetus Turcarum Princeps decessit: cuius Imperium in Asia & Europa retinuit filius Amuratus, huius nominis II. *Laonic.* scribunt aliqui ab hoc Rege primùm institutos ad custodiam corporis eos, quos Ianissaros vocant, ex fæce illa Apostatarum Christianorum collectos. Dux Burgundio, occupata ciuitate Parisiensi, magnarum cædium causa describitur. *Vigner.*	38 *Caroli 6.*
1419 *Indict. 12.*	2 *Martini 5. dicti 5.*	33 *Manuelis 2. Palaeologi.*	*Sigismundi Regis Germã. an.* 9 Hussitæ in Bohemia Duce Ioanne Zisca; Venceslao Regi turbas & ingentẽ dolorem, ex quo interiit, hoc anno excitant. Interim dum eius frater Sigismundus nunc Imperator, Regnum hoc sibi debitum occupare conatur, Hæretici isti, cõtracto sensim exercitu 40 millium, bellum intulerunt Regi, tẽplis, sacrisque rebus, & bonis omnibus. *Bonfin. lib. 2. decad. 3. Martin. Cromer. Æneas Syluius.* Tragicus Francis hic annus totus est. Henricus Anglus obsessam ciuitatem Rothomagum, reliquasque Normanniæ vrbes obtinuit anno præcedente. Regina, aduocato ad se Burgundione Flandriæ Comite, secedens seipsam cum filia Catharina eius fidei commisit, & Ioannes Villanius Vrbem Regiam. Regem aulamque omnem, *inquit Aemilius*, Burgundionis arbitrii fecit. Armeniacus M. Eq. & Erix Cancellarius interfecti, ægrè elapso Delphino. hæc prius. hoc verò iam anno, dum Anglus Picardiam & vicina loca cæde ac incendio vastat, Delphinus ad Monterigolum (*Montereau, Fautyonne*) agit de pace cum Ioanne Burgundione, quem ex improuiso Delphini comites occidunt. Hanc necem Delphino adscri-	39 *Caroli 6.*

ptam *describit Marchant. in Chron. Fland. in Ioanne Diuionensi*: vbi notat patri succeßiße in Flandria Philippum filium. Bonus hic dictus est. hinc exacerbata odia. Philippus, vltor paternæ necis, cum Anglo fœdus init. quæcunque in patris manu erant Henrico tradit, incruenta victoria, Lutetiam, Carnutes, Tricaſſes, Regem, reginam, & Catharinam virginem. tam atrox telum præbuit indignatio (*inquit Æmilius*) in Delphinum. qui mox Lutetiæ voce præconis citatur: dictâque die absens priuatur Regno. Tricaſſibus Catharina nubit Henrico, ea lege, vt post Caroli obitum Henricus, liberique ex Catharina genti in Regnum Franciæ succederent: interim socero superstite Franciā administraret Anglus gener, Franciæque Rector diceretur. *Æmil. Annal. Tillius, Polydor. lib. 22. in Henrico 5. Enguerr.* In Italia Braccius de Fortebrachiis, Aſſiſium, Tudertum, & Perusiam vrbes Ecclesiæ Romanæ tyrannicè occupat. Martinus Pontifex in Tyrannū immittit ad Viterbium exercitum Ioannæ Neapolitanæ: sed Nicolai Vrsini proditione, qui pro Martino ibidem pugnabat, victoria Braccio fauit. *Pandulph.* Obiit Florentiæ 22 Octobr. Ioannes ille 23 abdicatus Pontificatu, vti suprà dixi. post Calixtum creatur Patriarcha Constantinopolitanus Euthymius Monachus Græcus. *Onuph.*

1420 Indict. 13. | 3 Martini 3. dicti 5. | 34 Manuelis 2 Palaeologi. | 40 Caroli 6.

Sigismundi Regis German. an. 10. Martinus Papa, cognita Reginæ Neapolitanæ ingratitudine, *inquit Pandulphus*, armat in eam Sfortiam Ducem, transfertq; ius Regni illius in Ludouicum 3, secundi Ludouici Andium Ducis filium. Mediolanenses Cremona & Parma vrbibus potiuntur. *Sabellic.* nouorum Adamitarum Hæresis repullulat in Bohemia, Pikardo Duce. item Orebitarum Hæresis, authore Bedrico. *Naucler. Æneas Sylu.* Quod scripsit *author Summæ Angelicæ, verbo Papa*, Martinum Papam cuidam matrimonium indulsiſſe cum sorore germana; purum putum mendacium est: propinquam tantùm *notat Antoninus*, quem ille citat, *lege Genebrardum in Martino.* 5.

1421 Indict. 14. | 4 Martini 3. dicti 5. | 1 Ioannis 7. Palaeologi. | 41 Caroli 6.

Sigismundi Regis German. an. 11. Manuelis Græci Imperatoris mors consignanda est ad hunc Christi annum: licet *Onuphrius* referendam putet ad 1417. viuebat enim anno 1419, ex scripta eius Epistola ad Amadeum primum Sabaudiæ Ducem, cuius Prototypon se vidiſſe *scribit Vignerius*. Imperat filius, dictus Ioānes VII. post quem imperabit Constantinus frater, Imperatorum Constantinopol. vltimus. Sigismundus Bohemiæ quidem Rex coronatur; sed exercitus Imperatoris fusus, fugatusque est à Ziſca Huſſitarum Duce; à quo extructa est vrbs, dicta Thabor: & inde hi Hæretici nuncupati Thaboritæ. *Aeneas. Sylu. Martin. Cromer. Bonfin. lib. 2 Decad.* 3. Henricus in Angliam cum vxore Calitio transmittens, Humfredū Clocestriæ Ducem, fratrem suum, Gallicis rebus regendis Præfectum relinquit: qui ac Bangeum, circa Andes, à Scotorum Legione, quæ Delphino stipendia faciebat, cæsus est. Ioannes Stuartus Scotus, Buchaniæ Comes, M. Eq. à Delphino renūtiatur. *Enguerr. Aemil. Gaguin. Tillius, Annal.* Ioanna Neapolitana, cùm ab hostibus premeretur, adoptauit Alfonsum Arragoniæ Regem: eiusque copiis vsa, hostes repellit. *Pandulph.*

1422 Indict. 15. | 5 Martini 3. dicti 5. | 2 Ioannis 7. Palaeologi. | 42 Caroli 6.

Sigismundi Regis German. an. 12. Amuratus Turcarū Princeps Imperatori Græco infensus, repellitur quidem à Constantinopolitana obsidione: sed Theſſalonicam capit; & Ætoliam, Atticam, Epirumque subiugat. *Laonic.* Martinus Papa Germanos impellit ad sacram militiam contra Huſſitas: magnus in eos numerus Cruce armatur. Annus hic insignis est duorum Regum morte. Henricus ex Anglia regreſſus, Meldis, Compendio, &

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	Rerum gestarum series	Reg. Franc.
			aliis locis expugnatis; subiugataque Francia Parisiis Gessoriacum vsque, fato concessit ad saltum Vicenarum, mense Augusto. Carolus VI. Franciæ Rex mortalitatem reliquit mense Octobri, die 21. Sexto regi successit Delphinus Carolus VII. Henricus moriens Humfredum, Clocestriensem Ducem fratrem, iussit Angliæ esse Rectorem, donec adolesceret filius, quem ex Catharina suscepit, nondùm bimulus, dictus Henricus VI. rebus Galliæ regendis præfecit Ducem Bedfordiensem, fratrem alterum, & Philippum Burgundionem Flandriæ Comitem: itáque eos scribebat Senatus Parisiensis. *Aemil. Polydor. Tillius, Annal.* Carolum Francum Regem, Angli Biturigum regulum vocitabant. Ioanna Neapolitana Alfonso irata adoptionem rescindit: Sfortiam sibi reconciliat, & Ludouicum Andium Ducem, Calabriæ Ducem creat. *Pandulph. Tillius.*	
1423 Indict. 1.	6 Martini 5. dicti 5.	3 Ioannis 7 Palaeologi.	*Sigismundi Regis German. an.* 13. Varia belli fortuna inter Francum regem, & Ductores Anglos. armantur iterum in Hussitas belli sacri milites: adhuc tamen nil præclare gestum. Zisca vtroque iam lumine orbatus, pergit bello præesse. Amuratus in Epiro, receptis ciuitatibus à Ioanne Castrioto, tres filios belli obsides accepit: ex his natu minimum Georgium, magnæ spei adolescentem (omnes iubente Turca circumcisi) exerceri fecit in re bellica diligenter, nomenque illi indidit Scandeberg, quod Alexandrum Regem sonat. *Laonic.*	1 Caroli 7. Victoris.
1424 Indict. 2.	7 Martini 5. dicti 5.	4 Ioannis 7 Palaeologi.	*Sigismundi Regis German. an.* 14. Vernolium in Normannia Anglis Scoti eripiunt: adfuit breui hostium exercitus: in pugna Dux Alençonnius captus, cæsi Comites Scoti plures: ex his M. Eq. cæsa omninò dicuntur 5 millia. *Æmil. Enguerr.* Franciscus Foscari ducit res Venetas, post Mocenigum. *Sabell.* Iacobus Scotiæ Rex nominis huius primus, persolutâ redemptione, iam tandem rediit in Scotiam, dimissus è custodia Angliæ. *Hector Boet. Enguerrand.* diem claudit Antipapa Benedictus 13. Cardinales, qui eum sequebantur, successorem dicunt Canonicum Barcinonensem, quem vocant Clementem 8. *Platin. Naucler.* Iosephus Monachus, renuntiatur Patriarcha Constantinopolitanus post Euthymium.	2 Caroli 7. Victoris.
1425 Indict. 3.	8 Martini 5. dicti 5.	5 Ioannis 7. Palaeologi.	*Sigismundi regis German. an.* 15. Zisca peste in itinere extinguitur, dum de pace acturus, iret ad Sigismundum. *Æneas Sylu.* Burgundio Dux iniuriis Humfredi Ducis Clocestrii permotu, cœpit remissior esse in causa Anglorum. *Enguerr. Marchant. in Philippo.* Murus, *de quo* 1410, ad fauces Peloponesi euersus, ex pacis conditionibus inter Amuratum Turcam, & Græcum Imperatorem, qui hac temporis oportunitate bene vsus, eripit Latinis, quas illi tenebant Peloponesi vrbes omnes. *Laonic.* Florentini duobus præliis hoc anno victi à Mediolanensibus, magna patiuntur detrimenta. *Iouius, Blond. Sabellic.* Ordo Eremitarum sancti Hieronymi Romæ instituitur. *Onuphrius.* dum Thomas Montacutus, Sarisburiensis Comes, vir apud Anglos re militari celeberrimus, Cenomanorum vrbem expugnat: *scribit Polyd. lib. 23 sub initium*, tormenta ænea, quas Bombardas Itali vocârunt, primùm visa in Galliis, hoc scilicet anno 1425.	3 Caroli 7. Victoris.
1426 Indict. 4.	9 Martini 5. dicti 5.	6 Ioannis 7 Palaeologi.	*Sigismundi Regis German. ann.* 16. Dum Philippus Burgundio Flandriæ Comes, partim in Batauia recipienda, partim in iuuando Sabaudiæ Duce contra Mediolanensem (vbi pax nunc constituta est) occupatur; Caroli Regis in Francia res felicius aliquantulum subsistunt. *Annal. Enguerr.* Ægypti Sultanus Cyprum vastat, & captum Regem reddit tributarium. *Enguerr. & Chron. Cypri.* Veneti confœderatorum Principum auxilio, Brixiam Mediolanẽsibus eripiunt. *Blond. Iouius.* Leonardus Aretinus, Gaspa-	4 Caroli 7 Victoris.

1431 *Indict.* 9. — 1 *Eugenij* 4. — 11 *Ioãnis* 7. *Palaeologi.* — 9 *Caroli* 7. *Victoris.*

Sigismundi Regis *German. ann.* 21. Concilium Generale Basileense indictum à Martino Papa, nunc inchoatur. durat Basileæ, & alibi, vsque ad annum 1442. Præside primum Iuliano Legato Apostolico: & post eius reuocationem Ludouico Cardinale Arelatensi. acta in hoc Concilio de Sacerdotiis, seu Beneficiis, & censuris, probauit Nicolaus V. cætera improbauit Concilium Lateranen. sessione 11. *vide ann.* 1434. inter hæc initia diem clausit Martinus, 10. Kalend. Martii: quem, post alios, *Genebrardus* doctum, & probum virum prædicat. Electus in eius locum Eugenius 4. Venetus, antea dictus Gabriel, Cardinalis S. Clementis, 5 Non. Martii, à 13. Cardinalibus, *Onuphrius*. Sigismundus Mediolani est 26 Decembr. eodem die Corona Ferrea decoratus. Dux Philippus subsidium inde captabat contra Venetos, & Florentinos. *Naucler. narrant Enguerrand. & Æmil.* Renatum Lotharingiæ Ducem victum captumque ab Antonio Vallemontano Comite, (Vallemontensem vocat *Æmilius*,) qui se Ducem Lotharingiæ dicebat, exclusa fratris sui filia. viuendi finem fecit Rex Cypri, Regnum tenuit Ioannes filius. *Chron. Cypri.*

1432 *Indict.* 10. — 2 *Eugenij* 4. — 12 *Ioãnis* 7. *Palaeologi.* — 10 *Caroli* 7. *Victoris.*

Sigismundi Regis *German. an.* 22. *à Coronatione Rom. Imp.* 1. qui Romæ ab Eugenio coronatus 21 Maii, redit in Germaniam. Ioannem Franciscum Gonzagam in reditu Mantuanum nominat Principem, 22 Septembr. *Nautler. Leander.* Angli, vt in hac rerum suarum inclinatione spem suis facerent, Henricum sextum annorum 12, ex Anglia Lutetiam euocant. vbi coronatur à Cardinale Vincestriensi. Franci interim Carnutas arte recipiunt, & Anglos ad Cadomum profligant. *Æmil. Enguerr.* Hussitæ factionibus in Bohemia discordes euadunt, eorumque plures ad veræ Religionis cultum conuersi. *Naucler.*

1433 *Indict.* 11. — 3 *Eugenij* 4. — 13 *Ioãnis* 7. *Palaeologi.* — 11 *Caroli* 7. *Victoris.*

Sigismundi Regis *German. an.* 23. *à Coronatione* Roman. *Imp.* 2. Caletes, in Normannia (*de Caulx en Normandie*) Francis iuncti, Fiscanum, aliaque loca nonnulla Anglis ademere. *Æmil. Enguerr.* Romanis rebellantibus Eugenius Florentiam secedit. *Sabell. platin.* Lusitania 14 Augusti nouum Regem accipit Edoardum, qui patri successit Ioanni huius nominis primo, & in serie Regum decimo. huius noui Regis frater Henricus, Insulâ Maderâ, aliisque in Atlantico mari locis obseruatis, suos primus docuit artem longioris nauigationis. *Osorius.* Bohemiæ Proceres, acie, Hussi progeniem Taboritas vincunt, cæduntque: nec pauci eorum exusti. *Martin. Cromer.* Ad hunc annum refert *Onuphrius*, Ordinem S. Ambrosii Mediolani sub Augustini Regula approbatum.

1434 *Indict.* 12. — 4 *Eugenij* 4. — 14 *Ioãnis* 7. *Palaeologi.* — 12 *Caroli* 7. *Victoris.*

Sigismundi Regis *German. an.* 24. *à Coronatione* Roman. *Imp.* 3. Cultu agrorum intermisso, vastitas vbique apparebat in Francia, quãdo plerosque tædere cœpit Anglici Imperii: magnaque nobilitatis pars ad Burgundionem conuersa, iam Anglis minimè gratum, impulit, vt de pace cum Carolo ageret. Atrebatum vrbs ad id destinata. rem satis narrat *Aemil.* interim Francorum ditio in dies augebatur. *Enguerr.* Amadeus primus Sabaudiæ Dux, vitam eligens Monasticam, Ludouicum filium Ducem constituit. *Paradin. in Amadeo cap.* 1. *& Enguerr.* Alfonsus Arragonius, post bellum in Ioannam aliquandiu protractum, redit in Arragoniam. Massiliam in reditu vastat. Ludouicus III, Andium Dux, à Regina Neapolitana adoptatus in filium, & recuperati iam Regni Neapolitani hæres renuntiatus, moritur. Regina Ludouici fratrem Renatum, Ducem Lotharingiæ, quem adhuc, vti commemoraui, Burgundio in custodia tenebat, successorem & hæredem scribit, ut quidam narrant: breui postea diem clausit hæc Ioanna II. ita rem hanc *narrauit* Pandulf. *in fine lib.* 5. In hac Ioanna finem accepit Dyrrachinorum principum familia. In Polonia regnare

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			incipit Vladislaus, huius nominis 3, defuncto patre Vladislao exeunte Maio. *Martin. Cromer.* Durat adhuc Concilium Basileense, inchoatum 1431. Damnati Hussitæ: Beneficiorum annatæ prohibitæ: cautum, ne pontificis nepos vllus ad Cardinalium dignitatem promoueretur, neue Purpuratorum numerus excederet 24. *Platin. Genebrard. ad annum* 1431. *in Eugenio* 4. Georgius Trapezuntius Romæ gymnasio præfectus, docet Rhetoricam: hic morbi grauitate oblitus dicitur proprii nominis. Theodorus Gaza. *τυγχανος*.	
1435 Indict. 13	5 Eugenij 4.	15 Ioannis 7. Palæologi	*Sigismundi Regis German. an. 25. à Coronatione* Roman. *Imper.* 4. Actum, vt conuenerat anno præcedente, de pace, excluso Anglo Francici Regni æmulo, cui satisfieri æquis conditionibus non potuit. Rex Carolus Philippo Burgundioni Duci, vt pax fieret, nihil negauit: honores memoriæ occisi Ducis habiti, Matisconensis dominatus Philippo concessus, aliaque multa, quæ *Æmilius*, aliique commemorant. *lege Marchant in hoc Philippo.* hæc pax Attrebatensis Franciam ab Anglorum dominatu vindicauit: & anno subsecuto, regia vrbs in Caroli venit potestatem: breuique mora, reliqua Gallia Francum secuta, magnarum rerum conuersione perfuncta est. *Annal. Tillius, Æmil. Enguerrand.* Res Neapolitanæ fluctuant. Renati Lotharingi Ducis vxor, dum maritus in custodia est, Neapolim properat: præuenta tamen ab Alfonso Arragonio est: sed quem, nauali prælio victum, cepit, postea que demisit. Philippus Mediolanensium Dux, Genuensium nauibus, & milite vsus. *Pandulph. lib. 6. Sabellic. Leander.* Romana vrbs redit ad iura & nutum Pontificis, paulò ante rebellis: recepta quoque ab eo Bononia: missoque in Regnum Neapolitanum exercitu, varia loca venere in ditionem Pontificis, asserentis ad Ecclesiam Romanam Regnum illud esse deuolutum. *Platina, Leander.* In Scotia Paulus Crau Hussita exustus est. Carthusianorum Monasterium ibidem extructum Perthi, & à Rege dotatum. Angli eodem anno à Scotis profligati. *Lesleus in Iacobo I.* Sigismundus Imperator, constituta cum Bohemis pace, regno illo potitur, coronatus anno sequenti 9 Septembr. *Dubrauius, Naucler. Crant. lib.* 2.	13 Caroli 7. Victoris.
1436 Indict. 14.	6 Eugenij 4.	16 Ioannis, 7. Palæologi	*Sigismundi Regis Germaniæ ann. 26. à Coronatione* Roman. *Imper.* 5. Mense Aprili huius anni recepta à Franco Rege Lutetia, cum vicinis oppidis non paucis, quæ regiam secuta sunt. *Enguerr. Annal. Franc. Tillius, Æmil.* certant adhuc anno hoc, de Regno Neapolitano Alfonsus Arragonius, & Isabella vxor Renati Lotharingi Ducis (qui nũc pace cũ Vallemõtano cõposita, dataq; filia Vallemõtano in matrimonium, liber à Burgundione dimissus est.) exclusi deinceps Frãci à regno Neapolitano. *Pãdulph. Blond. & alii.* Turcæ, irrũpẽtes in Hungariã, victi repulsique sunt à Sigismũdi Ducibus. Bedfordiẽsis Dux Anglus, qui Anglorũ nomine res in Francia curabat, moritur. In Flandria, Anglis tumultum concitantibus, Dux Burgundio Calitiũ obsidet; sed Gandauensiũ culpa obsidionẽ soluere cogitur. *Æmil. Annal.* Delphinus Ludouicus in Turonum vrbe 7 Kalen. Iul. Margaritam Iacobi, Scotiæ Regis filiam accipit in matrimonium. *Annal. Tillius, Aemil. Lesleus in* Iacobo *I.*	14 Caroli 7. Victoris.
1437 Indict. 15.	7 Eugenij 4.	17 Ioannis 7. Palæologi.	*Sigismundi* Regis *German. ann. 27. à Coronatione Romana* Imper. 6. Hic princeps, prudentiæ & pietatis laude clarus, repressis in Bohemia Hussitis, fato cõcessit in Hũgaria 9 Decembr. *Albert. Crant,* Iacobus, iustitiæ cultor insignis, à coniuratis in Scotia Perthi impiè trucidatur. E*nguerrand. & Buchan. in fine libro decimo*, referunt ad hunc annum ineuntem: exquisitum de percussoribus sumptũ supplicium. *Lesleus in* Iacobo. filius Iacobus II, sextum annum agens, Regio honore & diademate insignitus: regnat sub tutela. *Lesleus initio libro octauo.* Eugenius Papa Isabellam iuuat auxilio,	15 Caroli 7. Victoris.

cui in subsidium misit Ioannem Vitelescam Patriarcham, cum aliquot armatorum millibus. at res Alfonsi magnum capiunt incrementum, quamuis hoc iam anno aduenisset Renatus Lotharingus cum copiis in Regnum Neapolitanum. *Pandulph.* Imperator Græcus agit cum Eugenio de vnione vtriusque Ecclesiæ: decretum proinde Ferrariense Concilium anno proximo inchoandum. *Platin. Crant. libro vndecimo, capite quadragesimo tertio.*

1438 indict. 1. | 8 Eugenij 4 | 18 Ioãnis 7. Palæologi. | 16 Caroli 7. Victoris.

Alberti 2. Austriaci, Regis German ann. 1. Albertus Hungariæ & Bohemiæ Rex, Austriæ Dux, Sigismundi Cæsaris gener, Electorum consensu, Imperator renunciatur, vti socer moriens optauerat. *Naucler. Æneas Sylu.* Franci Meldas Anglis eripiunt. *Enguerrand.* Florentini, Genuenses, & Veneti Duci Mediolanensi adhuc aduersantur. Venetis Pontifex, Mediolanensi Alfonsus Rex fauebat: magnam tamen habebant hæc occulta fœdera inconstantiam, præter crebras agrorum vastationes. *Sabellic. Blond.* vita cessit Edoardus Lusitaniæ Rex vndecimus: successorem habuit filium Alfonsum. *Histor. Lusitan.* hic Alfonsus victoriis suis contra Mauros Africani nomen meruit. Illius Edoardi nepos ex filia Leonora fuit Maximilianus Cæsar, Caroli 5 Augusti auus. Celebratur Ferrariense Concilium, inchoatum 5 Idus Aprilis, sed cogente peste translatum Florentiam, ibique finitum 1439. Præside Eugenio 4, aderant Iosephus Constãtinopol. Patriarcha; (qui ibidem obiit, *ex Laonico lib.* 8) Ioannes Palæologus, Orientis Imperator; Bessarion Trapezuntinus, Episcopus Nicenus; doctrina conspicuus; Isidorus, Ruthenorum Archiepiscopus; Gemistius Pleton; Georgius Trapezuntius, aliique ex Oriente plures. Bessarion, & Isidorus inter Purpuratos recensiti, quòd concordiæ Ecclesiarum authores fuissent. *Platin. Naucler. Volateran. Laonic. Genebrard. lege Æmilium.* extant acta Concilij, in quo non tantùm Græcorum, sed Armenorum etiam vnio cum Latinis, & Indorum stabilita est. receptum Confirmationis Sacramentum, Romanæ Ecclesiæ Primatus ab omnibus assertus. Sanctio Pragmatica, quam edidit Basileense Concilium, continens illius Concilii acta præcipua, fuit probata apud Bituriges à Carolo 7 Rege, Nonis Iulii, & publicata in Senatu Parisiensi 3 Idus Iulii. *Gaguin. libro decimo, Genebrard.* Rex tamen posteà Pontificis sententiam sequutus est. *Scribit Martinus Cromerus libro vigesimo primo.* Bohemis à Concilio Basileensi indultum vsum Calicis.

1439 indict. 2 | 9 Eugenij 4. | 19 Ioãnis 7. Palæologi | 17 Caroli 7. Victoris.

Alberti 2. Austriaci, Regis German. an. 2. Ob incursiones anni præcedentis Turcarum in Hungariam, magnam hoc anno ducit expeditionem in eas Prouincias Albertus Imperator: vbi tamen diem obiit 22. Octob. *Naucler. Bonfin. Crant.* Amuratus in superiorem Misiam, & Vallachiam Prouincias Hungaro Regi tributarias irrumpẽs, præcipuas vrbes expugnat. *Bonfin. decad. 3 libro quinto. Martin. Cromer.* Gregorius Mainna creatur Patriarcha Constantinopolitanus: & breui se abdicat, prædicens capiendam ab hostibus ciuitatem. *Laonic.* Amadeus, olim primus Sabaudiæ Dux, in Concilio Basileensi Schismatico eligitur nunc Pontifex, contra Eugenium, dictus Felix 5. qui tamen post 8 annos sponte se abdicauit Pontificatu. Aliqua Germaniæ pars Basileensibus adhærebat: reliquus Orbis Eugenio; & inter hos Franciæ Rex, qui antea Pragmaticam receperat Sanctionem. *lege Paradin. in Chron. Sabaudiæ. in Amadeo. c. 2. & 3.* idem *attigit Aeneas Sylu.* qui postea dictus Pontifex Pius 2, damnauit acta Basileensia. Græci domum reuersi, Eugenio infensi, quòd minus subsidii bellici, quàm sperabant, accepissent, ad vomitum redierunt. *Laonic. libr 6. de rebus Turc.* postea missus in Græciam Isidorus Rutenus Cardinalis reconciliauit eos iterum Romanæ Ecclesiæ. *idem Author lib. 8.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
1440 Indict. 3.	10 Eugenij 4.	20 Ioannis 7. Palaeologi.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 1. Omnium Electorum votis electus Imperator Fridericus 3, Hernesti Ducis Austriae filius, Francofurti. *Onuphrius* Ianuariū, alii Martium electioni consignant. Hungari Rege destituti, Vladislaum Poloniae Regem praeficiunt Regno; interim dum puerulus Vladislaus, Elisabetae Reginae filius adolescet. Regina cum filio ad Fridericum se recipit, velut ad filii tutorem. *Martin. Cromer.* Delphinus quorundam suasu, à patre Rege secessionem facit: sed conspiratione sedata redit breui in gratiam cum patre. Delphinatus ei regendus traditur. vrbs Charitatis recepta à Francis: alias tamen expugnant Angli. Carolus Aurelianensis, soluta redemptione, redit ex Anglia, & accepta connubio Philippi Burgundionis filia, sopitum diuturnum dissidium est inter has duas familias. *Æmil. Annal. Franc. Tillius.* Alfonso res Neapolitanae feliciter succedunt: Renato parum prosperè Pontifex foedere iam aperto iungitur Venetis, & Florentinis aduersus Philippum Mediolanensem. *Blondus*, Eugenio à secretis, finem hic imponit Historiae. idem scribit *Sabellicus.* Excudendi ars illa, qua nunc vtuntur nostri Typographi, apparuit hoc primum anno in Europa, in vrbe Argentinensi, postea Moguntiae, authore Ioanne Guittembergio. *Fulgos. libro octauo, capite vndecimo.* verùm *Platina* alium notat authorem, annumque inuentionis dat 1452. eiusdem rei meminit *Genebrard. in Eugenio* 4.	18 Caroli 7. Victoris.
1441 Indict. 4	11 Eugenij 4.	21 Ioannis 7. Palaeologi.	*Friderici* 3. *Regis German. an.* 2. Senescente iam bello Anglicano in Francia, aut leuibus tantùm praeliis certatur, aut in vrbibus recuperandis occupantur Franci. Hungaria intestino bello vexatur: qui ab Elisabeta Regina stabant, praeliis premebant Vladislai milites, Turcae Transsyluaniam & Hungariae limites vexantes, repressi victoria insigni à Ducibus Vladislai. *Martin. Cromer. Bonfin.*	19 Caroli 7. Victoris.
1442 Indict. 5.	12 Eugenij 4.	22 Ioãnis 7. Palaeologi.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 3. Talbotus Anglorum Dux nominatissimus, Diepam obsidet: sed adueniente Delphino obsidionem soluit. *Enguerr.* Renatus, amissa Neapoli, cogitur in Galliam redire. Alfonsus Arragonius Regni illius, quod reliquum erat, occupat. *Pandulph.* Elisabetha Hungarię Regina mense Septembri obiit, remansitque integra administratio Regi Vladislao. Amuratus intestinis Hungariae motibus excitatus, Belgradum (*Plinio* Taurunum est) obsidet; coactus tamen ab Hungaris septimo mense obsidionem soluere. *Bonfin. Martin. Cromer.*	20 Caroli 7. Victoris.
1443 Indict. 6.	13 Eugenij 4.	23 Ioãnis 7. Palaeologi.	*Friderici* 3. *Regis Germaniae ann.* 4. Pax constituta inter Eugeniū Pontificem, & Alfonsum Arragonium, ea conditione, vt Pontifex Alfonsum diceret Regni Neapolitani Regem legitimum; & Alfonsus Marchiam Anconitanam occupatam à Sfortia, Ecclesię Romanae restitui curaret. conditionibus steterūt ambo. *Pandulph.* Eugenius tandem Florentia Romam venit; magno à Romanis apparatu exceptus. indicit Lateranense Concilium. Dum Amuratus iterum armatur in Hungaros, Vladislai Regis exercitus, duce Huniade hosti occurrens, vltra Danubium insignem reportat victoriam, caesis Turcarum 30 millibus: & bene vsus Dux praeclarus victoria, in Macedoniae finibus iterum ingenti clade hostem affecit. *Laonic. Martin. Cromer. Bonfin.* inclinatis sic Turcarum rebus, Constantinus Graeci Imperatoris frater, Peloponesum recipit extructo iterum muro ad Isthmum. *Laonic. libr.* 6.	21 Caroli 7. Victoris.
1444 Indict. 7.	14 Eugenij 4.	24 Ioannis 7. Palaeologi.	*Friderici* 3. *Regis Germaniae ann.* 5. Post pactas inducias decennales cum Turcis, Vladislaus Venetorum, Italorumque (hi Cruce armati in Amuratum conscripserant exercitum) precibus permotus, redintegrat bellum contra datam fidem, & 10 Septembr. in Bulgaria acie vincitur Rex à Turcis, caesusque est in acie, dum temere irruit in Ianissaros: Turcarum tamen maior caedes fuit, cae-	22 Caroli 7. Victoris.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			fis 30 millibus:& cùm periisset equitatus Turcicus in certamine, fugientes Christianos hostis persequi non potuit. *Martin. Cromer. & Histor. Hungar.* *Laonic. libro septimo.* Cùm pax inter Francum, & Anglum constitui non posset, nullis conditionibus repertis, quæ vtrique viderentur æquæ: induciæ factæ protractæque in quinquennium Ne miles bello assuetus grauis vrbibus foret, ad externum bellum cohortes destinātur: in Mediomatrices itum rogatu Renati: tunc Margarita, Renati filia, Anglo Regi despondetur. *Æmil. Annal.* missus quoque in Heluetios exercitus, Imperatori eiusque fratri Sigismundo Austriæ Duci minus obtemperantes: & ad disturbanda Basileæ mœnia, vbi Cōcilium, diu ante inchoatum, Eugenio infestum, pertinaciter adhuc hærebat, *inquit Albertus Crant.* Cum hoc Sigismundo fraternum Delphino ius erat: habebant enim connubio sibi iunctas duas Scotiæ Regis filias, victi prope Basileam Heluetii, qui vrbem eam propugnare decreuerant: Proceres ex vrbe diffugiunt, dissipatum Concilium. *Paradin. in Amadeo capite tertio, Albertus Crant. lib. 11 capite trigesimo secundo.* Genuenses fœdus ineunt cum Alfonso Rege, durauit hæc pax ad quadriennium tantùm: *Pandulphus*, pacis huius conditiones descripsit. Ludouicus Gonzaga, Mantuanus Princeps, post Ioannis Francisci obitum, esse cœpit. *Leander.* Æneas Syluius delegatus ab Imperatore ad Eugenium, qui de tollendo Schismate ageret. in qua legatione Pontifici reconciliatus, Basileense Concilium sua sententia improbauit, & postea damnauit factus Pontifex. *Platin.*	
1445 Indict. 8	15 Eugenij 4.	1 Constantini 12. Palæologi.	*Friderici 3. Regis Germaniæ ann. 6. Nauclerus, Onuph. & alii*, hunc diem obiisse scribunt Ioannem Palæologum, quamuis dissentiat *Laonic.* Imperat Constantinus frater. duo reliqui fratres diuisa inter ipsos Peloponeso, Demetrius Lacedæmonem, alter Spartam tenuit. Post Vladislai Hungariæ & Poloniæ Regis obitum, Poloni Regem eligunt defuncti fratrem: is erat Casimirus Lituaniæ Dux. *Martin. Cromer.* Hungari verò Ladislaum, Alberti olim Regis filium quinquennem Regem dicunt, procuratore Regni dato Huniade Duce, bellicis artibus iam conspicuo.	23 Caroli 7. Victoris.
1446 Indict. 9.	16 Eugenij 4.	2 Constantini 12. Palæologi	*Friderici 3. Regis Germaniæ ann. 7.* Iam à biennio Iacobus Rex huius nominis secundus cœperat in Scotia Regnum per se administrare, post molestam procuratorum Regni inter se dissensionem, & cædem Guillelmi Comitis Duglasii, qui anno 1439 ad castrum Edinburgense capite plexus est. *Lesleus in Iacob. 2.* Narrant *Laonic. libro septimo, & Marinus de gestis Castrioti*, inchoatum iam bellum Amurati in Georgium Castriotum, qui Scanderbergus dictus est, vt eum ex Albania, & Epiro exturbaret. hic Princeps, victis cum insigni gloria Turcis septies in Epiro Macedoniaque; & Huniades in Pannonia, Turcicam potentiam, ne in Europæos progrederetur, represserunt hoc seculo. In Anglia Humfredum Glocestrensem Ducem iam necatum narrat *Polydor. in Henrico 6.* erat Henrici 4 filius.	24 Caroli 7. Victoris.
1447 Indict. 10.	1 Nicolai 5	3 Constantini 12. Palæologi.	*Friderici 3. Regis German. an. 8.* Ab hoc tantùm anno Poloni numerant Casimiri Regis annos, quo Cracouiæ coronatus est. *Martin. Cromer.* Eugenius, post auditos Germaniæ Legatos, qui Principum nomine ipsum verum Pontificem, reiecto Felice agnoscebant, diem clausit, Februarii 23. electus Romæ est 6 Martii à 17 Cardinalibus Thomas Lucanus, Bartholomæi Medici filius, Cardinalis Sanctæ Susannæ, dictus Nicolaus 5. hic sextum celebrauit Iubilæum. *Onuphrius.* Amadeus, dictus Felix, ad suam redit solitudinem. *Paradin. capite 3.* Interim dum Nicolaus, egregius Pontifex, studet pacem afferre rebus Italicis, vita excessit Philippus Mediolanensis Vicecomitum in hac familia vlti-	25 Caroli 7. Victoris.

mus, fine liberis ex legitimo matrimonio natis. Mediolanenses, Alfonsum Arragonium, quod se diceret ex Testamento defuncti hæredem; & Carolum Ducem Aurelianensem, Valentinæ (quæ soror erat huius Philippi) filium, contendentes de successione repellunt: & Reipublicæ formam constituunt. *Platin. Sabel. Æmil. Donatus Bosfius*. Amuratus, qui se in sectæ suæ Monasterium paulo ante abdiderat, nunc Scanderbergi, & Huniadis Ducis victoriis impulsus, Imperium filio datum resumit. *Laonic. lib.* 7.

1448 Indict. 11. — 2 Nicolai 5. — 4 Constantini 12. Palæologi — 26 Caroli 7. Victoris.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 9. In Scotia, Ducis Geldriæ filia Regi nubit. quo tempore, ruptis induciis inter Francum & Anglum, cœperunt Scoti ex fœdere Francico, incursione hostili vexare Anglos. *Leslæus in Iac.* 2. Angli in Gallia Filicerias Britanniæ Minoris oppidum occupant: Franci Pontemarcem (*le Pont de l'Arche*) *Enguerr.* arcem captæ vbis *describit Æmilius*. Franciscus Sfortia, qui connubio habebat iunctam sibi filiam Philippi Mediolanensis defuncti, suasu Venetorum, (quos ipse à Mediolanẽsibus stãs hoc ipso anno vicerat) & aliis artibus, quas improbãt Historici, se Mediolanensem Ducem pronuntiat, armisque vrbem inuadit. *Platin. Sabel. Donatus Bosfius*. Amuratus triduo pugnans aduersus Huniadem, victus primo die, at tertio victor euasit: cæsis tamen Turcarum 34000. *Martin. Cromer. Chron. Hungar.*

1449 Indict. 12. — 3 Nicolai 5. — 5 Constantini 12. Palæologi. — 27 Caroli 7. Victoris.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 10. In Sfortiæ potestatem venere hoc anno Mediolanensis ditionis ciuitates omnes, præter Mediolanum: cuius sic auctam potentiam veriti Veneti, rupto, quod cum illo habebant fœdere, prospicere rebus suis constituunt. *Platin. Sabel.* Huniades Turcas hoc anno fusos fugauit, dum Seruiæ Despotam rogatus periculo liberat. *Bonfin. Decad* 3. *lib.* 7. Redintegrato Anglicano bello in Normannia, oppida à Francis recepta, Lexouii, (*Lisieux*,) Nongentum, & Vernolium. Comitiis in Scotia habitis, Leges vtiles latæ: Comites creati Rothesius, & Huntleus Gordonius. *Leslæus in* Iacobo 2.

1450 Indict. 13. — 4 Nicolai 5. — 6 Constantini 12. Palæologi. — 28 Caroli 7. Victoris.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 11. Post Falesiam, in Normannia, dimisso obside Talebotio Anglo, receptam à Francis, pugnatur 18 Aprilis inter Carentum, & Baiocas, (*Baieux*,) ad vicum Forminiacum, (*Fourigny*.) narrat *Æmilius* perpaucos Anglos euasisse, cæsos cæteros, captosque. *lege Enguerr.* haud magno negotio post hanc pugnam Normannia recepta vniuersa. Debellatum in hac Prouincia 12 Augusti. Mox à Francis itum in Aquitaniam: vbi ante exeuntem annum oppida & castella recepta non pauca, territo tam secundis Francorum rebus, hoste. Amuratus, repentino morbo correptus, extinguitur: imperat Turcis filius, dictus Mahumetus 2. hic cæsis fratribus regnat 30 circiter annis. *Laonic.* Sfortia, mense Februario, aut Martio, Mediolanum expugnat, Ducis nomine assumpto. Alfonsus Neapolitanus, & Veneti fœdere iunguntur in Sfortiam. tam inconstans beneuolentia est, cúm de regnis agitur. *Platin. Sabel.* circa hæc tempora viuebant Pomponius Lætus, Ambrosius Calepinus, Rodolphus Agricola (qui obiit 1485.) Ioannes Turrecremata Cardinalis, Henricus Herpius, & Gennadius Scholarius, post Gregorium 3, electus Patriarcha à Græcis; sed capta à Turcis Constantinopoli, ipsoque anno captæ vrbis: *de qua postea*. titulum tamen patriarchæ Bessarioni datum à Nicolao 5, retinuit idem Bessarion annis 20 à sua creatione.

1451 Indict. 14. — 5 Nicolai 5 — 7 Constantini 12. Palæologi. — 29 Caroli 7. Victoris.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 12. Mense Iunio Burdigalenses in fidem Franci Regis veniunt, vna cum Flussatium Comite. Tunc omnis recepta Aquitania, præter Baionam, quæ tamen 21, Augusti deditionem fecit. conspecta cruce candida in cœlo, promptiores fuere obsessi, vt deposita cruce rubra, quod Anglis bellicum

bellicum insigne erat, candidam sumerent. quod Franci militare signum præferebant. *Æmil. Enguerr.* in Italia pulsi è Veneta ditione Florentini, noui belli & periculosi initium fecerunt; qui Duce Cosmo Mediceo, copias cum Sfortia Mediolanensi iungentes, arma mouent in Venetos, & Alfonsum Regem. *Panduph. Platin.* Londinenses in Anglia in eos, qui apud Henricum plurimum poterant, impetum faciunt: postea etiam, crescente audacia, vis in ipsum Regem intentata. sic Regum maiestas in aduersis rebus, vt quidam scripsit, vilior esse solet; in prosperis sanctior. Historiam *scribit Polydor. Vergil.*

1452 | 6 *Nicolai 5.* | 8 *Constantini 12. Palæologi.* | *Indict. 15.* | 30 *Caroli 7. Victor.*

Friderici 3. Regis Germ. ann. 13. à Coronatione Rom. Imp. 1. Mahumetus ad Constantinopolitanam obsidionem se parat, *Laonic. lib. 7.* rebus tamen prius pacatis & compositis cum Principe Caramaniæ, quam Pamphiliam & Ciliciam olim dicebant. *Laonic.* Fridericus exiguo comitatu in Italiam venit, & 18. Martii Romæ corona Imperiali donatur à Nicolao 5. & cùm Alfonsum Regem inuisisset, regreditur in Germaniam. *Platin. Naucler. Bonfin.* qui narrat nunc ab Imperatore, Ladislaum Regem redditum Hungaris, ad huc adolescentem. Burdigalenses deficiunt ad Anglos 30. Octob: admisso in vrbem Talbotio, qui 5000 Anglorum ducebat, & circumiecta pleraque oppida, absente Franco exercitu recepit. *Æmil.* nunc diem clausisse dicitur Amadeus (primus Sabaudiæ Dux, & aliquando Pontifex) dum filius Ludouicus Dux secundus adhuc superesset.

Anni Hispaniæ Regum.

Collabente nunc penitus Orientis Imperio, en tibi in Græcorum Imperatorum locum subrogatam deinceps Hispaniarum Regum seriem: ab hoc nempe captæ Constantinopolis anno, qui est Ioannis Regis Hispani an. 46. Est quidem hæc rerum humanarũ solemnis iam & toties spectata vicissitudo: sed in præsentia, cum insigni Diuinæ prouidentiæ argumento coniuncta. vt quo tempore Christiani nominis hostis iuratus, in Christianos vehementius exardescit, eodem excresceret præter solitum, Catholici Regis Imperium & potentia, quà sæpe feliciterque repressos Turcarum conatus Christianus Orbis lætus audiuit.

1453 | 7 *Nicolai 5.* | 46 *Ioannis 2. Hisp.* | *Indict. 1.* | 31 *Caroli 7. Victor.*

Friderici 3. Regis German. ann. 14. à Coronatione Romana Imp. 2. In Constantino nunc Imperatore Orientis cessat Græcorum Imperium. *vide annum* 330, quo nobilissimæ Vrbis Constantinopolis dedicatio facta est à Constantino primo. Ergo post tot annos Mahumetus Constantinopolim obsessam expugnat, idque 29. Maii: ibi Cæsar, (*inquit Æmilius,*) quoad fortuna non inuidit, egregiè pugnauit, nec inultus periit. Historiam *narrant Laonic. & alij iam citandi*: at *Onuphrius, & Scaliger de Emendatione,* dant annum 1452. minus quidem rectè, vt apparet. Incidit enim hic casus in 29. Maii, & Feriam 3. ita *Martinus Crusius in Historia Patriarchica Barbarograeca,* Μαΐῳ εἰκοστῇ ἐννάτῃ, ἡμέρᾳ Τρίτῃ. *Laonicus lib. 8* Ἀρεως δ' ἡ ἡμέρα. idem *Theodorus Zigomolas, & Gennadius Scholaris, lib. de Primatu,* notarunt. Iam verò dies 29 Maii, erat Feria 3. in anno 1453. non autem in anno 1452. adde quod idem *Crusius* det annum 1453. In eandem nobiscum sententiam iuerũt recentiores Scriptores: *Genebrard. Vignerius,* & plures alii. Florentini, & Mediolanenses Renatum Andiouinum vocant in subsidium; qui equitatu ad 2000, comitatus, amicè accurrit, reditque breui in Galliam, Italis de pace inter se constituenda & subsequuta, deliberantibus. *Pandul. Æmil. & Florentinæ Historiæ Scriptores.* Pergit *Polydorus in Henrico 6.* describere tumultum Anglicanum, & qua ratione finis Francici belli, initium fuerit in Anglia ciuilis dis-

Anni Christi	Anni Pontif	Anni Imper.		Reg. Franc.
			cordiæ,quæ 29.annis acerbè Angliam exagitauit. Rex Castellæ à Mauris bello lacessitus,occupat Gibraltarum vrbem,ad fretum Gaditanum sitam:olim Heraclea dicta est,aut etiam Calpe, *ex Timosthene apud Strabonem. lege rei gestæ Historiam apud Stephanum Garineum.* Bessarion Cardinalis, nunc quidem Patriarcha Constantinopolitanus à Nicolao renuntiatur.Sed apud Græcos Gennadius Scholarius,sedem,vt dixi,Mahumeto permittente,tenet. Græcique deinceps ad nostra vsque tempora dant suos patriarchas. De horum potestate lege Genebrardũ in Nicolao 5. Nicolaus Papa optimè de literis meritus, bonarum artium & linguarum peritos fouet:quales plerique nunc è Græcia captaque Constantinopoli in Italiam venere. *Platin. Volater. l.22. Genebrard. in Nicolao;* qui artem Typographicam,nunc tantum putat inuentam. Mathæus Palmerius Florentinus Chronicon Hieronymi protraxit ad an. 1449.conuictus posteà de Hæresi.exustusque est. *Trithem. de Scriptoribus.*	
1454 *Indict. 2.*	8 *Nicolao 5.*	47 *Ioannis 2.*	*Friderici 3. Regis German. ann. 15. à Coronatione Rom. Imper. 3.* Gallicarum rerum Scriptores in annum præcedentem reiiciunt receptam iterum à Franco Rege Burdigalam, & supremum cum Anglo prælium,quando ad Castellionem in Petrocoriis 13 Iulii, positis castris, occubuit Ioannes Talbotius vna cum filio: recepta facilè Castellio vrbs, sed Burdigala grauiores conditiones admittere coacta est. *Æmil. Tillius.* nihil Anglo reliquum fuit, præter Caletium. Burdigalæ,duæ sunt extructæ arces,firmis munitæ præsidiis:earum alteram euerti iussit Henricus 4. res in An-Anglia tragicas ad hunc annum inter Eboracensem, & Lancastrensem Comites *narrat Polydorus in Henrico 6.* Vita excedẽs Ioãnes 2. Castellæ Rex (*vt narrat Cartagena*) successorem habuit Henricum filium vnicum,& huius nominis 4. Epirotæ & Macedones armantur in Demetrium Peloponesi Principem (frater is erat Constantini Imperatoris occisi)quòd pacem cum Turcis constituisset. *Laonic.* Demetrius Turcas in auxilium vocat.	32 *Caroli 7. Victorii.*
1455 *Indict. 3.*	1 *Calisti 3.*	1 *Henrici 4.*	*Friderici 3. Regis German. ann. 16. à Coronatione Rom. Imp. 4.* Opera optimi Pontificis Nicolai 5. pax constituta in Italia in annos 25. ea Florentinos,Mediolanenses,Venetos,& Alfonsum Regem complectebatur. Soli exclusi Genuenses. *Pandulph. Platin.* breui post hæc vita cessit Nicolaus 9. Kal. April. ei in Pontificatu substituitur Alfonsus Borgia Hispanus, Valentinus, Cardinalis S. S. quatuor Coronat. creatus Romæ 6. Idus. April. dictus Calistus 3. *Onuph.* Glascoense Gymnasium in Scotia erectum,sopito belli intestini incendio inter Huntlæum,& Crafurdeum Comites. *Lesleus.* Ioannes Argyropilus Constantinopolitanus venit hoc tempore in Italiam.	33 *Caroli 7. Victorii.*
1456 *Indict. 4.*	2 *Calisti 3.*	2 *Henrici 4.*	*Friderici 3. Regis German. ann. 17. à Coronatione Rom. Imp. 5.* Galliarum Delphinus Ludouicus iterum à patre secedens,quòd non satis in honore sibi apud patrem esse videretur, ille bello illato rebus omnibus spoliatur:& ad Philippum Burgundionem confugiens, ab eo aliquandiu prudenter custoditus est. *Tillius, Annal.* Mahumetus Belgradum, seu Albam Regalem obsidet: Hunniades vrbem propugnat,mox 6. Augusti acie pugnatur, victi Turcæ, cæsis 40 millibus. vix euasit Mahumetus, grauiter in oculo sauciatus. apparatus bellicus Turcarum totus in Hungari potestatem venit. *Chron. Hungar. Naucler. Laonic. lib. 8.* ob hanc victoriam Calistus Transfigurationis Dominicæ Festum instituit, sed eodem anno Hunniades, Dux re militari clarissimus, propugnaculum hoc seculo Christiani Orbis, & Turcarum terror, diem clausit 10. Septemb. Cassani,seu Vssancassani Regnum Armeniæ Principis, in Perside nunc primùm dicitur sumpsisse initium,	34 *Caroli 7. Victorii.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	Rerum gestarum series	Reg. Fran.
			quod obseruauit ad hunc annum *Vignerius in sua Bibliotheca*: meminit quoque *Genebrard.*	
1457 Indict. 5.	3 Calisti 3.	3 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 18. *à Coronatione Rom.* 6. In Anglia Dux Eboracensis ciuili prælio exercitum Regis fudit. *Polydorus in Henrico* 6. erant ad Fanum Albani posita castra. Æneas Syluius iam Apologiam edit pro Romanæ Ecclesiæ autoritate contra pragmaticam Sanctionem.	35 Caroli 7. Victoris.
1458 Indict. 6.	4 Calisti 3.	4 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 19. *à Coronatione Rom. Imp.* 7. Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex excessit vita. *Naucler. Æneas Syl. in sua Europa. Bonf.* Hussitarum dolo Regem extinctum plures scribunt, oblato veneno. Genuenses varie vexati, dant se in fidem Caroli Franci Regis: à quo missus Ioannes Renati filius, vrbem munit aduersus Alfonsi Regis aduentatem classem: interim Alfonsus mense Iunio diem claudit, cúm designasset successorem in Sardinia, Belearicis, & Arragoniæ Siciliæque Regnis, Ioannem fratrem suum; qui iam Nauarræ Rex erat. *Tarafa.* in Regno vero Neapolitano (non relicto, sed virtute parto) Ferdinandum filium nothum. *Æmil. Pandulph. ad hunc annum.* vbi Alfonsi genus, & vitam describit, virosque literatos recenset plures; quos Rex iste literatus, magnisque animi & corporis dotibus nobilitatus, colebat. Calistus, cum edixisset Regnum Neapolitanum ad iura Ecclesiæ rediisse, careretq; hærede legitimo, breui fatis cessit, 8. Idus Augusti: substituitur Aeneas Syluius Picolhomineus, Episcopus Senensis, Cardinalis S. Eustathii, dictus Pius 2. hic pace cum Ferdinando constituta, Beneuentum, & Taracinam (quas vrbes Alfonsus tenuerat) recepit; restituta etiam Spoletana vrbe: & Ferdinando Regnum confirmauit Neapolitanum. *Pandulph.* defuncto Francisco Foscaro Duci Veneto nonagenario, substituitur Petrus Malperus, seu Maripetrus. *Contarin. Sabel.* Mahumetus Peloponesum negantem tributa solita subegit, expugnata Corintho. Athenas mœnibus & arce nudauit.	36 Caroli 7. Victoris.
1459 Indict. 7.	1 Pij 2.	5 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 20. *à Coronatione Rom. Imp.* 8. Post Ladislai obitum, in Bohemia quidem Rex successit Georgius Poggebruchius, decreto Papæ & Imperatoris: in Hungaria vero eligitur Rex Mathias Coruinus, Iunior Huniades, filius Senioris Huniadæ. *Naucler. Aeneas Syl. Bonfin. Histor. Hungar.* Mahumeti exercitus missus in Albaniam, profligatur à Scandebergo. *Laonic.* Pius Papa, habito Mantuæ conuentu, agit de armandis Christiani Orbis Principibus in Turcas; sed hæc consilia disturbarunt dissensiones natæ inter Principes in Europa, quas factis armis antiquiores habuere: præsertim cùm Ioannes Andouinus, Renati filius, à Genuensibus & Francia, accepta classe; Regnum Neapolitanum ingressus, iamque Prætor Genuensis constitutus, molestum Ferdinando facesseret negotium. *Naucler. Platin. Albertus Crant. & Pandulph.* qui hic finem suæ imponit Historiæ. Ludouicus Sabaudiæ Ducis filius, Comes Genuensis, euocatus in Cyprũ, Reginam ducit vxorem, ex Lusignana familia Galliæ oriundam: breui tamen à Sultano Aegypti pulsus, obiit in patria, Regnum occupante Iacobo, Episcopo Nicosiano notho, qui se Sultani Beneficiarium constituit. post eius obitum Veneti Cyprum acceperunt. *lege Paradin. c.* 5. *in Amadeo* 2.	37 Caroli 7. Victoris.
1460 Indict. 8.	2 Pij 2.	6 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. an.* 21. *à Coronatione Rom. Imp.* 9. Recrudescunt seditiones in Anglia, Rex capitur ab Eboracensi Duce, decretumque à Senatu, vt Eboracensis, Regni esset Rector, Rege superstite: sed Henrico vita functo, Regni hæreditas obueniret Eboracensi familiæ. *Polydor. in Henrico* 6. Regina, magni animi mulier, collecto exercitu, hostes vincit duobus præliis. cæsus in acie, Eboracensis cum filio, alii conspiratores supplicio affecti.	38 Caroli 7. Victoris.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
			toritate. Princeps inter ciues habitus; filium reliquit Petrum Mediceum. *Michael Brutus.* Mathias Hungariæ Rex, extorta tandē ab Imperatore corona Hungarica, quam ille retinebat, coronatur Budæ post victorias aliquot reportatas contra Turcas. Pius Papa, dum Anconæ classem & expeditionem parat in Turcas, diem clausit 14 Augusti. Electus Romæ 3. Kal. Septemb. Petrus Barbus Venetus, Cardinalis S. Marci, dictus Paulus 2. *Onuph.*	
1465. *Indict. 13*	1 *Pauli 2.*	11 *Henrici 4.*	*Friderici 3. Regis Germ. ann. 26 à Coronatione Rom. Imp.* 14. In Gallia dignitate & statu deiecti, sequuntur factionem illam boni publici; pugnatum ad montem Lethericum, pene dubio Marte. Adfuit Regi Galeacius Sfortiæ Mediolanensis filius: tandem pax constituta, dicta Confluentina. Rex quæ petebantur concessit facile, postea disiunctos aduersarios redacturus in ordinem. *Æmil. Tillius. Commin.* Alfonsus, Henrici Castellæ Regis frater, bellum Regi indicit, fretus ope Procerum Regni. *Palmerii Appendix.* vbi recensetur Scanderbergi Albanorum Ducis victoria, hoc anno reportata insignis contra Turcas.	4 *Ludouici XI*
1466 *Indict. 14.*	2 *Pauli 2.*	12 *Henrici 4.*	*Friderici 3. Regis German. anno* 27. *à Coronatione Roman. Imp.* 15. Pontifex Georgium Poggebrachium Bohemiæ Regem, ob hæresim Hussitarum, quam profitebatur, damnatum priuat Regno. *Palmerius. Genebrard.* Regnum dedit Mathiæ Regi Hungariæ. Ludouicus Galliæ Rex Normanniæ ciuitatibus libere potitur, pulso fratre, qui nuper Britanniæ Dux salutatus est. sic Rex, in serendis suspicionibus inter boni publici professores, commodoque suo captando occupatus, pacem Cōfluentinam parúm sanctè dicitur coluisse. *Commin. Æmil.* Franciscus Sfortia Mediolanensium Dux, huius prosapiæ primus, moriens Ducatum filio reliquit Galeacio. *Donatus Bosfius.* Florentiæ certatum de honoris prærogatiua, inter Petrum Mediceum, & Lucam Parisium. *Palmer.* Mathias Hungariæ Rex, rebellantes Transyluaniæ & Moldauiæ Proceres domat. *Bonfin.* Ad hunc annum consignatur mors Scanderbergi, Epirotarum seu Albaniæ Principis, merito inuicti, qui ex omni certamine victor & sine vulnere recessit: nunquam in expeditione plures habere voluit quam duo equitum millia, & 3000 peditum. Turcarum terror vocitatus. *autor eius Historiæ.*	5 *Ludouici XI*
1467 *Indict. 15*	3 *Pauli 2.*	13 *Henrici 4.*	*Friderici 3. Regis German. an. 28 à Coronatione Rom. Imp. 16.* Brugis diem clausit Philippus Burgundio Flandriæ Comes, magnorum bellorum spectator & autor, mense Iulio. *Marchant. in Philippo isto.* successorem habuit filium Carolum, Comitem Carolesium, qui Bellicosus dictus est. *Marchant. Commin.* Carolus Leodio in fidem & deditionem accepto, Gandauum, ad res componendas, nunc properauit. *Commin.*	6 *Ludouici XI*
1468 *Indict. 1.*	4 *Pauli 2.*	14 *Henrici 4.*	*Friderici 3. Regis German. ann. 29. à Coronatione Rom. Imp. 17.* Rex Galliarum Peronam venit exiguo comitatu, ad colloquium cum Carolo Carolesio Burgundiæ Duce: vbi audita Eburonum & Leodii à Carolo defectione (quo Rex miserat suos Legatos) parúm abfuit, quin Rex à Carolo detineretur: tamen constituta pax: fratri Regis data Campania, & Bria: mox Leodium sub Nouemb. expugnatum à Carolo, & incensum est. *Commin. in fin. lib. 3.* Licet Tarraconensium causa poterat videri transacta arbitrorum arbitrio, *vti commemoraui anno* 1464. Renatus tamen Lotharingus Ioannem Andiouinum filium mittit in Arragoniam, ad auita illius Regni iura repetenda: qui post egregia ibi edita facinora, pestilentia exorta decessit. *Æmil. & Garibays.* interim Henricus Rex Castellæ, post certamen initum aduersus fratrem, ad pacem à Pontifice reuocatur. Mathias Hungariæ Rex Geor-	7 *Ludouici XI.*

constantia? Henricus VI nuper gemino sceptro conspicuus, nunc paterno etiam diademate à suis priuatus, miserando casu perit in carcere. Christophoro Mauro Duci Veneto defuncto, suffectus est Nicolaus Tronus. accessit obitus Pauli Pontificis, *apud Onuphrium*, 8 Kalend. Augusti: electus Romæ 5 Idus Augusti Franciscus de Ruuere Franciscanus, Sauonensis, Ligur, Cardinalis Sanct. Petri ad Vincula, dictus Sixtus IV. huc vsque de Vitis Pontificum *Platina* scripsit. Veneti & Rhodij, Vssancassano aduersus Turcam communem hostem auxilium pollicentur, & classem adornant, quæ in Cyprum peruenit. *Sabel.* in Henrico IV Castellæ Rege, *Rodericus Sanctius* finit Historiam. Huius Henrici soror Elisabetha, nubit Ferdinando Arragonij Regis filio, qui dictus Catholicus est; & Castellæ Rex euadet iure vxoris post mortem Henrici. *Antonius Nebricens.* res gestas scripsit. De Izabella altera (hanc Ioannā aliqui vocant) quæ putabatur Henrici filia supposititia, *lege Franciscum Tarafam in Henrico IV.* Hæc quidem connubio iuncta fuit filio Lusitani Regis: vnde nata postea bella aduersus Ferdinandum de Castellæ Regno. *Michael Ritius in fine suæ Historiæ.*

1472 Indict. 5. | 1 Sixti 4. | 18 Henrici 4. | 11 Ludouici 11. — *Friderici 3. Regis German. ann. 33. à Coronatione Roman. Imperat.* 21. in Gallijs Rex, fratre nunc vita functo, recipit Aquitaniam: res componit pace constituta cum Duce Britanniæ. interim Burgundio vrbes expugnabat: sed ingruens hyems attulit inducias. *Philipp. Commin.* Sophronius Patriarcha Constantinopol. defunctus successorem habuit Simeonem. Iungunt se Veneti Ferdinando Neapolitano contra Turcas. *Palmerius.* Guinea 12 gradibus ab Æquatore semota Regio, in ora Africæ, ad mare Atlanticum, nunc à Lusitanis inuenta. *Osorius.*

1473 Indict. 6. | 2 Sixti 4 | 19 Henrici 4 | 12 Ludouici 11. — *Friderici. 3. Regis German. an. 34. à Coronatione Rom. Imp. 22.* Certatur inter Francos & Arragonios de Perpiniano: (Ruscinonem veteres dixerunt:) arcem propugnant, & retinent Galli. *Anton. Nebricen. Lucius Marineus.* reliquum Regni occupat Arragonius. Post obitum (qui nunc contigit) Nicolai Ducis Lotharingiæ, nullis relictis liberis: Renati, (qui Regnum Siciliæ iure & armis petebat.) filia, hæres fuit, & vidua Vallemontani Comitis defuncti. ex quibus natus filius Renatus Lotharingiæ Principatum tenuit: vnde prognati, qui subsequuti sunt, Illustrissimæ familiæ Principes Lotharingi. *Richardus Vasseburgen.* Obiit Dux Venetus Nicolaus Tronus: subrogatur Nicolaus Marcellus. *Sabel.* Mahumetus, expeditione ducta contra Vssancassanum, transmissoque Euphrate, Persarum 10000 occidit: magnis Persidi illatis detrimentis. *Ioan. Maria. Angi.* Sanctus Franciscus de Paula Calaber, initium dat Ordini Minimorum. confirmat Institutum Sextus IV. *Onuphrius & Genebrard.* Platina, antea coniectus in carcerem à Paulo II, nunc Vitas Pontificum dicat Sixto IV.

1474 Indict. 7. | 3 Sixti 4. | 20 Henrici 4 | 13 Ludouici 11. — Friderici 3. *Regis German. ann. 35. à Coronatione Rom. Imp. 23.* Burgundioni occupato in Geldriæ Ducatu recipiendo, Rex Galliæ tum Renatum Lotharingum, tum Heluetios nouos aduersarios parat, bellumque molestum. *Philipp. Commin.* Ad hunc annum consignatur obitus Iacobi nothi Cypri Regis. Filium habuit Posthumum, qui dictus est Iacobus 3, quique postea Venetorū fauore Regnum tenuit. Petrus Mocenigus Dux Venetus electus post obitum Marcelli Ducis. *Sabel.* mortalitatem reliquit Henricus IV, Castellæ Rex, 11 Decemb. iam sorori Elisabethæ reconciliatus. *Nebricen. Lucius Marineus, Guicciardinus.* vult tamen *Guarineus*, Regem Testamentum pro filia condidisse, *de qua ann.* 1471. Bellum inter Hungaros & Polonos recrudescens, induciis

tandem pactis sedatur *Bonfin. Martin. Cromer.* in Moldauia ingentem Turcarum cladem & occisorum numerum *narant Bonfin. Palmer. & Martin. Cromer. lib.*18. pulso Simeone Patriarcha Constantinopolitano, Mahumetus accepta pecunia alium substituit. *Histor. Turcograca.* nec vlterius nos horum Patriarcharum Catalogum producimus: numerantur vsque ad ann. 1500, tres alii, Maximus, Niphon, & Paschomus. Galli Perpinianum nunc recuperant. *Nebricen.*

1475 Indict. 8. | 4 Sixti 4. | 1 Ferdinādi 5. eius nominis 2 Arragonia Regis | 14 Ludouici 11.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 36. *à Coronatione Rom. Imp.* 24. Ludouicus Rex, exeunte induciarum die vltimo, cum Burgundione Flandro initarum; vnum exercitum immittit in Picardiam, alterum in Burgundiam. recusabat Burgundio induciarum prorogationem, spe Anglici exercitus. Sed cum traiecisset exercitus ex Anglia in Galliam, Rex Galliarum captata occasione venit in colloquium cum Edoardo Anglo: induciæ pactæ in 9 annos filiaque Edoardi desponsata Delphino: quibus auditis Burgundio, 9 annorum inducias cum Ludouico suo nomine firmans, ducit exercitum in Lotharingiam, & ferè totam occupat. *Philipp. Commin. Naucler. Tillius.* Mediolani Ioannes Galeacius puer sub tutela matris Dux renuntiatur, patre Galeacio à suis infeliciter occiso. *Palmer.* Exortum bellum inter Ferdinandum, & Lusitanos agitur de regno Castellæ. Lusitanis aderant Marchio Villenatium, & Franci, qui in Comitatu Ruscinonensi erant. *Nebricen. lib.* 3. *vide anno* 1471. *&* 1474. *notat Paradinus*, hoc anno obiisse Amadeum Sabaudiæ tertium Ducem, & successisse patri Philibertum, cum annum ageret ætatis 14 *narrat idem author*, bellum inter eum & Heluetios gestum. Sixtus Iubilæum ad 25 annos reducit: & hoc ipso anno Romæ celebratur. *Onuphrius, Genebrard. vide Extrauag. Quemadmodum. de Pœnitent. & remiss.* 6.

1476 Indict. 9. | 5 Sixti IV. | 2 Ferdinādi 5. | 15 Ludouici 11.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 37. *à Coronatione Rom. Imper.* 25. Burgundiæ Dux, occupata iam tota Lotharingia, Heluetios inuadit: & bis victus, magnam in secundo conflictu (cui præerat Dux Lotharingus) cladē accepit, 22 Iunii. Lotharingus properè ad sua reuersus, facili negotio Lotharingiam recipit, *Phil. Cō. & alij supra citati.* In Hispania Ferdinādus Lusitanos acie vincit, Martii 1. hæc victoria, vna cū Summi Pontificis Diplomate, Ferdinando attulit pacatum Castellæ Regnū; communi illius & Elizabethæ vxoris nomine deinceps administratum. *Anton. Nebricen.* In Cypro obiit Iacobus puer, & quamuis scribant aliqui, Testamento Carlottæ, quæ iure Regina dicebatur, ius regni datum esse Sabaudiæ Duci: tamen possessio Cypri deinceps Venetorum fuit: & quidem nomine Catharinæ Reginæ vsque ad annum 1485. postea verò nomine Reipublicæ per annos 90. velut iure iam quæsito, iis, quos illa Respublica profert, titulis. Hoc anno Andreas Vendraminus Dux Venetus nominatur, mortuo Mocenigo. *Sabel.*

1477 Indict. 10. | 6 Sixti 4. | 3 Ferdinādi 5. | 16 Ludouici 11.

Friderici 3. *Regis German. an.* 38. *à Coronatione roman. Imp.* 26. Burgundio, nouo collecto exercitu, Mancium obsidet: qua vrbe expugnata, continens Imperium ab Oceano ad Lugdunensem agrum habiturus erat. Renatus copijs Germanorum & Heluetiorum auctus, affuit postridie Idus Ianuarij copiæ Burgundionis fusæ. occisus ipse Burgundionum Dux vltimus: filia vnica Maria in tantas opes successura, posteà nupsit Friderici Imperatoris filio Maximiliano: tota Burgundia certis conditionibus Regi Ludouico deditionē fecit: in Belgas profectus rex est: in cuius fidem rediere Quintiani, Desideriani, Perona, Abeuilla, Monstrolium, & Philippus Creperecors (vulgò *Creuecæur*) qui Atrebates tuebatur, Regis voluntati paruit, quod hi fines perspicuo iure, *inquit*

Aemilius, morte Ducis ad Regem redibant. Creperecorde ad Regem transeunte, recepta etiam Bononia. Sic sanè vnico pene momento, vna ex potentissimis Europæ Dinastijs Burgundiana, in vnica Maria, multis nudata Prouincijs, ægrè se tuebatur. *Philippus Commin. Aemil. Tillius. Gaguin. lib.* 10. nunc cœpisse putatur Moscouitici Principis, excusso Tartarorum iugo, illud incrementum, ex quo se Magnum Moscouiæ Ducem scribebat. *Martin. Cromer. libro 29 de reb. Polon.* Vssancassanus Persarum Rex, Georgianorum Principem reddit Beneficiarium suum. *Ioan. Maria Angi.* Angelus Cattus Neapolitanus, Astrologus & diuinator, qui Burgundionem paulò ante reliquit, Ludouico Regi sese offert.

1478 Indict. 11 | 7 Sixti. IV. | 4 Ferdinandi 5. | *Friderici* 3. *Regis German. ann.* 39. *à Coronatione Rom. Imper.* 27. | 17 Ludouici 11.
Arausiensis Princeps, cum promissa à Rege Ludouico non præstarentur, deficit ad hostes, inde turbatur Burgundia Citerior, & Dolanus Comitatus rebellat. *Æmil. Tillius.* Florentiæ, occiso à conspiratoribus Iuliano Mediceo, Laurentius eius frater ægrè euasit. *lege hanc Historiam apud Philipp. Commin. & Onuph.* Ludouicus Rex cum Florentinis, Venetis, & Mediolanensibus amicitiam fœdusque init. *Palmerius. Commin.* Veneti Ioannem Mocenigum Ducem creant, post Andream Vendraminum. *Sabel.* Ludouico Gonzagæ Mantuano Marchioni, succedit Fridericus filius. *Palmerius.* Vssancassanus Persarum Rex vita excessit. ex quatuor filiis, tandem Regnum tenuit Iacobus Datissa. *Ioan. Maria Angin.* Prorogatur in dies Turcarum Imperium in Europæos, dum Christiani Principes inter se dissiden.. Longa satis inter Parochos, & Instituti Mendicantium Professores contentio sedata. *Extrauag. de Treuga & pace c.* 2. *edita à Sixto. vide an.* 1321.

1479 Indict. 12. | 8 Sixti IV | 5 Ferdinandi 5. | *Friderici* 3. *Regis Germ. an.* 40. *à Coronatione Rom. Imp.* 28. | 18 Ludouici 11.
Heluetii nunc primum, consensu gentis, à Galliarum Rege stipendium accipiunt. sublatus Ordo Sagittariorum Francorum, quos Carolus VII. instituerat. *Naucler in Chron. Genebrard.* Exeunte Induciarum die cum Flandris, Rex Galliæ in Morinis cum Maximiliano Austriæ Duce conflixit: Francorum peditum cædes edita: locum certaminis tenuit Maximilianus victor, *inquit Aemilius.*: pacem ab hac die expetiuit Ludouicus. *Philipp. Commin.* Florentini victi à Neapolitani Regis exercitu, ad pacis conditiones authore Laurentio Mediceo pertrahuntur. *Onuph. Sabel. Palmer.* Excepit hic annus obitum Ioannis Regis Arragoniæ, qui in ordine regum 24 est: Ferdinandus filius (*de quo ad annum.* 1474.) Regna, Arragonicum, & Castellanum, iam iure optimo vnita capessit, magnus Princeps, verè Catholicus dictus, & qui Hispanias Maurico dominatu præclarè liberabit. *Francisc. Taraf.. Steph. Garineus, & alij.* Eleonora, filia huius Ioannis Regis, matre Blancha Nauarræa) post obitum Gastonis mariti, Flussatium Comitis, Regnum Nauarræ retinere conatur. *lege Garineum l.* 18. & 28. pax constituta inter Polonum, & Hungarũ Reges, quâ datis aliquot Prouinciis Matthiæ, Vladislaus Bohemiam, & Electoris nomen retinuit: quæ tamen obuenirent Matthiæ, si Vladislao superstes maneret. Mathias statim ingentem Turcarum exercitũ, vastãtem Transyluaniæ Prouincias, strenuè profligauit. *Bõfin. decad.* 4. *l.* 6. Turca à 21 Iunii, vsque ad 17 Augusti, Rhodũ maximo apparatu conatuque obsidẽs, coactus est obsidionem soluere, cum eximia Equitum propugnantium laude: *Sabel. Bonfin.* hanc obsidionis Historiã *habet Ferronus Burdigalensis lib 6 initio.* Ioannes Moscorum Princeps, subiugatis Russorum finitimis Principibus, Nouogradum Septentrionis celeberrimum Emporium Polonis extorsit, magnis inde opibus ditatus. *Cromer. lib.* 29. *de reb. Polõ.* Alexander Albaniæ Dux, Scotiæ Regis frater, è carcere fugit in Gal-

liam; vbi filiam Bononiæ Comitis accepit vxorem. *Lesleus.*

Christi	Pont.	Imp.	Reg. Franc.
1480 Indict. 13.	9 Sixti 4.	6 Ferdinā di 5.	19 Ludouici 11.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 41. *à Coronatione Rom. Imp.* 29. Aucta Venetorum potentia, Italis formidolosa esse cœpit: quæ magna occasio fuit noui fœderis in 25 annos, inter reliquos Italiæ Principes: cui fœderi subscribunt Ferdinandus Neapol. Florentini, & Ioannes Galeacius Dux Mediolanensis. *Guicciardin.* Turcæ pulsi Rhodo, Hydruntum (Otranto) Calabriæ oppidum ad mare Ionium expugnant: trepidatum in Italia, & merito: sed Mahumeti morte, & Mathiæ Hungari ope effectum, vt inde pellerentur Turcæ *Sabel. Bonfin. Iouius. Pontanus.* Alfonsus Rex Lusitaniæ, pace constituta cum Rege Hispaniæ, diem clausit: regnat Ioannes, filius huius nominis 2. & in serie Regnum 13. obiit Eleonora, *de qua* 1479. superstite nepote Francisco Phœbo, qui Nauarram, velut hæres Regni legitimus petebat: quo pupillo apud Pretianos (*Bear*) absente, magnæ sunt excitatæ contentiones, ereptæque pupillo ciuitates. viuebant nunc Philippus Beroaldus, Alexander ab Alexandro, Marcilius Ficinus, Hermolaus Barbarus, Picus Mirandulanus, Baptista Fulgosius, Sabellicus, Gabriel Biel, Gaguinus, & Angelus, author Summæ Angelicæ.

Christi	Pont.	Imp.	Reg. Franc.
1481 Indict. 14.	10 Sixti 4.	7 Ferdinandi 5.	20 Ludouici 11.

Friderici. 3. *Regis German. an.* 42. *à Coronatione Rom. Imper.* 30. Mahumetus, Turcarum Imperator huius nominis 2, moritur in Asia, mense Maio, apud Nicomediam, dictus apud suos Magnus: Baiazetus filius, natu minor, suffragiis plurium tenuit Imperium, victo pulsoque fratre in Ægyptum. *Naucler. Bonfin. Onuph. Paulus Iouius.* Ludouicus Sfortia tutelā primum nepotis Galeacij Ducis, deinde dominatum Mediolanensem occupat. *Philip. Commin.* hic Palmerius suæ ad Palmerinum Appendici finem imponit. Diem claudit Renatus Andium & Prouinciæ Comes, nūcupatus Rex Siciliæ, Neapol. Ierosol. & Arragoniæ: in nepotem Ludouicum Galliæ Regem transfert ius regni Siculi, & in Carolum fratrem prouinciæ iura omnia. *Habet Aemilius sub finem,* Prouinciam suprema Renati Senioris voluntate ad Regem peruenisse, multa Iunioris Renati expostulatione. sanè Andiensium Ducum gentili stemmate deficiente, Francorum opibus accessit Prouincia: & ab eo tempore Regibus Franciæ permansit integra. In Scotia Ioannes Marriæ Comes, frater regis, Maiestatis damnatus occiditur. *Lesleus.* In Gothia Christianus hoc nomine I. Daniæ rex. post quem regnant Ioannes, (qui obiit an. 1513) & Christianus 2. qui aufugit an. 1523.

Christi	Pont.	Imp.	Reg. Franc.
1482 Indict. 15	11 Sixti 4.	8 Ferdinā di 5.	21 Ludouici 11.

Friderici 3. *regis German. ann.* 43. *à Coronatione rom. Imp.* 31. Maria Maximiliani vxor, Flandriæ ex patre Burgundione hæres, lapsa equo in venatione obiit 27. Martij, relictis liberis Philippo & Margarita. Philippus apud Gandauenses educatur. Margarita posteà nupsit Regi Galliæ Carolo VIII. *Philippus Commin.* Doti Margaritę asscribuntur Attrebates, & Comitatus Burgundiæ *Aemil. Tillius, Annal.* In Italia pax versa in bellum. Veneti, quibus fauebat Pontifex, Ferrariæ Ducem armis petebant, ob loca aliquot iniustè, vt dicebant, occupata. Ferrariensis, Ferdinandi Neapolitani Regis gener, suis socerique armis hostes, sed ægre admodum repellebat. *Naucler. Onuph. Iouius.* Dux Albaniæ, *de quo dad an.* 1479, Anglo Regi se iungens, acceptis 40 hominum millibus, Scotiam inuadit: interea dum Rex Cochranei, & infimæ notæ hominum consiliis regitur, à proceribus regni in custodiam datur: paceque cum Anglis constituta, Dux Albaniæ Regni curam accepit: sed Angli contra datam fidem Beruicum expugnant 23. Augusti. *Lesleus.* Hic annus initium dedit bello Maurico inter Ferdinandum Hispaniæ iam Regem, & regem Granatensem. *Anton. Nebricen.* Granatensibus Mauris eo tem-

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
			pore Rex præfuit Haly Habenhazen.	
1483 Indict. 1.	12 Sixti 4.	9 Ferdinādi 5.	*Friderici* 3. *Regis German. an.* 44. *à Coronatione Roman. Imp.* 32. Ludouicus Galliæ Rex decessit 30 Augusti, in suburbanis Turonum hortis. Rhemensē simpulum afferri iussit, sed iam animā agenti allatum. successit patri Carolus VIII. annum agens 13, Ambasiæ educatus. obiit Francifcus Phœbus Regni Nauarræ hæres: à quo ad Catharinam sororem ius omne deuolutum est: cui tamen Bellmontianæ familiæ Proceres negotiū facessebāt. *Steph. Garine*, Veneti à Pontifice iussi cessare à bello, pergunt tamen, pugnant, & cęduntur. *Sabel.* Regis Granatensis filius capitur ab Hispanis. *Anton. Nebricen. qui narrat* Canarias nunc occupatas ab iisdem. Edoardus IV. diem clausit 9 Aprilis. Richardus Clocestriæ Dux, frater huius Edoardi: Edoardi quarti filios occidi fecit 24 Maii; regnatque bienniū tyrānice. *Polid. Vergil.*	22 Ludouici II.
1484 Indict. 2.	13 Sixti IV.	10 Ferdinādi 5.	*Friderici* 3. *Regis German. an.* 45. *à Coronatione Roman. Imper.* 33. Cōstitutum in Gallia, ne Regni vllus esset Rector, sed Regis pueri tutela, sorori Annæ crederetur. Dissidium inde natum, indignante Aurelianensi Duce. *Philipp. Commin. Aemil.* Granatensis exercitus 6 Ianuarij ab Hispano profligatur, captaque vrbs Alora, olim Illuro nuncupata. *Anton. Nebricen.* Nauarræ Regnum incipit sensim occupari à Ferdinando Hispaniæ Rege, locatis per aliquot oppida præsidiis. Lusitani Æthiopiæ Regionem vltra Æquatorem (Regnum Congo nominant) hoc anno inuenerunt. *Osorius.* vita excessit Sixtus IV. die 12 Augusti: creatur Pontifex Innocentius VIII. eiusdem mensis 29. Genuensis Ligur, ante vocatus Ioannes Baptista Cybo, Cardinalis Sancti Laurētii in Lucina. *Onuph. Genebrard.*	1 Caroli 8.
1485 Indict. 3	1 Innocentij 8.	11 Ferdinādi 5.	*Friderici* 3. *Regis German. an.* 46. *à Coronatione Roman. Imper.* 34. Aurelianensis, ob non creditam sibi curam Regni, ægrè repulsam ferens, bellum meditatur: eo consilio Aureliam ipsum aduentantem ciues mœnibus excludunt, *vt narrant Æmil. Tillius, & alij.* hic tumultus insana militia dicta est. (*la folle guerre.*) In Anglia Richardus 3 crudelitate suis exosus esse cœperat. Henricus Richemondiæ Comes, qui iamdiu in Britannia Minore exulabat, collecto exercitu in Insulam transmisit, & Richardum sub signis occurrentem prælio vicit, interemit, Regnoque potitus est, dictus Henricus VII. *Polydor. Commin. Aemil.* conflictus iucidit in 22. Augusti. Marcus Barbaricus creatur Dux Venetus, post obitum Ioannis Mocenigi. *Sabell. scribit Bonfinius* expugnatam primo Iunii Viennam à Mathia Hungaro Rege, frustra renitēte Friderico Imperatore. Stephanus Moldauiæ regulus, iusiurandum Casimiro Poloniæ Regi solemni ritu dedit, se cum vniuersa Moldauia in fide deinceps & clientela Casimiri & successorum eius Regum Poloniæ futurum.	2 Caroli 8.
1486 Indict. 4.	2 Innocentij 8.	12 Ferdinādi 5.	*Friderici* 3. *Regis German. an.* 47. *à Coronatione Roman. Imper.* 35. Maximilianus, volente patre Friderico & consensu Electorum, renuntiatur Rex Romanorum: coronatus Aquisgrani 10. April. *Naucler. & alij.* Henricus VII. Angliæ Rex, extinguendi odii causa inter duas familias, Elizabetham Edoardi Regis filiam ducit vxorem *Polidor, Philipp. Commin.* sic nempe 29 annorum dissidium inter Eboracensem & Lancastricam familias extinctum: quibus diuersi coloris Rosæ; Alba, & Rubra erant Insignia. *Polid. lib. 16. in fine.* Granatensis Regis filius, exorta seditione, fugit ad Ferdinandum Hispanię Regem. *Nebricen.*	3 Caroli 8.
1487 Indict. 5.	3 Innocentij 8.	13 Ferdinādi 5.	*Friderici* 3. *Regis German. an.* 48. *à Coronatione Roman. Imper.* 36. Hoc annno Lusitani penetrārunt magis in Æthiopiam, vbi tunc Imperator fuisse narratur Alexander quidam, & vbi Principes se à Salomone progenitos iactitant, matre Sabæ Regina. *Damianus*	4 Caroli 8.

Goes. Ioannes Lascaris, ex Imperatoria Lascarinorũ familia originem ducens, missus est à Laurentio Mediceo in Græciam ad Baiazetum Turcarum Dominum; vt conquisitis libris optimis, Florentinam Bibliothecam hoc nouo Thesauro ditaret. florebat quoque Angelus Politianus, Polydor. Vergil. Raphael Volateranus, Ioannes Maior, Baptista Mantuanus Poeta, Nauclerus, & Trithemius Abbas Benedictinus.

1488 *Indict.* 6 | 4 *Innocẽtij* 8 | 14 *Ferdinãdi* 5. | 5 *Caroli* 8.

Friderici 3. *Regis German. an.* 49. *à Coronatione Rom. Imper.* 37. Pax inter Maximilianum & Flandros constituta. *Albert. Crant. lib.* 13. *c.* 12. *Chron. Saxon.* de Maximiliani detentione Brugensi, & bello *lege Marchant. in Maria Valesia.* Eodem anno res compositæ inter Fridericum Imperatorẽ, & Mathiam Hungariæ Regem. *Bonfin.* in Gallia expulsi Proceres à Britanniæ Duce, Carolũ regem fautorem habuêre: vtrinque collectus exercitus: pugnatum in Britannia ad Fanum Albani, (*S. Aulbin;*) sub Tremolio Regis Præfecto, 5 Kalend. Augusti: victi Britanni: capti Dux Aurelianensis, & Princeps Arausiensis. obiit Britanniæ Dux Idibus Decembris: Anna Ducis filia, hæres Britanniæ relicta. *Annal. Tillius, & Aemilius,* qui hic finem suæ Historiæ imponit, quam prosequitur *Ferronus Burdigalensis.* Genuenses coguntur se subdere Duci Mediolanensi: stetitque hic dominatus vsque ad annũ 1499. *Appendix ad Palmerium.* Iacobus 3. Scotiæ Rex à conspiratoribus occisus est, post pugnam ad BanoKburnum apud Striuilingum: tamẽ in acie occubuisse volunt *P. Iouius, & Philipp. Commin. vide Lesleũ, & alios Scotiæ Historicos:* regnauit posteà Iacobus IV. Innocentius ædificandi studiosus, villam Beluidere Pontificum vsui extruxit: liberos habuit, sed antequam Sacris initiaretur.

1489 *Indict.* 7. | 5 *Innocentij* 8. | 15 *Ferdinandi* 5. | 6 *Caroli* 8.

Maximiliani I. Cæsaris an. 19. Habetur Generale Concilium Lateranense 5. & approbatum: finitum sub Leone decimo. actũ hic contra Pisanum conciliabulum, quod Cæsare & Rege Franco, Ludouico 12, authoribus, fuit vt dicebã, Pisis, inchoatũ ab aliquot

Cardinalibus,& nũc Mediolanũ,mox Lugdunũ, trãslatũ. *Onuph.* actum præterea in Lateranensi de moribus. extat Tom. 5. Conciliorum. *Onuphrius* 1512. *&* 1517. experta nunc Italia est magnam rerum vicissitudinem: primùm victores Galli aduersus confœderatos, Rauennam captam destruunt: sed accedente Maximiliano ad confœderatos: & Anglo bellum mouente in Aquitaniam; magnam euenire necesse fuit Francicarum rerum inclinationem in Italia. ergo illi Mediolanum & Italiam, Hispanis atque Heluetiis relinquunt: Veneti suas recipiunt vrbes, Pontifex Bononiam, Romaniam, Parmam, & Placentiam. Ferrariensis sua quoque recepit, permittente tandem Pontifice. Florentini Mediceæ familiæ se regendos iterum tradunt. *P. Iouius, Guicciard. Ferronus, Galeacius Capella, Hedio, Tillius.* Ferdinandus, qui Hispaniã adhuc regebat, (donec adolesceret Carolus quintus,) Angliæ copiis fretus, Nauarræ Regnum occupat, pulso Ioanne Alebreto. *Ferron. Tillius. Scribit Osorius,* Lusitanos hoc anno penetrasse ad Molucas Insulas: quæ numero quinque, (quarum vna Ternate) Malaca distant 3000 leucis versus Orientem, & ferè sub Æquatore. hæ Caryophilli dant copiam, & ferè solæ. Baiazetus Turcarum Imperator, cùm filium Selimum renuntiasset Imperatorem, clam propinato veneno interiit, dolo eiusdem Selimi. apud Sluzcum ductore Constantino Ostrogio tribus grauibus prœliis Tartari fusi sunt, Sexdecim millia viui capti in potestatem venerunt. Anno deinde sequenti Tartari meliorem tentaturi fortunam reuerterunt in Podoliam. Contra quos Nicolaus Camenetius & Constantinus Ostrogiæ Dux expediti, vicies quater mille Tartaros ad internecionem deleuerunt.

1513. Indict. 1. | 1 Leonis X. | 39 Ferdinãdi 5 | 16 Ludouici 12.

Maximiliani I. Cæsaris, an. 20. Pactis induciis inter Galliæ & Hispaniæ Reges, ac Venetis iam Franco fauentibus, Ludouicus exercitum mittit duce Tremollio ad recuperandum Mediolanum. sed nouis Heluetiorum copiis succedentibus, fusus Gallorum exercitus 6. Iunii, cogitur iterum Italiam relinquere. *Bembus, Ferron. Capella, Iouius.* Angliæ Rex Henricus 8. immisso in Picardiæ fines exercitu, tandem Tornaco potitur: nec valde feliciter nauali prœlio à Francis pugnatum contra Anglos est, ad oram Normanniæ. Interea Iacobus 4. Scotiæ Rex, iure fœderis Francici, magno collecto exercitu Angliam inuadit. pugnatum ad Flaudonium montem, cæsus Rex Iacobus, nobiles capti non pauci, aliquot desiderati. maiorem, si capita numeres, iacturam fecit Anglus, vt æquo penè Marte certatum aliqui scribant. de hac memorabili pugna *lege Hector. Boet. Leslæum, Buchan. & P. Iouium.* Regnum Scotiæ tenuit Iacobus hoc nomine 5. annum 1 & 6. menses natus. *Leslæus.* Nouus Calecutanus Rex Naubeadarin pacem cõstituit cum Lusitanis diuturnam. Selimus Baiazeti filius, fratrem victũ strangulat, & imperat Turcis. obiit Iulius 2. Romæ 9. Kalend. Martii, electus Pontifex Leo 10. Florentinus, ex Medicea familia, Laurentii filius, creatus 5. Idus Martii. sub hoc finitum Conciliũ Lateranense est, quod annis 5. durauit. *Onuph.* Sub huius anni finẽ, dum octaua sessio Lateranensis Concilii haberetur, adfuere Ludouici Regis è Francia Legati, (*vt narrat Guicciardinus,*) qui nomine Regis, conceptis verbis, reiecto Pisano Concilio, adhæserunt Lateranensi, sicque redintegrata pax est inter Pontificem, & Regem Galliæ Christianissimum.

1514 Indict. 2. | 2 Leonis X. | 40 Ferdinãdi 5. | 17 Ludouici 12.

Maximiliani I. Cæsaris an. 21. Pax reconciliata inter duos Reges Franciæ, & Angliæ, firmataque connubio inter Mariam Angli Regis sororem, & Ludouicum Regem (excesserat enim è viuis Anna Regina 5. Idus Ianuarii). celebratæ nuptiæ ad Abeuillam

7 Idus Octobris, & proximis Kal. Ianuarii Rex Ludouicus fato cessit: tantas vnus annus aduexit rerum mutationes. tumultus Hungaricus ab illis, qui se Cruciatos nominantes, armabantur in Turcas, concitatus, magnam Hungariæ cladem intulit, & cædem etiam nobilium. *Iouius lib.* 13, Ioannes Daniæ Rex moritur: in Regnum succedit filius Christianus, huius nominis secundus, dictus Tyrannus. *Fancius.* Constantinus dux Ostrogiæ contra Moscos à Sigismundo Rege missus, eos ad Orsam ciuitatem Regiam assequutus, quadraginta ipsorum millia in acie ita strauit, vt vix duo virorum millia in suam potestatem redegerit.

1515 | 3 *Leonis X.* | 41 *Ferdinandi* 5. | 1 *Francisci* 1.

Indict. 3.

Maximiliani I, *Cæsaris, an.* 22. Obiit Ludouicus hoc nomine 12, Galliarum Rex Kalend. Ianuarii, nullâ masculâ prole relictâ: ergo regnat Franciscus Valesius annorum 22. cui debebatur ex Lege Salica Regnum, mense Iulio. Mediolanum recuperaturus, exercitum misit in Italiam: pugnatum illustri prælio est ad Marignanum, 14 Septembr. fuso fugatoque Heluetiorum numeroso exercitu. ciuitas Mediolanum recepta, cum arce, & vicinis vrbibus. Pontifex, & rex Bononiam conueniunt 10 Decembr. inter eos conuenit de Pragmatica Sanctione abolenda in Gallia: nominatio ad Sacerdotia, seu Beneficia, quæ antea erat penes Collegiatas, vt vocant, Ecclesias, in regem deriuata. actum etiam de Annatis, cæterisque Capitulis in libellum illum relatis, quem Concordatum dixerunt. *Galeacius, Capella, Iouius. Ferron. Tillius.* Dux Borbonius pro Rege Mediolanum administrat. Abassinorũ Æthiopum Legatio illa insignis hoc anno contigit, missa à Dauide rege ad Emanuelem Lusitaniæ regem, cum sacrosanctæ Crucis fragmento. alia porrò Legatio ipsius Emanuelis fuit ad Leonem Pontificem, cui ex Indicis opibus expetenda munera per Legatos misit. quæ omnia *narrat Maffius, lib.* 5 *sub finem.*

1516 | 4 *Leonis X.* | 1 *Caroli I. eius nominis 5. postea Imp.* | 2 *Francisci* 1.

Indict. 4.

Maximiliani I. *Cæsaris, an.* 23. Diem claudit Ferdinandus Arragonius Hispaniæ Rex mense Februario. in Regna Castellæ, Arragoniæ, Siciliæ, & Neapolitanum successit Carolus, ex Ioanna Ferdinandi & Elizabethæ filia progenitus, nunc annorum 15. In Italia Franci expugnatam Veronam restituunt Venetis; & Maximiliani exercitus in Mediolanenses paratus, redit re infecta in Germaniam. *Iouius, Guicciard. Ferron.* Heluetii cum Franco Rege iterum conueniunt, pacta illis in annos singulos deinceps pensitanda pecunia. Vladislaus Hungariæ Rex regnum reliquit filio Ludouico; quem post decennium Turcæ miserè trucidarunt. *Ioãnes Sambuc.* Algeri incolæ, Hispano vectigales, rebellant Duce Barbarossa: vbi breui se Regem dixit. *Iouius, & Leo lib.* 4. *Hist. African.* Victus ante biennium Sophi Persarum Princeps à Selimo Turca, nunc iterum ab eodem vincitur, memorabili clade Persis illata. *Iouius.* sic Selimus inferiore Syria, Damasco, & Hierosolymis potitus est. Obiisse nunc dicitur Baptista Mantuanus Carmelita.

1517 | 5 *Leonis X.* | 43 *Caroli I. eius nominis 5. postea Imp.* | 3 *Francisci* 1.

Indict. 5.

Maximiliani I. *Cæsaris, ann.* 24. Pax Nouioduni firmata inter Galliæ regem, & Carolum 5. connubio promisso, quod postea reiectum est. *Tillius, & Annal. Franc.* Carolus soluit è Flandria, traiecturus in Hispaniam. *Guicciard.* Selimus Turca 27 Ianuar. profligato Ægyptio Principe, potitur Cairo, & tota Ægypto. *Iouius.* finis imponitur Concilio Lateranensi 16 Martij. Martinus Lutherus, Monachus Augustinianus, futurus errorum huius seculi, & tot malorum, quæ vidimus, antesignanus: nunc cœpit contra Indulgentias, & memoriam beneficiorum Dei, homo nunquam sobrius, debacchari. quo etiam tempore, præter eos, quos anno 1504 & 1506 recensui, floruerunt propugnatores fidei: Ioannes Cochleus, Eckius, Ambrosius Catharinus, Caietanus Cardinalis, &

Thomas Morus, Eques Anglus; qui mortem anno 1535 pro fide obijt, quòd nollet secundas nuptias Henrici VIII, vxore priore superstite approbare; antiquaque Ecclesiæ iura tueretur.

1518 Indict. 6. | 6 Leonis X. | 3 Caroli I. *Maximiliani* I. *Cæsaris ann.* 25. Omnia hoc anno pacem spirabāt. compositis inter Christianos Principes rebus. hac pace bene vsus Pontifex, hortabatur omnes ad expeditionem in Turcam: cuius in dies excrescebat potentia. Sed nihil effectum. Medicea familia incrementum hoc anno accepit, data Magdalena Bononiensi Franca vxore, Laurentio Mediceo pontificis nepoti. Dum queritur apud Pontificem Imperator de turbis, quas ciebat in Germania Lutherus, destinatur Cardinalis Caietanus, qui malo nascenti occurrat. Sed perire voluit iam in Hæresi homo pertinax; & qui iam ad inuidiam Pontifici concitandam (quod proprium Hæreticorum est) omnes rumorum ventos captabat. — 4 Francisci I.

1519 Indict. 7. | 7 Leonis X. | 4 Caroli I. eius autem anno 1. Cæsareo. *Caroli* 5. *Cæsaris, ann.* 1. Maximilianus vita cessit in Germania 12. Ianuar. Princeps bello clarus, & à Christiana pietate plurimum laudatus. Electus est Imperator Carolus Hispaniæ Rex, 28 Iunii: licet Treuerensis Francum Regem suffragio suo dixisset Imperatorem. Ferdinando Caroli fratri cessit tota ditio Austriacæ familiæ in Germania. hic finem suæ imponit Historiæ Ioannes Cuspinianus. Obiit Laurentius Dux Mediceus, relicta vnica filia Catharina, quæ postea Franciæ Regina fuit. Huc vsque tantùm propagata est à Cosmo (qui huius Principatus iecit fundamenta) mascula proles. Alexander Medices euasit primus Dux. *vide ann.* 1536. nec statim tamen, nec facilè, Cæsarianas partes secutus, Cæsaris gener, & Hetruriæ Princeps est dictus. *lege Iouium de Viris illust. in hoc Alexandro.* moritur Selimus Turcarum Imperator, relicto Solimanno Imperii hærede, quod tenuit annis 47. Ferdinandus Magellanus, acceptis à Carolo 5. quinque nauibus, Molucas Insulas nouo itinere quærens, primus fretum Magellanicum inuenit, cùm Hispali soluisset 10 Augusti. quo vita functo, socii ad Molucas peruenerunt: tantumque duæ naues, per Caput Bonæ Spei Hispaniam iterum tenere potuerunt. *Maffeus lib.* 8. *initio.* Albertus equitum B. Mariæ Teutonicorum in Prussia Magister, cúm secundis aliquot prælijs a Sigismundo rege male multatus fuisset, neque expectatæ ex Germania auxiliares copiæ apparerent, Regis clementiæ se submisit. Dimidiamque Prussiæ Ducatus partem, iure feudi possidendam a regis beneficentia impetrauit. — 5 Francisci I.

1520 Indict. 8 | 8 Leonis X. | 5 Caroli. *Caroli* 5. *Cæsaris, an.* 2. Nihil habuit hic annus, quod memoria dignum sit, præter excurrentem Indictionem, quæ octaua est. & Principum annos, ex præterita descriptione satis notos. Imperii & Hispaniæ idem nunc quidem Princeps est, eundem tamen annum non habent hæc Regna communem. de noua hæresi hæc habe. Zuinglius canonicus Tigurinus, Lutheranus, damnatum Berengarii de Eucharistia impium dogma reuocauit ab inferis, adiutore Oecolampadio Apostata monacho. excitauit ea res inter Lutherum & Zuinglium, fetalem inquit Onuphrius discordiam. Ex Lutherana Lærna vt scribit idem author prodiit etiā hoc anno Anabaptistarum secta, quodam Nicolao Stochio Lutherano autore. quam postea auxit Thomas Muncerus seu Mōtzerus etiam Lutheranus, de quo ad an. 1527. viuebant nunc Iodocus, Clichtoneus, faber Stapulensis, & Siluester prierias magister sacri Palatii. hic primus scripsit contra Lutherum. — 6 Francisci I.

1521 Indict. 9. | 9 Leonis X. | 6 Caroli. *Caroli* 5. *Cæsaris, an.* 3. Excepit hic annus obitum Emanuelis Lusitani Regis, cùm sex & viginti annos regnasset: successor Ioannes huius nominis 3, annos natus 20, regni gubernacula accepit. vtrique Principi debitum Encomium dedit *Maffeus lib.* 8. *Histor. Indicæ.* quibus, præter alia penè innumera, studium Christia — 7 Francisci I.

næ Religionis semper fuit antiquissimum. Vita eodem anno cessit Leo X, mense Decembri, qui ab anno 1518, Lutherum ad meliora vrgere cœperat. *Onuphr.* vacat Sedes mensem integrum: successit Adrianus VI, natus Traiecti inferioris Germaniæ vrbe. hic cùm Cæsaraugustæ in Hispania Prorex esset, absens eligitur; Romæ coronatus anno insequente. Septembrem mensem *notat Onuphrius*. A Turcis capitur Belgradum, Christianorum propugnaculum in Hungaria, olim Taurunum dicebatur, inferioris Pannoniæ vrbs ad confluentia Saui in Danubium sita. Exarsit inter Carolum V. & Francum Regem bellum, hoc primùm anno: & interim dum Carolus Picardiam armatus intrat; in Italia Cæsariani, Sfortia Duce, alijsque in suam senteuriam pertractis, effecerũt vt Franci Mediolano pellerentur. Carolus cogitur se in Flandriam recipere. Durauit hoc funestissimum inter claros Principes bellum annis 38. Masoriam in Campania propugnat contra Cæsarianos Anna Monmorantius, Hisdinum in agro Moriensi Belgico expugnant Franci, Duce Borbonio.

1522 | Indict. 11. | 1 Adriani 6 | 7 Caroli V. eius nominis 5 postea Imp. | 8 Francisci 1.

Caroli V. Cæsaris, ann. 4. Christiani, seu Christierni Regis Daniæ (quem *scribit Genebrardus* defecisse ab Ecclesia) infelicem nunc exitum notárunt plures Scriptores. Galli Fontarabiam in confinio Hispaniæ vrbem captam muniunt: Andreas Foxius Lesparroum à Franco Rege missus, qui Nauarram Henrico Albrerero restitui armis curaret, negotium à Rege commissum acriter promouens, Pampelonem etiam Hispanis eripuit, *vt narrat Ferronus*. In vrbis arce expugnanda, Ignatius Loyolææ familiæ natu minimus, grauiter læsus vulnus accepit, quod & illi salutis initium fuit, & Societatis Iesu fundandæ (quæ ipsum parentem agnoscit) diuinitus data occasio: nempe exacto iam anno, ex quo Pontifex Lutherum execratus, renuntiauit esse Hæreticum. Neruii, qui Tornacenses dicuntur, aquarum inundatione prohibente Francicum subsidium, subiiciunt seditioni Flandricæ. *Tillius, Ferron.* Rhodus Insula à Solimanno, post 8 mensium obsidionem capitur. *Onuph. in Chron.* Habitus principum Imperii conuentus Vormatiensis. adfuit data fide publica Lutherus. Sed rediit inde re infecta blasphemus in Saxoniam & à Carolo Imperatore proscribitur. *Onuph.*

1523 | Indict. 11. | 2 Adrian. 6 | 8 Caroli V. eius nominis 5. postea Imp. | 9 Francisci 1.

Caroli 5. *Cæsaris, ann.* 5. Maclouæus, ductor latronum insignis, supplicio Parisiis afficitur. *Tillius.* ab Anglorum exercitu vexatur Picardia. Borbonius Dux deficit ad Carolum Cæsarem, cum aliquot Galliæ nobilibus. Angli, Flandri, & Germani in Franciam passim armantur. tentauit Rex obsidione Mediolanum, sed propugnante Borbonio, nihil effectum. Moritur Pontifex Adrianus 18 Kalend. Octob. successit Clemens 7, Florentinus, ex Medicea familia, S.R.E. Cancellarius a Leone X factus. In Dania Christiano secundo successit Rex Fridericus huius nominis primus. Habita disputatio Tigurina de sacrosancto missæ sacrificio inter Ioannem Fabrum doctorem catholicum posteà Viennensem Episcopum; & Zuinglium ac Oecolampadium. Lutherani librum edunt quem 100 grauaminũ inscripserunt. *Onuph.* Interim Laurentius Campegius Cardinalis, legatus sedis Aposto. curat reformari in Germania solutos Clericorum mores, editis anno insequenti, constitutionum 35 capitibus.

1524 | Indict. 12. | 1 Clementis 7 | 9 Caroli 1. | 10 Francisci 1.

Caroli 5. *Cæsaris, ann* 6 Cœpit hoc anno Zuinglius Tiguri, (post bellum Ecclesiæ cum Luthero indictum) reuocare ab inferis Berengarii Hæresim, socio sibi adiuncto Oecolampadio. adfuit Luthero iam ab anno illo Lipsicæ disputationis 1518, Carolstadius. *Surius in sua Histor. Genebrard. & aly.* Legationem ad Clementem 7, à Dauide Æthiopiæ Imperatore, quâ ille obsequium Sedi A-

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Hispa.		Reg. Franc.

Principe Auriaco,& Neapolitano Prorege. grandi se pecuniæ solutione redemit. *Onuphr. Iouius. Ferronus. Tilius* Nascitur in Hispania Philippus Caroli quinti filius. Ianus Lascaris,& Budæus Græca litteratura Galliā illustrāt:quibus etiā authoribus, Rex Frāciscus Bibliothecā (*inquit Genebrardus*) Fōtanabliā, seu Aquebelleā instruxit. Anabaptistarū Hæresis vigere incipit. *Sleidan. lib 6.* dicti etiā Montzeritæ,à Thoma Montzero ipsorū progenitore.hi præter alia in Dei Filium,& legitimum coniugium adinuenta mendacia, affirmant paruulorum Baptismum nullius esse valoris: quos proinde iterum baptizantes,nomen acceperunt. Henricus 8 Angliæ Rex vxorem suam,Cæsaris materteram, repudiat, factum Pontifice & Theologis valde improbantibus.superinducta Anna Bulleyne,ex qua postea nata est Elizabetha.hoc malorum in Anglia & Hæreseos initium,*narrat Polydorus, in fine suæ Historiæ.* fœdus inter hunc Regem & Francum renouatur,atque vtriusque nomine bellum Cæsari indicitur.*Tillius.*

1528 Indict. 1.	5 Clementis 7	13 Caroli 1.		14 Francisci 1.

Caroli 5. Cæsaris ann 10 Habitum nunc Senonense Concilium Prouinciale aduersus hæreses, & de moribus. *Genebrard.* Scotiæ Regno fuit his annis,nunc pax,nunc bellum cum Anglo, prout confœderati Regni Francici res postulabant:sed perincommodè sub Rege hactenus puero,qui vix iam 16 annum superabat. Venerat in Scotiam anno 1514 Dux Albanius, è Gallia reuocatus, sed dū regnum pro rege administrat,sequutū cum Regina dissidium:itē Humei,(qui post capite plexus est,) & Reginæ fuga in Angliā anno ferè 1516.nec defuere alii in regno tumultus eodem anno. Gubernator Albanus iterum in Galliā traiiciens, innouādi fœderis gratia,non rediit ante annū 1521.quo interuallo redeunte Regina Henrici sorore ex Anglia,regnum ab aliquot designatis Principibus viris administratū,satis turbulentū rerū statū habuit: accessitque his malis mentio diuortii inter Reginam, & Angusiū, quē rediens Gubernator exulare iussit in Gallia.Tres soles Tiguri visi.Geneuenses ex Catholicis euadunt Zuingliani. Bernensis Zuinglianorum habita disputatio.Concilium prouinciale Senonense contra Lutheri errores, & de morum emendatione. *Onuphr.* Tulit annus 1522 renouatum,hortante rege Franco, bellum cum Anglis: donec Gubernator Regni,cura sponte abdicata,anno 1523,Franciam tenuit, Regina Regni administrationem suscipiente.rediit tunc in Scotiam Angusius, sequutusque grauis & diuturnus tumultus inter Reginam & Angusium.nec caruit res præliis.tandem Rex hoc,qui nunc agitur,Christi anno, & ætatis suæ 16,Regni gubernacula in se recipit, Angusio Maiestatis damnato fugiente in Angliam. *ita Scotiæ Historiæ Scriptores.* habuit eo tempore Regnum illud inter alios Episcopos, Gauinum Dumbar Aberdonensem, electum anno 1518, & Iacobum Betonium Santandrianum anno 1522. Bellum inter Francum & Cæsarem redintegratum, exceperunt induciæ aliquot mensium. miserat Rex exercitum,qui Pontificem libertati restitueret, & qui Neapolim aliquandiu tenuit obsessam: sed peste oborta nihil effectum. *Annal. Franc.* Ioannes comes Tarnouius ad reprimendam Moschorum insolentiam profectus Staradubum munitionem celeberrimam euertit,cæsis quindecim Præsidianorum millibus. Qui quoniam ad ipsam hyemem, obsidionem extraxerunt; vltra Tarnouius victor progredi non potuit.

dera. *Tillius, Leslæus, Histor. Scot.* Post diuortium Angli Regis cum iusta vxore Catharina, (quæ obiit 1535.) & ascitam contra ius fasque Annam Bulleyniam, (quæ Regis ipsius gladio postea periit,) sequuta anno 1534, ex iis mitiis Religionis etiam iniuria. qui enim Ecclesiæ doctrinam, Theologos, & Pontificem in Catharinæ repudio repugnare sibi videbat; Lutheri (quem ante scripto impugnauit) oraculũ in hoc sequutus, pontificis Romani nomen memoriamque omnem tolli iussit; ac se Caput Ecclesiæ postea ann. 1534 nominari: Ecclesiasticos exilio mulctatos bonis exuit: rem hanc Tragicam *narrant polydorus extremo lib. 27. Leslæus Historiæ Scot. in Iacobo 5. Genebrad.* T*illius*, *& alii passim.* à quo tempore, Lutheri nomen in Anglia à plerisque Sanctum (si diis placet) haberi cœptum est. Pontifex Regem publico anathemate Ecclesiastico execratur. Solimannum Turcam (qui Viennam Austriæ obsidebat) fugat Carolus V. cæsis Turcarum 24000. *Tillius*. Florebat Hector Boetius, Scriptor Historiæ Scoticæ, & Academiæ Alberdonen. insignis primusque moderator. Pontifex Scotos sollicitat vt veram auitamque fidem retineant. *Leslæus citatus.* Michael Seruetus Hispanus, & Ioan. Campanus Germanus, ex Lutheranis blasphemi in sanctiss. trinitatem agnoscuntur.

1533 *Indict. 6.* | 10 *Clementis 7* | 18 *Caroli 1.* | 19 *Francisci 1.*

Caroli 5. Cæsaris, an. 15. à Coronatione Imper. 4. Mense Octobri Galliarum Rex & Pontifex Massiliæ conueniunt: captum consilium de reprimenda Hæresi. Catharina Medicea Pontificis neptis desponditur Henrico Valesio, Regis filio secundo. Legionarii per septem regni partes in Galliis exemplo Romanorum constituti. *Tillius.* In Scotiæ publicis Comitiis latæ in Hæreticos Leges, firmataque auita ergaRomanum Pontificem obseruantia: institutus quoque Senatus Edinburgensis, quem mox Summus Pontifex sua autoritate firmauit. *Leslæus in Iacobo* 5. quamuis *Buchananus* refert ad annum 1532. in Dania post obitum Friderici succedit Christianus 3. Anabaptistæ duce Bernardo, Monasteriũ Vestphaliæ vrbem maximam occupant, & regnum instituunt. Sed anno 1535 expugnata vrbe à Francisco Valdeco Episcopo cæsi sunt Hæretici. *Onuph.*

1534 *Indict. 7.* | 11 *Clementis 7* | 19 *Caroli 1.* | 20 *Francisci 1.*

Caroli 5. Cæsaris, ann. 16. à Coronatione Imp. 5. Obiit sub finem anni Clemẽs Papa 7. Kalend. Octob. subrogatur 3. Idus Octob. Paulus 3. antea dictus Alexander, ex Illustrissima Farnesiorum familia, Cardinalis Ostiensis, & Decanus. Ænobarbus, vulgo Barbarossa è Turcis pirata, nunc planè Regnum Tuneti occupat in Africa: *Genebrard.* Henricus 8. hoc tandem anno palam, ab Ecclesia deficiens, Caput Ecclesiæ haberi voluit: quod nomen illi post decennium cum vita cessauit. *Iouius, Genebrard. Onuph. & alii citati.* Thomam Morum Epistolarum Magistrum, & Roffensem Episcopum, viros optimos, anni sequentis 1. Iulii securi percussit, quòd antiqua Sacrorum iura tuerentur. Insinuabat se quoque Hæresis hoc anno in Gallias: in quam seuerè edixit Rex Franciscus. *Onuph.* aliquot Lutherani viui exusti. *Tillius.* Solimannus Turcarum Imperator, cum ingenti suorum clade vincitur, fugaturque à Sophi Persarum principe. Huc vsque Historiam protraxit suam Franciscus Guiciardinus. Alfonso Ferratiæ Duci succedit Hercules secundus.

1535 *Indict. 8.* | 1 *Pauli 3.* | 20 *Caroli 1.* | 21 *Francisci 1.*

Caroli 5. Cæsaris, ann. 17. à Coronatione Imp. 6. Guleta Tuneti arx munitissima, deinde Tunetum expugnantur in Africa à Carolo V, pulso Barbarossa, & cæso Turcarum magno numero. Aprili mense Romam Africæ Victor triumphans regreditur. *Paradinus.* Rotæ supplicium in Gallia nunc primum decernitur in latro-

nes. *Tillius*. *Genebrard*. Rex Galliarum armatur in Italiam. Exercitus in hoc itinere Sabaudiam Regi subiicit; Taurinum, aliaque oppida expugnat, velut iure successionis Regi debitas Prouincias, pulso Carolo Duce 9. *Paradin*. Franciscus Galliarum Delphinus Lugduni veneno periit: sumptum de scelerato venefico graue, nec tamen satis condignum supplicium. Redintegrato inter Carolum & Francum Regem bello, Marchio Salusianus à Rege ad Cæsarem deficit. Carolus exercitum Africæ domitorem, Aquas Sextias, non longe à Massilia ducit. Huic Regius exercitus occurrens, præcluso vlteriore aditu commeatum impedit, crebraque velitatione ita incommodauit; vt Cæsarianus exercitus, morbo etiam dysenteriæ vexatus, in Italiam, & Cæsar ipse in Hispaniam redierint. *Tillius*, *Genebrard*. *Paradin. c.* 13. & 14. Nunc in Galliam venit Scotiæ Rex Iacobus quintus, Regem Franciscum videndi cupidus: connubio Magdalenam Regis filiam accipit. nuptiis, quæ plenæ erant dignitatis & concordiæ peractis, Rex in Scotiam rediit. *Leslæus*.

1536 | 2 *Pauli 3.* | 21 *Caroli I.* | *Indict. 9.* | 22 *Francisci I.*

Caroli 5. Cæsaris, ann. 18. à Coronatione Imp. 7. Dux Florentinus Alexander Medices, Caroli Cæsaris gener, à Laurentio propinquo suo per noctem & nefas occiditur: successit Cosmus Medices Dux 2. Hunc laudatum principem, & Laurentii percussoris hostem, ad Hetrusci Imperii potentiam, nesciens prouexit Laurentius, *inquit Iouius in Alexandro*. In Scotia Regis vxor Magdalena, Franci Regis filia, tabe interiit. *Tillius*, *Leslæus*, *&c.* In Gallia Præses Gentilis Italus, peculatus reus, in publico patibulo vitam finit. In Morinis apud Belgas, Rex Francus Hisdinum deditione capit. Cæsariani Fanum Pauli vicinum expugnant, Monstrolium deditione accipiunt, & vtrumque incendunt. demum Morino vrbe, Gallicè (*Therouenne*,) quam obsidebant, relicta, inducias in 10 menses accipiunt. In agro quoque Taurinatium, & Pedemontano pugnatum est. Franci ductore Delphino, Segusio & Montcalerio potiuntur, Cæsarianis sese vltra Padum recipientibus, hæc quidem in hunc annum *Tillius*: *Paradinus* in sequentem reiecit, *c.* 16 & 17. secutæ aliquot mensium induciæ. moritur Basileæ Erasmus Roterodamus,

1537 | 3 *Pauli 3.* | 22 *Caroli I.* | *Indict. 10.* | 23 *Francisci I.*

Caroli 5. Cæsaris, ann. 19. à Coronatione Imp. 8. Apud Niciam in Prouincia, Pontifex, Imperator, & Galliarum Rex, locis tamen seiunctis, de pace diu multùmque disserunt. & cum nulla posset constitui, induciæ in decennium admissæ sunt. Redeunte in Italiam Pontifice, duo reliqui Principes in mutuum venerunt conspectũ ad Fossas Marianas, (*Aiguemorte*,) & post aliqua de Regnis suis vtrinque agitata, amicè digressi sũt. *Tillius*, *Paradin*. Hoc anno turris bellica Parisiis ad portam S. Anthonii, fulmine ad imum discussa est; & vi pulueris tormentarii, qui in magna ibi copia asseruabatur, saxa in vrbis ædes varias disiecta, magnas edidere ruinas. *Tillius*. In Scotia nobiles aliquot, qui Regi necem machinari credebantur, supplicio affecti. In his Domina de Glammes, Angusii soror igne, Dauid Lyonius maritus laqueo, & Ioannes Forbesius capite plexus periere. *Leslæus*. Rex filios suos nothos opulẽtis Monasterijs ditauit. *idem*. Paulus 3, concilium generale tollendarum hæreseon causa, Mantuæ primum, mox Vicetiæ, ac demũ Tridenti indixit. meminit *Onuph*. Lutherani principes Smacaldiæ de suis sectis deliberant. & iterum anno 1540, Pomerano & Melanchone ducibus, de vniendis sectis Lutherana & Zuingliana.

1538 Indict. 11. — 4 Pauli 3. — 23 Caroli 1. eius nominis 5. — 24 Francisci 1.

Caroli 5. Cæsaris, an. 20. à Coronatione Imp. 9. In Scotia Rex Mariam, Guisii Ducis filiam, & Longauallei Ducis viduam, ducit vxorem: peracta res est Legatione in Franciam Dauidis Bethoni, quem non ita pridem in numerum Purpuratorum Patrum retulerat Paulus 3. Rex Francus de litibus forensibus compendio breuiterque decidendis Legem tulit optimam; quam male obseruatam queritur *Tillius*. Idem edixit anno sequente, vt Decreta deinceps non Latinè, sed Gallicè fierent. *Genebrard*. Anglus Rex extincta gladio Anna Bulleynia, vxorem ducit Ioannam Ioannis Seymer Equitis filiam, ex qua Edoardum 6. hoc ipso Christi anno suscepit. mater biduo post partum expirauit, *Polydor*. qui hic claudit Historiam.

1539 Indict. 12. — 5 Pauli 3. — 24 Caroli 1. eius nominis 5. — 25 Francisci 1.

Caroli 5. Cæsaris ann. 21 à Coronatione Imp. 10. Gandauenses in Cæsarem, & Mariam Cæsaris sororem, quæ Belgium regebat Cæsariense, seditiosi; à Franco Rege, ad quem deficere volebant, reiecti. *Tillius*. nunc Cæsar, accepta Regis fide, per Gallias in Flãdriam transiens; amicè, & magno apparatu per Galliæ ciuitates exceptus est. Rex Scotiæ suos domat Insulanos: filius ei Iacobus dictus nascitur, alter quoque anno sequenti: sed vtrumque eodẽ anno mors abstulit. interim Monachi aliquot Apostatæ, aliique pœnam Hæreseos igne luunt. *Lesleus*. Henricus Angliæ Rex, Ordinum Regni habito Conuentu, pleraque interponit de religione Decreta, veritati consentientia, de Eucharistia, Pœnitentiæ Sacramento, Votis, Cælibatu, & similibus: sed antiquata post 8 annos ab Edoardo filio. *Sur. Histor. Sleidan lib. 12. Genebrard*. Moritur Georgius Saxoniæ dux, catholicæ religionis amantissimus, & acerrimus Lutheri hostis. anno insequenti conuentus Vormatiẽsis de religione habetur. *Onuph.*

1540 Indict. 13. — 6 Pauli 3. — 25 Caroli 1. — 26 Francisci 1.

Caroli 5. Cæsaris ann. 22. à Coronatione Imp. 11. Cæsar Gandauenses castigat, imponitque vrbi arcem munitam. *Tillius*. Vayuodæ Regis Hungariæ mortem excepit Hungaricarum rerum inclinatio. Georgius Monachus tutor datus Vayuodæ filio, Hungariam, quæ patri parebat, coegit quidem iurare in verba filii, sed Ferdinandus Cæsaris frater Budam obsidione cingit: Turcarum exercitus, Ferdinandi fuso exercitu potitur Buda, & Vayuodæ filium relegat in Transyluaniam. Anglus, nunc primum Hiberniæ Regem se scribit, antea Hiberniæ Dominus tantum vocatus. idem Princeps quarto coniugio Mariam Cleuensis Ducis sororem ducit vxorem. eâ mox repudiata, quintam Anglici sanguinis superinductam, & adulterii ream post aliquod tempus capite mulctauit. in Scotia Iacobus Hamiltonius, Regi à consiliis, intimusque, capite plectitur. Ioannes Borthuicus, militum Præfectus, ob hæresis crimen damnatus, fuga euadit. *Lesleus*. Iam excurrebat annus 16, ab Ignatii Loyolei ad sanctioris vitæ studium conuersione. quod omne tempus Minresæ, Romæ, Venetiis, & Hierosolymis, vsque ad annum 1525 transegit, in cœlestis vitæ iaciendis fũdamentis. ab eo verò tempore Barcinone, Compluti, & Parisiis decennio integro litteris dans operam, Philosophiæ, ac Theologiæ studia feliciter peregit, laureâ etiam Philosophica donatus. reliquum quadriennium, vsque ad hunc Christi annum 1540, iuuandis proximis, sociis quos iam antea collegerat informandis, & futuri Instituti meditationi datum est. tandem hoc ipso anno excurrente, à Paulo 3, Pontifice Maximo, approbatum Societatis huius & nomen, & Institutum est: ac tum ab eodem Pontifice, anno 1544, tum ab aliis deinceps Pontificibus sæpius confirmatum, quanta vnquam cautione vllus alius in Ecclesia Dei ordo, legitur institutus, & receptus.

1541 | 7 Pauli 3. | 26 Caroli I. | Indict. 14. | 27 Francisci 1.

Caroli 5. Cæsaris ann. 23. *à Coronatione Imp.* 12. Dux Cleuensis (quem Geldrenses post Ducis sui mortem pro Duce sibi asciuerant) reiectus anno 1540, à Cæsare; adit nunc Galliæ Regem, initoque fœdere, promittitur illi in vxorem Margarita, Regis & Reginæ Nauarræ filia vnica. *Tillius.* Ratisbonæ habita Cæsariana Comitia; controuersia de Religione reiecta ad futurum Concilium Tridentinum; bellum decretum in Turcas: sed exercitus Germanorum ad recuperandum Budam missus, Ducum socordia profligatur. Cæsaris in Africæ Argeriam classis missa sub Autumni finem, naufragio cladem accepit magnam. huic tamen cladi sequentem aliqui dant annum. In Gallia Poyetus Cancellarius, corruptelæ & compilationũm reus, bonis Fisco adiudicatis, in carcerem missus est. Montelonius Cancellarium agit, antea in Parisiensi Senatu Præses. Anglus Rex Scoticis nauibus 28 iniustè captis, nouo bello Scotico initium dedit: sed irruentes in Scotiam Angli 9 Kal. Septemb. ad Haldonrigum victi profligatique sunt, Huntleo Comite Duce. *Leslæus.* Xauerius Societatis Iesu primus in Indiam mittitur à Pontifice, & Ioanne Lusitaniæ Rege huius nominis 3. soluit Olisopone 7 Aprilis. *Maffe. sub initium lib.* 11.

1542 | 8 Pauli 3. | 27 Caroli I. | Indict. 15. | 28 Francisci 1.

Caroli 5. Cæsaris, ann. 24. *à Coronatione Imp.* 13. Ob violatos Galliarum Regis anno 1541 Legatos, exarsit nunc luctuosum bellum Regi cum Cæsare. Cleuenses ad 20 millia armati, iungunt se copiis Francicis, quas ductabat Longiuallius; & Flandris Cæsarianis dãna inferũt Cæsariani Cleuẽsẽ ditionẽ fœdè vastãt. Rex Perpinianũ, in Hispaniæ confinio, vexat, obsidetque: expugnari tamen vrbs nõ potuit, à multis Hispanis defẽsa, & aquarũ inũdatione munita. Bellum inter Anglum & Scotum Reges terra marique geritur: emissæ in Anglos cohortes aliquot ad locum, cui nomen est Solouamos. Nobiles Scoti indignati, Oliuerio Sincleri o inferioris ordinis homini, belli imperium esse commissum, voluntaria deditione in potestatem Anglorum venere. Rex acerbo dolore correptus, deteriora etiam de reliquis suspicatus, morbum contrahit, breuique diem claudit, cum paulo ante nata ei esset filia Maria, posteà Galliarum Delphino Francisco 2 nupta. *Leslæus.* hæc mortuo patre filia vnica, 7 dies nata, regnare cœpit 14 Decembris. Comes Arranææ, Reginæ tutor, Regnique Gubernator electus. Concilio generali Tridenti indicto, Cardinales tres, Ioan. Moronus, Pet. Paulus Parisius, & Reginaldus Polus delegantur à Paulo 3. sed nouis exortis bellis re infecta abierunt. Huc vsque qui Eusebii Chronicon suppleuerunt.

1543 | 9 Pauli 3. | 28 Caroli I. | Indict. 1 | 29 Francisci I.

Caroli 5. Cæsaris ann. 25. *à Coronatione Imp.* 14. Cæsariani à Cleuensibus quidem victi, at Cæsar ex Hispania adueniens, collectis Germanicis copiis, Duram Cleuensium expugnat, & Ducem ad veniam petendam compellit, receptis etiam præcipuis Cleuensium vrbibus. Rex Francus in Hannoniam progressus, Landricum capit ac munit. eodem anno à classe Turcica, Ænobarbo duce, Nicia capta præter arcem, direptaque est. Angli in agro Bononiensi cædes effecere maximas. in Scotia agebant Angliæ Legati, vt Maria Regina Edoardo Valliæ Principi vxor daretur. eò propendebant nobiles illi, qui tunc ex Anglicana custodia rediere: tandemque Lenoxius Comes, qui Regni administrationem petebat, pulsus à Gubernatore, deficit ad Anglos. Regina Striuilingi coronatur, & custoditur, sed dum pugna protrahitur inter Gubernatorem & Lenoxium, Cardinalis Betonius, Anglorum conatibus contrarius, in carcerem coniicitur. cœpitque tunc Monachus quidam, à Dominicanorum Instituto Apostata, libere inuehi in res Sacras, eaque pro concione effutire, quæ breui gradũ

fecerunt ad Religionis inclinationem. *Leslaus.* Ioannes Eckius, & Albertus Pighius hoc anno obiere. *Genebrard.* Hermannus Archiepiscopus Coloniensis in Lutheranam lapsus Heresin, et in errore pertinax, priuatur tandem sacerdotio, anno 1546 à Paulo 3.

1544 *Indict. 2.* — 10 *Pauli 3.* — 29 *Caroli 1.* — *Caroli 5. Cæsaris ann. 26. à Coronatione Imper. 15.* Cæsar Regem Galliæ curat in Spiræ Comitiis hostem Imperii pronũtiari: mox iuncto cum Anglis conatu, irrumpit in Gallias. Lucemburgum deditione accipit: & dum Campaniam ingressus, obuia aliquot oppida deditione accipit, trepidatum Parisiis est. Eodem tamen anno Anglus, qui capta Bononia vastabat vicina loca, repulsus in Angliam est. Inter Alpes ad Carignianum 14 Aprilis altera Paschatis Feria, Franciscus Anguineus Alpium Prorex, memorabilem refert victoriam, fusis Cæsarianorum 20 millibus. demum Cæsar Cathalauni pacis conditiones admisit; quibus nouo hoc bello ablata restituebantur omnia: ac mox in Flandriam se recepit die Martii 14. pacta conuenta *habet Marchantius, lib. 14. c. de bello Gallico.* Societatis IESV Institutum à Paulo 3 iterum approbatur, sublata numeri definitione. In Scotia, proscripto à tribus Ordinibus Lenoxio, frater eius in Gallia Ioannes Stuartus Aubigneus traditur carceri. Post varias ab Anglis iactatas bellorum minas, hoc anno in limitanea regione à Scotis vincuntur ad Ancramum. *Leslaus.* Zuingliana hæresis propagata ad Flandros à quodam Petro Brullio Gallo, Argentina dimisso. — 30 *Francisci 1.*

1545 *Indict. 3.* — 11 *Pauli 3.* — 30 *Caroli 1.* — *Caroli 5. Cæsaris ann. 27. à Coronatione Imper. 16.* Francica classis, trecentis nauibus instructa, Britannici maris Imperio potitur, Anglos in Insulam cogit, Bononiam, erecta ex aduerso arce, cingit: tandem Anglus, pace constituta, Bononiam Britannis Armoricis tradit, reddendam Franco Regi, si ipse statuto die pactam pecuniam Anglo numerabit. Carolus Imperator ad reprimendos in Germania Hæreticos armatur, fusoque rebellium exercitu, in quo 60 armatorum millia numerabantur, Saxoniæ Dux capitur, Vitembergensis bonis omnibus exuitur, potitur breui Cæsar tota fere Germania. *Genebrard. Tillius, Onuphrius anno 1546. Surius Histor.* Venerant hoc tempore in Scotiam Gallorum quinque naues, duce Georgio Mongomerio, in subsidium aduersus Anglos. Certè Anglorum ibi factione crescente, & serpente latius in dies Hæresi intestinis etiam tumultibus Regnũ hoc exagitabatur. Inchoatum tandem est, missis eò Cardinalibus, Tridentinum Concilium, finiendum an. 1563. Pontificibus Paulo 3. Iulio 3. & Pio 4. vltimum Generale & Oecumenicum. *Onuph. Genebrard.* extant Augustissimi huius Concilii Acta omnia. — 31 *Francisci 1.*

1546 *Indict. 4.* — 12 *Pauli 3.* — 31 *Caroli 1.* — *Caroli 5. Cæsaris ann. 28. à Coronatione Imp. 17.* Cæsar hoc & sequenti anno debellat Germaniæ Protestantes. *Surius, Genebrard.* Lutherani, & Zuingliani in se mutuo conuersi, importunissimum odium scripto exercent. Obiere Parisiis Franciscus Vatablus, & Iacobus Tusanus Regii Professores. Vatabli nomine conditam Bibliorum versionem, (quam Vatablus non agnouit,) Geneuensibus, & Roberto Stephano *tribuit Genebrardus.* Lutherus hæresiarcha morte pene repentina extinguitur, *Onuph.* Hactenus Paulus Iouius Historicus. Colloquium Francofordiense inter Catholicos & Lutheranos. — 32 *Francisci 1.*

EN tibi Lector deinceps, res & nostrâ memoriâ gestas, & quæ proindè citatis Auctoribus magnopere non egent. sed molestiarum, & periculi plenas facilè vides. Δῦναι γδ γραφῆ (ut Græcus ille Scriptor de se dicebat) νυνὶ καὶ τὰ λείποντα, οὔ μοι λυσιτελὲς, οὐδ' εὔχαιρον κεκρίσθαι. Vrget tamen instituti ratio, quæ promissum operis finem, ut fidem ipsa liberet suam, à me postulat. Pareo: sed ea lege, ut res in omnium conspectu gestas, certasque narrare sit satis; nullâ in alterutram partem styli propensione, nulli (quod hinc consequens est) nascente animorũ iusta offensione. criminetur qui volet res gestas: non meæ sunt: eas candide narranti, nemo irasci potest.

1547 Indict. 5. | 13 Pauli 3. | 32 Caroli 1. eius nominis 5. Imp. | 1 Henrici 2.

Caroli 5. *Cæsaris ann.* 29. *à Coronatione Imperat.* 18. Clauserunt diem sub huius anni initium duo magni Principes; Anglus, Kalẽd. Feb. Francus pridie Kal. Aprilis: sed quam dispari excessu? Edixerat quidem Henricus Angliæ Rex anno 1539 pleraque aduersus falsa Lutheri dogmata. verum qui se Caput Ecclesiæ in illo Londinensi Concilio constituit, eoque nomine Sacerdotiorum fructus ac decimas *ut narrat Polydorus* vsurpauit, itá q; demũ vixit: cum irato adhuc numine è vita abiisse facile credunt mortales. Contra vero Galliarum Rex Franciscus, post res memorãdas domi forisque gestas, pacato Regno, sanctissimis Ecclesiæ receptis Sacramentis, Christianissimus Princeps, cœlo terrisque gratus, sancto fine quieuit. Regnat Henricus eo nomine 2. annum agens 28. Anglo Regi succedit Edoardus octo annorum puer: datus ei tutor, & Regni administrator Seymerus, Hartfordię Comes, & auunculus; sub quo proximus annus Religioni ac auitæ fidei luctuosus erit: quo etiam, illa quæ pater Hẽricus in Lutheranã Hæresim edixerat, antiquata *narrat Genebrard.* In Scotia iam 3 Kal. Iunii, anni 1546, Cardinalis Betonius, Regni Cancellarius, in arce Santandriana, à conspiratoribus hæreticis percussus occubuit: in percussoribus numerantur Normannus Leslæus, Grangius Eques, Kircaldius, cum aliis paucis. sicarios *vocat in sua Historia Leslæus Episcopus:* quos patronos nactus Knoxus, Caluinistarum Minister, egregie postea Sacerdotum sitiuit sanguinem. Castrum non nisi hoc anno 1547, aduentu Francicarum triremiũ sexdecim, Strotio Duce, deditione receptum est. Percussores constricti vinculis in Galliam abducti. Dosellius à nouo Franciæ Rege, confirmandi antiqui fœderis gratia missus in Scotiam, aliquandiu in eo Regno hæsit. eodem anno 5. Nonas Septembris, dubio Marte pugnãt Scoti aduersus Anglos ad Inueresca: & proximo die ad Pinx in Cluch, iusta totaque acie certatur: sed dum Scoti, partã pene victoria, solutis ordinibus fugientes Anglos insequuntur, hostes redintegrato prælio, victoriam fecere suam, memoranda Scotorum edita strage. desiderati plurimi. capti nobiles aliquot: in his Huntleus Comes, Regni Cancellarius: qui fide data soluendæ redemptionis plurimos dimitti curauit. Humeum castrum ab Anglis occupatum, Dudleo datur custodiendum. amissa quoque, Brughtei castrum, & Hadingtonum in Laudonia oppidum. Francorum imploratur auxilium, quod afflictis Scotiæ rebus non defuit. Franciscus Borgia, Gandiensis in Hispania Dux, rebus mortalibus valere iussis, Societatis IESV instituto se addicit. concilium Tridentinum Bononiam translatum notat Onuph.

154[8] Indict. 6. | 14 Pauli 3. | 33 Caroli 1. | 2 Henrici 2.

Caroli 5. Caesaris ann. 30. à Coronatione Imp. 19. Rex Francus Lugduni hoc anno cum Regina exceptus, insigni apparatu & triumpho. Lutetiæ Iudicum Consessum constituit extra ordinem, qui Hæreticorum cognita causa eosdem seuere puniat. Anthonius Dux Borbonius Ioannam Dalbret Regis & Reginæ Nauarræ filiam vnicam, sibi locatam connubio accipit. quo tempore Aquitanica seditio ob salinarium vectigal in Regem excitata, reprimitur à Montmorantio Equitum Magistro. Burdigalæ capite mulctati seditionis authores, arma ciuibus adempta, abdicatus Senatus, & preter alia dirutæ ædes publicæ, campanæ turribus sacris ac prophanis extractæ, bellicis tormentis conflandis destinantur. Gallorum classis à Rege in Scotiam destinata, appulit 16 Iunii, Desseo Duce. sic stetit res Scotica; & qua leuiter pugnando, qua obsidendo Hadingtonum oppidum, repressus Anglorū impetus non parum est. Inter hæc Regina per triremes in Galliam, omnium Ordinum consensu missa, Delphino locanda in matrimonium: appulit feliciter, euitatis Anglorum in ea nauigatione insidijs. habentur hoc anno Ausburgense, & Treuerense Concilia, de Fide & moribus. *extant Tom. 5. Concilior. Surius. Histor.* vbi etiam de Augustanis Comitijs à Cæsare habitis. A Theologis quibusdam editus liber, qui INTERIM, inscribebatur. modum continebat quo in negotio religionis per imperium, vsque ad generalis Concilij definitionem viuendum esset. Fuit hæc interreligio (seu Interim) publicata à Carolo S. Augustæ Vindelicorum in comitiis. Lutherani Pellicanus, Pet. Martyr, Bulingerius, Musculus Brentius, item Bucerus & Osiander nouæ hæresis de iustificatione fabricator, spargunt sua venenata dogmata. In Polonia moritur rex Sigismuudus primus.

1549 Indict. 7. | 15 Pauli 3. | 34 Caroli 1. | 3 Henrici 2.

Caroli 5 Caesaris ann. 31. à Coronatione Imp. 20. Habita hoc anno Concilia Coloniense, & Moguntinum, *Tom. 5 Concil.* Philippus iam Hispaniarum Rex, ex Hispania per Italiam & Germaniam venit in Flandriam ad Carolum Patrem Imperatorem: & Maximilianus Iunior in Hispaniam Prorex mittitur. In Gallia Catharina Medicea Regina apud S. Dionysium coronatur mense Iunio, & posteà amplissimo triumpho, primum Rex, deinde Regina Parisiis excepti sunt. Sumptum de Veruini Domino seuere supplicium, ob mala fide, vt videbatur, nauatam operam in propugnanda aduersus Anglos Bononia. agitari cœpit Anglia intestinis tumultibus, & bellum præter expectationem inter Francum & Anglos susceptum: in quo Galliarum Duces Bononiam vicinaque loca recuperant. Anglicani dissidii intestini causam, post alios, dat *Tillius,* violatam religionem auitam. Apud Scotos Angli in Fifa victi: sed Deidonum ab Anglo milite capitur eodē tempore, igneque vastatur. Comes Huntleus, deceptis in Anglia custodibus, noctu in Scotiam, dispositis equis euolat: dumque vario Marte vtraque gens decertat, D. Termius è Gallia cum nouis copiis oportunè Scotis venit subsidio. Desseus, erepto Anglis Inche Kethi Insula, belli que Præfectura Termio relictâ, redit in Galliam. Successit Anglicanarum rerum tunc magna inclinatio. Hadingtonio cedunt Angli: Brughtæum castrum deditione Scoti recipiunt: tenuitque res Scotica pristinum suum statum proximo anno: qui etiam attulit pacem inter Francum, Anglum, & Scotos constitutam: tuncque reuersis in continentem Gallis, Scotia externo milite cœpit carere. Romæ vita cessit Paulus 3 Pontifex, 4 Idus Nouembris: vacauit Sedes menses tres. Obiit eodem anno Andreas Alciatus Papiæ. Martinus Cromerus libris 30, Historiam rerum Polonicarum huc vsque produxit, ab anno Christi 550. Xauerius Iaponiam ingreditur, primus

ibi præco Euangelij. Ioachimus Perionius Benedictinus Theologus, Aristotelem nunc primus dedit Scholis Philosophorum, Latinè & Ciceronianè loquentem: quem sequutus posteà est alia versione Iacobus Carpentarius. Senatus Burdihalensis restituitur, post abdicationem anni 1548.

1550 Indict. 8. | 1 Iulij 3. | 35 Caroli 1. | *Caroli 5. Cæsaris ann.* 32. *à Coronatione Imp.* 21. Pontifex electus Ioãnes Maria Arretinus, natus Romæ in Parionis regione, dictus Iulius 3. ex Episcopo Prænestino, & presbytero Cardinale S. Vitalis, creatus 7. Idus Febr. Cognitio Hæreseos in Gallia à Iudicibus ciuilibus ad Ecclesiasticos reuocata: & cautum, ne Senatores, Antistitum Ecclesiasticorum agant Vicarios. Claudius Lotharingus primus Dux Guisius, Burgundiæ Prorex, & Par Franciæ moritur. quo tempore Rex à Rothomagensibus ingenti apparatu regio exceptus est. Cæsarina classis, Archipyratã Dragnutium, qui Mediterraneum mare latrociniis infestabat, persecuta, fugat in Africam; & vrbem, quæ etiam Africa dicebatur, obsidione cinctam capit, ac diripit, ineunte Septembri mense. Regina Iacobi quinti vidua, soluens è Scotia, venit in Galliam, & excipitur Rothomagi honorificè à Galliarum Rege. Conuentus procerum Imperij habitus Augustæ Vindelicorum. Huc vsq; qui Sabellici historiam suppleuit. annus est Iobileus, & 10 vt notat Onuph. sed de contracto sæpius Iobileo vide, indicem verbo, *Iubileus*. | 4 Henrici 2.

1551 Indict. 9. | 2 Iulij 3. | 36 Caroli 1. | *Caroli 5. Cæsaris ann.* 33 *à Coronatione Imper.* 22 In Italia inspiratũ Parmense bellum exortum. Petro Aloisio Farnesio, qui Placentiam & Parmam à Paulo 3, possidendas acceperat, cæso à coniuratis: Octauius filius, dum paternum ius tueri nititur, à Cæsarianis prohibetur. ergo Parma mense Iulio à Gonzaga Mediolanensi Præfecto obsidetur. adfuit in hoc bello Henricus Galliarum Rex Octauio Duci contra Gonzagam. Cæsariani Dandelotum in Insubria captiuum velut hostem abducunt. Brissacus apud Pedemontanos Prorex, oppida aliquot, iubente Rege, expugnat. Dum inter hos Principes redintegratur bellum, Regina Scotiæ vidua per Angliam (Londini magna beneuolentiæ significatione excepta ab Edoardo) redit in Scotiam, Regni administrationem suscepttura ad an. 1551. Moschus in Tartaros Cazanẽses relictis Polonis signa conuertit, quibus oppugnandis postquã septennium impendisset; hoc demum anno metropoli ipsorum Cazana nuncupata, & arce potitus est. Concilium Tridentinum iterum reuocatur Tridenti. Legatus Sedis Apost. præest Marcellus Crescentius Cardinalis. anno insequenti ob bella dissoluitur. | 5 Henrici 2.

1552 Indict. 10. | 3 Iulij 3 | 37 Caroli 1. | *Caroli 5. Cæsaris. ann.* 34. *à Coronatione Imp.* 23. Quanto odio certatum sit hoc demum anno, & deinceps inter Lutheranos & Zuinglianos, & quod nunquam potuit posteà extingui, *narrat Genebrard. in* Iulio 3. Rex Henricus (an eo prætextu, *quem narrat Genebrardus*,) magni ductor exercitus, Tullum, Verodunum, & Mediomatricum vrbem, tres Episcoporum Sedes Imperio subtraxit, misso Lotharingiæ Duce, nouem annorum puero in Gallias, cui Regis filia in matrimonium promittitur. Cæsar, Metim Mediomatricum vrbem mense Octobri obsidet. eam obsidionẽ mense proximo *Genebrardus, alii* Ianuario, cum vim hyemis non sustineret exercitus, solutam scribunt. Cæsar in Belgium se recepit. Hoc anno in Scotia penè tota, occupatum habuit Regni Gubernatorem, Iusticiarium iter, vt vocant, seu animaduersio in sontes, ex Reginæ & nobilium consensu, in omnibus Prouinciis per Iuridicos Conuentus. actum de Regni administratione in Reginam viduam transferenda, vti Francus Rex optare se affirma- | 6 Henrici 2.

bat. Hamiltonio Proregi res initio visa est ingrata: tandem tamen Imperio se abdicat: additæ conditiones, vt Hamiltonius Castellorotij, seu Castelheraudiæ ad Viennam fluuiũ Dux esset, à tutelæ rationibus deinceps immunis, & Britanuodanum; (*Dũbritonium* vocant,) castrum penes Hamiltonium maneret. Diem clausit Franciscus Xauerius in Sinarum finibus 4 Nonas Decembr. cum per annos 11, magnis clarus miraculis, plurimos mortales ad Christianam Fidem conuertisset in Orbe altero, vltra & citra Æquatorem. corpus defunctum viua calce opertum, integrum miraculose manet. *Torsellin. in eius vita.*

1553 4 *Iulij 3.* 38 *Caroli 1.* *Indict. 11.* *Caroli 5. Cæsaris an. 35. à Coronatione Imper. 24.* Cæsariani in Morinis Terouanum Quinctili mense expugnant, & mox Hesdinum. Edoardus 6, Angliæ Rex adolescens diem claudit 6 Iulij. Maria filia Regis Henrici 8. natu maxima; Regio diademate insignita: Duces Northumbrius, & Suffolcius, aliique factionis in Principem ductores, Lõdini capite plectuntur: pulsis etiam Nouatoribus, Catholicam Religionem magna ex parte suæ Angliæ ipsa restituit; desponsata Caroli Imperatoris filio Philippo. 7 *Henrici 2.*

1554 5 *Iulij 3.* 39 *Caroli 1.* *Indict. 12.* *Caroli 5. Cæsaris ann. 36. à Coronatione Imper. 25* Galliarum Rex, per mediam Hannoniam incedens, omnia ferro & cæde vastat, & Bincium, Mariæ Reginæ delicias occupat: Villã Regiam Folembrium, operosum opus euertit, Rentinum in Artesiæ finibus obsidione cingit. ibi aduentu Cæsaris soluta obsidio; & acriter vtrinque pugnatum quã pugnam cum nox diremisset, Rex postridie, accepto nuntio male à suis pugnatum in Hetruria, profligatis per Cæsarianos; dato receptui signo, copias Monstrolium traduxit. Mense Augusto P. Strozza, patriæ suæ Hetruriæ libertatem, ut ipse iactabat, vendicare studens, & ad eam rem à Senensibus in Ducem electus, Gallorum copias à Rege, sub quo aliquandiu stipendia meruerat, impetrat. Contra, ex Insubribus, & à Neapoli, Cæsariani pro Florentino Duce stabant: his fauet victoria, fuso equitatu Gallico post primum telorum iactum. post hæc Brissacus Taurinatium arcem Hibernam, Duriæ amni (quæ tandem Pado miscetur) impositam occupat. quã expugnatã, patebat Gallis Italia. Lætus hic & sequens annus fuit Angliæ Orthodoxis: quando futuri Regis, Reginę, & Cardinalis Poli autoritate, Anglia tota, sublato Schismate, Ecclesiæ reconciliata est. *Surius Hist. Genebrard.* Subacto Cazanensium Tartarorum regno, de quo 1551, Moschus ad Astracanenses Tartaros conuersus, nunc Astracanum metropolim occupat; Citracham olim dictã, celebre orientalibus mercibus emporium supra Volgam fluuium sitam (veteribus Rham nuncupatum) quinquaginta septem ostiis in mare Caspium sese exonerantem 8 *Henrici 2.*

1555 1 *Marcelli 2.* 40 *Caroli 1.* *Indict. 13.* *Caroli V. Cæsaris ann. 37. à Coronatione Imper. 26:* Obiit hoc anno Iulius 3. Romæ 10 Kalend. Aprilis. electus Marcellus 2 Politianus, Tuscus, ex Presbytero Cardinali S. Crucis in Hierusalẽ, creatus Romæ 5 Idus Aprilis. Obiit magnæ expectationis Pontifex, Kalẽ. Maii: substitutus post dies 22, Paulus 4. Neapolitanus, antea dictus Ioãnes Petrus Carafa, Matalumæ Comitis filius, ex Cardinali Ostiensi, & sacri Senatus Decano creatus Romæ 10 Kal. Iunii. Vita cessit eodem anno Henricus Nauarræ Rex: succedit Vendomius gener, in eam Regni partem, quam non occupauerat Ferdinandus anno 1512. In Italia Galli Casalem vrbem, Mãtuanæ iurisdictionis Pado impendentem, Brissaco Duce occupant. Dux Albanus à Philippo Hispaniæ Rege in Italiam missus, Vlpianum Gallorum obsidione extenuatum reficit ac munit. eadem æstate ad Angustias Oceani Britannici, Cæsariani cum Gallis memorabili sanè pugna nauali depugnarunt. hinc Belgæ (qui 9 *Henrici 2.*

1 Pauli 4 — ex Hispania redibant) Myoparones 22, Batauos mercibus onustos ducebant: illinc Galli Actuarias Celoces 19, & Carospia 6, in hostem mercibus potituri impulerunt. fuit vtrisque exitiale prælium. quod describit ad hunc annum *Freigius*. Prætoria nauis Gallica depressa: sex incendio deflagrârunt; & ex Belgicis Liburnicis totidem. Gallorum cædes, quam hostium maior fuit. In Anglia 8 Kal. Augusti inter Philippum & Mariã in ciuitate Vintoniensi celebratæ nuptiæ. Hoc eodem an. Carolus Cæsar, maximis Imperatoribus æquandus, & Religionis assertor insignis; Ferdinando fratri Imperii Diadema, Philippo filio vnico reliqua Regna concedens, in sacram solitudinem apud Hispanos Vitæ Religiosæ studio incensus secessit. Guillelmus à Prato, Auerni Episcopus, tria PP. Societatis Iesu dotata erexit Collegia: & quidem Parisiense, non nisi anno 1564: Biliomense, & Mauriacense, citius suas Scholas aperuerunt. Eodem anno grauia passi Cæsaraugustæ, sponte inde recedunt. sed breui honorificentissimè reuocantur. *Maffeus, & Ribaden. in vita B. Ignatii.* Viennæ in Austria, Nouum Testamentum, lingua & charactere Syriacis, nunc primum editum, iussu & liberalitate Ferdinandi Imperatoris. quod tamẽ opus, quidã Tremellius (*vt ait Genebrardus*) ex Iudæo factus Capharnaita & Sacramẽtarius Geneuę, insigni peruersitate corrupit. Turcæ Corsicam nũc depopulantur. conuentus principum Augustanus habetur ob religionis negotium. anno insequenti male periit Dauid Georgius Mortalium nequissimus, qui Christi religionem tentauit è medio tollere. & eodem anno Sleidanus historiæ scriptor mendacissimus.

1556 Indict. 14. | 1 Pauli 4 | 1 Philippi 2. — *Ferdinandi Cæsaris ann.* 1. Hic primus nobis erit Philippi annus, quo post patris abdicationem solus regnat, compositus cum primo Ferdinandi Imperantis anno, induciis quinquennalibus inter Cæsarem & Galliarum Regem constitutis. Ingens Cometa Martio mense affit diebus pene 12. in 8 Libræ gradu notatus: quod sydus conspiciens Carolus V, *His, ait, indiciis me mea fata vocant.* Iam tandem Caluinus, de fori rabula, *inquit Genebrardus*, cœpit repente prodire Theologus. In Scotia habita triũ Ordinũ Comitia. ibi Grangius, vnus ex Berhonii Cardinalis percussoribus, aliique, commendatione Franci Regis, bonis restituti. Consilio Dosellii rogatio de tributo instituendo reiecta. Regina in Septentrionali Scotia Iudiciarios Conuentus habet. Diem clausit felicissimè Romæ vltimo Iulii B. Ignatius Societatis IESV fundator: post quem Generalis Præpositus subrogatur Iacobus Laynes. — 10 Henrici 2.

1557 Indict. 15. | 2 Pauli 4. | 2 Philippi 2. — *Ferdinandi Cæsaris an.* 2. Galliarum Rex, Mediolanense & Neapolitanum bellum meditans, nouo fœdere Pontificem & Ferrariæ Ducem sibi conciliat: & bellum in Philippum Hispaniæ Regem redintegrat, misso cum duabus Legionibus Guisio, qui infestaret Italiam: capta ibi à Guisio aliquot oppida: feliciorem successũ Albanus Dux impediuit. Galli in Artesiam excurrentes, Catuacorum vrbem (hodie Duacum est) tentant, sed frustra. Augustam Veromanduorum (Sanquintinum vocant) obsident Philippiani. accurrunt subsidio Gallorum cohortes, & magno numero è prima nobilitate viri. arte vtrinque certatum, mox armis; sed minus feliciter à Gallis, qui solutis incuria militum ordinibus, fusi sunt, cæsis multis, caprisque Magistro equitum, aliisque; tanta sanè clade, quantam à capto ad Ticinum Francisco Rege, non accepit Galliarum Regnum. Reuocauit hic casus ex Italia Guisium, & magnum Philippo nouo Regi nomen peperit; gradumque fecisset ad maxima, si victoria Austriaci, vt poterant, vti sciuissent. stabant enim in Veromanduis cum Philippo — 11 Henrici 2.

44. armatorum

44 armatorum millia sub lectissimis Ducibus. vrbs obsessa cum tota Veromanduorum Prouincia venit in Philippi potestatem 27 Augusti. Bellum iam Regina Angliæ, illius etiam regni nomine, Franco denuntiauit. Guisius ergo reuersus, ad Calitij obsidionem mittitur. interim Scoti Anglos ex altera Regni parte inuadunt, Ducibus Humeo, & Huntleo, cum summa potestate creatis. Habebat nunc Scotia ex nobilibus plures, qui Reginam viduam, & Gallos inuidiosè criminabantur. hi velo Religionis captantes seditionis occasionem, Lutheranos Ministros è Germania hoc anno accersunt. Pax in Liuonia firmata, inter Archiepiscopum Rigensem, & Sigismundum Poloniæ Regem. Vormatiense colloquium habetur inter Catholicos & Lutheranos. Martinus Bucerus in Anglia exustus.

1558 | 3 Paul. 4. | 3 Philippi 2. | 12 Henrici 2.

Indict. 1.

Ferdinandi Cæsaris ann. 3. In Gallia Guisius Calitium expugnãs, arcem, quæ secundùm mare sita est, 33 bellicis concuti iubet tormẽtis: iusta irruptioni ruina vnius diei spatio facta est: noctu post recessum maritimi æstus succedunt Galli muris, irrumpunt, Anglis stationem deserentibus. caprâ arce, Dux ad vrbẽ expugnandam conuersus, Anglos ad deditionẽ compulit. recepta post 210 circiter annos vrbs ea est à Gallis, 8 Ianuarij. quam proinde Angli ab anno 1347, in sua possessione tenuerant. Dum Guisius postea Diuodurum obsidet, P. Stroza glande ictus occubuit. Expugnata breui varia loca, Anglis eo anno Gallia tota excedentibus. Franciscus, filiorum Henrici Regis natu maximus, Galliarũ Delphinus, Mariam Scotiæ reginã ducit in matrimonium, magnifico regioq; apparatu. hæ nuptiæ, sancita Lege, gẽtes hactenus fœderatas, iam in vnum velut corpus *(quod narrat Leslæus)* iunxerũt. In Scotia Paulus Messenius pistor, & alius nescio quis sartor, ex Carmelitano Ordine Apostata, Caluinianæ nouitatis præcones, quà publicè, quà priuatim, sua passim disseminant: & factiosos, quib. nihil nisi coniuratio cordi erat, hoc nouæ Religionis titulo ita armabant: vt breui, nec principum authoritas, nec Religionis veræ maiestas, integra esset apud Scotos. accessit ad hanc publicam calamitatem, aucta Iacobi nothi potẽtia: qui Ecclesiasticam vitam pertæsus, ex priore Santandriano euasit post paucos annos Morauiensis Comes, & insignis Catholicorum hominum persecutor. In Gallia dum Termius Flandriam infestat, sequutũ est prælium ad Grauelingum in Pleumosijs. in qua pugna, insueto planè casu, victoria Gallis erepta est: dum enim acie certatur, decem bellicæ Anglorum naues, quæ tunc fortè præteruehebãtur, conspecto ex vndis conflictu, proximum pugnæ littus tenẽt; Gallici exercitus alas & latera tormentis bellicis ita vexârunt; vt ingens ex hac Gallorum clade, Philippo accesserit victoria; capto etiam Termio ab hostibus. nec interim cessauit Anglicana classis Armoricas, quas potuit, vrbes vastare. Vita excessit 15 Decembr. Maria Angliæ Regina Catholica, magnis ornata virtutibus fœmina: eodemque die Polus Cardinalis fato cessit. magna deinceps in Anglia rerum perturbatio, & Religionis euersio subsequuta. Substituta Angliæ Regina Elizabetha, Henrici 8 ex Anna Boleynia superstes filia, sed anni sequentis die 15 Ianuarii. destinati eodem anno 1558 è Scotia in Galliam Legati, qui omnium Ordinum consensu, Delphinum Scotiæ corona insigniri curarent. hi fuere Iacobus S. Andreæ Prior, & Argadius Comes: quibus cùm longè aliud cordi esset, procrastinando profectionem impediuère. Obierunt Parisiis Franciscus Picardus Theologus, & Andreas Tiraquellus, Senator Parisiensis Iurisconsultissimus, & anno sequente Duarenus Biturigibus. Tertium

Te

Tartarorum regnum Nogaium nuncupatatũ cũ domuisset Moschus; ad Liuoniam animum adiecit. & prima expeditione Derpatum & Naruam nobiles vrbes expugnauit.

1559 | 4 Pauli 4. | 4 Philippi 2. | 1 Francisci 2.

Ferdinandi Cæsaris, an. 4. apud Danos Christiano 3 succedit rex Fredericus 2. In Anglia mutatione Principis, Religio mutari cœpit; exortaque persecutio, Zuinglianismo & Caluinismo aditum, à piis antea Principibus obstructum, patefecit. Carolus Lotharingus Claudiam, filiarum Henrici Regis alteram, Lutetiæ, connubio accipit. tandem optata diu pax inter duos Reges potentissimos, Gallum & Hispanum, constituta est. eam Cambresiam vocant: Izabella, filiarum Henrici natu maxima Hispano; & Margarita eiusdem Regis regis soror, Sabaudiæ Principi desponsatæ. per hanc pacem, in arce Cambresia 3 Nonas Aprilis initam, priores paternæque transactiones ratæ sunt habitæ: & Emanuel Philibertus suę Sabaudiæ ac Pedemontio (vnde annos 24 mansit exclusus) restituitur. Cum Hispano nuptiæ per Albanum pronubum mense Iunio celebratæ. at ipse Henricus (quæ humanæ sortis inconstantia est) in nuptialibus ludis, equestrique certamine immatura morte Parisijs occubuit; lanceæ fractæ parte in cerebrum per oculum, à Mongomerio adactâ. regnat Franciscus 2, Rhemis 15 Kalend. Octobris inauguratus, annum ætatis agens circiter 15. vxorem, Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Reginam Parisijs publicè renuntiari curat, non sine Elizabethæ in Anglia nouæ Reginæ offensione. Ioanni 3 Lusitaniæ Regi vita functo succedit Sebastianus. obiit eodem anno Romæ Paulus 4. Pontifex, 15 Kalend. Septembr. vacat Sedes menses 4. electus Pius 4. Romæ 7 Kalend. Ianuarij, Mediolanensis, ex Medicea familia antea nuncupatus Ioannes Angelus Medicis, Cardinalis S. Priscæ, Simoniacorum hostis. In Scotia Knoxus, Villoxus, & Metfenus perduellionis (*vt scribit Leslæus*) damnati, fauorem nacti nobilium quorundam, primi classicum cecinêre, dato Perthiæ signo ad primam in eo Regno Templorum subuersionem. diruta in ea vrbe præclara etiam Monasteria. idem à Iacobo Santandriano Priore & Argadio Comite (qui iam palàm in Reginam profitebantur rebellionem) Santandriopoli factitatum est; præclara quidem quinti Euangelii, quod hi Mundo obtrudebant, initia: sed, proh quàm disparia ueteri, veræque maiorum pietati, quam Scotia ab annis iam mille & amplius sanctissimè, vt Annales testantur, & constantissimè coluit. Herculi Ferrariæ duci succedit Alfonsus 2.

1560 | 1 Pij 4. | 5 Philippi 2. | 2 Francisci.

Ferdinandi Cæsaris, ann. 5. En tibi Lector annum rebellionis in veros legitimosque Principes plenissimum; qualem nempe sperare potuisses in Scotia, in Germania, in Gallia, à noui dogmatis coniuratis auctoribus. Apud Scotos Regina vidua miris petita iniuriis à Sectariis confœderatis; nunc aciẽ instruit apud Cuperum; nunc ad loca confugit munitioria; nunc etiam pacis conditiones à Sectariis petit. Venit hoc tempore Pelleueus Nuncius Apostolicus (postea Cardinalis) in Scotiam, qui quantum in tanta rerum perturbatione fieri potuit, cumulatè præstitit. interea pugnatur ad Leythum sępe, multumque; adsunt è Gallia nouæ copiæ. Sectarii cum Angliæ Regina Elizabetha fœdus ineunt: sollicitati etiam Germani. adest fœderatis Anglorum exercitus Graio Duce. pugnatur æquo penè Marte. mox Angli Leythum obsident. Regina in castro Edinburgensi hærebat, vbi die 10 Iunii diem clausit. tunc primùm Sectarii Episcopos è Sedibus suis deturbant, occupatis (quod maximè optabant) Sacerdotiorum reditibus. tandem, Legato è Gallia misso, actum de pace inter tria Regna: conuenitque, vt tam Angli, quam Galli Sco-

tia quàm primùm excederent, Scotiæ Regnum à 12. è nobilitate regeretur; quorum septem Regina Franci Regis vxor, reliqui à Proceribus Regni nominarentur. additum porrò *scribit Leslæus*, vt Galliarum Rex, Scotiæ, Angliæue Regem se deinceps non diceret. de Religione actum nihil est. has firmârunt conditiones Comitia Edimburgi habita. Iam Gallia, sua etiam non caruit calamitate, à Nouatoribus illata. prima in Regem Regnumque coniuratio facta narratur hoc anno Lugduni. Renaudius Dux electus. Dies 15 Martii sociis coniuratis statuitur, quo Ambosam venirent, vbi Rex hærebat: detecta tamen conspiratione, capti aliqui, supplicioque affecti. Renaudius in pugna prope vrbem periit. mox Condæus Princeps, Nauarræ Regis frater, in Ambosianæ conspirationis suspicionem vocatus, datur in custodiam. dum eius causa examinatur, Rex nonis Decembris apostemate ad aurem nato extinguitur: successit Carolus IX. annos tantùm 10 natus. Regina mater rerum potiri cœpit. hanc Ambosianam seditionem, aliasque posteà sequutas, *Genebrardus scribit* natas ex Geneuensi Conciliabulo, authoribus Caluino & Beza, de Galliarum Rege, Regina, optimisque proceribus ad certum diem per insidias de medio tollendis. idemque *habet in sua Historia Surius*. tunc in Gallia Nouatores dici cœperunt Huguenoti à Tursij vrbis porta, quæ Regis Hugonis appellatur, & ad quam conuenticula sua celebrant. Magdeburgenses Ministri, Duce Mathia Illyrico, suas Mundo centurias nunc diuulgant, fabulis refertas, & ad Summos Pontifices in inuidiam vocandos, compositas. Huc vsque Chronicon Rouæri Pontani Carmelitæ. Caluino & Pet. Martyre cæcis ducibus emergunt in Gallia Huguenoti-

B

C

D

1561 | 2 *Pij 5.* | 6 *Philippi 2* | 1 *Caroli 9.*

Indict. 4.

Ferdinandi Cæsaris, an. 6. In Gallia nominati Octumuiri, quorũ cõsilio Regis pueritia regeretur. postea 7 alii additi. Regina principẽ in hoc Senatu locũ tutorio nomine tenebat. mox exiit 17 Iã. Edictũ, quo permissũ fuit Nouatorib. Euãgelicis suos agere Conuentus, suæque Religionis negotia exercere; sed extra vrbiũ mœnia, & donec aliter à Rege decerneretur; seu vsque ad Tridentini Concilii definitionẽ. Hoc Edictum Iãuariense postea appellatũ est. Cõdæus Princeps liber è custodia dimissus, pro quo frater Nauarræus Rex spõsor factus est. institutũ quoq; Colloquiũ Possiacum inter Catholicos, & Nouatores mẽse Septẽbri. consessũ describit *Freigius in Carolo* IX: sed nihil in hoc Conuentu, quod operæpretiũ esset, peractũ est. Catholicos cõsensisse cum Ministris, Lauatheri purũ putum mendaciũ est. illud certum, hoc anno in Germania atque alibi, inter Zuinglianos, Lutheranos. & Caluinistas (obortis etiam nouis Sectis) tot nata dissidia, vt discordiis penè suis consumerentur. Regina Scotię, è Gallia Calitio soluens, in Regnum nunc rediit mense Augusto. in hoc sex dierum nauigatione, caligine velut nube tectâ, hostes, qui in insidiis erant, feliciter euitauit: mox habito nobilium Conuentu (cui nullus interfuit Ecclesiasticus) sancitum, ne quis, quod ad Religionem attinet, quicquam innouaret, sed is rerum status maneret, quem tenebat Scotia in hoc Reginę primo aduentu. Post hæc Sectarij Iacobo Duce omnia occupare cœperunt. Turnonense in Gallia Collegium erectum anno 1542. & Vniuersitatis titulo donatum anno 1552. tandem hoc anno à fundatore Francisco Turnonio, Cardinalium Decano, datum cum pleno Vniuersitatis iure PP. Societatis IESV. Albertus Lasli Polonus Iacobum Heraclidem, Sami Despotam in Moldauiam introduxit. Alexandrum eius regionis principem virum crudelem fudit,

& Despotam in regnum amplissimum reposuit.

1562 Indict. 5. | Pij 4. 3 | Philippi 7 | Caroli 9. 1

Ferdinandi Cæsaris an. 7. Præcipuæ in Gallia vrbes, Lugdunum, Valentia, Tolosa, Aurelia, aliæque hoc anno tentatæ, & partim etiam occupatæ fuêre; iam Condæo Principe Euangelicorum ductore, Aureliæ (*vt Gallorum habent Historiæ*) renuntiato. In hoc ciuili bello, Rex Nauarrę Rothomagum obsidens occiditur: successit ad vrbem Druydum pugna, 19. Decembris, inter Condæum, & Regium exercitum. captus in primo impetu Magister equitum, dictus Conestablius: quem scribunt Ducem exercitus; in altero à Guisianis Condæus ipse. in hoc conflictu ab hora 10 ad noctem producto, victoria à Catholicis stetit. Scotorum res hoc etiam anno deploratæ fuerunt. Iacobus Reginæ nothus frater, Morauiæ Comes renuntiatus, eâ vsus potentia est & Caluinistarum fauore, ad Religionis iniuriam & nobilium cædē. Arraneus, & Bothuellius Comites dati in custodiā. Sutherlādiæ Comes proscriptus. Hūtleus Comes occisus: 5. Kal. Nouēb. & vno insuper filiorū cæso, alter natu maximus carceri mācipatur. quæ omnia his artibus, eâq, vi peracta sunt, vt Regina (quā tandē etiā Regni solio nothus excurbauit) his malis mederi non posset. In Italia Ordo Militaris S. Stephani institutus, sub Regula S. Benedicti, à Cosmo Medicæo, Florentiæ & Senarum Duce secundo, approbatur à Pio IV. *Onuphr. Miræus.* his ex instituto incumbit oram Italiæ maritimam, à Turcarum incursionibus securam reddere. à S. Stephano Papa & Martyre inditum nomen. gestant pro Insigni Crucem rubram. Pisis domicilium habent; ad cælibem vitam minimé adstricti. Inchoatum inter Fridericum Daniæ, & Erricum Succiæ Reges bellum. Liuonia Moschouiticis armis oppressa, poscit à Sigismundo Rege summa cum deditione auxilia. Concilium Tridentinum tertio reuocatum, Legato Ioanne Morono Episcopo Prænestino cum aliis 6 Cardinalibus. & anno insequenti absoluitur & confirmatur.

1563 Indict. 6. | Pij 4. 4 | Philippi 8 | Caroli 9. 3

Ferdinandi Cæsaris ann. 8, Franciscus Guisius, post pugnam ad Druydum vrbem confectam: dúm Aureliam obsidet, proditoriè à Poltroto (quem Beza, *inquit Genebrardus*, submiserat) glande, 18 Februarii percussus interiit: post 6 dies supplicium condignum de percussore sumptum Parisiis. Rex ciuitates quasdam alias, ab aduersariis occupatas iam ante receperat. in his, Lugdunensis, Blesensis, Bituriges, & Pictauium. quando enituit Marescalli Santandriani virtus, qui magno Catholicorum mœrore in acie ad Druydum vrbem captus, breui posteà cæsus narratur. dimissi è custodia hinc inde Condæus, & Conestablius; paxque constituta in Galliis mense Martio, non diu duratura. bellum duodecimo Iulii aduersus Anglos susceptum, qui Portum Gratiæ occupauerant, & exeunte Iulio à Gallis receptus est. Rex 16 Augusti (aliqui Septembrem notant) suæ tutelæ factus, Regnum cœpit administrare. Finis nunc tandem sacro Concilio Tridentino impositus est. Germaniæ inter Nouatores continuatas Tragœdias *narrat Genebrardus*. Moschouiæ Dux Polocensē in Russia alba Ducatum Poloniæ Regi eripuit. pleraque anno insequenti habita concilia Prouincialia in Hispania & Italia, ex generalis concilii Tridentini præscripto.

1564 Indict. 7. | Pij 4. 5 | Philippi 9 | Caroli 9. 4

Ferdinandi Cæsaris an. 9. Inter Galliarum Regem Carolum, & Elizabetham Angliæ Reginam, pax promulgata 23 Aprilis. arx vrbi Lugdunensi imposita. Scotiæ Regina Lenoxio Duci Henrico Stuarto nubit. vita excedit Ferdinandus Cæsar Viennæ 7 Kal. Augusti, sui desiderio apud omnes relicto: succedit Maximi-

Christi.	Pont.	Hispa.		Reg. Franc
			lianus 2. ex Ferdinando & Anna Hungariæ Regina filius. *Onuph.* Horrendis morbis extinctũ Caluinũ *testatur ipse Beza: vide Genebrardum in Chron.* felicior Staphili obitus: qui Lutherum malè à Dæmone exceptum *(vt scribit Apol. 2.)* deserens, nunc Catholico ritu diem clausit. Nicolaus Radiuilius Dux ad recuperandum Polociæ ducatum Missus Moschis ad Vlam fluuium pugnæ copiam facientibus triginta eorum millia cecidit.	
1565 *Indict. 8.*	6 *Pij 4.*	10 *Philippi 2*	*Maximiliani 2. Cæsaris an.* 1. Dat hic annus Melitæ Insulæ à Turcis obsidionẽ 15 Kal. Ianuar. inchoatam. soluta ea est ineunte Nouembri, audito aduentu Proregis Siciliæ. occubuerunt Turcarum 23000 millia. ex Rhodiis Equitibus 313 reliqui 187 magna ex parte vulnerati grauiter. Magnam Indorum nunc ad Fidem conuersionem narrant Indicæ Historiæ. Adrianus Turnebus, Professor Regius, diem obiit Parisiis. In Anglia Puritanorũ Secta exoritur. hi ab omni vetere & ritu, & vestitu Ecclesiasticis abhorrentes, purè se à Catholicis segregant, vt ne Reginæ quidẽ suæ, quam Caput Ecclesiæ dixerunt, aliud imperanti velint obedire. *Sander.* Fato cessit Pius 4. mense Decembri: electus Pius 5 Romæ 7. Idus Ianuarii: Pontifex natus ad Christianæ Reipublicæ magnum incrementum, si longiore eum vita Deus donasset. hic natione Lombardus Insuber, Ordinis Dominicanorum, antea dictus Michael Gislerius, & Alexandrinus Cardinalis. Sex Concilia Mediolanensia *extant Tom. 5. Concil.* habita annis, 1565 1569. 1573 1576. 1579. & 1582: à Carolo Borromæo, Archiepiscopo, quem Paulus V, anno 1610 retulit ipsis Kal. Nouembr. in Sanctorum numerum. Obiit Laynes Romæ 19 Ianuarii, secundus in Societate IESV Præpositus Generalis: subrogatur 2. Iulii Franciscus Borgia. antea Gandiæ Dux. vide vtriusque vitæ scriptores.	5 *Caroli 9.*
1566 *Indict. 9.*	1 *Pij 5.*	11 *Philippi 2*	*Maximiliani 2. Cæsaris, an.* 2. Hoc ineunte anno creatus, vt dixi, Pius V. Fœdus Sacrum in Turcas meditatur, cui nomen dederunt Hispani, veneti, Italiæ Proceres, & Melitenses; plerisque etiam aliis in hanc societatem Sacri Belli inuitatis. reliqua ab eo gesta paucis *Genebrardus* prestrinxit ad hunc annum. Solimannus, Turcarum Princeps, in Hungaria, ante Sigeti expugnationem moritur in castris: Selimus filius Turcicum capessit Imperium vsque ad annum 1574. quas nunc in Scotia dedit Tragœdias Iacobus nothus Morauiæ Comes, in Reginam & Catholicos, *narrat satis Genebrardus.* Palatinus Russiæ Tartaros à Tocaiensi oppugnatione ex Hungaria redeuntes fugauit.	6 *Caroli 9.*
1567 *Indict. 10.*	2 *Pij 5.*	12 *Philippi 2*	*Maximiliani 2 Cæsaris, an.* 3. dedit hoc anno Flandria suos tumultus, à noui dogmatis authoribus excitatos: quos notatis etiam rerum gestarum diebus, *Genebrardus* Lectori exhibuit. Mẽse Augusto, in Belgium venit Albanus Dux, à Rege Hispano Prorex substitutus Ducissæ Parmensi, quæ iam supra annos 7 prouincias illas pacifice administrauerat. Gallia à 5 ferè annis vtcunque pacata, nouis nunc bellorum facibus cœpit inflammari. ab Huguenotis 18 Septembris itum est ad arma. Condæus Regẽ ad Meldas vrbem intercipere conatus, spe frustratur, Heluetiis strenuè se hosti obiectantibus, dum Rex, noctu elapsus Lutetiam tenuit. Condæus, castris ad Dionisii Fanum positis, Lutetiam obsidet 10 Nouembris. pugnatum ad Lutetiam inter Regios, & Condæanos. Cæsus Anna Monmorancius, Regius Conestablius. victoria tamen à Rege stetit, in fugam conuerso cum suis Admiralio. qui inde digressi (ne victi viderentur) Carnutum obsident. *Histor. Franc.* Henricus Regis frater, exeunte ferè Nouembri, totius militiæ renuntiatur Præfectus. Casimirus, Palatinus Comes Rheni, magni ductor exercitus, in Gallias	7 *Caroli 9.*

...ictt.	Pont.	Hisp.		Reg. Franc.
			subsidio Huguenotis aduenit: captæ vtrinque, receptæque vrbes plures.	
1568 Indict. 11.	3 Pij 5.	13 Philippi 2	*Maximiliani 2. Cæsaris, an.* 4. In Flandria Dux Albanus, Egmontanum Comitem, Hornensem, aliosque Fœderatorum Principes securi percutit, idem Dux non longè à Gruninga, vno atque altero conflictu 8500 hostium millia occidit, signis 13, & tormentis bellicis 25 potitus. Totidem iterum hostes ab eodem cæsi narrantur exeunte Septembri mense. itáque Belgio toti tũc quidem pacem restituit. Magnobritannia, in vtroque Regno res Tragicas hoc tempore habuit, deflendas potius, quàm scripto repetendas. in Gallia, dum Condæus, & Casimirus Carnutum frustra obsident, pax 13 Martij constituitur, dicta Carnutensis: sed mox interrupta, dum Condæus, exstructis, vt ferunt, insidiis vix euadens, bellum redintegrat. Monantius Aureliam quidem obsidione liberat: sed mense Octobri eius copiæ in Pictonibus à Monpenserio & Brisaco fusæ sunt. quo tempore obiit in Hispania Elizabetha Regis vxor, soror Caroli Galliarum Regis. Turcis Mecham ad mare Rubrũm eripiunt Saraceni.	8 Caroli 9.
1569 Indict. 12.	4 Pij 5.	14 Philippi 2.	*Maximiliani 2. Cæsaris, ann.* 5. In Gallia hoc anno bis iustâ acie certatum est. primùm quidem duodecimo Martij pugnâ Iarnacensi apud Xantones. hic Regius exercitus, ductore magno Principe Henrico Regis fratre, feliciter ad Iarnacum traiecto flumine, nolentes Condæanos compulit ad conflictum. in eo certamine fusis fugatisque Huguenotis, cæsus est Condæus equo deiectus: Princeps nobiliore tumulo longè dignissimus, excipiendusque, si eum Admiralij Colinei consilia pręposterа in hunc acerbum casum non pręcipitassent. post hanc pugnam periit Dãdelotus Thalassiarchi huius frater. adsunt è Germania Caluinianis auxiliares copiæ. ab his capta vrbs Charitas: eodemque anno Castelheraudia: obsideturque ab Admiralio Pictauium: sed dum Guisius vrbem propugnat, & Regis frater 7 Septembris Castelheraudiam obsidet, coactus est Admiralius Pictauiensem obsidionem soluere: ventumque est 3 Octobris ad alteram huius anni pugnam Monconturianam; ex qua cæsis iterũ Caluinianis, nobilis victoria regiis; & Caluinistis magna rerum inclinatio nata est. victi, se in Vasconiam & Septimaniam recipiũt. Nemausũ, & aliquot oppida expugnant. Rex Fano S. Angeli potitur. adfuêre Regi in hoc certamine aliquot equitum & peditum millia, missa à Summo Pontifice. quo anno idem Pontifex Cosmum Medicæum, Hetruriæ Ducem Magnum renuntiat. In Scotia, Regina è custodia, qua tenebatur à Caluinianis, euadit: at in Angliam fugiens, violato omni hospitij iure, arctiore custodiâ ad obitum vsque detinetur. Albertus Marchio Brandeburgicus inuestituram ducatus Prussiæ tanquam feudatarius solemni ceremonia à Rege Sigismundo accepit. Iisdem fere mensibus, nouendecim Moschorum millia sub iugum missa. Sex millia Tartarorũ capta. Septembri vero mense duodecim Tartarorum millia occidione deleta	9 Caroli 9.
1570 Indict. 13.	5 Pij 5.	15 Philippi 2.	*Maximiliani 2. Cæsaris, ann.* 6. Carolo Regi 26. Nouẽbr. iuncta connubio est Elizabetha Austriaca, Maximiliani filia. Turcæ Venetis Cyprum eripiunt. Pacis Edictum in Gallia promulgatur. Italiam vexat terrę motus, qui Ferrariæ vastas edidit ruinas. Obiit Franciscus Balduinus Iuriscõsultus, Caluini Hæresim, qua aliquãdo imbutus fuit, sanctè detestãs. Apud Scotos Iacobus nothus Morauiæ Comes, pręcipuus ac penè primus in eo Regno Religionis Orthodoxæ impugnator; vixdũ, Regina Regno pulsa gubernacula solus tractare cœpit, cùm à suæ Sectæ homine, postea tamen Catholico, percussus animam efflauit: posteris relin-	10 Caroli 9.

quens exemplum, parum esse humano consilio ad magnas opes aspirare; nisi etiam diuina ope protegente præstetur securitas. Similis penè casus eos, qui in hac Regni administratione eum sequuti sunt, excepit. Ignatius Azebedo, & socii 38, è Societ. Iesu, dum Indiam petunt, trucidantur à Iacobo Soria Hæretico pirata; & proximo anno, eiusdem Societ. alii à Ioanne Cadouiltano Hæretico cæsi in causa fidei sunt. Hoc anno ob duas discrepantes Theologorum de concepta virgine Maria sententias; Pius 5. edixit, (quod antea fecerat Sixtus 4) ne partes dissentientes alterutram erroris insimularent.

1571 Indict. 14. — 6 Pij V. — 16 Philippi 2. — 11 Caroli 9.

Maximiliani 2. *Cæsaris, ann.* 7. Insignitur hic annus nobili charactere, reportatæ victoriæ naualis amplissimæ 7 Octobr. à confœderatis Christianis contra Turcas, Duce Ioanne Austriaco Caroli 5 notho, iuxta Naupactum Achaiæ vrbem, vulgò Lepanto. huius certaminis locus aliquantulum declinat ab Actio Promontorio, versus Corinthum. captæ Turcarum triremes 180. incensæ 20. depressæ totidem. tribus horis, quibus pugnatum est, cæsa Turcarum 25 millia. in his Magnus Bassa. Christiani recuperati ad 20 millia. Pius Pontifex triumphum Marco Antonio Columnæ, Præfecto Pontificiæ classis decreuit Romæ amplissimum. extat Mureti, præclari Oratoris Galli, ad Pontificem de hac Victoria Panegyricus. Claudius Spemceus Theologus moritur Parisiis 4, Octob. Henricus Dux Guisius matrimonio accipit Annam Cleuensem, Ducis Niuernensis filiam. Ioannes Austriacus Tuneti Regnum legitimo Regi restituit, pulso hoste, & Regi Hispano Regem ipsum reddit confœderatum.

1572 Indict. 15. — 7 Pij V. — 17 Philippi 2. — 12 Caroli 9.

Maximiliani 2. *Cæsaris, an.* 8. Classis Turcica restaurata, Italiam versus vela facit: iterumque Confœderatorum classis Duce Austriaco Turcas in fugam agit. Veneti, rupto Christiano fœdere, pacem cum Turcis constituunt, causam in tarda Hispanorum auxilia coniicientes. Eodem an. infeliciter pugnarunt Turcæ contra Moscos ad Tanaim. *Notat Genebrard. in Pio* 5, nunc Angliæ Reginam anathemate notatam, nominatimque proscriptam à Summo Pontifice Pio 5. quem *scribit. Onuph.* diem clausisse hoc eodem anno, 1. Maii, subrogato Gregorio 13, qui ante dictus est Hugo Cardinalis S. Sixti, patria Bononiensis, è nobili Boncompagniorum familia: electus 13 Maii, 13 annos exegit in Pontificatu. Margarita Valesia, Caroli Regis soror, 18 Aug. datur in vxorem Henrico Borbonio Nauarræ Regi, quem variis bellorum laboribus perfunctum, nobilitatumque victoriis, manent post aliquot

I Gregorij 13

annos, insignis ad Orthodoxam Religionem conuersio, & Christianissimum Gallorum Imperium. Regina Nauarræ Ioanna Dalbret, eiusdem Regis mater, obiit Parisiis 10 Iunii. Accidit 22 Aug. vt Admiralius Colineus Parisiis glande sauciaretur. proximo die Dominico, qui fuit 24 eius mensis, S. Bartholomæo sacer, occiditur cum aliis multis. fuga euasit Mongomerius, qui in suburbiis diuersorium elegerat. Edicto Regio 26 Aug. Caluinistis interdicti omnes Conuentus: demum 4 Dec. Rupellanis Rex bellū denuntiat, misso in eos Bironio. interim hæserant in Lupara Nauarræ Rex, & Condæus. in Anglia Northumbriæ Dux capite plectitur. Obiit Romæ Francisc. Borg. 3 Soc. Iesu præpositus Generalis 30 Sept. successit Euerardus Mercurianus. diem clausit Sigismundus 2. in Polonia rex.

1573. Indict. 1. — 2 Gregorij 13 — 18 Philippi 2. — 13 Caroli 9.

Maximiliani 2. *Cæsar. an.* 9. Henricus, Caroli Regis Galliarum frater Parisiis 10. Ian. ad Rupellanam obsidionem proficiscitur. occisus in hac obsidione 3 Martii Dux Daumalius: sed Sigismundo Poloniæ Rege terris erepto, & Henrico in Poloniæ Regem electione subrogato, die 9 mensis Maii: Rex Carolus 24 Iu-

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Hispa.		Reg. Franc.
			à quibusdam electum anteuertens, Regno & Reginâ Anna Sigismundi sorore potitur. sub hæc, Rodolphus Maximiliani filius, Pragæ 22. Sept. Rex Romanorum renuntiatur. In Africæ Regnis, Fessa & Marocho, exoritur bellum ciuile, Lusitanis tandem etiam funestum.	
1576 Indict. 4.	5 Gregorij 13	21 Philippi 2.	*Maximiliani* 2. *Cæsaris, ann.* 12. In Italia fuit hic annus Genuensibus tumultuosus, exorta de modo eligendi Magistratus seditione. Ioannes Aurea, acceptis aliquot triremibus, pro altera parte armatur: sed iubente Summo Pontifice, odia tandem depositis armis, sedata sunt. quo tempore Hispani milites, non solutis stipendiis, periculosè tumultuantur in Belgio; & Regiæ Prouinciæ magna ex parte ab Hispano deficere cœperunt. Philippus Hispaniæ Rex, abdicato Albano, Ioannem Austriacum Belgio Gubernatorem præficit. In Gallia Conuentus Blesensis habetur, ibi reuocatum pacis Edictum: cuius memini ad an. 1570. & vrbes aliquot ab iis, qui à Caluinistis stabant, occupatæ. Iam Henricus Nauarræ Rex, ad ea loca in Galliis, vbi Condæus hærebat, deflexerat. Isidorum in Aruernia à Francisco Regis fratre, & Prorege deletur. Fato concessit Maximilianus Imperator anno Imperii 12. relinquens dignam optimo Imperatore memoriam: imperat filius Rodolphus, in Comitiis Artobrigensibus renunciatus Imperator. mox inducias ad 8 annos cum Turcis prorogauit.	2 Henrici 3.
1577 Indict. 5.	6 Gregorij 13	22 Philippi 2.	*Rodolphi* 2. *Cæsaris. ann* 1. Res Belgicæ huius anni Hispanis in lubrico fuere. Austriacus, summa vsus comitate, arces aliquot deserit, semotis præsidiis; Hispanos amandat in Italiam, pacemque edicit. Contra Belgæ, licet initio his rebus contenti, tamen ad suspicionem faciles, facilem Orangio aurem præbent, Mathiã Austriæ Archiducem, Cæsaris fratrem, qui præsit Prouinciis aduocant, ab Angliæ Regina oblata auxilia auidè recipiunt; itumque iterum vtrinque ad arma est, euocatis ex Italia Hispanis. In Gallia, post aliquot hostilia tentata, sextum pacis Edictum promulgatur, exeunte Septembri. multa hoc anno Venetam vrbem terruere; classis Turcica, quæ trecentarum Triremium Constantinopoli parabatur, pestis grauis, Palatii incendium, & Ducis obitus. is est Aloysius Mocenigus, rebus gestis clarus: successit Sebastianus Venerius, ad Naupactum cum Austriaco victoria reportata illustris. Stephanus Poloniæ Rex Dantiscum, Septentrionis vnicum & nobile emporium obsidet, deditioneque capit, grauibus pacis conditionibus vrbi rebelli impositis. Gedanenses qui maxime electionem Metropolitani probarunt; quòd insolentius Stephano Regi respondissent, & portorium consuetaque vectigalia temerè detrectarent: Stephanus rex misso contra eos Sboromo, Aulici equitatus præfecto compescuit, cæsis eorum quatuordecim millibus, ad Bydgostiam arcem. Cometa magnarum calamitatum prænuntius, & insolitæ magnitudinis apparet 3 Idus Nouembr. inter Cancri Tropicum & Circulum Arcticum. Franciscus Dragus, nunc ex Anglia soluens, cùm nostri & alterius Orbis maria omnia lustrasset, Angliam tenuit ann. 1580. ex quinque nauibus sola ei superfuit redeunti Prætoria.	3 Henrici 3 A
1578 Indict. 6.	7 Gregorij 13	23 Philippi 2.	*Rodolphi* 2. *Cæsaris. ann.* 2. Funestauit hunc annum deplorandus casus optimi Principis, Lusitaniæ Regis, Sebastiani. Muleus Mahometus, Regno pulsus à patruo suo Abdemelecho, Sebastianum vocat in subsidium, spondens dotem fore quicquid in Numidia acquireret. Rex quingentarum nauium classe, qua flos Regni Lusitanici, & robur vehebatur, 9 Iulii Tingim appellit: castra ad Alcazarem ponit: certatur: morbo extinctus in ipsa acie Abdemelechus: sed Barbaris magna arte mortem celantibus, protrahitur pugna. Lusitani non sustinentes equitatum Barbarorum, fusi	4 Henrici 3. A

fugatique sunt: cæsi duo Reges, aliique plurimi. superfuit Sebastiano hæc gloria, fudisse vitam pro Christianæ Religionis incremento. Henricus Cardinalis defuncti Regis patruus, Emanuelis filius, quinque gubernatores designat, qui tantisper Regno præessent, dum de successorum iure deliberatur. Ioannes Potrona ductor Cosacorum vir magnanimus, & admirabili corporis fortitudine præditus; quod libertate militiæ Polonicæ & dominio regni Poloniæ abusus fuerat, Leopoli iussu regis capite plexus est.

In Belgio nobilis clades Rebellibus inflicta à Regio exercitu, cui duo præclarissimi Duces Ioannes Austriacus, & Alexander Farnesius Parmæ Dux præfuerunt. in ordinum exercitu cæsa 10 millia: capti permulti. Ad hanc victoriã sequuta est multarum urbium deditio: sed in Batauis Orangius Amsterdamum nobile emporium deditione accepit. Antuerpia Religiosi ab Ordinibus eiecti, quòd in ipsorum verba aduersus Regiam Maiestatem iurare recusassent. sæuitum in Catholicos est ab Vltraiectensibus, & Gandensibus. Casimirus à Gandauensibus, è Germania, & Alençonius è Gallia à Valonibus vocantur, & adsunt: sicque vænale prostabat Belgium. Interim moritur Illustrissimus Princeps Austriacus, relinquens Farnesio Regiæ potestatis Imperium. Anglicana Persecutio in Catholicos, nunc Martyres dedit illustres: vbi post opprobria, carceres, & vincula: læsæ Maiestatis crimen habitum est, professione Catholicum agere. Comes Bothuellus Scotus, apud Danos in carcere moritur. Parisiis pontis lapidei inter Augustinianos & Luparam iacta fundamenta.

1579 | 8 Gregorij 13 | 24 Philippi 2. | 5 Henrici 3.

Indict. 7.

Rodolphi 2. Cæsaris, an. 3. Henricus Galliarum Rex Ordinem Equitum sancti Spiritus, Parisiis in Basilica Augustinianorum Eremitarum instituit: cui Rex ipse Regali trabea indutus solenne initium dedit. Apud Belgas, Parmensis arcem Karpẽsem, oppidis omnibus trans Mosam receptis, recuperat, & Ordinum equitatum omnem prosternit. Traiectum 29 Iunii expugnat, trucidatis plurimis. Egmondanus Comes, & Kennebergius Regi reconciliantur. Farnesius externos dimittens, cœpit Belgico milite esse contentus. Angliæ Regina seuerè in Sacerdotes, Religiosos, & Seminariorum in Vrbe, alibique alumnos edicit: verùm tanta Reginæ, vel eorum potius, qui illi à consiliis erant, seueritas: & Angliæ nomen dedit inusitatæ crudelitatis; & pios viros ac Principes magis ad dotanda seminaria impellebat. Venetiis moritur Sebastianus Venerius: Nicolaus Pontius, longo rerum vsu & Legationibus conspicuus, subrogatur Reipublicæ Dux. Lata tunc ibi Lex sumptuaria, quæ vestitui & conuiuiorum sumptibus modũ ponebat. Exarsit nunc magnis ignibus Ætna Siciliæ mons. Stephanus Poloniæ Rex in bello contra Moscos captis in Alba Russia arcibus, felicitate piaque clementia illustris extitit. captiuorũ numerus par exercitui Polonico abductus perhibetur. hic finem imponit suæ Chronologiæ Gil. Genebrardus Parisiensis Theologus, pietate, linguarumque peritia conspicuus: & quem spectata virtus ad Archiepiscopalem tandem euexit dignitatem.

1580 | 9 Gregorij 13 | 25 Philippi 2. | 6 Henrici 3.

Indict. 8.

Rodolphi 2. Cæsaris, an. 4. In Galliis Ferra Morinorum oppidum, quod Condæus occupauit, nunc Rege iubente, à Marignono obsessum, receptumque est. sequuta est hos tumultus pax nouis conditionibus constituta. promulgatum Edictum est anni sequentis mense Ianuario. Apud finitimos Belgas, Orangius in Regiam Maiestatem contumeliosus proscribitur, & res Ordinum in deterius in dies prolabuntur, captis á Farnesio vrbibus variis, Mortaigno, Cortraco, & Niuella. pugna insuper ad Groningam

inita,Regii victoresConuardia arce potiūtur. Anglia nunc Franciscum Dragum,Orbe toto circumnauigato redeuntem, prædaque ingenti onustum excepit. Hispanis,Italisque in Hiberniam nunc missis, parum feliciter res cessit. De iure & successore Lusitanici sceptri certatur: cumque iam mense Ianuario Henricus Rex Sebastiani patruus diem clausisset, stabat in Lusitania Antonius armatus,qui ius regni suum esse dicebat. Albanus è Sicilia cum 150 Triremibus & 80 Onerariis iubente Hispano rege appulit in Lusitaniam.hic profligato Antonio Vlisipponem occupat,aliaque oppida deditione accipit. Antonius fuga in Galliam euasit.

In Italia Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux vita cessit apud Taurinates mense Augusto.Ducatum & Pedemontium successor tenuit Carolus Philibertus filius. Venetiis Senatus Augustus Augustissimo Eucharistiæ Sacramento asseruando, loculum miræ artis & pretii ad 30 nummorum millia consecrauit; pietatis suæ perpetuum apud posteros monumentum. Stephanus Poloniæ Rex nouas prioribus victoriis contra Moscos adiicit. occupauit enim ducatum Velicolucensem amplissimum multis munitionibus ingenti conatu expugnatis: cæsis ad extremum in acie quatuor lectissimorum equitum millibus,quos Moschus in subsidium Foropecensibus miserat. Apud Danos post obitum Ioannis Holsatiæ Ducis,Rex Daniæ Fridericus 2. Haderslebiam & Kemdesburgum;cætera Adolphus demortui Ducis frater,(sic partiti inter se ditionem)acceperunt. Sinan Bassa missus in Persas vincitur,cæsis Turcarum 20 millibus. Philippus 2 duo Collegia apud Peruanos, Patribus Societatis Iesu erexit;alterum in vrbe Mexico præcipua nouæ Hispaniæ,alterum in Cusco Peruani Regni capite. Euerardo Mercuriano 1 Augusti Romæ defuncto,subrogatur Societatis Iesu Præpositus Generalis, Claudius Aquauiua sub initium sequentis anni 19 Febru. Sub idem tēpus, & hoc insequente præsertim biennio,aliis quibusdam nostri ordinis patribus,aperiri cœpit diuinitus ianua ad Sinarum conuersionem.à quo tempore, non destiterunt ad annum vsque 1616. quo hæc scribo,labore arduo & insigni fructu nobilissimæ genti illi nouam euangelii lucem patefacere. Scribit Nicolaus Trigautius noster,in sua de Sinicis rebus historia lib.4.c.3.hoc regnum, esse illud ipsum,quod apud aliquos scriptores magnum Cataium est appellatum.neque hodie regionem aliam esse vllam extra Sinenses muros,quæ vocetur Cataium.addit, Pechinum, regiam esse vrbem,eiusque milli authores magnum Can vocant,qui nunc est Sinarum Rex.eo enim tempore quo Tartari Sinarum regnum occupauerunt, Rex Tartarorum Pechini fixit sedem, & Cambulum nominauit.

1581 | 10 Gregorij 13 | 26 Philippi 2. | 7 Henrici 3.

Rodolphi 2.Cæsaris an 5. Alensonius Andium Dux,Henrici regis frater,in Flandriam vocatus,ab ordinibus Gubernator, Protectorque creatur. Parmensis externum reuocat militem. Mathias Archidux,contemptui habitus,Belgio excedit. Ioannes Castutianus,Philippo Regi à libellis,perfidiæ suæ,qua Orangio arcana Regis aperiebat, pœnas dedit exeunte Octobri. Gregorio 13,autore, Calendarii vitiis, insignium Mathematicorum industria,correctio adhibita est, & anno 1582 promulgata.de qua re prolixè satis *Tom. 1. c.* 19. Moschus malè a Stephano Polono toties mulctatus;Pontificem rogat, vt arbiter pacem constituat. quò missus à Gregorio Antonius Posseuinus Societatis Iesu, optatā inter hos Principes pacem firmauit; soluta obsidione Plescouiæ, quam in Moscouia Ducatus Plescouiensis Metropolim, Polonus ad mediam vsque hyemem tenuerat obsessa.erat in pacis condi-

Indict. 9.

tionibus, vt Liuonia tota ad Polonum rediret.

1582 Indict. 10. | 11 Gregorij 13 | 27 Philippi 2. | 8 Henricus 3.

Rodolphi 2. *Cæsaris ann.* 6. Pax Galliæ vtcunque nunc fuit: fuissetque vtinam annis proximè insequentibus. Anno Christi 1581, Scheruinum, Briantum, & Campianum; hoc verò, qui excurrit, anno Ioannem Paynum, constantes in fide Catholica propugnanda Athletas sustulit è medio Anglicana Persecutio; æquè seuera, ac Christianis illius Regni Principibus ante hoc Seculum insueta. Classis, quam Regina Antonio Lusitanis restituendo, & prædæ Indicæ diripiendæ instruxit; fœda tempestate fracta est, & demersa. pugnatum iterum est ad S. Michaelis Insulam, & Tarceram; profligatis Antonianis 7 Kal. Augusti. Teresa, Virgo nobilis Hispana, de Iesu dicta; quæ Carmelitarum Ordinem restauratum restituit, nunc septuagenaria fato feliciter cessit 4 Nonas Octobris: reconditum sub marmore corpus incorruptum manet. Vita cessit Albanus Dux Vlisippone 12 Decembris, Ferdinandus Aluares de Toledo nuncupatus, anno ætatis 74. Dum Alensonius Antuerpiæ renuntiatur Dux Brabantiæ: Orangius sclopeto à Cantabro sauciatus in facie, ingenti tumultui causam dedit: nec à periculo abfuit Alensonius: qui tamen, post sedatam hanc procellam, Brugas Flandrorum adnauigans, Comes Flandriæ inauguratur. interim Parmensis Leusium, Aldenardam, & Liram leuibus aliquot præliis victor recuperat. Rex Poloniæ adeptus possessionem Liuoniæ ad religionem catholicam inter Russos schismaticos & Liuones hæreticos propagandam collegia Societatis Iesu Polociæ, Rigæ, Derpati, & in Transyluania Claudiopoli, Albæ Iuliæ regia munificentia fundauit.

1583 Indict. 11. | 12 Gregorij 13 | 28 Philippi 2. | 9 Henricus 3

R*odolphi* C*æsaris, an.* 7. Belgis inconstans valde fuit hoc anno rerum status. Antuerpiæ grauis peracta pugna inter Alensonium, & Oppidanos, cæso Gallorum magno sanè numero. Alensonius seditionis culpam referebat in Antuerpiensium suspiciones inanes: contra Oppidani Gallorum insidias criminabantur: & licet postea Alensonius cum his Confœderatis denuo transegerit; ipse tamen, posthabitis illis apud Belgas titulis, in Gallias rediit, non vltra Belgium reuisurus. Parmensis inter hæc Endouiam, Duyn-Kercam, & Neoportum recipit: Alostum item, aliaque non parui momenti loca. Quidam, qui se Caroli V filium mentiebatur, detectâ fraude capite plectitur. quo etiam tempore Bursa Antuerpiensis (mercatorum domus celebris) conflagrauit fortuito incēdio. Sæuitum hoc anno in Anglia non modò in Catholicos, sed in aliquot Puritanos; quòd ægrè ferrent fœminam dici Caput Ecclesiæ. Nec caruit Scotia suis etiam Tragœdiis. ex iis, qui in Regem impiè conspirauerant, Vicecomes Ruffenus capite plectitur. Philippus Hispaniæ Rex in Lusitania iam Rex renuntiatur: & habito Olisippone Ordinum Conuentu, Albertum Austriacum Cardinalem Regno illi regendo præficit. manebat adhuc Tercera Insula in fide Antonii: propugnatores habebat ex variis nationibus ad 6 armatorum millia. Marchio S. Crucis soluens 22 Iulii ex Insula S. Michaelis, post biduum in Terceræ cōspectum venit, breuique victor Insulam tenuit. In Germania Genhardus Coloniensis Archiepiscopus, mense Decembri Bonnam occupans, Augustanam Confessionem complectitur, homo intemperans, & ad sacrilegum connubium aspirans. Conuentu Ordinum Diœcesanorum habito, decernitur excidisse sua dignitate. malè sanum hominem execratur Pontifex, vrgetque cum Cæsare Capitulum, ad nouam electionem. mense Maio proximo Ernestus Bauarus, Leodiensium Præsul, renuntiatur Archiepiscopus Coloniensis, præsente Legato Apostolico Ver-

cellensi

cellensi Episcopo. durauit, opera Casimiri & quorundam Lutheranorum, aliquandiu concertatio de occupatis oppidis: sed tandem anno sequente penè consopita. In Salsata Orientalis Indiæ Peninsula, tribus à Goa passuum millibus disiuncta; Rodolphus Aquauiua, & socii quatuor è Societate Iesu, mense Iulio pro fide martyrium passi sunt.

1584 *Indict. 12.* | 13 *Gregorij 13* | 19 *Philippi 2.* | 10 *Henrici 3.*

A

Rodolphi 2. Cæsaris, an. 8 In Gallia 25 Iulii Rex Pacificationis Edictum refigit. moritur Franciscus Alensonius Andium Dux 10 Iunii in arce Theodorici. In Anglia Dux Nortfolcius, accusatus cõspirationis initæ cũ Albano Duce, de captiua Scotiæ Regina in libertatẽ assereũda, capite plectitur. Apud Belgas, Yprenses à septẽ mensibus obsessi, tãdem Parmẽsi reconciliantur, datis victori obsidibus 9 Aprilis. idem à Brugensibus factũ 22 Maii. Orangius sclopeto traiectus 10 Iulii, extẽplo moritur apud Batauos. Mauritiũ ex Anna Saxonia filiũ, qui annũ 18 agebat, Fœderati Holãdiæ & Zelandiæ Ordines Orangio substituũt Ducẽ. Parmẽsis, capta Teneramũda oppido, coegit Gãdauenses ad deditionẽ. recepta vrbs est 27 Sept. magnã experta Ducis Parmensis clementiã, dum iterũ Regis Imperio se subdit. Flandria sic subacta, victor Antuerpiã obsidione cingit memorabili: & cõmeatũ prohibiturus, Scaldim illabentẽ vrbi fluuiũ, iunctis catena nauibus strauit, superimposito ponte, qui 400 pedes Latus propugnacula excipiebat firma; licet hãc molẽ obsessi mira arte sæpe conati sũt euertere.

B

Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux in Hispaniã nauigatione trãsmittit, Catharinã Philippi Regis filiã accepturus in coniugẽ. in quod tẽpus, incidit trãsitus per Regnũ illud, Legatorũ Iaponicorum, ad Romanũ Pontificẽ Gregorium 13 missorũ; vt Regũ nomine ei obedientiã præstarent. In Suecia magno Catholicæ Religionis detrimento diem claudit Catharina, Sigismundi primi filia & Sigismũdi 3 Poloniæ Regis mater, magnis uirtutibus ornata fœmina. Ioannes Basilii, qui Posseuini interuẽtu pacem antea cum Polono constituit, nunc moritur 28 Martii, Principatus hærede relicto Theodoro. Induciæ inter Imperatorem & Turcas in nouem annos prorogatæ. Circa hunc annum plenior patere cœpit aditus PP. Soc. Iesu ad Sinarum conuersionem. *lege Duiarricum Tom. 2. rerum Indicarum lib. 4. c. 20. & deinceps. vide an.* 1580.

1585 *Indict. 13.* | 1 *Sixti 5.* | 30 *Philippi 2* | 11 *Henrici 3.*

A

Rodolphi 2. Cæsaris, an. 9. Gregorius 13 magnis Pontificibus comparandus, meritorum plenus, cum iam Iaponiæ Legatos audiisset, annuissetque eorum postulatis, uita cessit, maximo per Christianum Orbem desi[...]rio sui relicto, Romæ 10 Aprilis, & ætatis anno 84 Electus 2[...]rilis in Pontificem Sixtus V, Cardinalis S. Hieronymi[...]an[...]ctus Felix, Ordinis Minorum religiosus, è Marchia Anconitana oriundus. Apud Belgas Neomagum Geldriæ Metropolis Regi se subdit. Bruxellenses 13 Martii se quoque Regis potestati permiserunt. idem præstitit Mechlinia 19 Iulii. restabat adhuc obsessa Antuerpia; vbi ingeniosa illa, & monstro similis machina, vrbe emissa in Pontem, aditum patefecit: edita etiam Regiorum strage: sed mox reparato hoc damno, subacta demum Antuerpia est 17 Augusti, Regem agnoscens Brabantiæ Ducem; quando nobilissimum illud emporium sensim restitui cœpit. Parmensis 27 Augusti velut triumphans vrbe exceptus est. Dum hæc aguntur, Legati Ordinum Confœderatorum Hollandiæ & Zelandiæ euincunt in Anglia, vt Regina Belgicæ ditionis tutelam accipiat. missus Robertus Dudleus Lecestriæ Comes, qui Fœderatos regeret, acceptis prius in fidem Vlissinga & Brila maritimis oppidis.

B

Hic status fuit, & penè interitus Fœderis Belgici in Principem natiuũ; quando in Gallia aliud narratur initũ Ianuillæ 7 Februar.

hoc quartum, si bene numeres Lector, huius Seculi in Europa magnorum Principum fœdus est; initio splendidum, multisque titulo Religionis probatum, progressu dubium, exitu calamitosum, sed de quo dubitare mihi venit in mentem; dolendum magisne sit de nobilissimi Regni intestina hac & diuturna clade; an gaudendum de Prouidentia Diuina, quæ tandem in Henrico 4 instauratorem Regni dedit insperatum. Regē verè Christianissimum, & Diuinæ beneuolentiæ ergaGallicā Monarchiam maximum profectò argumentum. *Aurei Velleris Ordo* à Philippo Burgundiæ Duce Belgicique Imperii conditore primùm institutus, & postea à Carolo 5 circa annum 1516 auctus; nunc tandem à Philippo Hispaniæ Rege penè collapsus pristino splendori restituitur. Quidam se Regem Sebastianum, qui prælio Maurico in Africa occubuit, dicebat; captus fraudisque reus habitus periit. Infeliciter pugnant in Perside Turcæ, cæso Sinane Bassa. Domiti tamen nunc à Turcis Maronitæ ad montem Libanum. Apud Americam Virginia Insula detecta, ad Septentrionem vergens, soli vbertate cœlique temperie nobilis, Anglorum Coloniam accipit ab iisdem reperta.

1586 *Indict. 14.* | 2 *Sixti 5.* | 31 *Philippi 2.* | 12 *Henrici 3.*

Rodolphi 2. Cæsaris, ann. 10. Diem clausere hoc anno Antonius Perenottus medendi arte vir clarus, & Martinus Azpilcueta Nauarrus, ætatis suæ 94, Kalen. Iulii, vir doctrina & pietate insignis. refertur quoque in mensem Decembrem obitus Petri Victorii Florentini. idem annus vitæ vltimus fuit Octauio Farnesio Parmensium Duci, & Margaritæ Austriacæ Caroli V filiæ, (quæ antea Flandriam administrauerat,) parentibus Alexandri Farnesii hæredis, nunc Proregem in Belgio agentis. Illa Februario, Octauius Septembri mensibus vita cessere. Dragus Anglus Hispaniolam noui Orbis Insulam depopulatur. detecta in Anglam Reginam coniuratio. In Belgio Parmensis Grauiam, Venlonam, arcesque aliquot recipit, & rogatu Sixti V Pontificis, Nouesium Coloniensis ditionis oppidum captum, iustis dominis restituit. Stephanus Poloniæ Rex, pridie Idus Decembris, ad meliorem vitam emigrauit, Princeps à prudentia & bellicis artibus laudatus. Comitia de futuro Rege habenda, in annū sequentē indicta.

1587 *Indict. 15.* | 3 *Sixti 5.* | 32 *Philippi 2.* | 13 *Henrici 3.*

Rodolphi 2. Cæsaris, ann. 11. Vario Marte hoc anno in sua viscera conuertit arma. Europa Christiana. Angli Hispanos, Hispani Belgas, Germani Francos exagitant. parabatur in Anglos Hispanica classis: sed Franciscus Dragus, Belgio per Reginam suam euocatus, & 24 nauibus præfectus, Gades adnauigat. in portu 30. naues omni apparatu bellico instructas diripuit; Hispanicis nauibus non modica ex parte incensis, depressis, vel abductis. Reuocatus quoque è Belgio Dudleus Lecestrius, homo bello illi impar: obortoque (quod Alensonio etiā accidit) in eum tumultu, tantùm non eiectus Belgio est ab Ordinum Confœderatis. Mauritius Nassouius Orangius ex Anna Saxonia filius, renuntiatur vnicus Ordinum Gubernator.

Maria Scotiæ Regina, annis penè 20 in custodia Anglicana seuere detenta: nunc tandem Anglis iudicibus, ipsa Anglici diadematis hæres, capite plectitur, 12. Kal. Martii: Princeps nobiliori funere dignissima. Fortitudinis in hoc sexu & Christianæ pietatis singulare exemplum fecisset Deus, vt quæ Iacobo filio in Britanniam vniuersam ius succedendi hæreditario titulo reliquit; Orthodoxam etiam, quam illa constanter, & tot ante eam Reges coluerant fidem, eidem instillare potuisset. Pugnatum in Gallia est 20 Octobris ad Curtracum à magnis vtrinque Ducibus, Henrico Nauarræo Rege, & Annæo Ioiosæo infestis signis. amplam victoriam fortunatus Princeps Henricus reportat; oc-

cubuere vna cum Duce Ioiosæo & Claudio fratre, multi Galliarum Proceres Ducem sequuti, casu sanè nobilissimæ illi familiæ, & Galliæ acerbo.

Per idem tempus Germanorũ exercitus, in Regẽ Henricum tertium, vt ferebatur paratus, iã Gallias infestabat: sed quẽ Guisii equitatus angustiis locorum implicitum, magnis incommodis affecit: ac tandem ad oppidum *Aulneau*, 23 Nouembris fudit penitus, ac profligauit. Obiit in Italia Franciscus Medices Magnus Hetruriæ Dux: Ducatum tenuit Ferdinandus, S.R.E. Cardinalis, Francisci frater mense Octobri. Eiusdem anni mense Augusto mortalitatem reliquit Guillelmus Gonzaga Mantuæ Dux: successorem habuit Vincentium filium vnicum. In Comitiis Polonicis, post concertationem satis longam, Rex eligitur Sigismundus Sueciæ Princeps, Ioannis 3 Suecorum Regis filius, 27 Decemb. Cracouiæ coronatus: abeunte Maximiliano Imperatoris fratre, quem diffidentium quorundam suffragia ad Regnum Poloniæ euocauerant.

1588 Indict. 1 | 4 Sixti | 33 Philippi 2 | 14 Henrici 3

Rodolphi Cæsaris ann. 12. Funestus hic Galliæ annus fuit, quem proximus excipiet plusquam Tragicus. Obiit primum Robertus Bullionius Dux, Geneuæ 11 Iannarii: eius filia & hæres Carolota, data vxor Vicecomiti Turenio. Mense verò Martio Henricus Borbonius Ludouici filius, Henrici Nauarræorum Regis patruelis, Condæus Princeps, morbo oppressus interiit. vxor mense Septembri Henricum peperit Borbonium, nominis quidem & paternæ ditionis hæredem, sed Religione Orthodoxa parente clariorem. In Blesensibus Comitiis 23 Decẽbris, Guisius Dux, Regiâ author irai e cæsus, occubuit. postridie Ducis frater Cardinalis, datis aliis in custodiam, occiditur. Demum Regina mater in morbũ prolapsa viuere desiit 5 Ian. vix duodecim dies Guisio superstes. indoluisse fertur, audita Guisiorum morte: quippe quæ iam lõgo rerum vsu edocta, præuidisse facile putatur nouas Cõfœderatorum iras, & inde nascitura Regni detrimenta.

Hispanus Rex ingentem classem toto triennio paratam, nunc exeunte Maio iubet soluere Olisippone in Angliam. habebat 130 nauigia militaria, omni arte instructa. veteranorum militum vicies mille numerabat, amplior adhuc futura aduentu Farnesianæ è Belgio classis, quæ expectabatur. sed ipso pene die, quo soluit, cœpit tempestate iactari: mox in Anglicanam classem incurrens, præter amissam Prætoriam, alia accepit non leuia detrimẽta. ad Calitii portum dum hæret in statione, Farnesianas naues frustra expectans, Dragus Thalassiarchus Angliæ, spirante valido vento, octo nauigia accensa noctu in Hispanicam classem immisit. Hispani, veriti ne eorum naues flammam conciperent, in fugam recisis rudentibus vertuntur: fugientes fœda iterum excepit tempestas: & Anglicæ naues, quæ procellas tutius ferebant, à tergo sequutæ, Hispanicas aliquot ceperunt, nõnullis etiam depressis. reliqua classis nullo ordine effusa, iactata procellis, longaque nauigatione defuncta, Hispaniam ingloria tenuit.

Infaustus quoq; in Belgio fuit hic annus Farnesio, qui prohibentibus Cõfœderatis nunquã potuit clasẽ adunare. ægreque Hispano Regi accusatus satisfecit. Montes, ad Zomã Brabantiæ oppidũ, aggressus, soluit cũ suorum aliquot iactura obsidionem. cum Pastranio Duce, & Ascolio Principe, nuperà Rege missis, dissidiũ habuit: tandẽ ad aquas medicas secedẽs, Mansfeldio cõmittit Belgii vicariã Præfecturã. Pacatiores fuere res Italiæ, nisi quod Emanuel Sabaudiæ Dux Carmaniolã (in qua 4000 ænea tormenta fuisse narrantur) & totum Salassorum vulgo Saluciæ Marchionatum occupauerit. Ferdinandus Magnus He-

truriæ Dux, Lotharingi Ducis filiam accepit vxorem, impetrata prius à Summo Pontifice venia Legis Ecclesiasticæ, quæ facilis erat Principi nondum ad Sacerdotium promoto. Fridericus Daniæ Rex huius nominis 2. obiit mense Martio, anno Regni 30. successit in regnum Christianus hæres paternæ ditionis.

1589 | 5 Sixti 5. | 34 Philippi 2. | 15 Henrici 3.

Indict. 2.

Rodolphi 2. Cæsaris an. 13. Regiomontanus, ante centum annos Mathematicus, præcedentis anni tristes prædicens euentus, grãdemque vbique luctum; potuisset etiam & hunc iam excurrentem, funestis suis ominibus addidisse. Constantinopoli seditionẽ grauem concitarunt Legionarii, iniecto etiam domibus incendio, quod supra 12 ædium millia vorauit. Elizabetha Anglorum Regina cum Sultano Christiani nominis iurato hoste fœdus init aduersus Hispanum. Maximilianus spe aliquotque suffragiis Rex Poloniæ; captus à Sigismundanis, vix agente Summo Pontifice per Aldobrandinum Cardinalem (qui postea Clemens 8. fuit) à vinculis dimittitur. In Italia exundans Tyberis vrbem effecit nauigabilem. Venetorum ciuitas exæstuantis Adriatici maris vndis penè obruta. Geneuam, rebellem & hæreticam vrbem, Sabaudiæ Dux frustra obsidet. Angliæ Regina Turcico fœdere, & præcedentis anni victoria gestiens, bellum Hispano infert, Ducibus Don. Anthonio, & Drago. Angli Olisipponensi suburbio potiti, per ignotam regionem vagantur; vbi à Lusitanis duriter excepti, fugatique, ægrè laceram classem exeũte Iunio in Angliam reducunt; abductis è Tagi ostio nauibus aliquot frumento onustis. Belgium solito æstuata bello, rem non infeliciter gerente Mansfeldio, dum Parmensis ægro admodum corpore Aquisgranium secedit. Cosacorum iniuris lacessiti Tartari, vastãt Podoliã & à Cosacis Nisouiis supra Borysithenem profligatur.

Gallia restat, acerbo & supra opinionem hominum perculsa casu, coeuntibus per omes ferè Prouincias, armatisque in Regem Confœderatis Catholicis. de quorum conatibus obiter, sed pro instituta breuitate satis dixi 1585. Magna rerum inclinatio facta, & ciuitatum defectio (vt ommes nôrunt) maximarũ. quo vno nomine hunc animorum motum appellem vix occurrit. certè si Paroxismus vocari debet, inuasit ille multos mortales omnium Ordinum, etiam Religiosos, Præsules, Senatores. Illuxit dies Kalendarum Augusti, quãdo Regio aucto exercitu, Rex ipse Parisiensi vrbi armatus imminebat; Lutetia postridie cæterisque, vt spes erat, vrbibus, potiturus: nisi infelici casu dies ille Catholico principi fuisset vltimus, in quo desiit regnare Valesiorum familia. Sed parce Lector quisquis es, si nullius auribus hic seruio. facere enim non possum, vt hoc maleferiati hominis, & iniqui percussoris facinus temerarium, vehementer non damnem. Scribant variarũ nationum homines quæ velint: ego nullo vnquam diuino vel humano iure permissum puto subdito, priuato, aut cuiuis personæ his artibus in Principem insurgere, quãuis ille Hæreticus foret: nedum si legitimus, si Catholicus est, si Rex Christianissimus. in scelere nulla Religio est, & malis artibus Diuinum Numen nunquam bene colitur. Altero ab excessu Regis die, Henricus Borbonius, ex defuncti Henrici Regis codicillis, & Salica Lege, Rex Galliarũ renũtiatur; postquã soléni iuramẽto Religionis Catholicæ cõseruationẽ, vbi ea sarta tecta adhuc esset; & Regni ex auita cõsuetudine administrationẽ promisisset. vtrũque Magnus Princeps postea præstitit: obstupescente terrarum Orbe ad immensam hanc Dei prouidentiam, qui supra quam sperare potuissent homines, afflictis Galliæ rebus dedit restaura-

torem, eumque Catholicum tandem & maximis Galliarum Monarchis comparandum.

1590 Indict. 3. | 1 Vrbani 7. 1 Gregorij 14 | 35 Philippi 2. | 1 Henrici 4. Borbonij A

Rodolphi 2. Cæsaris, an. 14. Vidit hic annus tres pontifices. obiit Sixtus 27 Augusti: electus Vrbanus septimus 15. Septemb. Romanus, antea dictus Ioãnes Baptista Castaneus, Cardinalis S. Marcelli: sed ante inaugurationem diem clausit, die 27 eiusdem mẽsis, subrogatur Gregorius 14 Mediolanẽsis, electus 5 Decembris, ex Illustri familia, prius Nicolaus Sfondratus, Cardinalis S. Cæciliæ nuncupatus. Henricus Borbonius, iam Rex Galliarum renũciatus, insigni victoria potitur 14 Martii apud vrbem Druydum in Normannia, quam Rex obsidebat. In hac pugna, quæ Yuriensis dicta est, cæsus Comes Egmontius, qui Belgicas copias, à Parmensi missas, ducebat. Fuso exercitu, Menius Fœderatorũ Princeps Suessiones, & ad tutiora loca se recepit. Druydum vrbs cessit victori, qui bene vsus victoria, post Meodunum, & alia pleraque loca recepta Lutetiam arcta cingit obsidione, quam absente Menio Dux Nemourius propugnabat. & quamuis aduentu Parmensis Ducis, qui è Flandria subsidio Confœderatis venerat, soluta obsidio fuerit exeunte Augusto: tamen post reditum Parmensis in Flandriam (qui incidit in finem Nouembris mensis) mutata sunt Fœderatis in peiorem statum ferè omnia. Sane raro durant fœdera, in Principem coacta rarissimè, ac tum etiam multo infirmiora sunt. Mansfeldius Ber Kan ad Rheni ripam, oppidum egregiè munitum, occupat tumultus Hispanorum Belgicus ob non soluta stipendia, & aduentus Parmensis in Galliam, Flandrico bello modum aliquem posuerunt. | B

1591 Indict. 4. | 1 Innocentij 9 | 36 Philippi 2. | 2 Henrici 4 Borbonij. A

Rodolphi 2. Cæsaris, ann 15. Obfuit Regiis in Belgio principum inter se diffidentia, Farnesiique excursio illa in Galliam, vt Rothomago obsessæ vrbi subueniret. quo tempore Mauritius instructa classe Surphaniam, Venlonam, aliaque locatum dolo, tum virtute occupauit. Interim Hispanica classis Blauetum portum minoris Britãniæ occupat. Fœderatis in Gallia ereptæ vrbes Carnutum, Nouiodunum in picardia, & Ligurium. In delphinatu porrò, & alibi, nihil fere illis felicius cessit. Daumalius Eques ad Fanum S. Dionysii cæsus. à fœdere deficit Niuernensis Dux. Guisius 15 Augusti è custodia Turonẽsi, qua detinebatur, euasit. In Germania Argentinense Carthusianorum Monasterium, anno 1311 erectum, nunc à Lutheranis solo æquatum est. Turcæ Comaram in Hungaria mense Iulio expugnant. Papa Gregorius 14 moritur Romæ 15 Octobris: electus Pontifex Innocentius 9. Bononiensis, dictus Ioannes Baptista Fachinetti, Cardinalis SS. quatuor Coron. creatus 29 Octobris: diem clausit 30 Decembris, quem sequetur Clemens 8. Anglica classis, quæ exeunte hoc anno ad fauces Atlantici maris constiterat, inuasura naues Hispanicas, auro onustas ex India aduentantes, inito certamine profligata est ab hoste, & aduerso maris æstu superata. | B

1592 Indict. 5. | 1 Clementis 8 | 37 Philippi 2. | 3 Henrici 4. Borbonij.

Rodolphi 2. Cæsaris ann. 16. Mauricius in Belgio aliqua oppida capit, dum Parmensis ægro corpore tantum non decumbit: qui hoc anno rediit è Gallia, & 16 Nouemb. Atrebatum delatus, ibidem diem clausit 3 Decemb. quem Scriptores magnis laudibus prosequuntur: vt erat magni animi Princeps, victoriis bellicisque artibus clarus, Christianæ Religionis promouendæ conseruandæque cupidissimus. Interim res Belgicas Petrus Ernestus Mansfeldius moderatur. Filium Carolum exeunte hoc anno destinat in Galliam, qui Fœderatos iuuet. Turcæ in Croatia Vihitzio arce, & magna victoria potiuntur. aliunde Bassa Budensis Tripolim Insulam depopulatus, ad fines etiam Austriæ diuagatur: dum de ciuili Germanorum discordia componenda, & bel-

Regis obsequium certatim pene redibant. Vitrius Eques Meldarum deditione Regis conciliatur. Meldas sequuntur Lugdunum, Aurelia, & ipsa vrbs Regia 9 Kalend. April. Brissaci Gubernatoris industriâ. Senatus Turonibus Lutetiam reuocatur; Carnuto, Magnum seu Prætorianum Consilium. rescissum tunc Senatus decreto, quidquid antea in Fœderatorum fauorem decretum reperiebatur: & Menio abrogata omnis regēdi potestas. Lotharingus Dux pacē cū Rege constituit. Guisius in Principis sui gratiā rediit. Menius Burgūdiam sibi suscepit defendendam, interim dum Mercurius Dux ope Hispanorum Britanniam ægrè admodum tuetur. Capellam quidem expugnauit Mansfeldus. Rex vero Lauduno & Cameraco potitur. B

Sumptum Parisiis seuerum, vti par erat, supplicium de his, qui necis Brissonii V. C. conscij reperiebantur: sed quanto æquiore iure de sicario illo, & parricidalis animi iuuene, qui tunc vesano ausu Regi vulnus inflixit, Deo sane grauiorem ictum auertente, vt Christianissimū Principem ad Gallici Imperij restaurationem reseruaret. Creauit quidem ea res errorem, & Clarimontani Collegij moderatoribus fraudem, sub quibus aliquandiu literas ille didicerat, vt fuerunt tempora illa suspicionum plenissima. auxitque commentum apprime, ex recenti bello intestino natū, & nondum restinctum odium. Sed illorum P. P. integritas, tum amplissimi Senatus Parisiensis decreto, (qui causa hac districte ventilata, nullum huius criminis vestigium in illis reperit:) tum tandem Regis Christianissimi iudicio, bonorumque omnium suffragio satis superque comprobata mansit. præterea in hoc iudicio nostri seculi Nouatores, quorum plerique, quo sunt à Deo & Religione Orthodoxa auerso animo, insignes hactenus per Gallias Angliamque extiterunt in nostri Ordinis homines calumniarum artifices. de quibus apposite diuinoque ore Christus, *mentientes propter me*: atque iterum: εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν. Hoc nos quidem solatur satis, & æquissima causa quam doctissimi atque integerrimi viri tot iam suis scriptis à scelerata hac iniuria vindicarunt. his vero (quod prioribus Hæreticis euenit) quid nisi inuidia & maleuolentiæ nota in posteritatem redundabit? C D

Turcæ fœderatorum suorum Tauricanorum Tartarorum ducenta equitum millia in Hungariam euocant, quibus cum Poloni transitum per fines suos negarent, illi delectu habito septuaginta equitum millia qui reliquis iter aperirent, præmiserunt. Verum his Ioannes Zamoscius regni Cancellarius occurrens, pugnæ copiā ita fecit, vt 1800 ex suis desideratis, 30000 in acie prostrauerit. Sigismundus Rex Vpsaliæ in Suecia coronatur. In Poloniam redit, Carolo Patruo Sudermanniæ Principe Prorege relicto. Cosaci tribus prælis Palatino Valachiæ superato, tota ditione vastata, cum oppulenta pręda, & septuaginta tormentis bellicis ad sedes suas redeunt.

Est in Hungaria Iauarinum oppidum, (Raab vocant) palustri loco conditum; quod nec actis cuniculis suffodi, nec admotis scalis superari potest.. Hæc vrbs post bimestrem obsidionem venit deditione in potestatem Turcarum 29 Septemb. cum omni apparatu bellico. Commarram Insulam, lato flumine à continēte diuisam, tentauit quidē Turca, Sinanes Bassa: sed frustra. Sigismundus Battorius, Transyluaniæ Princeps, à Sultano deficiens, venit in Romani Imperatoris societatem: & prædam ingentem, direptis Turcarum nauibus, referunt noui socii, potiti Ottomannico auro, quantum nunquam anteà in Hungariam Turca transmiserat. In Italia, Turcica classis Rhegium Calabriæ op- E

stituta: qua firmata, actum in Cracouiæ Comitiis est a Sigismũdo Poloniæ & Sueciæ Rege altero item Sigismundo Transiluaniæ Principe, & ab Imperatore; de bello in Turcas instaurando. Extincti, Amuratus 3, Turcarum Princeps, (cui succedit Mahometus filius, natu maximus:) & Persarũ Rex: cuius filius bellũ in Turcas redintegrat. quo etiã tẽpore Anglica classis ab Hispanis versus Americã profligata est: & viuẽdi finẽ fecit Dragus ductor classis, nostri seculi memorãdus Pyrata. Apud Venetos post Paschalis Ciconiæ obitum, Dux renuntiatur Marinus Grimannus. Summus Pont. & Italiæ Principes numerosum hoc anno militem recensuere ad bellum Hungaticum contra Turcas.

1596 | 5 Clementis 8 | 41 Philippi 2 | Indict. 9 | 7 Henrici 4. Borbonij.

Rodolphi 2 Cæsaris an. 20. Renuntiatus hoc anno est Belgii Prorex, Albertus Cardinalis Austriacus. dum bellum ille Philippi cum promouet aduersus Francos, Calitium expugnat 24 April. & Ardeam Picardiæ oppidum proximo Maio occupat. Rex Henricus Feram vrbem eodem mense recuperat: Attrebatensemq; agrum vastat. Guisius prouinciæ Phocensi datus Prorex, Massiliam fluctuantem Regi subiicit 17 Feb. anni subsequentis. Pons Parisiensis ad Luparam à Carolo IX inchoatus, absoluitur. Burdigalense palatium incendio deflagrat, exusto instrumentorum & litium armario. Peracta hoc anno naumachia est ad fretum Gaditanum, inter duas probe instructas classes, Hispanicam & Anglicam. hæc, 30 armatorũ millia (in quibus Hollandicæ naues plures) numerabat. fugatis Hispanis, Anglus potitus victoria, vrbem etiam Gades, expositis in continentem copiis, captam incendit, rediitq; in Angliam. Mohometes, ducto in Hungariam numeroso exercitu, Agriam vrbem, Hungariæ propugnaculum, capit: & postea, clade datâ & acceptâ, rediit Constãtinopolim, appetente Autumno. Nunc primùm lucem aspexit post tot secula synodus illa prætensa, quæ iuxta Lutetiam fertur habita anno 825, vti ibidem Commemoraui: Francofurti excusa: & in qua aduersus 7 synodum Oecumenicã, Nicenam secundã, conati sunt collecti illi de cultu imaginum disceptatores, statuere imagines ad fidelium quidem instructionem in templis prostare; non autem ad cultum illis in prototypo exhibendum. sed hanc prætensam synodum refellit abunde, Illust. Card. Bellarminus in appendice, tract. de cultu imaginum. Cardinalis Caietanus in Poloniam à Pontifice destinatur Legatus. cætera per Italiam quieta, nisi quod Ferrariensis Dux (cui iustis natalibus successores nulli erant) frustra expeteret Ferrariensis Feudi inuestiturã, concedi Cæsari Estensi patrueli, & adoptiuo filio. sicque tandem ad Pontificem redire cœpit Ferraria. Diem clausit Toletus Cardinalis doctrina & virtute conspicuus; primus è Societate Iesu à Clemente 8 ad hanc dignitatem assumptus.

1597 | 6 Clementis 8 | 42 Philippi 2 | Indict. 10. | 8 Henrici 4. Borbonij.

Rodolphi 2. Cæsaris an. 21. In Gallia Albertus Cardinalis Ambianum Picardiæ Metropolim stratagemate intercepit Martio mẽse. Rex Henricus eandem vrbem postero die obsessam, recepit 19 Septemb. grauior Hispanis clades illa fuit, quâ Mauricius in Brabantia strauit Legiones Regias & 5 equitum turmas, potitus Spoliis opimis. mox Frisiæ partem, qua Rhenum spectat, occupauit. In Hungaria Maximilianus Iauarinum, & Sigismundus Transiluaniæ Princeps Temesuarum arcem, obsidione, sed frustra hoc anno tentârunt, contra nitentibus Turcis, & vario Marte certantibus. Interim Persarum Legati cum Ottomannicis pacem & amicitiam firmant. Quæ res Mahometo, in Christanos bella promouenti, pergrata accidit. Theodoro Moscouiæ Duci mortuo, successit germanus Boris Theorides. Sedulam dat operam Pontifex, vt pax inter duos Reges Francum & Hispa-

num componatur. Diem clauserunt Sabaudiæ Ducis coniux, filia Regis Hispaniarum: (quatuor filios reliquit superstites:) & Ortelius Geographicus.

1598 | 7 Clemēt. 8 | 43 Philipp. 2 | 9 Henrici 4. Borbonij. | Indict. 11.

Rodolphi 2. Cæsaris ann. 22. Magnis duobus Regibus, Franco & Hispano pacem attulit hic annus. Philippus primum Isabellam primogenitam, Alberto Cardinali, deposita purpura, iungit connubio. Canonis de Sacro ordine rigorem, Pontifex ob bonum publicum laxat. dotis nomine Burgundiæ Comitatus, & Belgij dominium assignantur. Interim Franciscus Mendosa, Arragoniæ Admiralius, Regiis copiis in Belgio Præfectus, Berka, Diœcesis Coloniensis vrbe, in potestatem suam redacta, (eam antea occupauerant Mauriciani,) Batauis Rheni nauigationem præclusit. Successit optata illa inter Reges pax 2 Maij, dicta Veruinensis, posteà Parisijs, & alibi publicata. In cuius societatem Albertus Archidux, & Sabaudiæ Dux venerunt. Conditiones inter alia, restituendas decernebant arces & vrbes vtrinque occupatas, ac commerciorum ius liberum. Eodem anno Armorica vniuersa, Mercurium Ducem anteà sequuta, ad Regis obsequiū rediit. Catharina Borbonia, Regis soror, Lotharingo Principi desponsata. A B

Post hæc Philippus Hispaniarum Rex, huius nominis 2, desiit esse inter viuos, Idib. Septemb. in Regia, quam Escuriale vocant, insigni & pietate Princeps, & zelo erga Dei Ecclesiam, vti eius vita, & suprema monita testantur; quibus ille Regnorum caducā spem, & periculosum esse Mundi fastum testatus, suos, vt in Ecclesiæ gremio constanter hærerent, grauiter est hortatus. Tandemque Christiano Orthodoxoque more expiatis culpis mortalitatem reliquit, ætatis anno 72, successore Regnorum designato filio Philippo, eius nominis tertio. C

In Hungaria, Adolphus, Viennæ Gubernator, Raab, seu Iauarinum 29 Martij egregio stratagemate Turcis eripit, effracta perartæ tormenti ictu porta principali: quatuor horas certatum est intra vrbem, tandem cæsis 1600 Turcis, tormenta maiora recuperata sunt 185. Transiluaniæ Princeps Sigismundus, qui ineunte ferè Aprili Transiluaniam & Valachiam cessit Rodolpho Cæsari, rursus præter hominum opinionem è Silesia rediit Claudiopolim mense Augusto. Valachi, deletis 13 Turcarum millibus, mox Nicopolim captam incendunt. Matthias Archidux Budæ obsidionem à Kal. Octob. ad 11. Nouem. protraxit: sed suburbio, alteraque vrbis arce receptis euersisque, præcipuam arcē ad deditionem compellere non permisit cœli inclementia. Sigismundus Rex Poloniæ Gedano soluens classem in Suessiam destinatam vi tempestatis amittit. Ipse cum paucis in Suessiam delatus vix Caroli Patrui sui insidias euasit. Sopitum mense Ianuario bellum inter Pontificē & Estēsem de Ferrariensi Ducatu. Cæsari, Alfonsi Ducis Estēsis adoptiuo filio, permissa Feuda, quæ Sedi Apostolicæ non erant obnoxia. Ferraria Pontifici reddita. mansit itaque Cæsar Dux Mutinensis, matre ex familia Rueria, & Ducis Vrbini amita, multisque nominibus dignus qui inter illustrissimæ Estensis familiæ proceres numeratus, Ducum seriem continuaret. Hac hyeme intumescens Tybris Romam fecit nauigabilem, ipsis Christi Natalitiis: extatque prodigiosæ inundationis notata altitudo, in Pronao Basilicæ in Minerua. D E

Batauі, aperto nouo versus Septentrionem itinere ad Sinas & Molucas Insulas, quatuor nauibus vecti, penetrare hoc anno cōtendunt. Idem à pluribus tentatum, sed infelici successu. paucos in Hollandiam rediisse narrat Historia de hac nauigatione conscripta. In Hibernia Comes Tyronius, submissis aliquot ex Hif-

pania auxiliaribus copiis, pugnat pro Religione Orthodoxa cõtra Anglum P roregem, nunc quidem satis feliciter. Diem clauserunt Thomas Stapletonius Anglus, & Benedictus Arias Montanus, Theologi insignes, ac linguarum Latinæ, Grecæ, & Hebraicæ notitia probè instructi. enituit etiam Montani egregia in Bibliis Antuerpiensibus consignandis industria. Obiit Hispali in patrio solo. Suos hoc anno Martyres Iaponia dedit, sex Franciscanos, qui insigni constantia in Crucem, iubente Quabacundono, adio bierunt.

1599 Indict. 12. | 8 Clemẽtis 8 | 1 Philippi 3. | 10 Henrici 4. Borbonij.

Rodolphi 2. Cæsaris, ann. 23. Margarita Austriaca, destinata P hilippo 3 vxor, & Albertus, ex connubio cum Isabella Hispanica designatus Princeps Belgicus; post solenni ritu Ferrariæ 15. Nouemb. præcedentis anni peracta à Clemente Pontifice sponsalia, tùm Hispani Regis, tum Alberti: nunc tandem Februario mense Genua soluunt in Hispaniam, Barcinonem prospero flatu delati mense Aprili: eodéque anno peractæ magno apparatu tot Principum nuptiæ. Albertus & Isabella Barcinone soluunt 7 Idus Iunii: & per Italiam, Heluetiorum fines, Alsatiam, Lotharingiam, & Lucemburgenses peruenerunt in Brabantiam. excepti magno apparatu Bruxellis 5 Septemb. Mox etiam ab Antuerpiensibus 6 Idus Decemb. Tunc tandem Belgium Principes suos aspexit; cum eius administratio penes plures, quos supra recensui Proreges fuisset, ab obitu Mariæ Burgundicæ vxoris Maximiliani; per quam à Burgundis ad Austriacos Principatus iste deuolutus est.

Interim non cessabat certatio cum Mauricianis. Sed nihil in huius anni pugnis, quod operæ pretium esset, ab ullis effectum. tantum Albertus Angliæ Reginam, vt pacem probaret, literis suis adduxit. Rediit in Belgium cũ Archiduce Alberto ex Hispania Philippus Nassouius, Orangii Princeps, Guillelmi filius: cui in itinere Orangius, seu Arausicanus Principatus prope Aucnionem restitutus est. Batauorum classis Canarias depopulata, in reditu oborta tempestate demergitur cum opimis spoliis.

In Gallia cum Margarita Regina Valesia, magnis naturæ dotibus ornata Princeps, sed quæ tertio sanguinis gradu Regem contingebat (de quo impedimento matrimonii cum Henrico nulla Pontificis venia intercesserat) aliam etiam, vti plures scribunt, dissoluendi matrimonii aperuisset causam; effectum, vt Summus Pontifex ex Principis vtriusque consensu, improbato hoc matrimonio, locum iure fecerit nouo coniugio cum Maria Medicæa, Francisci Hetruriæ Ducis filia. peractas nuptias vendicat sibi proximus annus. In Suecia Carolus Finlandiæ Dux, Sigismundi Regis Poloniæ patruus, Stocholmiam, Calmoniam, Sueciæque vrbes plures occupat: mox in Finnones protracto bello, eosdem domat. Andreas Battorius Cardinalis, inito cum Soltano Thraciæ fœdere, Transyluaniam occupans, Valachiam etiam sibi subiicere parabat. Sed Michael Vayuoda, qui pro Cæsare ibi stabat, collecto exercitu, fudit Transiluanos, potitus vrbibus Clauseburga, Husta, & Albaiulia. periit Cardinalis, à Valachis in fuga trucidatus: sicque Transyluania ad Rodolphum Cæsarem rediit tota. Henricus Ioiosius, Illustrissimi Cardinalis Ducis Ioiosei frater, spretis magnis opibus, post 3 annos quos annuente Pontifice Prorex in Occitania nuper ciuilium bellorum tempore exegit, iterum nuntium seculo remittens, in pristinam se PP. Capucinorum abdit solitudinem. In qua postea egregius Concionator factus, sanctissime obiit, vnica filia superstite, quæ Mompenserio Principi Bòrbonio nupsit. Quo etiam tempore Marchionissa Bellinsulana Fuliensium Monialium institutum

sequuta, egregium contemptarum deliciarum exemplum posteris reliquit.

1600 | 9 Clementis | 1 Philippi 3 | 11 Henrici 4. Borbonij. | Indict. 13

Rodolphi 2. Cæsaris an. 24. In Veruini pace, constituta inter duos Reges, Pontifex nominatus fuit, qui de Sabaudiæ Ducis dissidio cum Rege arbiter pronuntiaret. Sed res infecta mansit. Dux Marchionatum Salussianum reddere procrastinat: vrget Rex: cœptum inde bellum Allobrogicum. Paucis diebus Rex Sabaudiam occupat, expugnatis Burgo, Camberiaco, Montmeillano, aliisque locis, vsque ad Cibenica iuga (vulgò *Mont cenis*) nec pax potuit, nisi ineunte proximo anno componi, opera Illustrissimi Cardinalis Aldobrandini, ad id à pontifice delegati. Marchionatum Dux retinet ex conditionibus pacis: cedit Regi agrum Bressianum: centum insuper aureorum millia numerat ad belli reparanda dispendia. Inter hæc, Maria Medicea, Regi desponsata, Auenione Regio spectaculorum apparatu, demum exeunte anno Lugduni ab ipso Rege excepta est. A B

In Belgio periculosè tumultuati hoc anno sunt Archiducis milites ter mille, ob non soluta stipendia: qui Diestho occupato, æquè penè ac hostes Belgis suis erant molesti. hanc tenuit occasionem Mauricius, & Creuecordium, propugnaculumq; S. Andreæ occupat: deportato insuper in Flandriam exercitu, Neoportum obsidet, sed frustra. Ibi ad noctem vsque pugnatum est infestis signis, præsente Archiduce. Fusus Catholicus exercitus. Sed mox milite disperso ad signa coeunte, effecit nouus exercitus, vt Mauricius suos in Hollandiam & Brabantiam reduceret. Triremes, quas Fridericus Spinola ex Hispania adduxerat, paulò ante, 20 Batauorum naues vectorias superauêre. C

Ingens nunc Orbi innotuit Gauriensium fratrum scelus in Scotia, qui parricidali ausu Regem, spe potiundi thesauri in arcem, quam vicinam habebant, benigne abductum, trucidare aggressi sunt. Admiratione dignum est, in tam inopinato difficilique casu, nec Regi inermi dignos Principe spiritus, nec adolescenti (qui dum certatur superuenit) animum defuisse, ad armatos sicarios hos, vnico ense tollendos è medio. Sigismundus Battorius, olim Transyluaniæ Princeps, nunc Moldauiæ Regulus, dum Transyluaniam recuperare studet, profligatur à Valachiæ Prorege; qui Moldauiam ad Cæsaris iura transire cogit. Cæsar tamen Georgium Hastam, Valacho reuocato, præficit illis Prouinciis. Hic Transiluaniam in Cæsaris fide retinuit. Expugnatur nunc à Turcis Canissa oppidum munitum valde, vbi Mercurii Ducis, è Gallia nuper ad Hungaricum bellum profecti, virtus ac consilia enituerunt. Sed Turca armis Persicis petitus, pacem exposcit à Cæsare. D

Fuit hic annus in vrbe, & per Orbem Christianum, Iubileo insignis: quo ingens apparuit Secularis huius veniæ consequendæ ardor, apud auitæ Orthodoxæque Religionis cultores. Batauorum quatuor naues hoc anno, per Caput Bonæ Spei ad Molucas penetrârunt, ignoto illis ac difficili itinere. Duæ ex Amboina Insula, Molucis proxima, Cariophyllum exportant. post, Molucas, (quod & reliquæ fecere) adnauigantis & per Iauam, exploratumque iam iter rediere in patriam. Diem clausit Florimundus Remundus Burdigalensis Senator, vir cum aliis titulis, tum illa etiam commentatione celebris, qua imperitos homines docuit, nunquam Romanam Sedem, portentum illud muliebre Ioannam excepisse. E

In huius anni mensem Maium incidit insignis illa de rebus fidei concertatio, ad Fontem-bellaqueum, spectatore atque etiam certaminis moderatore rege Christianissimo, in amplissimo principum

principum Regni, & summorum virorum consessu habita Caluinianum dogma propugnabat D. Plessius de Mornay, inter huius sectæ professores habitus egregiè literatus. Rem Catholicam agebat Dominus Iacobus Dauy du Perrõ, tunc quidē Episcopus Ebroicensis, posteà S.R.E. Cardinalis, & Senonum Archiepiscopus. vir insigni literatura, aliisque dotibus raris conspicuus. Summa disceptatio fuit, vt temerator & falsarius probaretur Plessius, quòd in libro nuper à se edito aduersus Sanctissimæ Eucharistiæ veritatem, antiquorum patrum testimonia in suam traducturus opinionem, pessima fide corrupisset. nec fuit doctissimo præsuli operosum, id comprobare. Nullus prolatus locus, ex quo non fuerit falsi compertus, Caluinismi propugnator. Sed non potuit diu in acie stare consternatus miles, aut adduci vt post primam velitationem redintegraret pugnam. Ergo dum postero die ad certamē expectabatur, fugā noctu animo conceptam, manè nullo salutato hospite celerauit, stetitque nobilis victoria Catholico Athletæ, vti testatum reliquit Rex ipse in eo diplomate quod libello Illustrissimi Cardinalis Perroni, de hac concertatione edito præfixum habetur. Catholici antistitis vestigia secuti Frontonus & Bordesius Theologi nostri, Plessium clarè impostorem suis scriptis probarunt. imprimis vero & cumulatissimè id præstitit noster Richeomus, qui libros plures Gallicè loquentes, & sanè eloquentes dedit in lucem: in quibus prudenti ac diserta scribendi ratione vsus, non modo Plesium confutauit: sed calumniarum quoque in nostrum ordinem authores, vario & apologetico opere, egregiè si vllus alius, mendaces esse comprobauit. Eosdem calumniarum artifices, quos huius seculi hæresis insana in nos armauit: egregiâ posteà & latina apologia repressit Ioan. Argenti, nostrorum per Poloniam visitator. F

Xx

CENTENARII DECIMI SEPTIMI INITIVM.

Regna.

D*Edit hactenus cuiusque Seculi initium suas Regnorum mutationes, Ecclesiæ etiam statum & Orthodoxæ Fidei dogmata, ab Ecclesiæ Patribus Doctoribusque per ætates singulas huc vsque testata. quæ Nouatorum nostri temporis manifesta confutatio est: & ipsis si sapere scirent, ad veritatis lucem illustris, tutaque via. Quid tandem quod nunc labitur Seculum, de Regnis, rerumque publicarum inclinatione daturum sit diuinare difficile est. Coniecturam aliquam capere, in tanto Legum Diuinarum contemptu non ita laboriosum: quando non Dei præpotentis timor, non pacis vinculum, non humanæ societatis innata lex, potuerunt a bellis, & cæde Principum, ab Ecclesiastica Potestatis contemptu, & innocentium oppressione, fraudulentisque in eos calumnijs (vt alia omittam) homines reuocare; ex quo cœperunt infelicia nuper Hæresum monstra, omnem viuendi licentiam aureo poculo Babylonico hominibus propinare. faxit ille immortalis Regnorum Dominus, ne mortalium tot delictis prouocatus, grauius aliquid in tam effrenatam peccandi licentiam decernat: vnde magnarum opum euersiones sequantur: quales Christianus Orbis hactenus tolerauit, non sine ingenti bonorum omnium dolore & lachrymis.*

RERVM GESTARVM SERIES.

Christi.	Pont.	Hispan.	Reg. Franc.
1601	10 Clementis 8	3 Philippi 3	12 Henrici 4 Borbonij.
Indict. 14			

RODOLPHI 2. *Cæsaris, an* 25. In Gallia 5 Kalend. Octobr. Regina felici partu Galliarum Delphinum Ludouicum 13 enixa est. Cuius dextræ, gladii capulum Rex inseruit, precatus vt eo ad Dei gloriam, firmata ætate, vteretur. Venetorum Legati partas victorias, & Regni pacem firmatam gratulantur. Rex Aurelianũ templum, Sanctæ Cruci sacratum, à Caluinistis euersum, curat instaurandum; opus planè Regium, & ad quod promouendum aurum ipse primus obtulit. Quatriduo ante natum Delphinum, Hispaniæ Regina Annam Mariam, futuram Delphini sponsam, enixa feliciter est. In Belgio Franciscus Mendosa, soluta redemptione, liber à Confœderatis dimissus. Mauricius Rinberckam obtinet. Sueci Liuoniam tentant. sed ad KoKenhausium nouem eorum millia cæsa. A

Albertus Archidux Ostendã obsidet, non nisi exeunte triendio capiendam. In Anglia Essexius Comes, quo Duce in Hibernia cum Tyronio Comite feliciter anno præcedente debellatũ est; nunc proditionis reus habitus, capite plectitur 17 Martii. Cuius cranium Bironio, iam in Angliam Legato, ipsa Regina conspiciendum exhibuit, Bironici casus adhuc fortassis nescia. Certè obscurè monens, ne altum saperet. Rediit ille ad Regem mense Septemb. Ludouica Lotharinga Henrici 3 vidua, vita excessit. Repertus eodem anno in Italia est ἀνδρόγυνος vtriusque sexus homo, dictus Daniel Burckammerus, quando & fœminam enixus dicitur. Habitum etiam prodigii loco tintinnabulum in Tarraconensi Hispania, quod præteritis Seculis immotũ, nunc nul- B

Io impellēte sonum dedit. Accolæ Regnorum mutationes illinc portendi ominantur. Hoc anno innotuit Europæ ille, qui multis se Lusitaniæ Regem Sebastianum esse persuasit, vide an. 1578. hic primùm à Venetis detentus, postea Neapolim missus, & inde in Hispaniam, vbi periit.

1602 | 11 Clemētis 8 | 4 Philippi 3 | Indict. 15 | 13 Henrici 4. Borbonij.

Rodolphi 2. Cæsaris, an. 26. Tulit hic annus Belgio res satis turbatas: milites Archiducis tumultum iterum cient, Mauricius Grauiam occupat, Ostendæ obsidio protrahitur, non modicis, tùm obsesso hosti, tùm obsidenti illatis detrimentis. Indica classis in Hispaniam appulit, magnis, si alias, opibus onusta. In Gallia antiqui fœderis pacta, cum Heluetiis innouata. Bironius, & Aruerniæ Comes, detecta coniuratione, Lutetiam missi, custodiæ traduntur, in arce ad portam Antonianam. mox causa à Senatu cognita, ille in ipsa Antoniana arce, die Iulii vltimo, qui Bironio supremus fuit, capite plectitur. Aruerniæ Comes, sorore Vernoiia Marchionissa exorante, vinculis carcereque liberatur.

Sabaudiæ Dux furtiua irruptione, sed irrita, Geneuam occupare conatus est. Felicius tunc Melitensibus res cessit, qui in Africæ ora Mahometam vrbem prope Tunetum, egregio stratagemate captam incendunt, captiuis plurimis & spoliis locupletati. E Germania allatus de Mercurii Ducis morte nuntius in Gallias. Hic Princeps, post præclara in Pannoniis contra Turcas edita facinora, dum in patriam festinat, Norinbergæ 19 Feb. diem Christiano more, sanctéque clausit: & 27 Aprilis Parisiis in æde diuæ Virginis, solenniter ei parentatum est. Turcæ à 9 Augusti inchoata obsidione, Albam Regalem vi doloque expugnatam iterum recipiunt. Derpatum Liuoniæ vrbem, & alias ciuitates Suessi expugnant, aliquot Societatis Iesu Patres in duram seruitutem abducunt.

1603 | 12 Clemētis 8 | 5 Philippi 3 | Indict. 1. | 14 Henrici 4. Borbonij.

Rodolphi 2. Cæsaris, an. 27. Elizabetha Angliæ Regina, 4 April. & quarto supra quadragesimum Regni anno, vita excessit. Æquasset vtinam Religione & meritis Mariam Hungariç, Boemiæque Reginam, Caroli V filiam Rodolphi, II. matrem, quæ nunc Valdoleti in Hispania, post diuturnam vitam cum virtute eximia peractam, mortalitatem hanc reliquit: digna, mortalium omnium, qui eam nouerunt iudicio, quæ à mortali hac gloria & caduca ad immortalem & perpetuam transiret. Sed quàm dispar exitus vtriusque? quam inæqualis est, & multis calamitosa humana sors? A

Iacobus Scotiæ Rex, Reginæ demortuæ Tabulis, publicis Angliæ Comitiis, & suo à proauis demisso stemmate, nunc Angliæ, totiusque Britanniæ Rex publico programmate renuntiatur. Verùm en tibi in ipso vestibulo acerbam luem, quæ Angliam longè latéque depascitur: & coniuratorum in Regem Regiamque familiam parricidales conatus. an ex inueterato (quod aliqui scribunt) odio, dum Angli anteponi sibi Scotos ægrè ferunt, mihi planè incertum est; qui Britanniam à 40 & amplius annis nō aspexi. Illud dici potest, his tot incertis casibus, & humanarum rerum mobilitate moneri Principes, vt vitam cōtinuò agāt Christiano more, à vitiis omnibus, nedum ab Hæresi procul abhorrentem. B

Interim in vicino Anglis Belgio, Ostenda dat funera, & vtrinque certantium Ducum spectatam virtutem. Occubuit Fridericus Spinola, maris illius Præfectus, dum 8 Triremibus instructis, Batauos Ostenda prohibet. fratri mortuo successit in Præfectura Ambrosius Spinola, arctiore Ostendam obsidione premens. C

Altâ nunc pace fruebatur Gallia ſub Henrico Magno, qui maturâ habita deliberatione, noſtri Ordinis homines, vrbibus è quibus iniuria temporum exceſſerant, benignè hoc D
anno reſtituit, publico Edicto,(quod nullus ante eum Galliæ Rex fecerat,) eos Regni incolas decernens: & in omni reliqua vita (quæ non Galliis tantùm, ſed vniuerſo Orbi diuturnior eſſe debuit) tam clementer beneuoleque habuit; tam æquè & & munificè contra maledicorum calumnias (quæ nos, poſt eius obitum reuocatæ ab inferis, tantùm non oppreſſerunt) tuebatur; vt tot beneficiorum memoriam, nulla temporis diuturnitas, noſtris mentibus & monumentis eripere poſſit.

Rhetii in ſocietatem fœderis ad decennium proximum E
veniunt cum Venetis, promiſſo Rhetiis annuo vectigali. In Hungaria Chriſtianus exercitus Turcas profligat, & Hatuana arce potitur. Caniſa vrbs, à Turcis ante occupata, nunc penè tota deflagrauit, ex incendio arcis, quod captiuus Chriſtianus incenſo ſulphureo puluere excitauit. Reliquo huius anni bello Buda à Chriſtianis, Peſta à Turcis vrgebantur. Peſte extinctus eſt Mahometus Turcarum Imperator exeunte hoc anno, cùm paulò ante vxorem & filium violenta morte oppreſſiſſet. Recuperant Poloni à Suecis Deſpatum & cætera Liuoniæ oppida. Caroliſonem Caroli filium, profligato eius exercitu capiunt.

1604 | 13 Clementis 8 | 6 Philippi 3 | Rodolphi 2. Cæſaris an. 28. è Gallia in Canadam, noui Orbis partem, quæ noua Francia dici nunc ſolet, Colonia traducta Montio Duce. Carmelitanæ Moniales, ad priſtinum illius inſtituti rigorē à B. Tereſa conformatæ, in Galliam hoc anno receptæ: quo obierunt Catharina Borbonia, Lotharingi Principis vxor abſque liberis: & in Belgio Petrus Erneſtus Mansfeldiæ Comes, expeditionū Caroli 5 in Africa ſocius. Alberto Archiduci duo acciderunt non ingrata apud Belgas. Expugnata Oſtenda à Spinola 22 Sept. non ignobili deditionis conditione, & pax conſtituta cum nouo Angliæ Rege. Eodem tamen anno Mauricius Caſſandam, IſendiKam, & (quod maioris momenti erat) Sluſam occupauit. Achmates annum agens 15 Turcarum Imperium tenet poſt patris mortem. Perſa Babylonem, & Ægyptum inuadit ſub idem tempus. Magnus Hetruriæ Dux, octo Pyratarum Africanorum Triremes Argieri iniecto igne per ſuos exuſſit. Pax anno proximo, qui ſubſequitur, publicata inter Hiſpanum & Magnobritanniæ Regem. | 15 Henrici 4. Borbonij.

Indict. 2.

1605 | 1 Leonis 11. | 7 Philippi 3. | Rodolphi 2. Cæſaris an. 29. Vita ceſſit Clemens octauus, quinto Nonas Martij, inter præclaros Pontifices iure numerandus, vti eius vita teſtatur. electus ſucceſſor Alexander Medices Coſmi Florentiæ Ducis conſobrinus, Kal. April. dictus Leo XI. ſed præclara meditantem, 27 April. mors immatura abſtulit. Poſt quem 16 Maii Pontificatum init Paulus V antea dictus Camillus Burgeſius, patre Antonio Burgeſio Senenſi progenitus, Romanus, Cardinalis tituli S. Chryſogoni, magno Purpuratorum patrum conſenſu, viuæ vocis ſuffragio ad ſupremum hunc Eccleſiæ Chriſtianæ gradum euectus; quem rerum agendarum magnus vſus, zelus erga Dei Eccleſiam, & ſingularis benificentia commendauerant. Grauis illa de gratiæ diuinæ auxiliis diſputatio à PP. Dominicanis, & noſtris, iubente ac ſpectante Clemente 8, ſæpius habita: nunc finem accepit, ſub hoc ſummo & prudentiſſimo Pontifice, qui ad bonum Eccleſiæ vtilius iudicauit; ſopire, potius quàm fouere, de rebus nondū ab Eccleſia definitis controuerſias. Itaque quod | 16 Henrici 4. Borbonij. A

Indict. 3.

1 Pauli 5.

olim in quæstione de conceptâ B. V. fecêre Sixtus 4. & Pius 5, sapienter edixit, liberum quidem esse vtrisque suam in scholis modestè tueri sententiam: neutram tamen aut damnate, aut error is vel temeritatis insimulare. B

Spinola, qui rem militarem in Belgio moderabatur, recipit operâ Busquouii Vachtēdoncam, Lingam, & prope Rhenū Oldenzelā, olim Saliorum antiquā sedem: eodēque anno in Hispaniam ab Archiduce cum mandatis mittitur. Amisit tandem Geneua suum Bezam Caluinistam, tot bellorum, vt plures scribunt, per Gallias & alibi facem funestam. Aruerniæ Comes, & Interaqueus, iubente Rege Galliæ, carceri mancipantur perpetuo. Cuius etiam imperio æquissimo Parisiis deiecta Pyramis est, quæ criminosis Iambis stabat armata in nostri Ordinis Claramontanos Professores: quos tamen, tanti Regis palàm toties lata sententia: bonorum testimonia, & iteratæ defensiones in lucem veritatis prolatæ, ab omni maculæ suspicione, abunde hoc ipso anno vendicarunt, damnatis publico Parisiensi iudicio Famosis libellis, qui suppresso maledici authoris nomine circumferebantur. C

In Italia trepidatum satis est, ob graue inter Summum Pontificem, & Illustrissimam Venetorum Rempublicam obortum dissidium. Causam dederunt Leges à Senatu Veneto latæ, quas Pontifex pro suo zelo contra Ecclesiæ immunitatem sancitas esse querebatur, & improbabat. Ventum est ad arma, effectum tamen anno, qui proximè sequitur, operâ Christianissimi & Catholici Regis, industriâque singulari Illustrissimi Cardinalis Ducis Ioiosei, Purpuratorū Patrum nunc Decani; vt sedatâ hac tēpestate, ad solitam rediret quietem Italia; depulso periculosissimi belli metu. Interim nostri Venetis vrbibus excedunt. causa hæc fuit. Vetuerat hoc bello ingruente Pontifex, diuina apud Venetos peragi officia, promulgato in hunc finem solenni interdicto. Senatus contrà, ne rebus deesset suis, Ecclesiasticos diuina peragere iussit. ea lata à Senatu lege, plures religiosi ordinis homines, ne contemptis Ecclesiæ censuris diuinum numen offenderent, è Veneta ditione discessere. idem à nostræ Societatis hominibus actum, quamuis vt manerent, non parùm eos princeps fuisset adhortatus. Aliam nostrorum è Veneta ditione exilii causam, nunquam reperient huius seculi Sectarii; qui nobis toties vitio vertunt hanc soli Veneti mutationem, quamuis à volentibus electam. D

Dedit huius anni syderum cursus Eclipsim Solis, & tantam nostro orbe defectionem; vt in plerisque Galliæ locis die in noctem verso, rustici & mercenarii, desertis operis fugâ in domos festinarent; bruta animantia hærerent attonita, & multi mortales, turbatas naturæ leges inclamarent. E

Fluctuant mirum in modum res Trāsyluaniæ, præsidiatiis ob non soluta stipendia imperium Bastæ detrectantibus, & Bockaio rebelle, (qui Turcis se iunxir,) non minimam Regionis illius partem sibi vindicante.

Sed non erit abs re, hoc ipsum paulò altius repetere. Stetit res Transyluanica (nec sine catholicæ religionis optato incremento) quandiu æquitatis amantes Stephanus Rex, Christophorus frater, Christophori filius Sigismundus, & Andreas nepos, Cardinalis, Catholici Principes Rempublic. liberè regebant. At cum Sigismundi tutores, homines Arriani, Lutherani, & Caluiniani, malis artibus cœperunt imperare; ius omne diuinū & humanū sceleri datū est. his nouis & tragicis F

Transsyluaniæ rebus anno 1603. Moses natione Hungarus, secta Arrianus, initium dedit. qui Turcicis copiis instructus Transyluaniam occupauit; facta Claudiopolitanis potestate sæuiendi in Sacerdotes, & præcipuos Catholicæ religionis propugnatores. mirum fuisset, si nostræ Societatis homines eandem Claudiapoli aleam non subiissent. extinctus post mensem Moses à Basta & Radulio Valachiæ Vaiuoda est, hunc tyrannum, vi sequuta Trãsyluaniæ nobilitas præcipua occubuit in eo conflictu. post Mosen conspirans in Cæsarem Stephanus BocKaius, Hungarus & Zuiuglianus Transyluaniam inuasit. Ac sub annum 1606, eandẽ tum Mediesini, tum alibi, in Catholicæ fidei assertores exercuit tyrannidem. breui tamen hic quoque misere periit. Periit & Sigismundus RaKocius, Hungarus & Caluinianus, sub quo res Trãsyluaniæ dum vixit, nullo meliori loco fuere. vide an. 1611, 1612 & 1616. Poloniæ Rex Carolum, quem Sueciæ Proregem fecerat, nũc rebellãtem vincit ac fugat cœsis in magno numero Suecis. Apud Moschos, mortuo Ioanne Basilio, ad duos filios Theodorum & Demetrium spectabat hæreditas: breuique mortuo Theodoro, ad solum Demetrium insignis spei Principem. Borus Hoduinus Tyrannus omnia turbat, sed hunc Deus breui è medio sustulit. Demetrius Moscuæ (quæ Regia vrbs est) post aliquot victorias ope Palatini Sendomiriensis, aliorumque Polonorum reportatas, pridie Kalend. Augusti salutatus Imperator coronatur, & 22. Nouemb sponsalia iniuit (missa in Poloniam legatione) cum Anna Maria Palatini Sendomiriensis filia. Fuit hic annus Cardinali Baronio vltimus, qui diem clausit Romæ anno ætatis 69.

1606 | 2 *Pauli. 5.* | 8 *Philippi 3* | *Indict. 4.* | 17 *Henrici 4. Borbonij.*

Rodolphi 2. Cæsaris ann. 30. Spinola ex Hispania regressus, Rinbei Kam, & quædam alia loca, reluctante Mauricio, recipit. In Magnobritanniæ Regem repetita Londini coniuratio. Scelestum & nefarium facinus, admota occulta face pulueri tormentario, vt plures iam scribunt, perpetrandum erat. detectâ impia coniuratione, Principem Deus ad meliora, vt sperare licet, reseruauit. cæcum tamen mortalium genus est, & credulum nimis mansuras opes, dum ne vix quidem securus est,

Quicumque Regno fidit, & magnâ potens dominatur aulâ.

Te Garnete, dubio iam satis iactatum salo, hæc etiam tempestas immerentem excepit; & ob Religionis disparitatem, illata à priuatæ vitæ ferè hominibus, coniuratis tamẽ hostibus violẽta calũnia. Sed habent mortalia casum, vt iam tibi in Beatis (quod reor) sedibus locato compertum est: vnde hæc mortalia despiciens precibus efficias, vt inueteratum hoc odium molliat dies: & Christo se tandem iungant, qui ab eo hęretica lue disiuncti, nihil nisi hostile in te & calumniosum crimen suggerere Principi, spirareque potuerunt.

BocKaius, de quo paulò ante mentio habita est, potitus Transyluania, Valachia, & Moldauia, Strigonium etiam voluntaria deditione accepit. quem tamen morbus, & inclinatio rerũ Turcicarum impulerunt ad pacem cum Cæsare ineundam: quæ cõstituta est Viennæ 14 Septemb. concessa BocKaio & hæredibus masculis Transyluania. Sequuta etiam pax est inter Cæsarem & Turcarum Principem ad 20 annos firmata, Viennæ 21 Octobr. permisso Turcis Strigonio, & captis vtrinque donatis libertate. Accessit nunc quoque inter Pontificem & Venetam Rempub. pax illa, cuius memini anno qui proxime præcedit. Quidam è præcipua nobilitate sed potissimum hæretici Regem regno pellere connixi sunt, nisi infamibus quibusdam articulis subscriberet. Ventũ est ad arma, & à parua regiorũ manu numerosus perduelliũ

D E A B C

exercitus disiectus, authores ducesque exercitus capti & iussu regis dimissi.

Demetrius Moscus princeps, Germanico satellite ad custodiam sui corporis vtebatur. Mosci ad contemptum gentis suæ spectare interpretantes, coniurant in Principem: eumque Barbarica & parricidali crudelitate trucidant, rediguntque in cineres. In Polonos, qui aderant, externosque mercatores mira feritate sæuitum est. quæsitus sceleri titulus est. Optimus visus, quòd Demetrius cum Pontifice de mutanda Moscouiticæ gentis Religione consilia iniuisset: Poloni sexcenti in frusta cōcisi, canibus alitibusque obiiciuntur: Legati Poloniæ regis in custodiam traduntur: demum habito Conuentu Basilium Ioannidem Cnisium creant principem. Dum hæc aguntur, Alepiensis Bassa rebellis, res Turcicas in magnum adduxit discrimen: victis enim semel & iterum, qui in eum à Turcarum Principe immittebantur, Syriæ tandem Dominum se constituit, initoque cum Persa fœdere, sese ad maiora parabat. Dyrrachium, pulsis Turcis, occupauit hoc eodem anno Marchio S. Crucis, Hadriatici maris Præfectus.

Obiit Iustus Lipsius, Istano Brabantiæ municipio oriundus, in Illustrium Scriptorum Catalogo meritò recēsendus: qui præclara ingenij monumenta ad posteritatem transmisit; & inter cætera, nobile illud carmen supremo stylo exaratum, quo se suaque omnia Diuæ Virgini Halensi piè dicauit, pietatis suæ argumentum memoria dignum sempiterna.

1607 | 3 Pauli 5. | 9 Philippi 3 | 18 Henrici 4 Borbonij

Indict. 5

Rodolphi 2, Cæsaris an. 31. Vt placidissima tandem pace totus Christianus Orbis frueretur, restabat solum, vt Belgium Bellonæ labores turbasque cōpesceret. Actum de ea re est, nec facilè peractum negotium: magno licet, Cæsaris, Christianissimi, Hispani, & Magnobritannici Principum, tum consensu, tum suasu res vrgeretur. Concessum tamē hoc anno (quod debuit esse pacis fundamentū) vt Ordines Confœderatæque Prouinciæ deinceps liberæ Reipub. suique iuris statum haberent. Pax quoque inter Rhetios, & Fontium Comitem, Insubriæ Proregem constituta est. A

In Gallia Regi Christianissimo nascitur filius alter, dictus Aurelianensis Dux. Lutetiæ habita à Clero Comitia. obiit Pomponius Belleureus, à Gratianopolitano Senatu ad Cancellarii Francici munus, vti virtus eius & fides in Regem meruerant, ante aliquot annos euocatus. successorem tanti muneris delegit Rex Præsidē Brulardum de Silleri, varia Romæ alibique obita Legatione, & publicis aliis functionibus conspicuum, atque vtriusque iam Regni Franciæ & Nauarræ Cancellarium. Habita in Belgio Synodus Prouincialis Mechliniæ mense Iulio, sed anno, qui proximè sequitur, approbata à Summo Pontifice. Mortuo nūc BocKaio (qui moriens Transyluanos & Hungaros ad Cæsaris obsequium hortabatur) RaKocius cuius memini ad an. 1605, omnia inuertit in Transyluania. Hungari diadema Cæsari deferunt. Recrudescit in Polonia bellum, & illud intestinum. Sed rebelles numerosi, à Rege, qui paucos admodum numerabat milites, victi fugatique sunt. Carolus Suecus in Liuonia nouas ciet turbas. B C

In Italia hoc & insequente anno hæc euenere. Hugonem, Tyronensem Comitem, ex Hibernia ob Orthodoxam fidem profugum, cum vxore & Liberis, munificè benigneque excepit Summus Pontifex. rebus cum Veneto compositis, pacem idem Pontifex Italiæ restituit; Legationem audiuit Antonii Emanuelis Vunthi Marchionis, à Congi Rege, ad obsequium Sedi Apostolicæ deferendum missi. aliam quoque excepit à Rege Persa-

rum illustrem, quam obiuit Antonius de Gouea, Franciscam Pontianam, crebris miraculis illustrem, 29 Maii, anni insequentis, Sanctorum Catalogo adiecit: demum perlectam iuramenti formulam, qua Magnobritanniæ Rex Orthodoxos sibi subiectos obstringere nitebatur, damnauit. Eandem (quod Regi molestũ fuit) postea Robertus Bellarminus S.R.E. Cardinalis; graui argumentorum pondere confutauit.

1608 Indict. 6 | 4 Pauli 5. | 10 Philippi 3. | 19 Henrici 4. Borbonij. A

Rodolphi 2. *Cæsaris*, *an*. 32. In Belgio de pace nihil aliud effici potuit, quàm vt Induciarum tabulæ ab Ordinibus ad Regem Hispaniæ mitterentur. difficilis adeo fuit, & vtrinque suspecta negotiatio; ac ea potissimum molesta, quæ ad Indicam spectabat nauigationem; à qua Confœderatos abstinere volebat Hispanus Rex. Eo tempore in Lusitaniam appulit classis Indica, vndecim auri millionibus, vt narrant, onusta. Regis filius ante hunc annũ, cum esset adhuc triennis, iubente patre, Castellæ Rex solenni ritu renuntiatus est.

In Gallia tertius Regi natus filius, Dux Andegauensis pronuntiatur. Parisiis molitorum pons, post ruinam sumptuosè & nobiliore opere restitutus est. Dux Lotharingiæ Carolus hoc nomine tertius, mortalitatem relinquit; Princeps omnibus carus, & Orthodoxæ Religionis studio celebris. Magnobritanniæ Rex nouam Coloniam destinat in Virginiam, ad aurum Arugiis, quod profert ea Regio, quærendum. Princeps Arrugianos à Germania euocat, qui Argenti illas inuentas fodinas rimentur.

Ex Italia, Hetruriæ Ducis Triremes circa idem tempus Chio Insulam à Turcis possessam diripiunt. Res Transyluaniæ iterum turbatæ, electo ab incolis, defectionem nouam molientibus, Gabriele Battorio. Nec omnino quieuit Hungaria. Archidux Ma- B
thias, Rodolphi Cæsaris frater, Heiducos, Danubiæ ripam vtramque incolentes, Possonii Comitiis habitis rebellantes reprimit, inito nouo fœdere cum Hungaris & Austriæ Proceribus. Cæsar hoc in deteriorem partem interpretatus, armatur in fratrem: tandem pax constituta est insigni opera Dietristeni Cardinalis. Hæ conditiones probatæ. Rodolphus Tyrolensem Comitatum, & adhærentes Prouincias recipiet: Mathias Austriæ præfecturam, idemque Hungariæ Rex inaugurandus erit, & Bohemiæ hæres, C
si Rodolphus, mascula prole orbatus diem clauserit. Mathiæ Hũgarica inauguratio peracta anno insequente. In Liuonia Carolus Rigæ obsidionem soluere coactus à Polonis, vix euasit incolumis: huic Sigismundi patruo, Sueci obsequium iam antea deferre statuerant, nisi Sigismundus nepos in Regnum paternum, posthabita Polonia, rediret. Demetriani duce RosinsKio, in quem belli moles incubuit, castra ad Metropolim Moscuam posuerunt; strenueque ducem Moschorum nomine Suiscium oppugnarũt. ChodKieuicius regiarum in Lituania copiarum dux Parnauiam nobilem Liuoniæ vrbem Suessis eripuit. Cosaci excursionem Tartarorum in Podoliam vindicantes sub messis tempus Tauricam inuiserunt; & Castam metropolim occuparunt, sed paucos intra dies consumptam ignibus deseruerunt.

1609 Indict. 7. | 5 Pauli 5. | 11 Philippi 3. | 20 Henrici 4 Borbonij. A

Rodolphi 2. *Cæsaris*, *an*. 33. Pax Belgica constitui non potuit: induciæ 12 annorum peractæ Antuerpiæ 14 April. opera præsertim duorum vicinorum Regum, Galliæ & Magnobritanniæ. Christianissimi Oratorem ibi agebat Præses Ioannius, prudentia & longo magnarum rerum vsu apud Christianissimos Reges conspicuus. Extant induciarum Leges typis passim mandatæ. Bataui mox hostiles naues suas, relicto Atlantico pelago, reuocant.

In Galliis Regina filiam enixa. Regni tamen florentis nunc

sub Henrico alacritatem temperauit Ferdinandi Medicei Florentini Ducis obitus. Parabat tunc Rex expeditionem, quæ multis mortalibus, etiam Principibus, metum iniecit, ignaris quò randem tanti apparatus moles se verteret.

Apud Italos Cosmus, demortui Ferdinandi patris hæres, Ducatum Hetruriæ accepit. In eundem annum & Augustum mensem incidit Persica Legatio, cuius supra memini, ad Summum Pontificem, qui decreuit, pro suo erga infidelium ad Deum conuersionem zelo, vt in Religiosorum Ordinum studiis, essent Hebraicæ, Arabicæ, Græcæ & Latinæ linguarũ Professores. Ignatiũ Loyolam, Societatis Iesu Parentem & Fundatorem, vitæ innocentia, & miraculis iam clarum; Beatum 3 Decembr. pronuntiat. Mediolani Fridericus Borromeus, S.R.E. Cardinalis, & vrbis illius nunc Episcopus; Collegium, vbi insignem ille instruxerat Bibliothecam, erigit: quod Bibliothecæ Ambrosianæ Collegium nuncupari voluit, quodque esset Illustrium Virorum receptaculum, & literaturæ melioris officina. Mansfeldius Comes nouo pro Sueciæ Rege exercitu ex Belgio in Liuoniam adducto, Carolum RodKieuicium Polonicarum copiarum ducem primo impetu fere castris exuerat. Mox tamen Carolus collectis suis tergiuersantem Mansfeldium prope Adamantem sic assequutus deuicit non sine cruenta victoria: eodemque die Adamantinam arcem expugnauit.

In Germania obitus Ioannis Guillelmi Cliuiæ Ducis sine liberis defuncti; causam rixandi de successione dedit Brandeburgensi & Palatino. Quò etiam aduolauit Leopoldus Austriæ Archidux, Episcopus Argentoratensis, iussu Cæsaris: qui causam hanc apud se agi edixerat. Recrudescunt noua bella in Moscouia, dum alii Basilium Ioannidem, alii ementitum Demetrium sequuntur, Tertius successit diceptator Sigismundus Poloniæ Rex, & Smolenscum arcẽ munitissimam obsidione cingit, quam anno tandem 1611 expugnauit. Obiit Iosephus Scaliger, virli teratus, Lugduni Batauorum 21 Ianuarii.

1610 | 6 Pauli 5. | 12 Philippi 3 | 21 Henrici 4. Borbonij.

Indict. 8.

Rodolphi 2. Cæsaris an. 34. Infaustus, si alias, Galliæ hic annus illuxit: & tàm acerbi, quàm inopinati casus nuntius. Talis nunc erat Henricus, qualem ad annum 420 descripsi: Regnum florentissimum: Regia opibus, potentia, & liberis quantum Christianissimus Monarcha optare potuisset firmata. & en tibi, ex vltima plebe, omni diritate armatum sicarium, qui tristi repetito vulnere Henricum Magnum, tot deplorandum lachrymis, tollit è medio. Quid agis vetere Casca sceleratior? quò te furia rapit infernalis? quæ parricidalem manum in Rempubl. in Patriæ Parentem, & Regem tot titulis Magnum, proh quàm infeliciter, armauit. Sed tædet me tecum, cuius vel nomen perhorresco, diutius loqui. Neque te multò meliores sunt, loquacissimi illi conuiciatores, qui quà Caluini, quà maleuolentiæ veneno tincti, maledicẽtiæ virus, in Principes Orthodoxæ religionis fautores, & viros etiam Religiosos, diabolica arte euomunt: vt cùm hos, infami hoc læsæ Maiestatis crimine oneratos (si possunt) exturbarint: ipsi tùm Caluinismo, tùm Atheismo locum dent patentissimum. Sed hos etiam missos facio, quos apud simplicis veritatis amatores, apud probos omnes, & longam posteritatem, nil manet, nisi criminis impiè obiecti, & tantæ fraudis sempiterna memoria. Neminem ego hic nomino, Nec ipsi in suis famosis libellis nomen edũt. Mihi igitur nemo irasci potest, nisi qui de se, vt dixit Tullius, velit confiteri.

Ingens ex optimi Principis obitu vniuersam Galliam luctus impleuit, manauitque ad exteros etiam idem doloris sensus,

Supplicio parricida inhumanus periit 27 Maii: qui ad denuntiãdos sceleris participes multis tum blanditiis, tum tormentis exagitatus, conscium criminis præter se neminem esse, omni asseueratione affirmauit. Reginæ (quam Rex pridie tantæ cladis Regio Diademate insigniri fecit) delata Regni administratio, donec adolesceret Ludouicus 13. qui nunc etiam Rex Regnique hæres legitimus est renuntiatus. C

Quiescebat iam, & Induciarum fructu fruebatur Belgium, quando Lugduni Batauorum exorta de Prædestinatione disceptatio acris, duos Nouatores, Gomarum, & Arminium, duarum factionum Antesignanos, eorumque sectatores ad seditionem armatam excitauit. Hispaniarum Rex mense Nouembri potitur Alarchia, firmissimo totius Mauritaniæ propugnaculo; quod Marochi Reges in littore ad Herculis Columnas, ex aduerso Gadium olim excitarunt, Hispanicis ad angustum illud fretum nauibus infestum. Xequus, qui Alarchiam, (Prouinciæ, & huius vrbis nomen est,) Fessam, & Marochum Prouincias tenebat; pulsus Regno hoc suo, à fratre Sidano, huius victoriæ artifex ingeniosus extitit; qui acceptis ab Hispano cẽtum aureorum millibus, Hispanicam classem ex condicto aduentantem amicè excepit, & corruptis auro aliquot custodibus, viam fecit facilem ad victoriam hanc Hispaniæ Regno perutilem. D

In Italia diem clausit Petrus Henricus Fontium Comes, cui in præfectura Mediolanensi successit exeunte hoc anno Castellæ Conestablius. Pax composita inter Sabaudiæ Ducem, & Philippum tertium Hispaniæ Regem. In Germania Iuliacum oppidũ, pulsis indè Leopoldi militibus, expugnatum restituitur Brandeburgensi, & Noribergico Regulis, auxilio Francici exercitus: & positis armis lis Iudicibus Coloniæ dirimenda committitur. Pax etiam constituta inter Rodolphum Imperatorem, & Mathiã fratrem, cœpta tractari Viennæ mense Iulio. Diem obiit Fridericus Palatinus Comes, Imperii Elector, mense Septemb. filiis dato tutore Pontium duce. Obiit quoque Parisiis Gerardus du Haillant Historiographus, 23 Nouembr. Romæ Sanctorum Catalogo additus Carolus Borromæus, olim Cardinalis, & Mediolanensis Archiepiscopus, à Sanctissimo D. N. Paulo V, ipsis Kal. Nouẽbr. Interim dum Sigismundus Poloniæ rex in expugnando Smolensco laborat, & Polonicus voluntariorum exercitus in oppugnanda Metropoli, præclaras aliis in locis Poloni contra Moschũ reportant victorias, capto Moschouiæ magno duce cum duobus fratribus germanis. Nouagardia magna legati ad Sigismundum cum obedientia veniunt. Venit & Astracanensium Tartarorum Chamus subiectionis declarandæ causa. Exeunte hoc anno Demetrius impostor trucidatus est. E

Pulsi ex Hispania inermes Mauri à Philippo 3, dicti noui Christiani. Numerata dicuntur expulsorum capita ad nouies centena millia: ex his, sexaginta millia fauore Francorum, Agatha vrbe Galliæ Narbonensis traiecerunt in Africam. Horum fertur deprehensa in Regnum conspiratio. Quod Illustrissimus Cardinalis Baronius Tomo 11, in Vrbano 2. scripsit de Siciliæ Monarchia, minus probans Regalia supremaque iura à Catholico Rege Hispano possideri; impugnatum nunc ab eodem Rege fuit, Edicto publico mense Octobri.

1611 Indict. 9 | 7 Pauli 5. | 13 Philippi 3 | *Rodolphi 2. Cæsaris, vltimus est.* Gallia acerbo superioris anni casu luctuque concussa, fruitur supra omnem expectationem alta pace. Fuit hoc Diuinæ Prouidentiæ erga hanc Monarchiam singulare argumentum. Nec defuit spectata Reginæ prudentia, quæ conscia consiliorum defuncti Regis, eadem cœpit feliciter pro- | 1 Ludouici 13. A

mouere. Hinc ille externorum Principum ad eum frequentes Legationes, fauorem, opem & confœderationem pollicentes. Vrbes Prouinciæque vectigalibus, quæ noua & onerosa videbãtur, leuatæ: quæ ad pacẽ Regni spectare putabãtur Edicta, ob eos, qui mutationem timebant, rata sunt habita. Inuenta quædam est Iaquelina nomine, olim in Caluinismo educata, flagitiosæ vitæ mulier, & ad struendam calumniam ingeniosa. hæc à Senatu Parisiensi 30 Iulii, falsæ criminationis & calumniarum in primæ nobilitatis viros damnata, perpetuo immobilique carceri mancipatur. non est difficile diuinare, ex quo fonte hauserit hoc impudens de parricidio Henrici quarti commentum.

De Comitiis Caluinistarum non Castelheraudiæ, vti primùm à Regina petebatur, sed in oppido Rupellanis viciniore (Salmurium vocant) habitis sileo. cùm de his, dissidioque ibi nato, non taceant tot iam à plerisque editi libelli. hæc de Comitiis vniuersè pronuntio; ea demum salutaria mortalibus esse, & probanda, quæ pacem, quæ Principi debitum obsequium, & quicquid Regni vtilitatem continet, firmare elaborant: non quæ docent intestina bella sitire, armari in Principes, Reipubl. formam posthabito Monarchico regimine, expetere, & occulta fœdera cum externis Principibus captare: qualia à Caluini incunabulis contigisse, toties hæc nostra indoluit Europa. Ex hoc enim fonte oriũtur Regnorum euersiones, cædes Principum deplorandæ, & cætera id genus damna. quæ integerrimis viris, tot hodie obiiciunt famosi, sed anonymi libelli, ab his fortassis (si diuinare licet) editi, qui tot malorum ingeniosi extiterunt artifices. dum hæc Salmurii mystice agerentur, prodiit ex illa comitiali arce Mysterium iniquitatis, à D. Plessio de Mornay arcis Præfecto paratum. sed mense Augusto libet hic, probrosa vel ipsi authori inscriptione notatus, cum vix lucem aspexisset, à Sorbonicis Theologis graui adhibita censura damnatur. B

Lutetia nunc suum Verdunum recepit, qui post plures annos, quibus Tolosano Senatui laudatus iustitiæ cultor præfuerat, iterum natalem vrbem reuisens, eundem supremum honoris gradum in Augusto Parisiensi Senatu est consequutus, suffectus sub Aprilem mensem Achilli de Harlay, viro qui turbatis nuper Galliæ rebus, vtriusque Henrici Regis honori & commodis spectata fide inseruiuit. D. Nesmundus, antea in Burdigalensi Senatu Præses, nunc preclaro suo virtutis merito in eodem Senatu Princeps renuntiatur: quo ante eum munere D. Daffius, magna prudentiæ laude, & fidelitate erga Christianos Reges perfunctus erat. In Senatu Aquensi in Gallia Gaufridus quidam, magnis flagitiis, & Magicæ artis longo nefarioque vsu nobilis, condigno supplicio afficitur, prolata in eum sententia vltimo April. Fato concessit Regis frater, Dux Aurelianensis 17 Nouembris adhuc puer; cùm obiisset paulò ante Dux Menius 3 Octobris: Princeps cùm prudentia multa & pietate, tum ea etiam laude insignis, quòd nullâ bellorum ciuilium, quæ gerebat, aut temporum difficultate adduci potuerit, vt pateretur regnum, cuius magnam regebat partem, in minores dominationes Ducatusque diuelli. C

Detecta Parmæ in Italia nobilium quorundam, sed subditorum: in Ducem, vxorem, & Principis filium scelerata coniuratio: sumptum, vt par erat, de perduellibus supplicium, bonis Fisco adiudicatis. Grauia à Februario, & deinceps passa est Bohemia, ac Præsertim Praga ab exercitu Leopoldi: qui tamẽ post stragem minori vrbi illatam, (vetus enim & noua Praga integræ manserunt) recepit se iubente Imperatore, in fines Bohemiæ, aduentante in subsidium Procerum Bohemiæ, Mathia Rege cum numeroso exercitu. Saxoniæ Dux Christianus 2, Imperii Elector vi- D

lia Menius Dux, ex Hispania Dux Paternianæ, seu Pastranus. In hac Legatione Menium Hispaniæ Rex, Paternianensem Regina Mater, Regiis muneribus demerentur. In vtroque Regno plausus, Procerum occursus solennis ad excipiendum Legatos, ludi, & geniales ignes, quantum tantæ rei solennia postulabant. Pactarum ad sponsos transmissio dilata, donec & Reges adolescāt, & desponsatæ Reginæ maturescant viro. faxit Deus, vt quæ tot mortalium votis expetita pax diuturna est inter potentissimos Reges, coalescat in dies firmo nodo conciliata, ad Vtriusque Regni stabilitatē, Ecclesiæ verè Catholicæ commune bonum, & ad gentes immanitate ac natione barbaras, (quas facilè iuncta hæc arma delerent) debellandas. Cùm militi Moschouitico confœderato promissa stipendia non soluerentur; illi reicta Moschouia, in Poloniam redeunt inito inter se fœdere vt donec presoluerentur stipendia in regiis possessionibus hibernarent. Redeunt interim ad Metropolim amplo instructo exercitu Moschi. Sed post annuam obsidionem enecti fame arcem cum vrbe dediderunt.

Fusus à Turcis in Valachia Ioannes Pototius, contra mentem Senatus & Regis Poloni, socerum suum, in Valachiæ Principatum restituere moliens. res ibi Christianorum in angustias coniecit. Hanc cladem aduexit dolus Legati, quem Battorius è Transyluania miserat Constantinopolim, qui Turcarum ope Transyluaniæ dominatum sic captabat, totaque Turcici belli moles, pace iam cum Persis firmata, in Pannonias deinceps cœpit propendere. Dux Venetus Leonardus Donatus diē obiit 16 Iulii, anno Ducatus 6 supra totidem mēses: electus successor Antonius Memmi 24 eiusdem mensis, vir longo rerum vsu ad res gerendas (si multum prouecta ætas patietur) idoneus.

Grauis hic annus multis mortalibus fuit, inundatione, æstu maris & terræ motu oppresis. ad varias regiones pertinuit hæc calamitas. In solo oceano Lusitanico, depressæ vi tempestatis plus quam 60 naues. bis mille exanima corpora excepit littus Britannicum. Bataui in suo littore 1100 numerarunt. Batauorum naues ex oriente Indicis opibus onustæ in ipso Amsterodami portu periere. nec piratæ insigniores, hanc cladem vitarunt. fluuiorum inundatio Italiā, Terræ motus Germaniam & Candiam vexarunt. Appulit tamen ex India classis Hispanica incolumis, vndecim auri millionibus grauida. Iterum hoc anno, sed infeliciter à Batauis tentata nauigatio ad Sinas per borealem arctici poli plagam, Roeslino duce, qui edito libro cùm suis persuasisset nouus philosophus, sub arctico sydere, & ad eleuati poli gradum 85 esse zonam torridam, omnia contraria reperit; & partim longa nocte, vti clima illud postulat, partim concreto glacie oceano repulsus, didicit post insignem suorum iacturam, magis sobriè philosophari. Nec caruit annus insequens suis per Germaniam & Poloniam prodigiis. quando etiam in Italia & portu Genuensi ac Neapolitano, ingens damnum acceperunt, quæ ibi hærebant nauigia, adeo vis maior è cælo & procelloso mari, omnia aut depressit, aut dissipauit.

1613 Indict. 11 | 9 Pauli 5. | 15 Philippi 3 | 3 Ludouici 13.

Matthiæ Cæsaris ann. 2. Hic annus Incipiens docuit, nunquam satis de Religione inter eos conuenire: qui à vero Capite Ecclesiæ, vnitatis vinculo discedentes, prætensâ conscientiæ libertate sibi ipsis tantùm credunt, non antiquis Patribus, priscæ religionis testibus: non Ecclesiæ, non ipsis denique Diuinis Scripturis, nisi ex eorum sensu iudicioque explicatis. Omitto veteres inter Lutheranos & Caluinianos dissensiones Tragicas in Germania,

Nouatorumque in Anglia Sectas supra 60, plurium scriptis recensitas: en tibi adhuc apud Batauos, Lugduni continuatam de Prædestinatione, hoc ipso anno inter Nouatores dissensionem, natasque inde Sectas nouas. Suas etiam hodie edunt pugnas in Gallia Caluinistæ Tilenus, & Molinus, de recondita Incarnati Verbi Vnione hypostatica, naturarum in eo mysterio distinctione, proprietatibus, officiis. Nec satis scio, an huius disceptationis voces, boni isti Andabatæ intelligant: eò tamen res deducta est, vt ne Magnobritannici Regis literis & authoritate, quorundamq; Ministrorũ suasu, Catholicorũ risum metuẽtiũ, cõponi potuerit.

Habita sunt hoc anno Possonii, (Flexum est Ptolemæo) Comitia Hungariæ. Petebat Imperator ad securitatem à Turcis, collocari certis locis præsidia: quod tamen non admissum à Comitiis, effecit, vt ad damnum præstandum (si inde aliquod sequeretur) Hungaros Imperator obligatos denuntiaret. Cosaci Vologdum Archangelum Bialoiesiecum opulentas præcipuasque Moschouiæ vrbes eripuerunt euerteruntque funditus. hæ quoniam munitissimæ & in penitiore Moschouia sitæ sunt, principum Moschorum vxoribus, liberis, & thesauris refertæ fuerunt. Hinc Cosaci reuersi, duxerunt in Tartaros, quos ingentibus affecerunt cladibus. Iterum Cosaci alii ad Tartaros excurrerunt, alii in Ponto Euxino viginti quatuor triremes Turcicas in portu quodam incenderunt.

Ante paucos menses in Anglia mors Regiam pulsauit turrim: nec flexit luctuosa fata ætas aut oris decus. Eadem nunc Magnobritannia ineunte Martio, posito luctu nuptialem induit vestem: peracto, vti anno præcedente conuenerat, connubio cum Palatino Comite. Idemque penè annis, Regiæ filiæ coniugia, Principis fratris luctuosum casum, & parentis Regis Decennalia excepit, coniunxitque. Sic sors incerta vagatur, fertque refertque vices. Sortis humanæ vitrea fides est. mutantur Regna, pereunt opes licet magnæ, occumbunt amici, cognati, liberi. debemur morti nos nostraque, solumque sepulchro superest inculpata vita, & vitio carens.

Triremes sex Magni Ducis Etruriæ, cum Liburnis mense Martio soluissent: ad littora minoris Asiæ & Ciliciæ, captis in itinere aliquot Turcarum nauibus feliciter appulerunt. Ibi Castrũ, vulgo Aglian (Seleuciæ nauale est) Turcico præsidio egregiè munitum, & strenuè à Turcis defensum, tandem captum euertunt. captæ quæ in portu stabant Turcicæ triremes duæ. præda ingẽs abducta, præter captiuos Turcas 350. cæsos 200, & libertate donatos Christianos 240. Auulsa ac sepulturæ destinata non pauca Florentinorum à Turcis cæsorum capita, quæ ab anno superiore murorum pinnis affixa prostabant.

Eodẽ anno octo triremes Hispanicæ, è Sicilia soluentes, Turcicas triremes decem fuderunt. Ex his captæ septem. tres fuga euasere. Turcæ capti 600, liberi dimissi 1000 Christiani.

Nemausus in Gallia, vna vrbium Caluinistis ad securitatem concessarum, specimen hoc anno nouum dedit, sui erga Deum & regẽ obsequii. D. Ferrerius apud huius sectæ homines, doctrina & probitate cæteris præstantior: post 16 exactos in publico Caluinismi ministerio annos, ad regis obsequium, & Ecclesiæ Catholicæ gremium redire cogitabat. perculit hæc res acerbè Nemausios nouatores. Ergo Ferrerium, iam à rege creatum in ea vrbe Senatorem indignè excipiunt, compellunt ad fugam, bona diripiunt. Denique Senatui, qui pro iustissima Ferrerii stabat causa vim faciunt. Et cum regis obiiceretur illis authoritas, respondisse dicuntur se Nemausi, regem Parisiis

esse. interim Ferrerius se probè Catholicum professus, solenni ritu Caluinismum execratus est.

B Rediit in Galliam à Brasilica expeditione 6 Martii, Dominus Rasilly, relictis ibi & destinatis ad barbarorum conuersionem duobus PP. Capucinis. Tertius eiusdem ordinis obiit in itinere, quartus cum Rasillio Gallias tenuit. adducti ex Insula Maragnano, quæ duobus gradibus vltra æquatorem est, sex incolæ Christiana sacra secuti, quos Taupinambos vocant. Insulam narrant esse fertilem, & cœlum temperatum. numerantur incolæ ad 12 millia. omnes ad amicitiam cum Gallis retinendam propensi.

C Actum demum hoc anno in Gallia de nauigatione aperienda è mediterraneo mari in Oceanum, per mediam Galliam, maiorum fluuiorum coniunctione. nec difficile plerisque videbatur, vno in alterum flumine immisso, nouum hoc iter nauigiis aperire.

D Ad hunc denique consignatur annum exitus Canadensis expeditionis, illius qua nobiles aliquot viri è Gallia, & mercatores, ante biennium transmisso Oceano Aquitanico; nouam illam Franciam (quam à Centum & amplius annis penetrare cœperũt) repetebant. Ea in expeditione è Societate nostra Petrus Biardus Sacerdos, Christianissimi Regis iussu, barbaris ad Sacra Christiana conuertendis daturus operam, cum sociis aliquot est profectus. Soluit ille Diepa, anni 1611 mense Ianuario. ac pene triennium in eo opere posuit; quo interuallo gentis illius homines ad ciuilem viuendi ratione, & cũ Gallis amicitiam pertracti sunt. ac inter eos plures, signis à Deo editis ad Christianæ vitæ studiũ, ac desiderium sunt excitati. Sed dum maiora sperantur, Angli è Virginia (inter Floridam & nouam hanc Franciam ampla regio est, habens poli eleuati gradum 36 37. & 38) in Canadam excurrentes, Galliarum Aquitaniæ parallellam; naues Francorum imparatas offendunt. Captæ illæ primùm. deinde in Portu regali, & Sanctæ crucis statione, omnia diripiunt, incensis etiam ædibus. *Incidit circiter in Septembrem anni huius 1613 hæc irrogata Gallis ab Anglorum nauibus iniuria.* Biardus noster per nouem & amplius menses ab hostibus detentus, & fere in dies gloriosam pro fide mortem expectans; tandem vi ventorum, inuitis initio nautis, in Angliam defertur; indeque iussu Magnobritannici regis excurrente anno 1614. in Galliam.

1614 Indict. 12 | 10 Pauli | 16 f. Philippi | 4 Ludouici 13

Mathiæ Cæsaris, anno 3. In Polonia Confœderato Moscouitico militi hoc tandem anno satis factum, numeratis quinque millionibus: præter ea quæ per biennium stationis loco exegerunt. Horum pars Smolenscum contendit, & vna eademque æstate tres Moschorum exercitus ibidem profligauit. Nonnulli Neudam munitionem interceperunt. Turca crebris nunciis de damnis à Cosacis illatis expostulauit. quos cum rex punire se non posse responderet, seque eos quoties extra fines regni deprehenderentur, pro arbitrio Turcæ castigandos permittere. At vero Cosaci fugam simulantes, iam non Thraciam (quam hoc ipso vere, eo vsque populati sunt, vt fumãtium oppidorum flammæ Constantinopoli cernerentur) excurrendum rati ad Nagaienses Tartaros diuertentes, vastatis omnibus, vxoribus, liberisque abductis, ad sedes suas redierunt. Mox in Bythiniam, Paphlagoniamque conuersi, flamma ferroque quoquo versus sæuierunt. Trapezuntem cum portu, & 27 triremibus ac armamentario Turcici Imperatoris valde magnifico, euerterunt. Synopem vrbem antiquissimam, maxima vi serici in strues coniecta, solo auro, argentoque sublato, in cineres

& fauillas redegerunt.

Quo tempore Galliarum Rex nouo ciuilique bello vexari cœpit, eodem multos ibi mortales excepit è cælo calamitas. Stragem illam quam fonticus morbus latè per prouincias grassatus edidit ingentem omitto. Galliæ ærumnas vel maximè auxit nouum & incognitū animaliū genus apud Salyos & Arelatum Sextanorū procreatū. Ibi Insulā dat Rhodanus. vulgo *La-Camargue* nūcupatur, olim cāpus Marius. Nec procul inde absunt Fossæ Marianæ (*Aiguemortes*). Eo loci, ineunte Maio ad ripas, inuenta ab incolis sunt animalia, candida primùm, sed adeo parua, vt pene aspectum fugerent. Nigra post triduum euadebant. Et vix exacto mense cum excreuissent, Leucophæa apparebant. canescere dixisses. Magnitudine tunc lacertas maiores æquabant. gregatim volatu ferebantur. & numero supra quàm credi possit. primùm in pratis quidquid herbarum erat depascebant. & sex horarum spatio, plus quàm tria aut quatuor equorum millia consumpsissent. adesis herbis mox horrea inuadebant; & quod de areis verrebatur frumentum, rapidè asportabant. vna vastata regione, vicinis inferebāt cladem. nec nisi appetente hyeme conquieuerūt: quando tandem in loca vel arenosa, vel quæ rimas egissent, abdere se primum cœperunt, & oua ponere: tanto quidem numero, vt si ea fouere permissa fuissent, omnem Ægipti plagam, anni insequentis clades superasset. Incolarum ea laus & prudentia fuit, qui ineunte vere anni 1614, incubatum prohibituri, collecta oua, & animalia ipsa iam terræ fixa (quorum ex ingenti numero pondus memoratu penè incredibile est) non quidem in ignem, ne tetro aerem odore inficerent: sed vel in profluentem: vel altè defossa terra in scrobes proiecerunt. B

Palatino Rhenano Imperii Electori natus Kalendis Ianuarii filius, Fridericus Henricus, Magnobritanniæ regis ex filia nepos. C

Quidā Leo Morgardus se Astrologū professus, dedit in mediū, quæ regno Galliæ & Principibus viris euētura hoc anno ipse vaticinabatur. Et vt varia tūc ferebātur esse hominū studia, ac ad nihil minus quam ad regni pacē pertinere: placuisse dicuntur quibusdam, mendacis huius prophetæ deliria. Sed vt rerum euentus eum mentitum demonstrauit; ita ille exeunte Ianuario audaciæ pœnas daturus, ad triremes per annos nouem est damnatus. Nūquam impune tulit hos de rebus & vita principum diuinatores benè instituta Respub. D

Quieuit vtcumque à bellico tumultu Gallia post Henrici 4 excessum, ad vsque huius anni nunc excurrentis mensem Februarium. quo tandem magna Principum virorum facta secessio, ad periculosam rerum perturbationem spectare videbatur. atque inter Regem Christianissimum, & hos confœderatos Principes, vix exacto biennio solida pax constituta est. Quamuis enim post prima belli huius ciuilis initia, pax aliqua intercesserit: ea tamen nec firma admodū fuit; nec diuturna. Pacis & quieta cōsilia poscebant multi mortales in Gallia. Rex porro ipse concordiam spectabat. Sed cum statiui conuentus malo remedium afferre vix posse videbantur; placuit vt trium ordinū conceptiua Comitia haberentur. Occuparunt illa, Parisiis celebrata posteriores huius anni menses, & anni insequentis anteriores. Illustris si vnquam in Gallia, fuit in his comitiis Ecclesiasticorum ordo; qui quinque Illustrissimos Cardinales, doctrina, & vitæ integritate insignes, ac Regis Christianissimi imperio E

obnoxios numerabat: Archiepiscopos septem: Episcopos 47, & vniuersè 140. quot sanè ad generale regni Concilium, si de rebus fidei, & moribus definire quicquam oportuisset, abundè sufficiebant.

Molestum sanè in amplissimo hoc Ordinum consessu permultis fuit (quamuis Caluinianis admodùm gratum) quod à tertii ordinis hominibus ingerebatur, de summorum Pontificum in Reges minuenda potestate; siue quòd alieno tempore agitari, & ad Schisma excitandum pertinere, vt multi contra affirmabant, videretur; siue quòd de suprema hac Ecclesiæ potestate, & rebus fidei sententiam interponere, ad Laicos quos vocant homines, nullomodo spectaret. ergo huic illius Ordinis conatui, primùm sese obiecit amplissimus ille Ecclesiasticorum consessus. & in eandem cum Ecclesiasticis sententiam iuit Ordo Nobilium. Ac tandem Rex ipse plena authoritate & secretioris Concilii decreto cauit, ne de hac re deliberatio vlla haberetur; atque vt ex Ordinum codicillis caput illud expungeretur, edixit. Plura alii, qui de hac re editis libris scripserunt, vt multorum tunc per Gallias exercuit ingenia. suam illi si velint interponant de hoc tertii Ordinis conatu sententiam. Ego hic, vt soleo rem gestam tantùm narro. B

Actum porro in his Comitiis, vt sublatis belli occasionibus, status regni & pax firma constitueretur. magnæque res, quæ aliquibus eò spectare videbantur, à singulis Ordinibus datæ sunt in medium, Regique oblatæ, quem penes arbitrium est & ius, singula definiendi. adeo tamen nihil effici potuit, quod probatum à principibus illis, pacem retineret, vt solutis Comitijs iterum maiori impetu ad arma ventum sit. Obnixè tamen, & magno consensu duo Ordines, Ecclesiastici & nobiles apud Regem egerunt, vt Regis matrimonium cum Anna Maria Hispaniarum infante, iam antea decretum, perficeretur.

Sedulam nauarunt operam hi duo illustrissimi ordines, vt nostrum Claremontanum Parisiis collegium, restitutum iam pridem ab Henrico 4, nunc tandem scholas aperiret, oblato etiam in hunc finem regi, libello supplici, non sine Societatis nostræ singulari encomio. Quod ideo commemoro, vt videant mortales, vtrum plus impiorum in nos coniuratis calumniis tribuendũ sit, quàm his Comitiorum sacris ordinibus, & orbis Christiani publicis testimoniis, quæ in sua ad Poloniæ regem Apologia, in lucem dedit Ioannes Argenti. tot sanè & iam luculenta, vt mirũ sit hominem ratione vtentem, non formidare è cœlo vltionem, dum exploratam innocentiam, notis sibi & apertis insectatur calumniis. sed Nouatorum hic genius est, desine mirari. C

Ex Anglia superiore seculo, Caluinismus ad Scotos penetrauit. hoc qui excurrit anno fascinauit eos Anglicana crudelitas. Caruit diu Scotia proprio Martire, ubi natiui Principis imperiũ, ad mortem pro fide obeundam, vsque ad Caluinismi initia adegit neminem. Obiuit hoc anno crudelitatis istud ministerium Spottes Void, Caluini in hoc minister, qui se etiam Glascuensem, inter Nouatores, dicebat Episcopum. Hic cum Ioannem Ogilueum è Societate Iesu Sacerdotem, veteratoria quorundam arte deprehendisset sacris operantem: diris exagitatum tormentis, crudeli morti ob fidei Catholicæ defensionem, oppidò gloriosam, curauit addici. D

Iaponiæ Rex Cubo, vehemẽs Christianorũ in eo regno persecutor, & cum Europæo Diocletiano non immerito cõparandus,

totam illam, quæ ibi est Christianæ Ecclesiæ multitudinem, à triennio atrociter vexat. Persuasum habet homo paganismo imbutus, omne suum imperium inter Christianos in lubrico esse. suspicionem augent inanium Deorum Sacrificuli: & vel maximè Anglorum ac Batauorum veteratoriæ artes, qui vt suæ negotiationi viam aperiant apud Iaponios facilem, aliasque ab eo lucro excludant nationes; mentiuntur regi, omnia à Christianis in Iaponia agi, vt Lusitanis & Hispanis rerum dominis futuris, aditus in Iaponiam patefiat. retinet tamen non parū nouū hūc persecutorem, ne quantùm optaret sæuiat; tùm metus à conspiratoribus inter Paganismi illius professores frequentibus: tum ingens in eo regno Christianorum multitudo; qui ad quinquies centena millia hoc anno numerati sunt.

1615 indict. 13. | 11 Pauli 5. | 17 Philippi 3. | 5 Ludouici 13.

Appetente huius anni autumno, Chamus Tartarorum Taurticanorum, facta in Russiam irruptione, duodecim Rusticorum millia, & equarum millia 40, ex procerum quorundam armentis abegit. abductæ insuper Nobilium familię octoginta. & quanquam Polonus rex, cui tunc negotium cum Moscho erat, expirabantque Sueticæ induciæ, contentus tunc quidem esse decreuit expostulatione per Legatos apud Chamū & Turcam, cuius imperio res gesta esse putabatur: effecit tamen damni dati acerbitas, vt Russici duces duo, Visnouecius, & Korecius, vt coactis 15000 equitū, Daciam infestis signis inuaderēt. Eam ingressi, Tamsam Dacorum regulum, & Tartarorū ad abactā illam prædam incentorem, acie nō longè à Drissa fluuio profligant, die Nouēb. is 23. Kalinouius Tamsam fugientē insecutus, cum viuū capere nititur, pertinaciter reluctantē obtruncat. Demū victores regiā ingressi Michailonē Dacico præficiūt imperio.

Alia ex parte dum hæc gererentur, non segniter se gesserunt Cosaci; qui Nogaiensi, & Crimensi Tartarorum prouinciis horrendam intulerunt vastitatem, abactis pecudum omnis generis ducentis circiter millibus.

Anni huius 1615 mense Augusto, agi cœptum per Imperatoris legatum de pace, inter Poloniæ regem & Moschum constituēda. Sed cum nullæ pacis conditiones inuenirentur, quæ vtrisque placerent, res infecta mansit. Carolus Chod Keuicius Polonicarum copiarum ductor, qui interea in Moschouiæ confiniis tantisper substiterat, Smolenscum profectus Moschorum legiones inde summouit, euersis castellis & munitionibus ad Smolensci obsidionem à Moscho paratis.

Quarto Kal. Aprilis diem feliciter clausit Parisiis Regina Margarita Valesia, Henrici 3 soror. in qua Valesiorum regia stirps extincta est, cum cœpisset in Philippo Valesio à Christi anno 1328. Idem annus qui nunc excurrit, Ill. Cardinalis, Ducis Ioiosei & in Cardinalium Collegio Decani, obitum sanè felicem, excepit, apud Aueuionem, mense Augusto.

Occuparunt, vti iam commemoraui Comitia Gallicana initium anni 1615. quibus finitis rex de profectione Burdigalensi suscipienda, & in hunc finem paranda expeditione acriter cogitabat. Itaque cum mouissent iterum Principes, rex exercitum non mediocrem confœderatorum armis obiecit: ipse cum aliquo Nobilium delectu, & Stipatoribus regis iter Burdigalam ingressus est: quòd coniūgendi connubii, vti cum Hispano conuenerat, tempus appeteret. Hæsit in hoc itinere aliquandiu Augustoriti Pictonum, delectatus ciuitate, quam & amplitudine sua, & loci natura, egregiè videbat munitam: esseque propugnaculum in quouis bellorum motu, regno necessarium. In digressu collaudauit, tum ciuium spectatam fidem

erga suam M: tum R. Episcopi Henrici Castanei Rupiposæi vigilantiam,& in hac temporum difficultate constantiam singularẽ; quòd eorum opera e ffectum esset,ne ex quo regnare ille cœpit, vrbs hæc in hæreticorum,aut inimicam vllam veniret potestatẽ. De hoc argumento plura alij,qui breuissimæ Chronologiæ legibus à prolixiore narratione non excluduntur.

Rex exeunte Septembri tenuit Burdigalam; solenni si alias pompa, celebrato vtrinque tunc matrimonio; Christianissimi Regis cum Anna Maria Hispaniarum Infante, & Hispani Principis cum Ludouici Regis sorore Elizabetha. Actores connubiales,accepto à Regibus mandato Guisius,& Lermeus Duces,fuere. hic in Hispania, ille Burdigalæ, operante sacris Illustrissimo Cardinali Surdisio,pactam regum fidem exsoluerunt. Peracto solenni nuptu,reginæ in sua regna,pronubo Guisio transmissæ sũt. Hoc confecto negotio(in quo non exiguus belli cardo uertebatur)cœptum iterum agi de pace. Atque dum Rex Lutetiam regreditur, partim Pictauij, partim Cæsaroduni Turonum, adnitente Niuernensi Duce, tandem firmata est, sub initium insequentis anni.

In vrbe,& intra Italiam hæc contigerunt. Gabriel in Paphlagonia Gangrensis Episcopus, datis Romam publico diplomate, & Græcè scriptis literis, agnouit Romanum Pontificem, Paulum quintum,totius esse Ecclesiæ Christianæ caput, ϗ τοῦ Χριστοῦ Τοποτηρητήν. Perlatæ in vrbem literæ sunt,obsequij indices, mense Ianuar. Philippus Nerio è Congregatione Oratorij, 26 Maij renunciatur à Pontifice Beatus. In Ædem S. Agnetis extra muros,translatum celebri apparatu,eiusdem Agnetis corpus, 14 Iunij. Vendomij Principis frater, missus à Rege Christianissimo, qui more maiorum solitum Pontifici deferret obsequium; magno applausu Vrbem ingressus, noua semper auctáque per triduum pompa excipitur. atque hoc quidem sub ineuntem Octobrem. Exeunte vero eodem mense, excepti vrbe suntè Iaponia Legati,honoris &obsequij deferendi nomine,missi ab Idate Rege Voxu ad summum Pontificem.

Acta porro est solenni iudicio Iuliæ cuiusdam causa, in Æde B. V. ad Mineruam. vbi impià mulier hæresis nouæ & infamis conuicta,perpetuo est carceri mancipata, cum aliquot aliis eiusdem vt criminis,ita & pœnæ sociis. Exeunte anno in Collegium purpuratorum Patrum ascripti decem. Claudius Aquauiua Societatis IESV Generalis Præpositus quintus,diem Romæ clausit Prid. Kal. Febr. In eius locum eodem anno, sed 15 Nouemb. suffectus est Mutius Vitellescus,è nobili Romanorum familia oriũdus. Adfuere in hac eius Electione (quod hactenus nulli alteri contigit)ex omnibus prope Orbis partibus, nostri Ordinis Patres: præsertim Mexicani, Peruani, Malabarici,ex Goana India, & demùm è remotissimo nobilissimoque Sinarum regno. nec defuere alia nonnulla,quæ hunc nostrorum Romæ conuentum, & religiosa comitia illustrarunt, Sed memor instituti ea historiæ conditori relinquo,

A magni Ducis Etruriæ triremibus,captæ Turcarum triremes duæ. æstimata præda est 150000 aureorum. acti in seruitutẽ Turcæ 115. libertate donati Christiani 70.

Dux Venetus M. Antonius Memmus finem viuendi fecit mense Nouemb. Sufficitur Ioannes Bembus insequente Decembri mense. hucvsque nobilissimæ Reipub.incrementa,bella, Ducésque produximus.

Pax demum conciliata inter Sabaudiæ Ducem, & Regem Catholicum; qui Mantuani Ducis partes secutus, huc vsque de

Montis Ferrati Marchia bellum protraxit.

Hoc demum anno 1615. è nostra Societate Ludouicus Grangerus,& Socius vnus, à Constantinopolita nostrorum residentia,& sede digressi in Colchidem ad Georgianos & Mingrelianos,rudes omnino in Christianismo populos penetrarunt. Hi longa & periculosa nauigatione vsi, & è Bosphoro Thracio in Pontum Euxinum delati; per Heracleam Bithyniæ, Sinopem Ponti, & Trapezum Cappadociæ vrbem (hodie Trapezundam aliqui vocant) ac tandem post immane naufragium, Moquum Mingreliæ vrbem tenuerunt. vbi rei Christianæ augendæ operam nauant; vti Moqui in Mingrelia scriptæ litteræ 12. Martij,& Romam hoc

1616 | 12 | 18 | eodem anno perlatæ testantur. | 6

Indict. 14 | Pauli 5. | Philippi 3 | *Mathæi Cæsaris ã.5.* quid proximus annus daturus sit,incertũ dũ hæc scribo,mortalibus est. instabiles rerũ vices hoc quidẽ anno experta est Gallia. Eius initia fœdarunt populabundus miles,& morbi grauiores. Mensis Maius pacem dedit, regis edicto firmatam. Ineunte Septembri datus in custodiam est Condæus Princeps; & noui iterum motus pene apparuêre, iterúmque sopiti. Nec suâ caruêre vicissitudine supremi Magistratus. Guillelmus Vairius ab aliquot iam annis in Aquensi apud Salios Senatu Protopræses,nunc ad Procancellarij munus à Rege promotus est. Sed post paucos menses eodem iussus est munere fungi, qui Regi à Secretis erat Annæus Mangotus. quem probata erga Regem fides, & plurimus rerum vsus commendabant. Vairius Magistratu se abdicans, & Regi saniora quàm hactenus consilia coram precatus, vitam delegit priuatam. Faxit Deus, vt mortales, quod diuino & humano iure sancitum est, Regibus condignè obtemperent suis: & pax tantopere expetita, nobilissimo Regno, Regique adhuc adolescenti, tandem aliquando contingat. | Ludouici 13.

In orbe altero quid agatur, ad annum 1614 commemoraui. Sane è Sinarum amplissimo nobilissimoque regno, læta omnia sunt, quæ certis nunciis perferuntur in Europam. Albescit ibi ad messem Christianam seges,& quinque iam constitutis Ecclesiis spes est fore, vt Deus gentem illam, quæ magna ex parte Deum vnum agnoscit,ad plenam veritatis agnitionem tandem aliquando perducat. Christianæ huius expeditionis apud Sinas historiam edidit Trigautius noster, rerum Sinicarum inspector, & laborum Christi nomine susceptorum socius. qui nuper à Sinis Indica nauigatione delatus in sinum Persicum, ac demum terrestri itinere, pertransitis Perside, Arabia deserta,& Heliopoli, Europam tenuit: nauigio per mediterraneum mare in Italiam deportatus.

In Italia redintegratum cum Hispano bellum. Hungaria nescio an grauius bellis, quàm insana tot hæresum colluuie ibi grassantium, prematur. Nec caruit successu tum ibi, tum in Transyluania, ars illa turbandi per famosos libellos principum regna: quam nouatores isti vtilem esse, & ad regimen Monarchicum euertendum, ingeniosam passim iam experiuntur. id agunt strenuè in Hungaria. Polonia iisdem machinis concutitur. Transyluania,iam inde euersa est. vt omnes norunt, qui rerum his annis in Transyluania gestarum notitiam sunt assequuti. Quid his artibus tentatum sit per aliquot annos in Gallia, audiuerunt iam Barbaræ nationes:& ad tam periculosam,in principes licentiam, horrescũt. Sed redeo ad Transyluaniã. ea vti ad annũ 1605 cõmemoraui, sub infausto dominatu miserè adhuc laborat. Gabriel Bathorius Racocii successor, Catholicè à patruo educatus, ad hæreticorum castra defecit: an vt Transyluaniæ imperaret? an, quod inde sequutum est, vt miserando casu,breui periret? Qui

hodie imperat Gabriel Betlem, hæresi quoque infectus, eorum præceps terit vestigia, quorum exitus si cælum aspicit, deberet perhorrescere. Horrendis cladibus Transyluania ex quo imperant hæretici concussa est. tamen mortalium tam cæca mens est, vt vltricem hanc numinis iram in hos regnorum euersores sæuientem, ne sic quidem gnoscant.

A Magnobritannici Regis legatis actum de fœdere nuptiali cum Gallia: nondum tamen felicem exitum rēs sortita est. vtinam tandem agnoscat Magnus Princeps, securiora fore, quæ iure possidet regna antiquissima, si cum Catholicis principibus sanctè coleret, vt maiores amicitiā: & simul auitā iamdiu afflictis Britannis libertatē permitteret: quæ reuera (vt hic tandē finiā) nullo diuino, aut humano iure, pristinæ religionis per tot secula possessoribus negari potest : & viris neque Concilio generali damnatis, nec vlla scripturæ authoritate rectè explicata, è possessione deiectis. an non etiam verum est, oportere non ferro & sanguine; sed à Deo editis miraculis, pastorum legitima serie, & libero de fidei rebus cōgressu, nouā stabiliri religionē. at de his alias. videāt interim qui ibi sunt nouitatis huius ministri, & ferro docent Magnobritanniam seruire Caluino : grauissimā se Regi legitimo iniuriā irrogare; dum natiuum principem, ad omnem clementiam natū; titulis longè aliis regnasse, posteris persuadebunt.

EPILOGVS.

Plura quæ ad hunc annum consignarem, non occurrebant. Epilogum vero operis aliquem **Lector** *si expectas, compone iam si placet Europæ* **nostræ** *statum in regnis aliquot oppidò infelicem, cùm hoc quem recensui noui orbis splendore & felicitate. Dies vix illuxit in Europa vllus, post seculi nostri datos in lucem Hæresiarchas : quo non in deterius aliqua ex parte sit prolapsa res Christiana. Taceo bella in reges Christianos, & Catholicos excitata. intuere solum imminutum in Europa, (quantùm penè in altero orbe excreuit) verè Christianorum numerum, trucidatos à noui dogmatis patronis Christianæ Religionis professores; & ne plura numerem, patentissimam ex infausta hæresi reseratam ad Atheismum ianuam. Quis hic non felices prædicabit, illas iam Orientis Solis regiones, olim vt ab Europæis, ita à vera religione remotissimas? dum eas audit singulari nunc, atque insperato Dei munere, Christo in dies nomen dare: Europæos Christianos æquare numero, aut superare : & ea Constantia tueri suscepta semel Christiana sacra: quà solent in nostro orbe pertinacia, Transyluani, Germani & Bataui, in Christianæ fidei defensores, à 50 iam annis crudeliter desæuire. Testis quoque huius in cœlum belli est, quæ nunc gentes cæteras crudelitate superauit infelix Magnobritannia. Ea inquam, quæ olim singulari Dei cultu & clementia, permultas Christianas prouincias ac regna anteibat: nunc à Christianis sacris, ad Veneris ventrisque idolum conuersa in sua vertit viscera dexte-*

ram, & simul tot sectas dedit, quot Babylon linguas. Non tamen hîc Britannicam hanc Babylonem, Caluini inquam ministros prolixius compellabo.

Ad te, Carole Princeps, sese conuertit oratio, qui in spem Britannici regni in dies adolescis. (libet enim in te, hunc flebilem operis Epilogum concludere) tu inquam, spes regni pene unica, agnosce si placet, Maiorum vestigia tuorum, & qualis deinde apud posteros habendus sis, qui à Catholicorum tot regũ serie, in parente tuo, heu quàm infeliciter, excidisti. Aspice ocyus cœlum, ac time, perpendens spem regum mortalium fallacem, & nimis credulam mansuras opes, læso toties diuino numine Solenne Deo est cum læditur eius numen, regno mortales deturbare. aut si te non mouet regni iactura, moueat saltem futuræ vitæ conditio sanè acerba, si irato cœlo semel occumbas. Sed auertat omen meliora daturus, immortalis ille rerum, & regum Dominus. Liceatque mihi in hoc lubrico rerum Britannicarum statu melius ominari. Sanè dum attentius Deum pro te interpello: subit animum, illa dolentis Poetæ exclamatio, de Romani Imperij spe non obscura Marcello,

si qua fata aspera rumpas
Tu Carolus ter Magnus eris.

Hoc est, vt tui produnt de Donaldo Annales: regni tui, veræque religionis primus restitutor: nisi (quod faxit Deus) hanc Parens tibi palmam præripere velit. Rumpe fata & moras generose Princeps, non te, ex altero orbe iam datis in medium exemplis, ad hunc gloriæ cumulum incitabo Pone iterum ob oculos, quales tui fuere, qui te maximis Europæ regnis, Imperioque, regalibus iunxerunt cõnubijs; Mathildas, Hẽricos, & imperatores non ab Ecclesia Dei alienos, sed Christianissimos principes hic agnosces. Intuere hodie Europæ principes maximos, qui tuæ sortis spectatores sunt, & si velis etiam fautores se præbebunt. satis denique vicina Gallia, amici Principis præclaro facto ad magnos hos gloriæ titulos te inuitat: dum nuper, supra quam sperare potuissemus, dedit Gallicæ Monarchiæ restitutorem Henricum, qui ob pacis & religionis restitutum splendorem, omni iure Magnus est appellatus. Non est certè insuetũ Carolo, Magni nomen. Hæc te etiam si vis manet sors gloriosa: & altera demum atque amplior cœlo. Deus hanc tibi mentem princeps inijciat: & te orbis Britannici efficiat, probè Christianum moderatorem; vt quàm nostro seculo illuxit in altero orbe, verè Christiana religio: tam possit sub tuis auspiciis, in hoc nostro iterum reflorescere.

Vale.

IACOBO VI.
Magno Britanniarum & Hiberniæ REGI.

IN te tandem (Magnobritannice princeps) Regiâ atauorum stirpe clarissimo, clausam vides tot regum seriem à me datam, & multorum annorum periodum. Ita nempè tulit hæc temporum consignatio, & rerum casus à meis votis non alienus. Quâ enim aliâ gratiore coronide hanc annorum Iliadem donare potuissem; quàm natiui principis pluribus iam sceptris conspicui; & vltrá pristinam amplitudinem proferentis Imperium consignatâ memoria? fruere Rex triplici tuo diademate ea felicitate; quæ plerisque sit insignis scribendi materia: mihi, si per te licet; pro corona operis non vulgari: qui vt semper optaui hanc sortem T. M. obuenire; ita nunc tibi fore diuturnam & ad omnia felicem, non possum non desiderare. At fecisset quoque Regum ille moderator supremus, mundique Rector immortalis Deus, vt quàm te libenter multi, post tot Heroum agmina sceptri Britannici moderatorem conspiciunt; tam possent prætereà, de auito pacatoque religionis cultu, Britannis à te permisso lætari: & teipsum vera Christiana sacra, more maiorum venerantem intueri. Video vtcúmque quo deuoluar. sed tibi etiam literato principi æquè compertum est, licuisse semper apud magnos Imperatores, liberè in hac causa & impunè perorare. Edoardus quondàm Valliorum princeps, prudentiâ bellicisque artibus clarus, & insigni illa Francorum ad Pictauiũ clade, captoque Rege nobilitatus; cùm in tam prospero rerum cursu nihil propius abesset; quàm vt Gallia potiretur vniuersá: prudens paci locum fecit: quando mortalem se esse recordatus, instabiles rerum vices cœpit attentiùs meditari, & quàm prona sæpe ad interitum esset tota hæc mortalium prosperitas. Pro quanta est rerum humanarum

ã

inconstantia princeps hactenùs fortunate; & irato præsertim cœlo quàm inopinati casus; nisi pacatis sapienter rebus; & placato numine damnis occurratur. Ergò tu gratam paci oliuam, prætende malis. O te, ter & quater felicem principem, si pacem dares rebus Britannicis; si Templis liberum religionis cultum; si viris per tot annos ad exitium quæsitis, seram licet à pugna requiem. Certum illud est, & summa sapientia velut oraculum, in amore ciuium summum esse Regum Præsidium. Animorum certè consensione coalescunt Imperia, dissensione collabuntur. Et mihi quidem, si quod in votis est liberè effari licet; moderatum & concordem Britannici regni statum magnis opibus anteponerem. Tuum tamen est, Rex sapientissime accuratiùs inspicere, an ciuium amorem, an animorum consensionem diuturnam, possis in hoc de religione dissidio à tuis expectare Britannis. ab iis inquam, qui auitæ religionis auidissimi, ad pacem coguntur quouis bello seueriorem: qui toties propter Christiana sacra, Templorúmque tutelam ad necem postulati sunt: toties de maiestate damnati; & vt cætera taceam, in dies redintegrato hoc prælio, in eandem aciem aleámque vocantur. Fateri oportet acerba hæc esse, & à Christiano nomine multùm abhorrentia. Sit potiùs sanguini fundendo modus aliquis. sit carceribus. sat temporis plagis datum, sat mortibus; sat externæ nationes audiuerunt; priscæ religionis in Anglia cultores, precariam apud infensum principem animam trahere, crudeli odio vexari, Barbarica quæ ante te cœpit, crudelitate lacerari. Tyrannorũ vox est, ODERINT DUM METUANT, exosa, & procul à tua prosapiâ Rex clementiâ celebris, & prouidentia non vulgari. Sub te potiùs conticescant pristina mala, iustis toties deplorata lachrymis. quas ante tuum regnum alii Templis intulerunt faces, has tu in Templorum barbaros hostes, barbarasque, si lubet gentes conuerte. quem liberum religionis cultum, vnius ante te principis voluntas ademit; hunc tu maiorum tuorum nobili exemplo restitue. hæc si feceris, nihil erit vt tuo regno securius; ita nec maiestate tua illustrius. Sed patere magne Princeps, (quandò quam optare poteram, hic
3 *teneo occasionem) vt quod ad cumulum rerum tuarum adhuc deest; & ad gloriam regni tui, vltrà pristinam amplitudinem aucti, conseruandam spectat; beneuolo hoc reliquoque epilogo suggeratur. Dolet Christianus orbis, idque vehementer; te magnum principem, & ex Monarchis Christianis solum, vera Christiana sacra minùs animo sententiaque probare. Frequens de te inter homines sermo est. Dabo hic libenter in lucem, quod*

à sapientibus viris dici auditum est, & apud homines tui nominis amantes iam protritum: nihil ad tuarum rerum, Regiæque maiestatis conseruationem propiùs pertinere; quàm si non animorum tantùm, sed multò etiam magis sacrorum & religionis consensione, cum cæteris Europæ Monarchis verè Christianis consentias. Arctum sanè hoc religionis vinculũ est. fouet vnita, disiuncta connectit: ac in magnis sæpè periculis tutum est amicitiæ perfugium. Et quidem Imperij Britannici quod tandem damnũ esse potest, si princeps amicam habeat Italiam vniuersam? nullo religionis titulo auersam Hispaniam? & vicinas Gallias quæ plurimùm à Romanis sacris stant, etiam hoc nomine deuinctas? contra verò (quod nunc deploratum malum est) sit summum inter regna de religione dissidium; bone deus, quanta ad magnarum rerum inclinationes parata via est? prudẽs cætera prætereo. At dicet aliquis, non esse hæc tẽpora his apta malis? non pugno, & opto non fore. fuère tamen; & in tanta rerum humanarum inconstantia adhuc esse possunt. necessaria prouidentia est, non tantùm præsentibus quæ ante pedes sunt; sed etiam futuris malis & procul venturis prospicere. Ne tuæ maiestati solùm; sed Carolo Valliorum principi, & per longam nepotum seriem Britannia secura esse debet. erit autem, vt maioribus tuis securrissima; si quibus illi artibus gloriosum hoc Imperiũ quæsierunt; ijsdem iam partum et auctum tuearis. Neque ego hoc magnũ religionis bonum, quod Regiæ T. M. ad salutem æternam, sospitatemque regni multi mortales euenire desiderãt; vllo alio argumentorum pondere in præsentiâ persuadere conabor. Essent quidem illa si darentur in medium, penè innumera; & quibus Regius tuus animus si de his differentẽ beneuolè audiret, cederet facilè. sed non est hic de religione concertandi locus. alterius operæ hoc negotium est; prolixioris certè, quàm quod breuissimi huius epilogismi angustiis possit comprehendi. Itaque hoc solum mihi superesse video (quod sæpe à Deo immortali precatus sum) imprimis, vt regiæ T. M. Caroloque principi nobilissimo, cuncta in hoc vestro Britannico orbe felicissimè cedere peroptem. Deinde quãtùm potero orem, ne tanti Imperij magnitudinem, & maximarum opum splendorem; irato cœlo, infensoque numine perire patiamini. Saniora pectore versanda consilia; auertendi periculi ineunda ratio; acerrimâ crebrâque cogitatione expendendum quod anteâ commemoraui; in rebus humanis nihil esse constans, aut securum: nullis regum turribus excludi læso numine cœlestem iram. Macte ergo animo virtuteque princeps, qui hæc Britannica

Per innumeros sceptra tueris auos.

Perge eadem tueri: sed quà illi prouidentia, quibus pacis consilijs, quà religione. erit hoc non modò Britannico tuo regno salutare; apud exteras nationes gloriosum; sed tibi imprimis aditus ad felicis vitæ æternitatem, hem quàm feliciter comparatus. quæ verò aliundè suggeruntur, & tibi, proh dolor, ab incunabulis sunt instillata: non à matre tua sanctissimâ; sed verè à nouercâ nouitatis cupidâ, viuendi licentiæ ancillâ, & omnis Regii Principatus, etiã tui (vt nosti) inimicâ: hæc inquã noua, & tãdẽ (quod priscis Hæresibus cõtigit) peritura commenta; nec regni sunt, nec perpetuæ salutis firma præsidia. alia te manet Princeps, si vis, & felicior via; cui debita sit ingens gloria, alteráque cœlo corona. Basilius Imperator, vir probus, idẽque optimorum author consiliorum; monita scribens ad Leonem filium cognomento Philosophum, Imperii cõsortem, spem vnicam; non prophanas nouitates, quas hodie in triuiis excogitatas, quidã tanquã diuina oracula diuenditant, commendabat: sed priscam in Deũ fidem ac fiduciam; cum vetere Ecclesia consensionem, & debitum Pastoribus obsequium; quibus legitimè nuncupatis potestas à Deo data est, quod rectum verumque est pronuntiandi. sancta planè consilia, καὶ πάντως Βασιλικὰ δῶρα. Hæc tibi, hæc filio comẽda, Princeps sapiẽtissime. qualia apud illius seculi æquales, & posteriores Historiæ conditores legisse te plurima æquum est existimare; cui tãta obtigit cognitio, quantum otiosi homines, & in vmbra viuentes vix assequuntur. Sed adde huic tuo bono, quod caput est, veterem sincerumque religionis cultũ, tot seculis probatum, & nulla nuper excogitata Sacrarum Literarum interpretatione adulteratum. At facto hic maturato opus est.

4 *Quidni? carent morte animæ, vt loquitur Poeta; & breuis hæc nostra vita est, alternantis fortunæ ludo persimilis. labitur rei bene gerendæ occasio, non amplius reditura. nõ genus, non opes, non Imperia, post emissam supremã vocem, prodesse poterunt. heu princeps excæcantur eorum animi, qui nutu numinis ad exitium destinantur. quod à te Deus auertat; libetque de te faustiùs ominari, sperare meliora. Verte in cœlum oculos maturè, conuerte ad tot generosos principes quorũ terris vestigia, quorũ sceptra tenes, quorũ ante te, à verò Christi cultu defecit nemo. horũ gloriosa facta intuere. Nesciant futura secula sub te Britanniã monstra aluisse. Audiant posteri immortale hoc nominis tui præconium; à te non ereptam tuis regnis, sed restitutam veram auitamque religionẽ. Magnitudo tua maiores supergressa vniuersos, gloriã hãc tibi postulat nouã. Non tu imbellis Dominus, alienos sic captabis triumphos; sed in solem & puluerẽ tuos proferes orbi mirãdos,*

ſuperis gratos, tibi ad æternam felicitatem profuturos. Habes huius glorioſæ mentis, glorioſum & pene domeſticum exemplum: Conſtantinum inquam Magnum, quem Orbi dedit tua Britannia, non tam vt Orbis Imperium regeret, (quod tamen ſupra omnes alios cumulatiſsimè præſtitit) quàm vt Chriſtianam, Catholicam, verèque Romanam Religionem propagaret. Habes cognatæ tibi Galliæ Reges, hoc eodem præconio inſignes: qui te pari exemplo, non modò vocant in partem tantæ laudis; ſed hortarentur, ſi viuerent. Habes denique maiores tuos, quos ab anno ſupra milleſimum ducenteſimo; numeras Reges, & Religione Orthodoxos progenitores. Age ergo Princeps magnanime, & Leonis (quod tibi natiuum Regiæ M. ſymbolum eſt) nobilem iram ad modicum tempus aſſume; non quæ te armet ad fundendum ſanguinem: ſed quæ generoſa audeat quæſitis rectè agendi rationibus, veriorem Dei cultum reddere tuæ Britanniæ, & eos tandem amplecti nunc tuis exoſos, qui te tuaque omnia colunt; optantque tibi in hoc tuo Britannico Orbe, vitam non diuturnam tantùm, ſed etiam feliciſsimam, donec ille rerum Opifex & Moderator Deus, è ſtatione & vita decedere iubens, ea te gloria excipiat, quæ in felicem vitæ æternitatem migrantibus eſt parata.

VRBIVM ATQVE REGIONVM QVAE IN EVROPA, AFRICA, ASIA MINORE, SYRIAQVE nunc sunt; atque in hac etiam Chronologia passim attinguntur; descriptio Geographica.

NIHIL non ex instituti huius ratione agitur, quodue ad illud vehementer non pertineat, dum Prouinciarum Vrbiumque nomina, quibus in toto hoc opere nihil frequentius est, paucis hic in gratiam Lectoris explicata exhibeo. Præterquam etiam quod Chronographia omnis Geographiam ita cognatam habeat, vt sine ea subsistere, aut intelligi nullo modo queat. danda insuper opera fuit, vt instituta à nobis narrationis breuitas suam haberet, quoad fieri posset, perspicuitatem: quam tamen nihil magis impedit, quam Locorum Vrbiumque ignoratio. nihil magis ad eam confert, memoriam ve iuuat, quam statim initio perspectas habere Orbis Regiones, Vrbesque vniuersas, & tot rerum vetera nouaque nomina toties progressu temporis innouata. Atque hæc sunt, quæ hac Chronicorum parte attingo; sed memor instituti, breuissime: vt solum ad necessariam perspicuitatem adiecta esse agnoscas. Quod si Lector ad ista, Tabularum etiam aspectum admoneat, non multum fortassis erit, quod in re Geographica desideret, vt possit Historiographos inoffenso pede percurrere. 1

HISPANIA

HISPANIA vniuersa, quondam Iberia & Hesperia dicta, situ trigona, ab Oriente Pyrenæis montibus: ad Meridiem pelago Balearico, Iberico, fretoque Herculeo: ad Occasum Oceano Occidentali: ac demùm ad Septentrionem Oceano Cantabrico comprehensa est apud *Ptolemæum*. Ergo nisi qua Gallias tangit (inquit *Mela*) pelago vndique incincta est. Quibus authoribus est in tres præcipuas distincta Regiones. *Tarraconensis* vna est; altera *Bætica*, hodie *Andalusia*; tertia *Lusitania* vocata. *Tarraconensis* apud *Melam* parte vna Gallias attingens, contingit aliundè Bæticam & Lusitaniam, habens ad Meridiem mare Mediterraneum; versus Septentrionem, Oceanum. *Lusitania* tantùm Oceano obiecta est. *Bætica* prospectat vtraque maria, Mediterraneum ad Meridiem, & Atlanticum Oceanum ad Occidentem. Amnes in Hispania clarissimi, *Iberus*, fluens in Mediterraneum, *Durius*, *Anas*, *Tagus*, & *Bætis*, vulgò *Guadalquiuir*. In harum Regionum terminis magna inconstantia, & Scriptorum etiam discordia reperitur. tempore Consulum *Citerior Hispania* dicta est, quæ Tarraconensem habebat: *vlterior*, quæ Bæticam & Lusitaniam. Iuxta quam partitionem etiam *Plinius lib. 4. cap. 21.* Lusitaniam à citeriore Hispania discriminat, idque Durio flumine. consentit *Ptolemæus*. Verùm *Straboni* & *Melæ*, Lusitania ad Austrum habet Tagum, ab Occasu & Septentrione Oceanum. *Galæcia* aliquando, Lusitania dicta. Omitto tempore Constantini Hispaniam in plures diuisam Prouincias. hæ fuere, *Tarraconensis* in citeriore Hispania, *Carthaginensis*, *Bætica*, *Lusitania*, & *Galæcia*. Astures ac Cantabros complexa: vbi exortum *Legionense Regnum*, Saracenis præclare restitit. 2 *Hispaniæ termini, & Prouincia.*

Vrbium enumeratione nunc describenda Hispania. In *Tarraconensi* apud *Melam* & *Ptol. lib. 2. c. 6.* est *Pallantia*, vrbs Vacceorum, quos Castellæ veteris gentem interpretatur *Mariana*. vnde Palantini dicti. *Numantia*, inter Arcuacos, ab ortu Durii fluminis non procul, à Scipione posteriore deleta, eius vestigia monstrantur hodie, licet *Tarapha Soriam* vertat. *Cæsaraugusta*, Sarragoca, prius Saldura dicta, ad Iberum amnem in Sedetanea Regione, est *Pomponio* Numantia. *Asturica Augusta*, Asturum vrbs, *Ptol.* est *Tarapha* Astorgia: sed Astures diuidit *Plinius* in Augustanos, & Transmontanos. *Carthago noua*, Contestanorum vrbs maritima & portus. *Ptol.* lege de hac *Polybium lib.* 10. hodie *Carthagena*: hanc aliqui in Bætica ponunt, conditam ab Asdrubale, quam Scipio expugnauit. Est alia non longè *Carthago vetus*, vulgò Canta Veia. *Tarracon* Ptol. vulgò Taragona. Scipionum hoc opus, nomen dedit Prouinciæ. *Ciunia*, Ptole. *Moralis* est Ciudad de Castro: aliis Ciudad Real. *Saguntum*, vel Saguntus, Sedetanorum vrbs, vulgò Moruedre, fide & ærumnis inclyta. lege *Silium* lib. 1. *Toletum*, apud Ptolem. in Hispania Tarraconensi, Carpitanorum vrbs est. vulgò Toledo. In Carpitanis quoque *Complutum*, apud Ptol. Alcala. *Mantua*, etiam Carpitanorum est, aliquibus Madrid, aliis 3 *Vrbes Hispaniæ Tarraconensis.*

Villamanta. *Legio* ſeptima Germanica,inter Aſtures,*Ptolem.Vaſeus* putat vulgo Leon.*Abula*, hodie Auila,vrbs Baſtitanorum Caſtellæ veteris.*Segouia*,Areuacorum vrbs,*Vaſeo* Segobia: eſt alia in Bætica.*Brigetium Ptol.*& *Tarapha* Ouido, quibuſdam Leon.*Helena* in Pyrenæis montibus:hodie Helna Vaſeo,ſedes Epiſcopalis.*Gerunda* Prol.hodie Girona.*Barcino*,Ptol.in Laletanis vrbs.Nauale ad Mare Mediterraneum,vulgo Barzelona. *Dertoſa*, in Cathalonia ad Iberum fluuium: hodie *Cluſio* eſt Tortola.*Orgellum*,in Aragonia Tarraconenſis Hiſpaniæ,vulgo Vrgel.*Ilerda*,vrbs Ilergetum,*Ptolem. Vaſeo* Lerida.*Valentia*,Conteſtanorum vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis.Ptol.*Segobriga*, Celtiberorum Hiſpan.Tarracon.*Ptol.*vulgo Segorbia,ex *Vaſeo*:alii aliter.*Oſca*,Ilergetum Vrbs. Oſcenſes apud *Cæſarem.Cluſio* Hueſca.alia eſt in Bætica. *Brigantium*,ſeu Flauium Brigantium, *Ptol.* Galæciorum vrbs eſt,hodie Compoſtella *Morali* & Taraphæ.*Caſtulo*,Oretanorum in Hiſp.Tarrac.Ptol.Moroli Caſtona la Veia.*Caſtellani* in eadem Tarrac.Hiſp. hodie Catalanes ſunt *Floriano*. At in Gallia diuerſi ſunt Cathelauni. Demum quæ hodie *Granata* eſt,à pleriſque putatur fuiſſe Illiberis Turditanorum. ſane etiam Bætica Turditanos habet,imo & Luſitania ſuos,ſed hos veteres nuncupatos.

4 *Luſitania.* In *Luſitania* Vrbes numerantur *Norba Cæſarea*.Ptol.vrbs Mediterranea,aliquibus hodie Alcantara. *Auguſta Emerita*.Ptol.Mela:aliquibus Merida vulgo. Acceſſere poſtea vrbes, ſedeſque Epiſcopales celebres,*Conimbricenſis,Olyſſiponenſis, Braccarenſis,& Eborenſis*: ex quibus *Olyſippo* emporium nobiliſſimum eſt,ad Tagi fluminis Oſtia ſitum,vulgo Lisbona. *Salmantica* olim in Luſitania, nunc in Caſtellæ Regno,vulgo Salamanca. *Ebora*, nomen hodie Euora retinet: eſt alia Ebora in Bætica. Mela,Strabon.

5 *Bætica.* In *Bætica* Vrbes ſunt. *Hiſpalis*(Seuilla) ſita ad Bætin fluuium.*Ptol.* Turditanorum vrbs eſt, emporium nobile,Indicarum mercium receptaculum.*Corduba*,Ptol.*Cordoua* vulgò, Senecæ Oratoris patria,& Lucani Poëtæ. *Murgis* vrbs Bæticæ Ptol. hodie Murcia aliquibus eſt; & *Mariana* Murga. *Abdera* Ptol.lib.2.Demum *Granata* aut in Bætica eſt,aut certè vicina.

6 Præter has recenſitas,ſunt paſſim aliæ per Hiſpaniam vrbes minus celebres iſtæ. *Auguſta Gemella* Plinio;*Tucci* Ptolemæo,vrbs Turdulorum in Bætica. *Auia* Vacceorum in Hiſpania Tarrac. vulgò Villabon. *Bergidum*, vrbs Ilergetum,hodie *Vierto*:alijs *Vrgel* eſt *Bernaba*, vrbs prope Cæſarauguſtam,vulgo Baneuar.*Betulo* Hiſpan.Tarrac.vulgò Badelona.*Bætia*,hodie Bacza. *Bigerra*, Baſtitanorum in Hiſp.Tarrac. *Beiar. Brauum* ibidem,vulgò Bourgos.*Calaguris*,& *Calagurium* Hiſpaniæ in Vaſconibus.Colahorta.*Oeaſo* Hiſpaniæ Promontorium(vicinam habet *Fontarabiam*, ſeu Fontem rapidum)aliquibus S Sebaſtiani nomen habet. vrbs vicina promontorio, Oeaſopolis vocari poteſt,*Eldana*,Vacceorum eſt,in Hiſp.Tar.hodie *Duennas* vulgò.*Emporia* Hiſp.Tar.Indigetorum, vulgo[Caſtellon Dempurias] *Forum Bibalorum*,Hiſp.Tar.[Formillan] *Forum Egurrorum* Hiſp.Tar.[Medina de Rio Seco]. *Glandomirum*,Tarrac Hiſp.hodie Mondanedo.*Bracar*,& *Auguſta Bracarum* Plinio,vulgò Braga:aliqui Bræcar legunt,apud Ptol.eſt Hiſp.Tar.*Lucentum* Plinio,Hiſp.Tar. hodie Lucena.*Lucus Auguſti* Ptol.vulgo Lugo.*Maliaca* Ptol.Aſturiæ oppidum,vulgo Malgrado.*Mediolum* Ptol.lib.2.c.6. aliquibus vulgo Medina cœli.*Nemetobriga* Pto.Hiſp.Tar.(Val,de Nebro) *Paterniana* Ptolem.Carpitanorum in Hiſp.Tar.vulgò Paſtrana. *Pintia* in Vacceis Ptol.eſt Cluſio Valladolid. *Turris* Ptol.vulgò Tudela:*Tude* inter Bracaram & Aſturicam,hodie Tyde.*Turiaſo* Ptol.Hiſp.Tar.inter Numantiam & Iberum.vulgò Taracona.*Illuro*,Tar.Hiſpan.nunc Alora Morali.

GALLIA.

7 GALLIAS Pyrenæis montibus,Alpibus,Rheno olim, & Oceano concluſas,nemo melius diuiſit,quam Cæſar.Eius Prouinciæ,initio à Pyrenæis ſumpto, ſunt hodie quas hic ſubiicio.Quibus autem annis, & qua temporum felicitate, ſingulæ in fidem & iura Francorum Regum tranſierint,ex profeſſo explicat hæc Chronologia. Certi tamen omnino,& conſtantes Prouinciarum fines,hactenus non fuerunt,Regibus pro arbitrio eos ſæpe mutantibus.

Aquitania. Ex his Prouinciis prima occurrit *Aquitania*,ſeu *Guienna*,habens *Vibiſcos*,(apud Plin. lib. 1.c.19. ſunt Santones) *Cadurcos*.(Quercy) *Ruthenos*, & *Heluios*.Hi poſtremi à pleriſque putantur *Albienſes*, ciuitas Albi,Albium,& Alba Auguſta: *Plinio* forte Alba Heluiorum.Hoc tamen *Scaligero* eſt Aubenas. At Metropolis Aquitaniæ eſt *Burdigala*, Bituſigum Vibiſcorum vrbs dicta:celebre hodie emporium ad Garumnam: Vibiſcos enim Bituriges,Aquitaniæ populum notauit Ptolomæus. Sed de Vrbibus mox plura.

8 *Vaſconia.* Secunda Prouincia continenter eſt *Vaſconia*.ſunt in ea *Tarbelli*.hos Strabo,Ptol. & Plin.ad Pyrenæos locant.ille etiam Quatuorſignanos nominat.Scaligero *le pays de Labord*.vrbs(Ags) aquæ Tarbellicæ.Hic porro recenſeri poſſunt *Datii*,iuxta aquas Tarbellicas, quorum meminit Ptolomæus. *Bigarrones*,ſeu Bigarrianos Cæſari,Bigerri Plinio: (Bigorre Orontio, & Scaligero) horum ciuitas *Tarbis*.*Auſcii*, Auſcitani ſunt. Ciuitas Auſcorum, Metropolis eſt Nouempopulaniæ Prouinciæ. *Nouempopuli* ſunt,Conuenæ,Conſaranni,Bigerrones,Lactoratenſes,Vaſates, Oloronenſes,Laſcarienſes,Tarbelli,& Atirenſes.ſub Tarbellis comprehenduntur Lapurdenſes. In hac porro Prouincia, præter *Vaſates*,demum ſunt *Cantabri*,horum ſedes hodie Biſcaia eſt.

9 *Gallia Narbonenſis,* Tertia Prouincia,& ſubſequens ordine,eſt tota *Narbonenſis Gallia*,vulgò *Languedocia*. Hic numerari poſſunt quæ ſequuntur. *Toloſates*.vrbs *Toloſa* eſt,Colonia Galliæ Narbonenſis Tectoſagum.*Carcaſſo*,Volcatum Tectoſagum.*Magalonenſis ciuitas* in Volcis Arecomicis:malè forte *Nitiobriges*,*Montpel-*

ller vulgò, mons Pessulanus, mons Puellarum. habet vicinas ciuitates in Arecomicis, *Agatham*, (Ade,) & *Bliterras*, seu Bitterras, (*Besiers*;) Septimaniæ in Arecomicis vrbem. Sunt & Volci vtramque Rhodani ripam incolentes, ac proinde etiam *Auenio*, & *Nemausus*, (Nimes;) Plinio sunt Volsci Arecomici Ad mare sunt Fossæ Marianæ: *Aiguemortes* aliquibus putantur. Demum sub Narbonensi sunt Episcopatus Vceriensis, (*Vsets*;) Lutcuensis, (*Louede*;) *S. Pontii Tomeriarum*, (S. Pons de Tomiets,) *&* *Auttensis* (Alet.) Ergo Volsci duplices, Tectosages, & Arecomici.

Quarta sequitur Prouincia, dicta *Massiliensis*, vulgò *la Prouence*: *Prouincia* proprio nomine. Cæsar Romanam Prouinciam vocat. Galloligures hunc, & vlteriorem etiam tractum tenebant. Nam Suidas Agatham inter Galloligures numerat. In ea sunt *Aquæ Sextiæ*, (*Aix en Prouence*;) olim Colonia Iulia Augusta, ex Scaligero in Auson. *Massilia*, Ptolemæo, Massalia. (*Marseille*.) De huius vrbis disciplina & moribus scribit lib. 2 c. 6, Valerius Maximus. Hæc à Phocensibus Asiaticis condita: vnde Phocensis etiam Prouincia potuit vocari. Hos trilingues fuisse scripsit Varro, quod Græcè, Latinè, & Galliceè scirent. *Arelas*, siue *Arelatum*, sed Plinio Arelatæ Sextanorum (*Arles*.) Constantinam vocatam notauit Scaliger in Ausonium, idemque Ausonius Gallulam Romam vocauit. *Tollonum*, sed Taurentium apud Strabonem, *Tollon*. *Forum Iulium*, Classica Colonia apud Plinium, vulgò *Freius*. *Antipolis*, vulgo *Antibe*. Hic etiam *Dinia* est, quæ in Ebroduntiis perhiberur esse à Plinio. 10 *Prouincia.*

Quinta Prouincia inter Rhodanum & Alpes est *Delphinatus*. Nam Allobroges à plerisque putantur. Taurinates, & Sabaudia, cuius caput est Camberium, vulgò *Chambery*, aliquibus forum Voconii. In hac Prouincia sunt. *Brannouii*, vulgò *Briancon*, ex Vigenerio. Diuersi sunt *Brandouices*, apud Cæsarem Branouices, vulgò *Moriane*, vnde non valde distant iuga Cibennica, vulgo *Ment Cenis*. *Ebrodunum* in Græcis Alpibus oppidum. *Gratianopolis* apud Sidonium lib. 3. ad Placidum, *Gratianopolis* apud Augustinum de Ciuitate (*Grenoble*). Acusiorum Coloniam esse aliqui putant. *Vienna*, licet Allobrogum vrbs describatur, tamen hodie Delphinatus caput est, vulgo *Vienne*. *Ambuarctum* Cæsari, est Vigenerio, *Ambrun*. *Amarorum mons*, vulgo *Montlimar*. 11 *Delphinatus*

Sexta Prouincia sit *Burgundia*, habens hodie *Comitatum* (Hispanicæ ditionis,) & *Ducatum*, qui Galliarum regi paret. Comitatus *Dolam* habet vrbem ad Dubin Fluuium, aliqui Diuittium vocandum putant. In Francica Burgundia sunt, *Diuionenses*: vrbs Diuionum, (*Dion*:) & *Lingones*, (Langres) apud Cæsarem Lõgones. Burgundia olim tum Heduos, (qui sunt magna ex parte in Ducatu.) tum Sequanos Cisiuranos, complectebatur Sequanorum vrbs maxima habita *Vesuntio*, (Besancon, dicta ciuitas Crisopolinorum. Sequanis Regio erat, quæ nunc vulgo est, *le pais de Besancon*, *&* *Franche-Comté*, Prouincia dicta Sequanorum maxima. Sequanis proxima ciuitas est *Lugdunum*, inter confluentia Rhodani & Araris nobile hodie Emporium. *Matiscona* non multum abest, (*Mascon*:) Cæsari Heduorum oppidum ad Ararim. item *Caballinum* Plinio Heduorum etiam oppidum: Cæsar Cabilonum vocat, vulgo *Chalons*, ad Ararim Vigenerio. his adde *Augustodunum* (*Autun*) Burgundiæ oppidum, Heduorum caput. Est apud Scriptores mentio amplioris Burgundiæ, quam diuidit Iura mons (à Rheno ad Lemannum lacum pertingens) in Transiuranam, de qua ad ann. 888, & Cisiuranam, quam alteram Burgundiam nunc Reges Galliæ, nunc alii tenuerunt. Accessit postea & illa Burgundiæ diuisio citerioris in Ducatum, & Comitatum, quæ vsque ad nostra tempora permanet. De Geneua, & Latobrigis vide nu. 20. 12 *Burgundia.*

Septima Prouincia *Campania*, *Rhemos* habet, *Catalaunos*, & *Trecenses*. Plinius populos nominat Tricasses: vrbem Tricassium, & Trecas: hodie vocamus *Troies*, In vetere Lugdunensi Gallia numerabatur Rhemorum vrbs, præcipuaque, vulgo *Reims*. De Catalaunicis campis certatur inter Scriptores, an prope Tolosam sint. Certè etiam in Campania est *Catalaunum* seu Cathelaunum oppidum, vulgo *Chalons en Champaigne*. Nec pauci ibi Cathelaunos campos cæde Attilæ nobilitatos, esse volunt. 13 *Campania.*

Octaua Prouincia est *Picardia*. Ea habet *Laudunum*, (Laon,) *Suessones*, (*Soissons*,) *Ambianos* (*Ammiens*;) *Bellouacos*, *Veremanduos*, *&* *Morinos*, quibus sunt loca vicina, *Nouiomagus*, (*Noion*,) *Atrebates*, (nunc Artesia, vulgò *Artois*, *Cameracum* [*Cambrai*,] & Augusta Veromanduorum (*S. Quintin*). In Bellouacis (Beauuoisin) est Cæsaromagus Bellouacorum ciuitas, vulgo *Beauuais* De quibus redibit sermo nu. 18. Cæterùm, *Teroana* Morinorum, deleta à Carolo V. nomẽ retinet: sed Episcopatus fuit Bononiã, seu Gessoriacum translatus. 14 *Picardia.* 15 *Normannia*

Nona Prouincia Galliarum, est *Normannia*, priori finitima, ad Oceanum Britannicum. Habet hæc *Neustrios*, *Bellocasses*, *Lexouios*, *Eburonices*, *&* *Aulercos*. Caput Prouinciæ est *Rothomagus*, vulgò *Rouen*. Vigenerius, & Ortelius volunt Eburonices esse *Eureux*. Aulercos aliqui *Rouen* interpretantur. Sed Vigenerius esse populorum quorundam prænomen putat, ac si dixisset sine distinctione Cæsar, Aulercos Eburonices, Aulercos Cœnomannos *Lexouii*, vulgò *Lisieux*. Bellocasses ad Sequanam & Oceanum sunt. horum præcipuum oppidum est *Gisortium*, aliqui *Gisoirs* exponunt. *Gessoriacum* quoque Scaliger in Auson. vulgo *Gessone* vocat. Massono, & Meyero, est Bononia [*Boloigne*.] Idem Scaliger in sua notitia Gall. vult Itium esse Gessoriaci Promontorium, & falli eos, qui Itium putant esse *Cales* oppidum, qui portus Morinorum est Angliam prospectans, qua parte est Cantiorum Regnum, & Dolobernium. Cæterum antiquior *Neustria*, seu Vestria Occidentale Regnum sonat, à Sequana ad Britannicum Oceanum & Ligerim protendebatur.

Decima Prouincia est *Britannia minor*. Cæsar Armoricas habet. hæc continet *Osismos*, *Venetos*, *Curiosolitas*, *Rhedones*, *Nanetes*, *&* *Cadetes*. *Osismi* sunt ad mare Britannicum, (*Landriget*.) *Veneti*, vulgò *Vannes*. Cæsar Venetiam appellat. *Curiosolitæ*, (Cornoaille,) aliqui cornu Galliæ in Oceano dixerunt. *Rhedones*, vulgò *Rhenes*, Nanetes, *Nantes*. *Cadetes* vrbs Britanniæ non longè ab Andibus, ex Vigenerio *Britannia.*

Sunt hæ hactenus explicatæ Regni oræ extremæ. Interiores verò, & his finibus conclusas Prouincias tenent *Franci*. Caput est *Lutetia*, vrbs Regia. *Aurelianenses*. *Carnutes*, oppidum Carnutum, *Chartres*. *Cenomanni* in Gallia Lugdunensi (*Pays du Maine*.) *Andes* Cæsari, nunc etiam Andegauenses, (*Anjou*.) *Turones*, *Tours*. *Bituriges*, (*pays de Berri*,) ciuitas Biturix, & Osorio est Biturigo. *Niuernenses*, vrbs Nouiodunum, (*Ne-* 16 *Reliqua Prouincia Galliæ.*

uen) hi quoque vocantur Ambari. *Antißiodorenses*, vrbs Antissiodorum. *Aussterre.* Item Borbonii (*Bourbonois*) *Aruerni*, Ciuitas Aruernia, vulgò *Clermont*, vide. Sidon. 4 ad Aprum suum. *Lemouicenses*, Pictonibus vicini, (*Limosins*) vrbs Lemouicum, *Limoges*. *Pictones*, *Poictou*, vrbs Ptolemæo Augustoritum, nunc Pictauium, *Poictiers*. vltimis temporibus vicinum Episcopatum habet Maleacensem, *Mallezes*, & Luxonensem, *Lusson*. *Santones* apud Ptolemæum, *Saintonge*, vrbs vulgò *Saintes*. Huc pertinet *Rupella*, *Fanum S. Ioannis*, & *Santonum* Promontorium, *Blaye*, hodie *Blauium*. nec longè abest Engolisma nobilis ciuitas, Ausonio Eculisma. *Vellaunii*, sub quibus aliqui comprehendunt regiones vulgò dictas, *Velay*, & *Viuaretz*. Vellaunienses Episcopatum habent Aniciensem. adde *Mimates* Gabalorum, *Mende de Giuauldan*: & Albam Heluiorum, *Aubenas*, in Viuariensi diœcesi. Habentur porrò Galliarum varia apud Geographos, & non ignoranda nomina. sunt verò hæc: *Gallia Lugdunensis*, eadem cum *Celtica* Cæsari, & Plinio. *Gallia Narbonensis*, Cæsari Prouincia Romana est: *Braccata* ante dicta Plinio. *Gallia Aquitanica*. *Gallia Nouempopulana*, Auscos, & Vasconiæ partem maximam continet. *Gallia Cisalpina*, seu citerior, ac vetus. eius pars est Togata. vtriusque descriptionem habes hic num. 22. *Gallia Riparensis* ad Viennensem refertur. *Gallia* denique *minor*, est Galatia; seu Gallogræcia, minoris Asiæ Regio.

GALLICANARVM
VRBIVM NOMINA GALLICA ET LATINA: AD SERIEM ALPHABETICAM REUOCATA; cum enumeratione Episcopatuum.

A.

AGde Episcopatus Agathensis. Agatha, in Volcis Arecomicis. ἀγάθη, *Ptolemæo*, ἀγαθὴ τύχη, ex *Stephano*. Bona Fortuna.

Agen. Episcop. Aginnum *Ptol.* Nitiobriges *Scal.*

Aire Episcop. Atyrensium ciuitas, ab Atyro flumine (l'Ador.) in Nouempopulonia.

Aix. Archiepisc. Aquensis. Aquæ Sextiæ Saliorum.

Alby. Episcop. Albigensis (vrbs aliquibus Alba Augusta, & Heluiorum) est ad Tarnim fluuium, vulgò Allium.

Alet. Episcopatus Aletensis.

Ambrum. Archiepisc. Ebrodunum Caturigum.

Amiens. Episcop. Ambianum.

Angers. Episcopatus Andegauensis. Andes *Cæsari*. vrbs Iuliomagus Andicauorum. ἀνδικαύαι *Ptolem.*

Apt. Episcopatus Aptensis. Apta Iulia Vulgiensium, in Gal. Narb.

Aqs. Episcop. Aquæ Tarbellorum.

Arles. Archiepisc. Arelatensis. Arelate Sextanorum *Plinio*. Gallula Roma. *Ausonio*.

Auch. Archiepisc. Auscensis. Augusta Auscorum. Nouempopulonia ciuitas.

Auignon. Archiep. Auenio, Cauarorum est.

Aurenches. Episc. Abrincantensis. Ingena Abrincantorum.

Aussterre. Episc. Antissiodorum.

Austun. Episc. Augustodunensis. Augustodunum Heduorum, seu Eduorum.

B

Baieux. Episc. Baiocensis, Baiocasses.

Baione. Episcopus Baionensis. Baiona Lepurdensium, seu in Lapurdo [*aux Landes*] Sidonius.

Basars. Episcopatus Vasatensis. Cossio Vasatum: gens Vasates.

Beauuais. Episcop. Cæsaromagus Bellouacorum.

Besançon. Archiep. Vesuntio. ciuitas Crispolinorum: alii Vesontio.

Besiers. Episc. Biterræ, Septimanorum est in Arecomicis. Ptolemæo βαίτιρας.

Bourdeaux. Archiep. Burdigala. Biturigum Vibiscorum.

Bourges. Archiepisc. Auaricum Biturigum.

Brieu. Episcopatus Briocensis.

C

Caors. Episcopatus Cadurcensis. Cadurcorum Doueona Ptolemæo. δούηωνα: aliqui Diuonam habent.

Carcassonne. Episc. Carcasso, Volcatum Tectosagum.

Carpentras. Episc. Carpentoracte Meminorum. aliquibus Vindesca.

Castres. Episcopatus Castrensis, nouus est.

Cauaillon. Episcop. Cabillionensis: Cabillio Cauarorum.

Chaalon. Episcop. Catalaunum. *Challon sur Saone.* Episc. Cabillonensis. Caballinum Heduorum, seu Caballionum.

Chartres. Episcop. Carnutum. Carnutes Celtarum populus apud Cæsarem.

Clermont. Episc. Claromontensis. Aruernum, & Aruerna: Plinio Aruernæ.

Cisteron. Episcop. Cistero. Segestoriorum vrbs.

Comenge. Episcopatus Conuenensis S. Bertrandi. ciuitas olim Lugdunum Conuenarum, nunc S. Bertrandi.

Condom. Episcop. Condomiensis.

Conserans. Episc. ciuitas Consarannorum.

Constances. Episcopatus, Constantia.

Cornouaille. Episc. Curiosopitensis.

D

Die. Episcopatus Diensis: ciuitas Dia (vel Dea) Vocontiorum.

Dine. Episcopatus Diniensis: Dinia, vrbs in Ebreduntiis Plinio.

Dol. Episcop. Dolensis: sed habet ius pallii, ac proinde locum inter Archiepiscopos.

E.

Engoulesme. Episc. Engolisma, & Iculisma, vel Eculisma apud Ausonium.

Eureux. Episcop. Ebroicensis: Mediolanum Aulercorum Eburonicum.

F.

Feriuls Episcop. Foroiuliensis. Forum Iulium. Colonia Octauanorum Plinio, nauale Cæsaris Augusti in Gal. Narbon.

S. Flour. Episcopatus Sancti Flori, & nouus à Claromontensi subductus.

G.

Gap. Episcopatus Vapincensis. vrbs Vapingum.

Glandeue. Episcopatus Glandatensis. subest Ebredunensi Metrop. Glannate, & Glanatica, in Alpibus maritimis.

Granoble. Episcop. Gratianopolis. olim Cularo vrbs dicta ante tempora Gratiani, qui nomen mutauit.

Grasse. Episcopatus Grassensis: subest Ebredunensi.

L

Laictoure. Episc. Lactoratensis.

Langres Episcop. Lingoniensis: Lingones, vrbs Andomatunum Lingonum.

Laudriguier. Episcop. Tricoriensis, sub Turon.

Laon. Episcop. Laudunum.

S. Paul de Leon. Episcop. Leonensis.

Lescar. Episc. Lescariensium ciuitas, sub Metrop. Auscorum.

Limoges. Episcopatus Lemouicensis: vrbs Ratiastum Ptolemæo. gens Lemouices Cæsari.

Lion. Archiepiscop. Lugdunum Segusianorum.

Lisieux. Episcopatus Lexouiensis. Lexouii Ptolem. in Normannia.

Lombes. Episcopatus Lombariensis.

Luçon. Episcop. nouus, Luxonensis.

M.

Maillezes. Episcop. Maleacensis, sed nouus.

S. Malo. Episc. Machlouiensis.

Mans. Episcopatus Cenomanensis. Cenomani.

Marseille. Episc. Massilia, vrbs Græcorum Phocensiū. Val. Max. lib. 2. c. 6.

Mascon. Episcop Matisco Heduorum.

Meaux. Episcop. Meldæ Ptolemæo, & Cæsari Meldorum ciuitas.

Mende. Episcop. Mimatensis. Mimates Gabalorum, hoc est, *Mende de Giuauldan.*

Mets. Episcop. Metensis. Diuiodunum Mediomatricum: sub Treuerensi Metrop.

Mirepoix. Episcopatus Mirapicensis. Ab aliquibus Tascodunitari sunt.

Montpellier. Episcopatus Magalonensis. In Volcis Arecomicis. Vulgus Montem Pessulanum vocat: aliqui Nitiobriges, fortè minus rectè.

Montaulban. Episc. Montalbanensis.

N.

Nantes. Episc. Nannetensis: Nannetum. Nannetis. Ad ostia Ligeris.

Narbonne Archiepisc. Narbo Martius, Plinio & Pomponio.

Neuers. Episc. apud Heduos. Nouiodunum Niuernensium.

Nion, entre Geneue, & Losanne. Neuidunum.

Nismes. Episc. Nemausus Volcarum Arecomicorum.

Noion. Episcopat. Nouiomagus: Vadicassium, Ptol.

O.

Oleron. Episc. Oloronensis ciuitas, sub Metrop. Auscorum.

Orange. Episcopatus Arausionensis. Arausio Ἀραυσίων Ptolemæo.

Orleans. Episc. Aurelia, & pluribus. Scaliger vocat Genabum Aurelianorum: at Genabum fortè Gian est.

P.

Pamies. Episcop. Apamiensis: Apimia ad Aurigeram amnem, & Epaunense Concilium.

S. Papol. Episc. Sancti Papuli.

Paris. Episc. Lutetia Parisiorum.

Perigueux. Episc. Petrocoriensis: Vesuna Petrocoriorum. Οὐέσουνα Ptol. extat turris adhuc, & vetus oppidum nomen retinet.

Poictiers Episc. Pictauium, & Augustoritum Pictonum

S. Pont de Tomiers. Episc. S. Pontii Tomeriarum.

Le Puyen Velai. Episcopatus Aniciensis. Anicium Velaunorum.

R.

Reims. In Campania, Archiepisc Rhemi.

Renes. Episc Rhedonensis: Condate Rhedonum, in Britannia Armorica.

Ries. Episc. Reiensis. ciuitas Reiensium, subest Aquēsi.

Rieux. Episc. Riuensis.

Rodés. Episc. Segudunum Rutenorum. Ruteni, de quibus Cæsar, regionem, quæ vulgò *Rouergue* dicitur, incolunt.

Rouen. Archiepisc. Rotomagus, Venellocassium.

S.

Saintonge. Episc. Mediolanum Santonum.

Sees. Episc Saiorum ciuitas.

Sarlat Episcopatus Sarlatensis.

Senas. Episc. Sanitiensis: in Alpib. maritimis, Sanitiū.

Senlis. Episc. Siluanectum.

Sens. Archiepisc. Agendicum Senonum.

Soissons. Episcop. Suesiones: Suessionum Augusta.

T

Tarbe. Episc. Tarba Bigerronum.

Terouenne. Taruanna. Ptol. in Morinis oppidum: sed euersum à Carolo V. Episcopatus translatus Bononiam. Oppidum illud aliqui Ponticum vocant.

Tolon. Episc. Telonensis. Tolonum.

Tolose. Archiepisc. Tolosa.

Toul. Episc. Tullensis. Tullum Leucorum.

Tours. Archiepisc. Cæsarodunum Turonum.

Trois en Champagne. Episc. Tricassium. populus Tricassini & Trecasses.

Tulle. Episc. Tutelensis nouus.

V.

Vabres. Episc. Vabrensis nouus à Rutenensi auulsus.

Vaison. Episc. Vasio Vocontiorum.

Valence Episc. Valentia Segalaunorum.

Vances. Episc. Ventiensis. Ventium Nerusiorum in Alpibus maritimis.

Vannes. Episcop. Venetensis. Veneti, Cæsar.

La Vaur. Episcopatus Vaurensis.

Verdun. Episc Virdunensis. Verodunum: aut Verdunū

Vienne. Archiepiscop. Vienna Allobrogum.

Viuiers. Episcopatus Viuariensis.

Vsets. Episc. Vcetiensis. Vcetiensium ciuitas.

FLANDRIA, VICINAQVE LOCA.

FLandria ab Oriente, Brabantis, versus Meridiem Hannonibus, ad Septentrionem Oceano Britannico: ac demùm ad Occidentem, Artesia, & Galliis circumscripta manet: Germaniæque inferior pars est. Vrbes inter alias quatuor sunt, quæ dignitate & authoritate præeminent, easque cæteræ aliquo modo subditæ sequuntur. 1. *Gandauum*: Galli *Gand* vocant: vrbs est insignis; quatuor fluuios nauigabiles sinu suo admittit, pontes habens 98. distat Antuerpia, Midelburgo Zelandiæ vrbe, & Bruxella 10 milliaribus. Huic magnæ vrbi subcensentur *Alostum*, 5 milliaribus distans, *Curtracum*, *Dendremonda*, & *Aldenarda*. Hæc inquam, oppida subcensentur, hoc est, vnita censentur associatione, & tributo, cum Princeps pecuniam exigit, vel militem. 2 vrbs præcipua est *Bruga*, distans Gandauo 8 milliaribus, & Antuerpia 15. Huic subcensentur *Neuportus*, *Furna*, *DunKerca*, *Greuenlinga*, *Ostenda*, aliaque pleraque oppida. 3 vrbs præeminens *Ypra*, distans Bruga, 9 milliaribus: Gandauo, 13. In Yprensi tractu sunt *Ronsselara*, *Casletum*, & alia oppida. Flandri in sua Geographia quarto loco addunt *terram Francam*, associatione sub Philippo Bono ad annum 1437. huic subcensentur Castelania *Furnensis*, *Burburgia*, ac *Bergensis*. & hactenus de Flandria Teutonici idiomatis. Est porrò regio, quam *Galloflandriam* vocant, quod Gallice loquantur incolæ. Hæc *Lilam*, *Duacum*, & *Orchiesam* complectitur. Lila antiquum Germanumque nomen est, Insula nouum: distat Ypra, & Tornaco 5 milliaribus. *Duacum*, Scarpum fluuium interlabentem, & celebre Gymnasium habet: distans Cameraco, 5 milliaribus: Atrebato, 6. Tornaco, 8. Orchiesa, 3. Accessit Flandriæ *Tornacum* Neruiorum vrbs, Gallicè *Tournay*, ad Scaldim fluuium; quæ vrbs anno 1521, Flandriæ se, potius quam Hãnoniæ adiungere maluit, & ad Concilium Gandaui fixum solet prouocare: distat Gandauo 12. milliaribus: vrbem hanc ab Anglis extructam, habet *Marchantius*, Notat ille annum 1513.

Sunt finitimæ Regiones hæ. 1, *Batauia*, ad ostia Rheni, *Hollandiæ* hodie pars. habet *Lugdunum* Batauorum, vulgò Leiden. *Louanium*, Brabantiæ Academia celebris, in qua etiam est *Antuerpia*, Gallicè *Anuers*, Emporium celeberrimum. Accedit insignis Brabantiæ vrbs *Bruxellæ*, non longè ab Antuerpiensi Emporio. Sunt & *Atrebates*, (*Artesia* posteà,) apud Cæsarem Galliæ Belgicæ populi, inter Scaldin & Rhenum, proxima Ambianis, & Tornacensibus vrbs, vulgò *Arras*. vide nu. 14. Explicat demùm amplius hãc Belgij Geographiam, partitio illa, quam proferunt aliqui in Belgicam Prouinciam primam, & secundam. Priorem quidem illi ad Treuiros, Mediomatrices, Verdunenses, & Leucos, seu Tullonem (*Toul*) extendunt. Altera, præter Rhemos, Suessiones, Catalaunos, Siluanectum, (*Senlis*:) Bellouacos, (*Beauuais*:) Ambianenses, (*Amiens*:) & Bononiam: complectitur quoque ciuitates, Veromanduorum, (*S. Quentin*:) Atrebatum, (*Arras*:) Cameracensium, (*Cambrai*;) Tornacensium, (*Tournay*:) & Ponticum Morinorum ciuitatem, vulgò Terouane, vt isti interpretantur.

GERMANIA.

GErmania omnis Oceano, Rheno, Danubio, & Istula fluuiis, apud Albertum Magnum est comprehẽsa: alij laxiores dant limites, & quæ ad Meridiem est, vocatur Superior: quæ illi opposita Inferior nuncupatur, quam diuidit Abrunca fluuius à Superiore: aliqui Primam vocant, illam verò Secundam. Transrhenani olim Galli, Belgæ fuêre: dicti etiam Austrasiani, in quibus fuerunt Mediomatrices, & Treueri. Superioris porrò Germaniæ partem nunc plures faciunt Heluetiorum Regionem, & Rhetiam vniuersam, quæ olim in Primam, & Secundam diuidebatur, & quæ sub Augusto redacta in Prouinciam est, latiùs patens, quàm quæ nunc Grisonum Regio nuncupatur. hæc vniuersè.

Vrbes. Quod spectat ad singulas Prouincias, eæ ex fluuiis, vrbibus, & populis non malè explicantur. Tota Germania illa arctior à Gallis, Rhetiis, & Pannoniis seiuncta est Rheno, & Danubio: quorum ille Rheticarum Alpium vertice ortus, exonerat se in Oceanum Belgicum: hic verò Arbonæ montis iugo effusus, fluit in mare Ponticum. Vltra Rhenum, versus Galliam, recensentur vrbes, (inchoando à fonte Rheni, iuxta Heluetios) *Constantia & Basilea*: de quibus paulò inferius. Prope est *Argentoratum*, seu Argentina, (*Strasbourg*,) Nemetes, hodie *Spira*: Vangiones, nunc *Vormacia*: Moguntia, seu Maguntiacum, (*Maience*:) *Bingium*, (*Bing*:) *Confluentia*, *Cobolentz*:) *Bonna*, & *Colonia*. Treuirensium Regio, quæ Rhenum attingit, Treuirorum vrbem Metropolim dat, quæ præest Mediomatricibus, Leucis, & Virodunensibus. Similiter ad Danubij ripam versus Pannoniam, recensentur ciuitates vetustæ, *Augusta*, *Gunsperg*: *Patauia*, (incolæ *Passau* vocant:) & *Ratisbona*, (Augusta Tiberij, vulgò *Regensbourg*.) Atque harum ciuitatum fundamenta ferè posuerunt Romani, qui citeriores has tenebant Prouincias. Ex altera verò fluminum parte paucæ eo tempore reperiebantur ciuitates. Prouinciarum tamen mentio frequens, atque etiam populorum

Populi. Qui tempore Christi Germaniam incoluerunt, hi ferè recensentur. *Sueui*, *Bructeri*, *Coldui*, *Marcomanni*, *Senones*, *Sicambri*, *Catti*, *Gambriuij*, *Catuarij Cimbri*, *Campsiani*, *Cherusci*, *Bisurges*, *Ampsani*, *Chenisci*, *Landi*, *Boij*, *Hermunduri*, *Subatrij*, *Burones*, *Mugilones*. Ita *Strabo*. *Tacitus*, qui post Strabonem vixit, addit *Longobardos*, *Frisios*, & *Quados*. *Plinius* etiam *Vandalos* adiecit. *D. Hieronymi* tempore recensentur *Saxones*, *Francones & Alemanni*, sub quibus cæteri continebantur.

Prouinciæ. Iam quod spectat ad Prouincias dixi Germaniam secari in Superiorem, ea versus Alpes est, & in Inferiorem, quæ ex opposito respicit Oceanum. Separantur autem hæ duæ partes flumine Mœno, seu Mogono, quod in Voitlanda vltra Bampergam nascens, fluit per Franconiam, Rhenoque miscetur è regione Moguntiæ. *Superior Germania Prouincias* habet (iuxta recentiora nomina) *Bauariam*, *Austriam*, *Stiriam*, *Athesin*, *Heluetiam*, *Rhetias*, *Sueuiam*, *Alsatiam*, *& Rhenanum Tractum*, Moguntiam vsque. *Inferior* continet *Franconiam*, *Hassiam*, *Thuringiam*, *Bohemiam*, *Misniam*, *Marchiam*, *Silesiam*, *Prussiam*, *Pomeraniam*, *Saxoniam*, *Daniam*, *Liuoniam*, *Vestphaliam*, *Frisiam*, *Hollandiam*, *Selandiam*, *Geldriam*, *& Brabantiam*. Porrò ex totius huius Germaniæ sic descriptæ Prouinciis, sunt aliquæ Germanis vltra Rhenum versus Gallias, nempe Brabantia, Hollandia, Geldria, Luceburgensis Regio, Lotharingia, Alsatia, & Heluetia. Sicut etiam aliæ sunt iisdem Germanis

manis vltra Rhenum versus Gallias, nempe Brabantia, Hollandia, Geldria, Luceburgensis Regio, Lothringia, Alsatia, & Heluetia. Sicut etiam aliæ sunt iisdem Germanis vltra Danubium versus Alpes, nempe magna ex parte Superior Germania iam descripta. Hoc est, Bauaria, Austria, Styria, Carinthia, & Tyrolenses, vrbésque versus sinum Adriaticum, Aquileia, Taruisinum, Euganei Colles, & Tridentina claustra. Omitto in Germania Inferiore versus Oceanum esse etiam Meckelburgêsem ditionem. Vltra quam adhuc sunt Dani, Prouincia vulgò Dennemarck, quos malè aliqui cum Dacis confundunt. Fateor hos Germaniæ fines plura complecti, quàm quæ à multis hodie Germania nominatur: verùm res Geographica non tam subtiliter Regionum fines, (qui sæpe mutantur, sæpè contentiosi sunt, aut in opinione) expêdit: quàm Prouinciarum situm atque ordinem, ex fluminibus, montibus, vrbibus, & eleuatione colligendum. Iā si vetera nomina cū posteà natis vocibus conferas, putantur Bataui, esse nunc Hollandi: Boij & Auares, Baioarij: Heruli, nūc Megapolenses: Marcomanni, qui Bohemi: Nemeres, Spirenses: Noricum quoque Baioariis accessit: Quadi, qui hodie Schlesitæ: Salani, Francones: Sicambri, Geldri & Cliuenses: Sclauini seu Slauini, ferè Bohemi putantur: Vbij, Colonienses. Germania sub Carolo Magno, & deinceps distincta est in varias ditiones Principum Virorum, ac Ducum. Sed posterioribus tantùm seculis habuit Comites Palatinos: quos à quodam Rheni palatio sic dictos quidam augurantur. Accesserunt & Marchiones: in his, Brandeburgensis, olim Saxoniæ subditus. *Vetera Populorum nomina.*

Atque hæc quidem vniuersè saltem cognosci debent, ab eo, qui res multorum seculorum gestas antlegere, aut memoria retinere desiderat. Habet quoque suam vtilitatem in hac parte, peculiaris quorundam locorum atque etiam vrbium, quæ sequitur commemoratio. Nobile olim fuit in Germania *Regnum Austrasiæ*, quæ Rheno vtrinque adiacens, Mosa, Mosella, & Illo fluuiis ferè continebatur. SanèGeldriam continebat, Ducatúsque Iuliacensem & Cliuensem: quin & Alsatiam habuisse dicitur, quæ Regio Germaniæ fertilissima Rhenum attingit, ea parte, quâ nunc est Argentoratum, (vulgò *Strasburg*) Constat porrò Ducatus illos Lotharingiæ & Brabantiæ (qui olim coniuncti fuerunt sub vno Duce) ad Austrasiam quoque pertinuisse. Sensim tamen in plures Principes Regnum hoc diuisum cessauit: sicut etiam Ducatus Cliuiæ & Iuliacensis ad Bergensem Ducem peruenerunt, atque ex tribus, Ducatus vnicus constitutus est. *Austrasia.*

Saxonia Valentiniani tempore Regem habebat, qui apud Methodium Saxo vocatur. Vitikindus tempore Caroli Saxoniam occupauit. Hic victus à Carolo, & Christiana sacra sequutus, creatur primus Saxoniæ Dux, vt plures scribunt. Variæ posteà mutationes. Cattos putauit Crantius hos esse apud Tacitū. Saxoniæ vrbibus Ottho Magnus Magdeburgum adiecit an. 971. Aneburgum apud Hermanduros (*Meissner*) condidit Saxoniæ Dux an. 1101 *Saxonia.*

Inter Rhenum & Bohemiam media est *Franconia*, in qua præter alias sunt hæ ciuitates. Herbipolis (*Virtzburg*) olim Attaunum: Bambergum, Sueinfurtum, Rotenburgum, Francofurtum in extrema Franconia ad Mœnum fluuium, & Amberga. Succedit Vitembergensis ditio, Rheno, Frāconia, & Sueuia terminis conclusa. *Franconia.*

Sueui olim maximam Germaniæ partem obtinebant, ex Tacito & Strabone: & eam præsertim, quam tenent Cassubij, Pomerani, & ex parte Poloni. His tempore Cæsaris Dictatoris præfuit Ariouistus. Sub Tiberio Marobundus. cœpit Sueuia ante Carolum Magnum habere Duces. Diuisus posteà Ducatus, & ciuitatum aliquæ Imperio accesserunt, aliæ Ducibus Bauariæ. *Sueuia*

Bohemia Regio trium ferè dierum itinere longa, æquè ac lata. Herciniâ syluâ vndique cincta. Regnum à multo tempore nobile. Nunc Rex inter Imperij electores primas tenet. Vrbem Pragam habet Regiam. Bubiemum aliqui putant esse apud Strabonem. *Bohemia.*

Bauaria, seu *Bauaria*, olim Noricæ regionis nomen habebat. Boij & Auares duo priora nomina dedisse putantur. primum hîc Ducem scribunt Theodonem. Vrbes nunc ibi numerantur plurimæ. Ambergum. (*Amberg*. Monachium (*Munchen*.) Chrysopolis, Aquæburgum, Ratisbona, (*Regensburg*) Frisingum (*Frisingen*) Oeni Pons, (*Otingen*) non est *Inspruck* in Tyrolensi Comitatu. Gesodunum, (*Salsburg*) Patauia, inter Danubium & Enum fluuios, velut in Peninsula: Aichstadium ciuitas Episcopalis, (*Eystet*) Landshutensis ciuitas, Ingolstadium vrbs publico Gymnasio celebris, iuxta Ratisbonā ad Danubiū: & aliæ plures, præsertim in ea Bauariæ parte, quæ circa Danubiū excurrit, versus Franconiā ad Nortbergam Metropolim. *Bauaria.*

Austria ad Danubium Regio, olim superior Pannonia nuncupata. Primus ibi Dux Henricus sub Barbarossa. Accessere tandem Austriaco Ducatus Stiriæ, Carinthiæ, & Tyrolensium. Irenicus lib. 3. c. 67. Viēna Metropolis Austriæ est. plures nec ignobiles vrbes dāt adiuncti Ducatus Stiriæ, Carinthiæ, & Tyrolēsis Comitatus. *Austria.*

Sunt qui superioris Germaniæ partem faciunt *Heluetiorum* Regionem, quæ Rheno, Rhodano, Iuramōte, & Lacu Geneuensi circumscripta ferè est tota. & cuius partem tenebant olim Quadi & Sequani non exiguam. In his confœderatis nunc populis vrbes variæ, Tigurini apud Stratonē, (*Zurich*) Verona (*Berne*) Lucerna, Friburgum, Solodurum, (*Soleurre*) & Badense oppidum in medio ferè confœderatorum situm. Inter Heluetios & Alsatiam est Basilea ad Rhenum sita, Rauricorum Augusta: illique vicina satis Constantia ad lacum Acronium, seu Brigantinum (Constantiensem aliqui vocant) in quem influit Rhenus. Est demùm Ebrodunum Heluetiorum, (vulgò *Iuerdun*) Nec multùm Geneua absunt Nouiodunum, (*Nion*) & Lotobrigi, (*Losanne*) ad Lemanum lacum. *Heluetii.*

De Rhetiis, & Pannoniis.

HEluetiis ex altera parte vicini sunt *Rhetij*, qui à fontibus Rheni ac Danubij (de quibus num. 19) versus Alpes & Italiam protenduntur. Ad Orientem autem Lycio fluuio, aut certè Brigantino lacu separantur à Vindelicia, cui adhæret Noricum. Cæterùm qui viciniores Italiæ sunt Rhetij, vocantur *Grisones*. Est enim Rhetia alia, quæ secunda vocatur, seu inferior, Vindeliciam complectitur, & quam nunc incolunt Baioarij. Rhetiæ superioris vrbs est Curia, vulgò *Cheur*. 20

Pannonia tota in Primam & Secundam, seu Inferiorem & Superiorem diuisa est. Superior est hodie Austria, Carinthia, & Carniola, de quibus hactenus. Inferior nostra ætate *Hungaria* vocatur. Prouinciæ olim varia nomina ab oppidis vel fluuiis sortiebantur. hinc Pannonia Sauia, *nunc Slauonia*, siue Ripensis: Valeria: Bubalia: Cibaliensis, (à Cibali vrbe) Sirmiensis: & Amantina. Reperitur & Sabaria, sed eadem fortè cum Sauia illa, à Sauo flumine dicta. Hoc Hungariæ Regnum duas olim regiones complectebatur amplissimas, Illyricum, & Dalmatiam, ac nunc continet, sed mutatis nominibus. Ciuitates Regni sunt, Buda, prima & Regia habita: Sirmium, Taurunum, (vulgò Belgradum, & quibusdam Alba Græca) Alba Regalis, Iaurinum, Strigonium, & aliæ non paucæ arces.

POLONIA.

Et alia vltra Daniam Regna.

21 *Polonia.* QVæ nunc *Polonia* est, bonam veteris Sarmatiæ partem continet: vrbes numerat Munsterus Cracouiam, Sandomiriam. Tharnouiam, Petricouiam, Posnaniam, Boleslauiam, Vuarram, Gnesmam, & alias. Versus Septentrionem, mare respicit, deinde Tartariam, & Moscouiam. Ex opposito habet Germaniam. Tandemque Pannonias prospectat. In duas nunc diuisa partes est, quarum quæ Prutenis, ac Saxonibus obiicitur, *maior* Polonia nuncupatur: altera Hungariæ & Russiæ vicinior, appellatur *minor*. Regnum vniuersum in quatuor regiones diuisum est, & singulæ ternis mensibus Regem alunt, dùm eas Rex in orbem quotannis inuisit. Sunt quædam alia, & vltra Daniam Regna. *Noruegia*, *Suecia*, *Finlandia*, *Islandia*, *Laponia*, *Grundlandia*, & *Gotlandia* Insula: quæ pluribus dominantur principibus. Ex his *Suecia* *Suecia.* Regnum nobile satis est, & amplum. Dat pelles nobilium Ferarum præstantiores. Regio metalli ferax est, & fertilitate alia non in postremis. Reges habuit *Suecia* hæc, seu manis vicina Dania dictos *Christianos*: quos more suo Dani Christiernos vocant, & qui potius Daniæ, quam vsurpatæ iurerdùm Sueciæ Reges dicendi erant. Diuturna enim bella, varioque Marte duo hæc vicina Regna infensis signis gesserunt, cùm de Holsatiæ Comitatu, tùm de totis Regnis sæpe dimicando. Lege *Bellesforestum* ab initio libri 4 Geograph. postremos Sueciæ Reges attigi ad an. 1587, & 1593.

ITALIA.

22 *Gallia Cisalpina.* HIc sese offert imprimis *Cisalpina Gallia*, quam Appianus in Annibalicis citeriorem vocat, & Gallicam. Ea secatur in *Cispadanam*, & *Transpadanam*. Illam Cato in Originibus vocatam dixit Aureliam, & Æmiliam, in qua sunt Placentia, Parma, Bononia, olim Felcina. Iustin lib. 20. Forum Liuij, (*Forli*) inter Cæsenã, & Fauentiam, (*Faenza*) aliæque plures ciuitates in hac Chronologia veteribus nominibus expressæ. Transpadana, sumpto ab Alpibus initio, habet Segusium, (*Susa* est hodie) Taurinates, (hic sunt Pedemontani,) Alexandriam, Ticinum, (nunc *Papia* est,) Mediolanum. Regio posteà *Lombardia* dicta. In Transpadana quoque Regione numerantur Cenomani, vbi Cremona ciuitas, & Crema, seu forum Diuguntorum. Bergomum insuper, & Mantua, Virgilio dicta Galatea.

Gallia Togata. Succedit *Gallia* dicta *Togata*, Cisalpinæ Galliæ pars aliqua: eam coli dixit Mela à Carnis, (*Carniola*,) & Venetis. *Appenninus.* Respicit hæc Gallia Togata aliqua ex parte *Apenninum* montem, qui Italiam in duo secat, medius excurrens inter mare Superum, & Inferum, seu Adriaticum, & Tuscum. Ac tandem in duo se findens cornua, alterum versus Siculum mare, alterum ad Ionium pelagus extendit. Iam ad sinistram partẽ huius montis, ab Alpibus scilicet prospiciendo, est illa Togata Gallia memorata, à Pado ad Anconam & *Vrbes.* Rubiconẽ, inquit Mela. Transitur Rauennam, Ariminum, & Pisaurum, Fanum Fortunæ, (*Fano*) & Senogalliam ad Aterni fluminis (*Pescaria*) ostia: vulgò *Senigaglia*.

23 *Picenus Ager. Rubico.* Sequitur *Picenus Ager*, incipiens à Rubicone olim Galliæ & Italiæ termino: cuius varia hodie sunt nomina, pro variis locis, per quæ transit. Sunt hic plures ciuitates, 1, Laurerum, Lauretanâ æde insigniter nobilitatum oppidum. 2, Ancona, ab inflexi cubiti imagine Græcum nomen habens. 3, Numana, hodie Humana. 4, Potentia, apud Franciscum Pamphilium, *Potença*. 5, Montana, fortè vbi hodie *Montalto*. Altera huic vicina erat Maritima, eiusdem nominis vrbs. Castella sunt in agro Piceno, Firmum, (*Fermo*) Adria, Adriani Imper. patria, ex Aurel. Victor. Truentum, hodie *Tronto*, ex Leandro.

Frentani Samnites. Post Picentes sunt *Frentani*, Plinio *Samnitica* gens est in Aprutio, (*Abruzzo*) Strabo Ferentanos vocat: Liuius Ferentinam habet: nomen quidem commune aliis Italiæ locis: alij enim Ferentini sunt, qui Tusciam habitant, alij Ferentinates, qui Latium incolunt. vide Baron. in Martyrol. 14 Maij.

24 *Daunij Apuli.* *Daunij*, à quibus *Apulia* est Daunia cognominata. Hic Salapia oppidum Annibali familiare. Hodie *Salpi* ex Leandro. Canusium, Dauniorum Apulorum oppidum ad Aufidum fluuium (*L'ofanto*) Hic, vel non longè Cannæ, vicus Romanorum strage nobilis. In Dauniorum tractu est Aternus fluuius, (Leandro *Pescara* est,) qui excurrit per Pelignos, (Valuenses hodie Leandro) & Sulmonem, Ouidij patriam, labiturque in Togatam Galliam. Est insuper Cliternia Dauniorum, & Theanum, sed geminum scripsit Paulinus. Apud Ciceronem Theanum Apulum reperies, & Sidicinum. Garganus mons, hodie sancti Angeli. Vrias Apuliæ Daunſæ vrbs, (hodie *Rhode*:) & Sinus (*Golfo di Rhode*) Sypuntum, vulgò *Siponto*. Aufidus fluuius memoratus, solus Apenninum diuidit. Barium, vulgò *Barri*. Vbi Reges Neapolitani coronari solebant. In Apulia quoque sunt Rudiæ, Ruias hodie vocant, aliquibus in Calabria vrbs est.

Calabria Prouincia vicina, in qua, 1. Brundusium, Romanis in Græciam via, (*Brendisi*) 2. Valerium, hodie
Castaldo putatur. 3. Lupiæ, fortè hodie *Rocca*. 4, Hydrus, Hydruntum vocat Plinius, ad mare Ionium, (*O-* 25 *Calabria.*
tranto) 5, sequuntur Salentini campi, instar Peninsulæ Leandro *terra d'Otranto*. Promontorium habet Ia-
pygium dictum. hanc Chersonesum, & aliam ad Meridiem continebat olim Regio dicta *Magna Græcia*,
accendente Sicilia. Et hactenus de sinistro Italiæ latere, si addas Gallipolim, quæ Magnæ Græciæ vrbs, *Magna Græcia.*
hodie *Callipoli* nominatur Leandro. Magnæ istius Græciæ sinus, est Tarentinus. 1, hic Tarentum vrbs,
Pyrro Epirota, & Archita Pytagorico celebris, (*Taranto.*) 2, Metapontum, Leandro *Torre di Mar.* 3, Heraclea,
quam aliqui Amigdalariam dicunt, 4. Croto, Milone Athleta memorabilis, etiam hodie *Crotone*. 5, Turium
in sinu Tarentino, vbi sua scripsit Herodotus, ex Plinio: hodie *Terranoua* quibusdam. Succedit Scylla-
ceus sinus. Hic Petilia Melæ & Ptolomæo, Magnæ Græciæ vrbs, An vulgò *Pelina*, vel *Petiliano* certatur.

Subsequentium Prouinciarum hæc partitio est. A freto Siculo ad Laum Amnem extenduntur *Brutij*:
Indè vero ad Silarum *Lucani*. Sequuntur *Picentini* ad Sarnum vsque. *Campani* deinceps vsque ad Lirim. 26
mox *Latij*, vsque ad Tiberim. Qui his proximi sunt *Etrusci*, pertinent ad Macram: vbi incipit Liguria, Ita- *Alterum*
liæ terminus, ex Varrone Locri, vrbs est ad Zephyrium Magnæ Græciæ Promontorium. coniiciunt ali- *Italiæ Latus.*
qui nunc *Gerazi* vocari. dictos olim Epizephyrios, in extremo illius agri iugo sitos. Est & Brutium Pro-
montorium, quod Scylleum nominat Ptolemæus. In latere huius sinus columna Regia instar turris, re-
spicit ex aduerso turrim in Peloro Siciliæ Promontorio sitam. Hodie Scylarion vocant aliqui. Rhegium
Brutiorum vrbs, hodie *Rezo*: (est & in Togata Gallia Rhegium Lepidi) habet Leucopetram Promonto-
rium. Cicero 1 Philip. Lucanorum agrum qui à Samnitibus originem traxerunt, terminat Silarus Cam- *Lucana.*
paniæ fluuius, vti iam commemoraui, & Salernum præterit Niger nunc *Sili* vocat. Hic Picentinorum
ager, (hodie *Principato*) caput est Picentia, Leandro nunc *Vicentia*. Hic etiam positi Syrenum Scopuli, &
sedes olim vulgata ad Surentinum Promontorium, (*Surrento*)

Sequuntur proximè atque ordine, Campania, Latium, Etruria, & tandem Liguria. *Campaniæ* sunt hæc: 27
Sinus Puteolanus. Vesuuius mons, hodie *Monte di Somma*. Lacus Auernus, Styx, *Lago di Tripergola*. Baiæ, *Campania.*
(*Baia*) Misenus mons, (*Miseno*) Cumæ, nomen retinet. Linternum, aliquibus vulgò *Torre della Patria*. Ca-
pua, nobilissima Campaniæ vrbs, olim Vulturnus dicta ex Liuio: quæ hodie Capua est, distat à veteri duo
bus passuum millibus. Sinuessa, iuxta agrum Salernum, nomen retinet. Formiæ, Lestrygonia apud Ci-
ceron. ad Attic.

In *Latio* hæc leguntur: Fundi nomen retinet. Tarracina, seu Anxur, caput Volscorum, qui in Latii lit- 28
tore sedes habebant, hodie *Tarracina*. Latij Promontorium est Circæum, Circes domum vocat Mela: ho- *Latium.*
die *Monte Circello*. Nec longè *Ciuitta Vecchia*. Indè Ardea, Rutilorum vrbs, nomen retinet. Roma. Lau-
rentum, seu Lauinium, iam S. Laurentii putatur. ostia Tiberina.

Ad *Tusciam* spectant. 1, Pyrgi, (*S. Marinello*) 2, Castrum nouum, non extat. Grauissæ, (*Monsalto*) 3, Tela-
mon, nomen retinet. 4, Populonia, non extat. 5, Florentia, prius dicta Fluentia. 6, Pisæ, inter Tusciam, & *Tuscia, & Liguria.*
Liguriam, nomen retinet. Lunæ portus, putatur in Liguria *Porto Venere*. Genua, manet vrbs, & nomen.
Liguriæ est. Albigaunum, Leandro *Albenga*. Tandem est Nicea, Plinio & Ptolemæo oppidum maritimum.
Nunc *Nizza*. Hæc de Italia pauca dicenda. Nota sunt omnia, inquit Mela.

GRÆCIA.

GRæcia, vt eam nunc describimus: complectitur Macedoniam, Achaiam, Peloponesum, & Epirum, cui 29
adiacet Albania, præter Insulas. Tota ab Oriente sole alluitur Ægeo mari, & Myrtho. Ad Meridiē
habet mare Lybicum, seu Mediterraneum communi nomine. ab Occidente Ionium mare & coniun-
ctum illi Adriaticum. Ad Septentrionem, & versus continentem sunt Dalmatia, Misia, & Thracia

Macedonia, si Thessaliam excludas, montibus cincta est: Hæc versus Thraciam sita, dictaque Emathia. *Macedonia.*
Has, quæ sequuntur, habet vrbes insigniores. 1. Pella, Alexandri Magni natali celebris, hodie aliquibus *Vide anno 5*
Ieniza est. 2. Thessalonica, hodie *Salonichi* Hic etiam Olympus, Pelion, & Ossa montes celebres. 3. Pieria, op- *& 5 ā vbi*
pidum Olympo vicinum, Musarum domus. 4. Amphipolis ad Strimonem fluuium: Hodie *Empoli* est Leon- *iter Pauli, &*
clato. 5 Larissa, ad sinum Pelasgicum, putatur nunc *Lariza* vocari. 6 Cassandria, vrbs maritima: olim *loca, per quæ*
Potidæa, nunc aliquibus *Cassandria*. 7. Oeta mons, & Thermopylæ, Oetæ montis Angustiæ, inter Mace- *transiit, de-*
doniam & Thessaliam. 8. succedunt sacro nemore nobilia Tempe, Thessaliæ loca circa Pinæi fluminis ce- *scribuntur.*
lebrati à Poetis, ostia, inter mare & Larissam.

His proxima est *Achaia*, Plinio mera Græcia, prospectans ad mare, Euboeam Insulam: & Cycladas. *Achaia.*
Eius pars Attica est: inter vrbes, Thebæ Bœotiæ vrbs Mediterranea: Megara, ex Ptolemæo: & Athenæ,
vrbs nobilis, olim ἄστυ per excellentiam dicta, & Astici, ex Stephano, item Pelasgi, Cecropidæ, & Iones,
nunc tantùm casulæ supersunt, & locus *Satine* dicitur.

Achaiæ proxima est Græciæ Peninsula πελοπόννησος, hodie *Morea*, olim Apia, & Pelasgia. vrbes sūt,
1. Messene, vrbs & Regio: hodie *Mataggia* Gastaldo est. 2. Corinthus bimaris: nam in medio Isthmi sita est: 30 *Peloponesus.*
nomen retinet adhuc. 3 Tegea vrbs Arcadiæ, in eadem Peloponeso: quibusdam nunc *Muchli* vocatur. 4
Argos in Argia Regione, nunc *Argo*. 5. Lacedæmon, anteà Sparta dicta, Laconica vrbs primaria: quibus-
dam vulgò *Misithra* est.

Reliqua est Regio *Epirus*, olim Chaonia dicta, & Dodana: geminam faciunt recentiores, nouam & ve- *Epirus.*
terem, illa putatur Albania, Scanderbegi bello postremis temporibus celebrata. Epirus ingenti sinu
Ambracio seiuncta est à Peloponeso. Sunt in hoc sinu *Echinades* maris *Ionij* *Insulæ*. Nunc *Strophades* ap- *Insulæ.*

pellantur, vulgò *Cozzulari*. Celebres sunt nobili victoriâ nauali, reportata contra Turcas an. 1571, Nonis Octobris. Huius certaminis locus declinat aliquantulùm ab Actio Promontorio versus Corinthum, si certatum est ad Naupactum Achaiæ vrbem, vulgò *l'Epanto*. Vrbes Epiri sunt. 1, Nicopolis, ad ostium Ambracij sinus, ex Ptolemæo, hodie *Preuezza*, apud Actium Promontorium, Actiaca victoria celebre, & quod prospectat Echinadas. 2, alia est vrbs Amprasia Ptolemæo, Ambrachiam vocari hodie ait Stephanus. Vicinæ sunt Insulæ *Corcyra*, vulgò *Corfu*, Venetorum: & *Creta*, hodie *Candia*, olim Centum vrbibus clara.

ALIÆ AD SEPTENTRIONEM Prouinciæ.

31 VLtra Macedoniam versus Septentrionem sunt Iaziges Metanastæ, Dacia ad Fontes Danubij, Misia superior & inferior, Thracia, & Chersonesus. Habent hæ Regiones ab Oriente sole mare Ponticum, Bosphorum Thracium, Propontidem, & Hellespontum. Versus Meridiem sunt Ægeum mare, & Macedonia. Ab Occasu Pannonia inferior, & Dalmatia. Ad Septentrionem est Sarmatia Europæa. Vrbes plurimæ quidem apud Melam, Ptolemæum, & alios: sed minus celebres, præter Thraciam: in qua est Constantinopolis, Bizantium olim, ad Bosphorum Thracium sita, noua & secunda Roma. Apud Latinos, nomen retinet: Græcis hodiernis, est *Stimboli*.

Thracia, & Constantinopol.

ASIA MINOR.

32 E Regione Græciæ & Thraciæ, interiecto mari, sunt hæ Prouinciæ. *Pontus*, *Bithynia*, *Asia propria*, in qua est *Phrygia*, *Lydia*, *Pamphylia*, (habet *Pisidiam*) *Galatia*, (in qua sunt *Paphlagonia*, & *Isauria*) *Cappadocia Cilicia & minor Armenia*. Cæterùm hæc tota amplissima Regio ad Orientem habet maiorem Armeniam, & partem Syriæ: reliqua pars maxima, clauditur vario mari. Nempe à Septentrione, habet Ponticum mare: ab Occasu, Thracium Bosphorum, Propontidem, Hellespontum, mare Ægeum, Icarium, & Myrtoum. Tandem à Meridie habet mare Pamphilium, & Ciliciæ sinum, versus Cyprum Insulam.

Asiæ Minoris Prouinciæ.

Vrbium noua nomina, & Turcica parùm nobis vsui sunt: Vetera sunt hæc. In Bithynia Chalcedon, ad Bosphorum Thracium. Nicomedia, (à nautis Europæis *Comidia*,) Apamia, ad Propontidem: & Nicæa, olim dicta Antigonia, ex Strabone. Cyzicus Misiæ vrbs, ad Propontidem: Asiæ verò propriæ & Phrygiæ sunt Troas, ex Ptolemæo, Pergamus, Smyrna, Ephesus, Miletus, Sardis, Magnesia, Apamia, Cnidus, Cibyra. Mytilene vrbs, in Lesbo Insula, & Rhodus Insula. Lydiæ vrbes sunt, Patara vrbs maritima: Chios Insula, & vrbs ibidem in Ægeo mari, Andriaca, & Myra. Galaciæ Vrbes, Sinope, Ancyra, Amisus, Therma, Pessinus. Pamphiliæ, Sida, Perga, Aspendus, Termesus. Cappadociæ, Trapezus, hodie *Trebezonda*, à Turcis verò *Tarabossam*: Comana, Melitena, Maza. In Armenia minori, Nicopolis, & Satala. In Cilicia, Selenus, Pompeopolis, Mallos, Adana, & Tarsus.

Vrbes.

Amplior horũ Locorum descriptio habetur ad an. 58.

SARMATIA ASIATICA.

33 AB Ortu habet Scythiam, & partem maris Caspii: à Meridie Albaniam, Iberiam, Colchidem, & partem Euxini Ponti: ab occasu Meotidem Paludem, & Sarmatiam Europæam: à Septentrione, inquit Ptol. terram incognitam.

Sarmatia.

COLCHIS, IBERIA, Albania, Armenia Maior.

AB Oriente pars Caspii maris, & Mediæ pars: à Meridie, Syria, & Mesopotamia: ab Occasu Cappadocia, & pars Euxini Ponti: à Septentrione Sarmatia Asiatica. His terminis hæ Prouinciæ circumscriptæ sunt. Colchidis populi numerantur Georgiani & Mingrelini.

Syria, Phœnice, Iudæa, Arabia, & Mesopotamia.

34 SYRIA, ab Hebræis Aram: Syros Iosephus Arameos appellat. Hodie *Soria* dicitur. Hanc amplissimam Regionem diuidunt nonnulli in Commagenam, Seleucidem, Cœlesyriam, Phœniciam, & Iudæam Mediterraneam. at Plinius Regiones sub Syria vndecim comprehendit. Hæ sunt Palæstina, Iudæa, Cœlesyria, Phœnice, Damascena, Babylonia, Mesopotamia, Sophene, Commagene, Adiabene, & Antiochia. Alij aliter. Diodorus Syriam Superiorem nominat, quæ adiacet Babyloniæ. Inferiorem Xenophon 6 Cyropædiæ designat ad Asiam propriam, & circa Pactolum fluuium. & sunt qui Syriam cum Assyria aliquando confundant. Cæterùm ferè omnes hæ Regiones ab Oriente habent Assyriam, Susianam, & partem sinus Persici: à Meridie Felicem Arabiam, & partem sinus Arabici. ab Occasu

Syria.

Ægyptum, & mare indè excrescens versus Pamphiliam; à Septentrione partem Ciliciæ, Cappadociæ, & maioris Armeniæ.

In Syria sunt ciuitates: Laodicea, Ptolemæo Cœlesyriæ vrbs, aliquibus hodie *Lizza*. Hieropolis in Phœnicia. Ptolem. Apamia ad Orontem fluuium. Palmyra in Phœnicia ad Libanum. Procop. 2 Ædific. Adrianopolis dicta fuit ex Stephano. Heliopolis in Cœlesyria, hodie *Balbac* aliquibus. Cæsarea Panias Phœniciæ vrbs, olim Dan dicta: posteà Neronia. Scribit Postellus Maggedam, & Dalmanutham vocari, ab Euangelistis. In Phœnicia versus Palæstinam est Ptolemais, olim *Acca* Ptolemæo. In Syria sequitur Damascus: ferunt vocari à Turcis *Scham*. Tandem Antiochia Syriæ primaria ad Orontem fluuiū, dicta prius Antigonia à conditore, ex Cedreno. An rectè a Plinio Epidaphne vocetur, lis est sub iudice. Vrbes.

Iudææ vrbes sunt, Cæsarea Stratonis, dicta Palæstinæ, ad mare Mediterraneum: Turris Stratonis Ptolemæo. Hieronymus putauit fuisse Accaron, quem arguit Postellus in sua Syria. Alia vrbs Iudææ est Ascalon, antea Geraris, ex Cedreno. Tertia est Neapolis quam aliqui narrant prius dictam Salem & Sichem. Hierosolyma, nota ciuitas est. Ptolemæus ait suo tempore vocatam Æliam Capitoliam, ab Ælio Adriano eius restauratore. Dio. vide an. Christi 134. 35 Iudæa.

In *Mesopotamia* sunt Edessa in læua Euphratis, aliquando dicta Antiochia 2, Nisibis, dicta etiam Antiochia Mygdoniæ. 3, Nicephorium, post à Constantino appellata Constantina. 4 his addit Ptolemæus Lambanam, & Seleuciam. Idem author in Arabia Petræa, numerat ... Petram, Medabam, Alexandriam, & Bostram: in Babylonia, Barsitam, Orchoem, Postello Vr Chaldæorum, Abrahæ natalis vrbs) Teredonem, & Babylonem, quam describit Curtius lib. 5, & Herodot. 1. Has vltra Regiones numerantur Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, Carmania deserta, Hyrcania, & Arabia Felix, ad quas interdum quidem, sed rarius peruenerunt Romanorum arma. In Arabia Felici apud Ptol. sunt Saraceni, olim dicti Agareni, & Ismaelitæ, ex Sozomeno. Hos Arabes vocant Nomades Theodoretus Græcarum Affect. 9. Mesopotamia Arabia, Saraceni.

AFRICA ET ÆGYPTVS.

RΕstabat Africæ ora maritima cum Ægypto. Qui tractus toto ferè Mediterraneo mari, freto Gaditano, & Oceano ex parte alluitur. Ptolemæus in *Mauritania* (quæ Hispaniæ opponitur) numerat vrbes, in Tingitana quidem Tingin, Alexandriam, Volubilem & Zeliam. In Cæsariensi, Cartagenam, Iuliam Cæsaream, Saldem, Oppidum nouum, & Zuchabarim. In *Africa* vsque ad Cyrenaicam, sunt Tabraca, Alexandria, Adrumentum, Magna Leptis, Citta Iulia, (aliquibus hodie *Alger* est) Buliaria Vthina, Thysdros, & Insula Melita: sed præcipua olim fuit Carthago, cuius tantùm nūc extant ruinæ. Eius portus hodie Marcia: diuersa vrbs est, quæ *Tunes* vocatur, expugnata a Carolo 5 an 1535. Hippon, Augustini Episcopatu nobilis, hodie *Bona*. Vtica extare nunc non putatur, licet Fazello sit *Porto Farina*. Cyrenaicæ ciuitates sunt Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Apolonia, & Cyrene. Hæc Africæ Regio Pentapolis dicta Plinio. In *Ægypto* Paratonium, (*nunc Porto rasse*) Alexandria, Pelusium ad Nili ostium Gastaldo *Damiata* est: & Memphis, hodie *Cairo*, mutato aliquantulum loco. Postremo in Thebaide sunt hæ vrbes: Ptolemais, (diuersa à Ptolemaide Phœniciæ vrbe, *Acre* à quibusdam hodie dicta) magna Diopolis, Syene, Ammon, Oasis magna, Mylermus, Berenice. 36 Mauritania. Africa. Ægyptus.

DE INSVLIS.

DE Insulis Atlantici maris, illis, quæ ad Caput Viride *Hesperides* dicuntur, dixi ad annum 1492, 1493, & 1.9.. sunt *Canariæ* hoc nostro seculo celebres. De *Melinda* & *Mosambico*, vide annum 1497. de *Moluccis Indicis* ad an. 1512. de *Virginia* 1585. 37 Vide supra citatum an. 58.

Notatæ Porrò obiter sunt Mediterranei maris plures & celebres Insulæ, Cyclades, Echinades, Lesbos, Creta, Rhodus: post quas succedunt Chio, Melite, Sicilia notissima: & Baleares duæ, Maiorica & Minorica. vnde Balearicū mare versus nouā Carthaginē Hispaniæ vrbem nomen habet. De Gadibus multa veteres: quamuis carū altera, quæ putatur fuisse in ostiis Bætis, hodie nō appareat, extat altera, in qua Herculem ferunt habuisse delubrum. Inde mare illud indigitarunt homines fretum Herculeum. Demum in Oceano Britannico sunt Hibernia, Angliæ opposita, Orchades, & Hebrides, quas vicina habet Scotia.

BRITANNIA

EST hæc ex maximis Orbis Insulis vna. Eius partem alteram, quæ *Scotia* est, abundè describunt Historici, Hector Boëtius, Leslæus Rossensis Episcopus, & Buchananus. Scotiam ab Anglia discriminant fluuij duo: Tueda ad Orientem, & Solueus ad Occasum: inter quos positi montes Cheuioti separationem perficiunt. Scotiam rursus in duo secat Taus fluuius, in Australem Scotiam, quæ fertilior est, & Borealem. Australis Regio Prouincias numerat: Marchiam, Gallouidiam, Laudoniam, (in qua vrbs Regia Edinburgum) Striuilingensem, Lenoxiā, Argateliam, Fifam, & Perthiam. Altera in parte sunt Loquhabria, Rossia, Strathnauernia, Cathensia, Morauia, Boena, Buquhania, Marria, & Angusia; aliæque minoris nominis Prouinciæ in vtraque Regni parte. Versus Strilingensem Prouinciam, initium habuisse olim puta- 38. Scotia.

tur celebris illa Caledonia sylua, cuius hodie vix pars aliqua extat, Buchananus Duncaldem oppidum ad Taum fluuium nominis vestigium adhuc retinere putat.

ANGLIA.

39 EST antiqua apud Dionem diuisio,non quidem totius Insulæ, sed partis illius, quæ ad Septentrionem
vergit,& ferè vltra murum positæ, quam 209 Christi anno Seuerus penetrauit: & in qua Mæatas
entarchia. Campestres interpretantur recentiores: Caledonios verò,montanos. Reliqua porrò Britannia Roma-
1 norum armis antea subacta, & quæ nunc Angliam complectitur, variè à Romanis diuisa est. In Britan-
2 niam nempè primam, ea Gallis vicinior est: secundam, quæ nunc Vallia est: Flauiam Cæsariensem,hæc
3 à Tamisi ad Humbrum porrigitur: Maximum Cæsariensem, ab Humbro ad Tinam fluuium: & Vallen-
4 tiam, quæ est à Tina ad Fossam prope Edimburgum. Hæ fuère sub Romanis, Britanniæ, citeriores
5 Prouinciæ, quas his finibus circumscriptas fuisse probabile est. Posteà verò, collabente Romanorum
Imperio, hæc Romanorum Pentarchia,tandem facta est Saxonum, aliorumque Heptarchia. Nomina
eptarchia. sunt, quæ sequuntur. Cantij Regnum, vulgò Kent. Angulus est,qui prospectat Galliam, versus Cali-
1 tium: vrbs Regia Dorobernium. Sussexia Regnum Australium Saxonum, hanc partem Cantio finiti-
2 mam versus Meridiem, Regnorum dicebant: Cicestriam vrbem habet. Vuestsexia Regnum Occiduo-
3 rum Saxonum. Angulus est versus Occidentem solem,instar Chersonesi. hanc insederunt veteres Bri-
tanni, dicti Danmonii. Habet nunc Conualliam,Deuoniam,Dorcetiam, Somercetiam, Viltoniam, Su-
4 thantoniam,&c. Estsexia Regnum Orientalium Saxonum,hodie continet Essexiam & Midelsexiam:ca-
put est Londinum. Hanc Regionem,ad Austrum,Tamisis à Cantio seiungit,eamque Trinobantes inco-
5 lebant, ex veteri descriptione. Succedit versus Septentrionem, Icenorum Regnum Estanglia, seu O-
rientalium Anglorum; continet Norfolciam, Suthfolciam,&Cantabrigiam: caput Noruicum est. Mer-
6 ciorum Regnum, Icenis proximum est, adhuc versus Septentrionem, quod olim dictum est Cornauio-
rum, Coritanorum,& Catuellanorum: habet hoc tempore Glocestriam, Herefordiam, Vuaruicum,
Vuigorniam,Leicestriam,Bedfordiam,Buchingamiam,Rotelandiam,Northantoniam, Lincoluiã, Hun-
dingdoniam,Oxenfordiam, Derbiam, Stafordiam, Nottinghamiam, Cestiam,Salopiam.
7 Northumbriæ Regnum continebat, Eboracam, Lancastriam, Cumbriam, Dunelmiam, Vestmo-
riam Northumbriam,vsque Edimburgum Scotiæ vrbem. Scotiæ enim obuertitur, limesque Regno-
rum erat. Germanico mari pulsatur versus Orientem. incolæ apud Ptolemæum Ottadini dicti.

Est porrò apud Ptolomæum mentio Brigantum: hi integris Britannorum rebus,Regionem incolebant ab Oceano Germanico ad Hibernicum, quæ est inter Northumbriam,& Valliam. hic sunt Prouinciæ, quæ vulgò hodie dicuntur Yorkshire, Richmonschire, Comberland.

Superest ampla Regio,dicta nunc Vallia, inter Brigantes,& Vestsexium, seu Danmonios sita. hanc olim tres populi insederunt, Silures,Dimetæ, & Ordonices: alluiturque mari Hibernico: quam partem Silures,& Dimetæ tenebant, vocarunt Angli Southuualles, reliquam Ordonicum partem, Northuualles, & Pouisland. Ordonicibus adiacebat Mona, Insula nobilissima,vulgo Anglesley,antiqua Druydum sedes, ac de his hactenus.

MARTYRVM, QVOS DEDIT hæc Chronologia Catalogus.

INDEX
IN CHRONOLOGIAM.

Numerus non paginam notat, sed Christi annum, & cùm prolixior ille est, additur ex Alphabeto litera aliqua.

Angliæ priora Regna.

Anglia post Edoardum Seniorem.

Angliæ res posteriores.

S. Bernardus.

C

Ebora_

E

baldus puer 551. Franci profligati in Italia à Narsete 554. Clotarius morte Theodobaldi tenet Austrasiam 555. domat Saxones 556. Cramnus Clotarij filius ciuile tumultum excitat 557. morte Childeberti sedatur 558. monarchia redit ad vnũ Clotariũ I. 558. Cramnus exustus 563. Monarchia Clotarii I. morte redit in tetrarchiam: Cheriberto obuenit Lutetia 564. fratrum discordia 565. excomunicatio Cheriberti 592. mors 573, dissidiũ inter fratres 574, 575, 576. Sigeberti Austrasiani mors 578. Chilperici facta improbata 579. minorẽ occupat Britanniam 581. addit quatuor characteres 583. occiditur dolo Landrici 586, 592

Clotarius 2. regnat sub tutela 586. victa Fráciã Lõgobardis 587. Gundebaldus impostor 587. pax & connubium cum Visigothis Hispanicis 589. moritur Guntrannus: Childebertus successor victus à Clotarianis, & Fredegunde 597. moritur Childebertus. filiorũ ditio sub Brunechilde 600. victus Austrasianus Clotarius Franciam totã tenet 601. Fredegundis obit 601. Brunechildis pulsa ab Austrasianis 602. Clotarius ad iniqua cogitur ab Austrasianis 604. Franci Vasconibus tributum imponũt 606. bellum in Saxones 607. Theodoricus Austrasianus potitur Lutetia, victis Clotarianis 610. durat bellum 617. Theodebertus Austrasianus perit 618. Clotarius 2, Monarcha fit dignus tãto imperio 618. Dagoberti filii institutio pia 619. Clotarius Austrasiam recipit 620. liberat Longobardos tributo 627. Dagoberti insolentia 624. accipit Austrasiam 62[illegible]. Dagobertus I. regnat Monarcha mortuo Clotario 632. Chariberto fratri data Aquitania 632. Pictauium Dagobertus euertit 636. S. Dionysii templum extruit 637. ad eum redit Aquitania 640. diuidit Regnũ filiis duobus 644. Clodoueo Neustria data 644. domat Vascones 646 moritur 648

Clodoueus II, regnat in Francia, & Burgundia: Sigebertus Senior in Austrasia 648. qui malè pugnat cõtra Turingos 652. moritur hic Princeps Monasteriorum fundator 658. Clodoueus capto Grimoaldo, Childericum filium præficit Austrasiæ 658. Clodouei amẽtia 660, & 661 rapto templo ibid. Reges deinceps ferè nomine tantum regnant. Clodoueo succedit Clotarius III. 665. Clotario succedit Theodoricus I. sub Ebroino 669 Childericus Austrasianus. & frater Theodoricum & Ebroinum agit in Monasterium 669. Childericus cæsus: Theodoricus restituitur Regno cum suo Ebroino. cædes 676. Ebroinus vincit Pipinum Maiorem Domus Austrasiæ 682. occisus & ipse 683. Monarchia incipit redintegrari 687. obiit Theodoricus, succedit Clodoueus III. sub Pipino 689. succedit Childebertus II. frater 695. Norberto succedit Grimoaldus Pipini filius Maior Domus 703. Regum nulla potestas 705. regnat tamen Dagobertus II. 710. regnat Daniel ex Monacho dictus Chilpericus 2, 715. Caroli Martelli Principatus initiũ 715. Chilpericus victus fugit 718. redit & regnat nomine tantum sub Martello 719. Martellus substituit Theodoricum 2, 720. hostes reprimit & Eudonem 724. Saracenos in Gallia trucidat 726. Burgundiones pellit, capta vrbe Lugdunensi, & Prouinciam occupat 727. item Aquitaniam 728 Narbonem 731. & Septimaniam totam 735. Francicum nomen insigne 738. Franci initium faciunt tutandi Pontificem Romanum in Martello 739. regnat Childericus 3 Stupidus à Clodoueo familiæ vltimus 740

Pipinorum genus.

Vide verbo Pipinus. In Galliis Pipinus Martello mortuo succedit: Carlomannus Austriam tenet 741. Pipino omnia obueniunt 746. Pipinus Rex renunciatur 750, 751. Regnat Carlomannus, & Carolus I. Magnus, vide horum acta in his vocibus. Francorũ cum Scotis primum fœdus 788. 798. ad Francos translatum Imperium Occidẽtale 800. recepta Barcino 801. Pampilo 806. Ludouicus I. coronatur Imperator 813. vide verbo Ludouicus: & Lotharius coronatur in Italia 822. Galliæ Principes post Ludouicum Piũ 840.

Carolus 2, Caluus Franciam habet 840. clades ciuilis, & fraterni belli ingens 841. Fres componuntur diuisis regnis 843. Carolus Bernardum Comitẽ occidit 844 Neomeniũ in minori Britannia vincit 846. & postea filium, mortuo patre 850. Pipinum Iuniorem pellit in monasterium 851. à Carolo pendet Salamõ Regulus minoris Britanniæ 851. Noui Normanni Turones incursant 851. Fladriam dat in Feudum 857. Pax Regi cum fratribus 863. Carolus Regnum Lotharii demortui occupat 869. mox Ludouico partem dat 870. obiere filii 873. Imperium accipit 875. confirmat Imperium Papa 876, & in Galliæ Synodo: mox in Italia moritur 877. Ludouicus II. Balbus filius succedit 877. Coronatur 878. Pacem statuit cũ patruelibus Carolo Crasso, & Ludouico 878. obiit 879. Reges Franciæ Ludouicus 3; & Carlomãnus in tumultu electi 879. Lotharingiã pacãt: Bosonem vincunt 880. resistunt Normannis 881, 882. obiit Ludouicus ibidem: obijt & frater Carlomãnus Normanni violata fide regrediuntur 884.

Carolus Crassus Imperat. regnat in Fráciа 885. Normãnis permittit Neustriam 887. Comes Odo regnat in Francia 887. Carolus 3, Simplex coronatur Rex in Neustria cõtra Odonem 892. fugatur 893. Odo moritur, regnat Carolus 3 Simplex 898. Francia habere cœpit Feudalia & Ducatus 898 Normanni Neustriã, capta Rothomago, occupant 906. ob Haganonem res Caroli turbãtur 910, 922. Robertus Comes Parisiensis creatur Rex 922. quo cæso ab Hungaris, datur in carcerem Carolus 923. Rodolphus Burgundio Rex dicitur 923. Ludouicus Simplicis filius fugit in Angliam 923. pater obit 926. Regnat Ludouicus IV. Transmarinus, ex stirpe Caroli Magni 936. Rebelles iubente Papa obtemperant Regi 942. in carcerem agitur, & liberatur 945, 948. Pax cum Hugone 953. moritur Rex 954. Lotharius IV regnat 954. moritur 985 Regnat Ludouicus V. Carolinorum vltimus 986

IN FRANCIA.
Capetorum Genus.

Hugo Capetus regnat, excluso Carolo Lotharingo 987. durat bellũ triennio 991. vide Lotharingia. Capetus moritur 995. Robertus filius regnat 995. filii redeũt ad pacem cum patre 1031 moritur Robertus, regnat Henricus I. Robertus eius frater Dux Burgũdiæ 1032. moritur Henricus, relicto Philippo I. filio sub tutela Balduini 1060. Philippus I. vxorem dimittit 1094. Anathemate obstringitur 1094. iterũ 1095. reconciliatur Ecclesiæ, & relabitur 1096. Ludouicum VI. filiũ (dictus est Crassus) iubet administrare Regnum 1100. hic Ecclesiæ bona restitui fecit 1103.

Philippus solemniter absoluitur 1104. moritur 1109
Ludouicus VI. Crassus inungitur 1109. bellum cum Anglia ad Gisortium, & pax 1110. iterum 1116, 1117, 1118. victi Galli ad Nicasianum 1119. Pax 1120. Rex tum Imperatorem, tum Anglum repellit Galliam inuadentes 1124. filium Philippum Regem dicit 1129. Philippo extincto, Ludouicus Iunior, alter filius coronatur 1131. Pares 12 Franciæ 1131. moritur Ludouicus Crassus 1137
Ludouicus VII. regnat, dictus Iunior 1137. dissidium cũ Papa, & interdictum Regni 1142. Pax 1143. iuuat Rex Bellum Sacrum, sed parum proficit 1147. Diuortium cum Elionora hærede Aquitaniæ, quæ nupta Anglo ius illi dedit Aquitaniæ 1152. Affinitas cum Castellano 1152. Bellum Anglicanum 1161, 1167, 1168, Prælia 1169. Pax 1170. quando Anglus Beneficiarius, & Seneschallus Maior dictus est 1170. infeliciter pugnant Galli contra Anglum 1175. Affinitas cum Orientis Imperatore 1178. Filius coronatus præsente Anglo 1179. Pares Franciæ quando instituti 1179. Affinitas cum Flandria: Atrebatum, & Veromanduorum ius quæsitũ Franco 1180, 1182, 1185
Regnat Philippus II. Augustus 1180. Bellum cum Anglo 1188 Pax 1189 Bellum & Pax 1195, 1196, 1197, 1198. Pax cum Anglo 1200. recipit vxorem legitimam 1201. Rex Anglum priuat Prouinciis Gallicis ob crimen in Arthurum 1202. Papa agit pro Anglo, & pace 1203. Rex potitur tota Normannia 1204. Aquitaniæ vrbes aliquot cepit 1205, & Nannetes 1206, 1207. vincit iterum 1208. iterum in Aquitania, & insigni pugna Bouinensi 1214. Induciæ sequutæ 1214. Ludouicus Franciæ Princeps vocatus ab Anglis ad Regnum 1215, 1216
Ludouicus VIII. mortuo patre regnat in Gallia 1223. Ioannes Brennus Rex Hierosolymitanus adfuit patri morienti 1223. Bellum cum Anglo Henrico, cui Rex Rupellam & Niortum eripit 1224
S. Ludouicus IX succedit mortuo patre 1226. factiones intestinæ in S. Ludouicum 1227 repressæ prudenter à Blancha matre 1228. pacat Britanniam minorem 1231. incipit Regnum administrare 1234. eius affinitas, Pax cum Anglo 1234. ducit expeditionem sacram, vide Bellum Sacrum. Pacta conuenta cum Anglo de Prouinciis in Gallia controuersis 1259. Pacta cum Arragonio, Carcassone, & Biterris, acquisitis 1262. moritur in Africa 1270
Philippus III. Audax regnat 1271. Motus contra Hispaniam 1276. Brochius Cubicularius Franci Regis iustè punitur 1277. firmat pacta cum Anglo 1279. obiit in expeditione Arragonica 1285
Philippus IV. Pulcher filius regnat 1285. Palatium extruit Parisiis Senatui 1287. Pax cum Hispaniæ Regibus 1291. 1295. Tholosatum instituit 1291
Secundum bellum Anglicanum: dies dictus Anglo, priuatur vrbibus 1292, certatur obsidionibus 1294, 1295. vincit Rex Anglum 1296. Induciæ 1297. Pax 1298. Arelatense Regnum iterum Regi confirmatur 1299. dissidium cum Papa, & excommunicatio 1301. victi Franci à Flandris 1302. Affinitas cum Anglo 1302. eius acta in Bonifacium PP. 1302. Aquitania datur Anglo 1303. Pax cum Flandro 1305 Ludouicus Hutinus coronatur Pampelone 1307. Affinitas Philippi Pulchri cum Anglo 1308. Lugdunum fit Franci Regis 1312. turbatis rebus obiit Rex Philippus Pulcher 1314
Ludouicus X. Hutinus regnat in Francia: Fisci Præfectus reus peculatus habetur: Senatus Parisiis statuitur 1315
Philippus V. Longus frater regnat 1316 Lex Salica de successione innouata 1317. Pax cum Flandro: Affinitas cum Delphino 1319. Regnat Carolus IV. Pulcher Rex Nauarræ 1322. Bellum cum Anglo, & induciæ 1324
Regnat Philippus VI. Valesius, excluso per Salicam Legem Anglo 1328. Anglus tamen iurat se clientem 1329 Bellum Anglicanum difficilimum 1336. vrgetur 1337. abstinet Rex conflictu 1339. Franci ad Clusas victi 1340. Fœdus cum Hispanis 1345. vectigal cœptum in Francia cum bello 1345. pugna ad Cresciacum, victis ingenti clade Francis 1346. obiit Rex Philippus IV. Valesius 1350. Ioannes I. regnat 1350. Stellæ Ordinem instituit 1350. Magister Equitum Hispanus 1351 substitutus alius 1351. Bellum Angli cum 1355. Ioannes Rex capitur ad Pictauium ab Anglis 1356. euasit Delphinus ibid. miserandus Franciæ status ab intestinis dissidiis 1358. Pax cum Anglo, sed iniquis conditionibus 1360. redit Ioannes in Galliam 1363. Carolus V. Sapiẽs regnat mortuo Ioanne 1364. bella per Duces gerit 1364. innouatum bellum in Anglum: Rex centum Sagittarios Scotos instituit 1369. vrgetur bellum 1370, 1371. Lex de Rege Franco coronando, anno 14, 1375
Carolus VI. regnat annorum 14, 1380. deplorandus Franciæ status 1381. insignia Franci Regis etiam nunc mutata 1385. Francica in Angliam classis parabatur 1386. Induciæ sequutæ 1387. Rex delirat 1392. Francorum clades in Mysia per Baiazetum 1396. Affinitas cum Anglo, pactis 30 annorum induciis 1396 soluta affinitas 1399. turbatur Francia 1401. Aquitaniam Francus inuadit 1402. clades Francorum magna ad Blangium 1415. durabit bellum annis 30. 1415. Anglus Normannia potitur, aliisque locis, occupata Lutetia à Burgundione 1418, 1419. & cæso per vim Ioãne Burgundione, omnia Frãcis infausta sunt 1419. Philippus Burgundio filius transit ad Anglos 1419. vide Regni penè subiectionem 1419. Angli Regis frater cæsus, Stuardus Scotus M. Eq. 1421, & 1424
Carolus VII. patri succedit, Francia iam ferè occupata ab Anglis 1422. Rex Biturigum Regulus vocitatus 1422. Francorum & Scotorum clades ad Vernolium 1424. minor Britannia à Talbotio subducta 1427. Aurelia obsessa ab Anglis 1428. soluta obsidio à Ioãna Puella, restitutæque vno ferè anno res Francicæ, vide anno 1429. Anglus Lutetiæ coronatur, dum alibi in Francia profligatur 1432. Pax inter Regem & Burgundionem tractata 1434. conclusa, excluso Anglo: conditiones 1435, dicta Atrebatensis: recepta à Rege Lutetia, 1435, 1436, 1438. durat bellum 1440. senescit 1441 induciæ in quinque annos 1444. ruptæ 1448. feliciter Francis 1449, 1450. recepta Normannia: itum in Aquitaniam 1450. recuperata est 1451. deficit Burdigala ad Anglum 1452. iterum recepta, cæso Talbotio, prælio cum Anglis vltimo, tota Gallia præter Calitium, exclusis Anglis 1454. Gennuensium Protector Rex fit 1458
Ludouicus XI. regnat, mortuo Carolo Victore res innouat suo malo 1461. reijcit Sanctionem Pragmati-

cam 1462. offendit Arragonios 1463. natum ciuile bellum, dictum bonum publicum 1464. pugnatur: pax sequuta, prudentia Regis 1465, 1466. Confluentina hæc pax ibidem. Pax cum Burgundione 1468. Equi ad cursum dispositis locis primum in Francia 1469. Senatus Gratianopolitanus institutus: Rex osor literarum, vnum tantum docet filium 1469. Rex arte aduersarios supplantat: vrbes Burgundioni eripit 1470. Aquitania à fratre ad Regem redit 1472. Burgundionem spe deiicit Anglicana 1475. morte Burgundiæ Ducis vltimi multæ Prouinciæ ad Regem perueniunt, vide Ann. 1477. sed Burgundia turbatur 1478. Heluetios Rex facit stipendiarios 1479 Sagittariorum Ordo sublatus 1479. Franci bello Flādrico victi ab Austriaco 1479. Prouincia Phocensis Regi quæsita, vide an. 1481

Carolus VIII. regnat mortuo Ludouico 1483. dissidium de regimine 1484. *La folle guerre* 1485. Rex repudiata Maximiliani filia, Annam Britanniæ ducit: Bellum cum Maximiliano 1489. restituit Perpinianum, expeditio Neapolitana 1493, 1494. Regno illo potitur, sed fœdere Italico inito redit in Gallias 1495. amissum Regnum Neapolitanum 1498

Ludouicus XII. Regi proximus succedit: Mediolanum petit. Quo iure 1498. Mediolano potitur, & Italiæ dat pacem 1499. iterum receptum Mediolanum 1500. amissum iterum Neapolitanum Regnum 1501, 1502. Expeditio Hispaniæ 1503. Aquitaniam vexat Anglus 1512. frustra Rex tentat Mediolanum 1513. Anglus Normanniæ, oram premit 1513. Pax cum Pontifice 1513, & cum Anglo 1514. Affinitas cum Anglo, & obitus Ludouici 1514

Franciscus I Valesius regnat 1515. Mediolanense bellum redintegrat: Ducatu potitur: Concordatum consensu Papæ substituit Sanctioni Pragmaticæ 1515. Bellum 38 annorum contra Carolum V. de quo vide verbo, Mediolanum, & annos 1521, 1522, & vsque ad annum 1559. Rex Pampelone potitur 1522. capitur in Italia 1525. redit in Galliam, grauibus pacis conditionibus 1526. Pax Cameracensis cum Cæsare 1529. *Les grands iours* 1532. Catharina Medicæa despondetur Henrico Valesio 1533. Legionarii in Francia instituti 1533. Rotæ supplicium 1535. Sabaudiam, & Taurinates occupat Rex 1535. Cæsaris exercitum è Prouincia pellit 1535. protrahitur bellum 1536. Colloquium 1537. Lex de compendio litium 1538. redintegratur bellum cum Cæsare 1542. victi Cæsariani ad Alpes: Pax Catalaunica, & conditiones 1544. repulsis Anglis, Bononia recuperatur 1545, 1546. obiit Rex Franciscus 1547

Henricus II, regnat 1547. Decretum in hæreticos erecto Iudicum consessu 1548. Coronatur Regina: petit Vernini dominus: Bellum cum Anglo 1549. Pax 1549. cognitio Hæreseos data Ecclesiasticis 1550. Ne Senatores sint Vicarii 1550. Rex cum Parmensi Duce 1551. Rex vrbes Imperii occupat 1552. Metensis obsidio 1552. Hannoniam Rex vastat, & pugnat ad Rentinum 1554. Insigne nauale prælium in Oceano cum Cæsarianis 1555. Induciæ in 5 annos cum Cæsarianis 1556. Bellum contra Philippum in Italia inter Guisium & Albanum 1557. victi Franci à Philippianis ad S. Quintinum ingenti clade 1557. Calitium magna virtute ereptum Anglis 1558. tota Gallia pulsi Angli 1558. Regina Scotiæ nubit Delphino 1558. ad Grauelingum victi insueto casu Galli 1558. pax tandem inter duos Reges Francum & Hispanum dicta Cambresia 1559. occumbit in Ludis Henricus 1559

Franciscus II. regnat 1559. in Regem coniuratio à Sectariis 1560. mortuo Regi succedit frater Carolus IX. 1560. Primi bellorum motus, Ambosiana seditio 1560. Edictum Ianuarij 1561. Possiacum Colloquium 1561. Res cum Hæreticis in Francia gestas, vide singulis annis deinceps notatas. Captæ præcipuæ vrbes, & pugna ad Druidum vrbem 1562. Guisius occidit: receptæ vrbes, pulsi Angli 1563

Carolus IX Regnum administrat 1563. Arx Lugdunensibus imposita 1564. Noui tumultus: Regem protegunt Heluetii: victi ad S. Dionysium Huguenoti. Germani armati in Gallias pro Hæreticis 1567. Pax Carnutensis: interrupta mox 1568. victi hostes ad Iarnacum, cæso Condæo, & soluta obsidione Pictauensi: iterum victi pugna Moncontuńana 1569. Caroli Regis Nuptiæ 1570. cæsus Admiralius: obsessa Rupella: prohibiti Conuentus Caluinistis 1572. Pax. Henricus Rex in Poloniam 1573. moritur Carolus 1574

Henricus III. redit è Polonia, & regnat 1574, & petit Mongomerius 1574. Regis Corona & nuptiæ 1575 Germanos pellit Guisius 1575. Blesensis Conuentus: Edictum Pacificationis 1576. Isidorum deletur 1576. Sextum Pacis Edictum 1577. Tumultus nouus 1580. Nouum Edictum 1580. Alenconius moritur: Edictum Pacificationis 25 Iulii refigitur 1584. Fœdus Gallicum exoritur: Pugna ad Curtracum. vincit Nauarræus 1587. Germanorum exercitus profligatus à Guisio 1587. Annus Galliæ funestus, morte Bulionij, Condæi, Guisiorum, & Reginæ 1588, 1589. Sabaudius Carmaniolam occupat 1588. Henricus Rex ex vulnere occumbit 1589

Henricus IV. Borbonius regnat 1589. Yuriensis pugna, victis Confœderatis 1590. Parisiensem obsidionem soluit Parmensis 1590. Hispani Blauetum occupant: Fœderatis vrbes ereptæ: Guisius euadit, deficit Niuernensis à fœdere 1591. agunt illi de nouo Rege, & Henricus euadit Christianissimus, destinato ad PP. Niuernensi 1593. Fœderati redeunt ad Regis obsequium 1594. Rex diuina prouidentia seruatur 1594. C. Bellum cum Philippo in Picardia 1595. Rex à Pontifice solutus vinculo anathematis solenni ritu 1595. Menius Regi se subdit 1595. amisso Calitio, Fera recuperatur 1596. Ambianum Rex recuperat 1597. Pax cum Hispano 1598. Rex Armoricam recipit 1598. Regis connubium cum Maria Medicæa 1599, 1600. Cardinalis Ioiosei frater Mundo nuntium remittit 1599. Bellum Allobrogicum cum Sabaudo, & exitus 1600. Nascitur, & inchoat Seculum Ludouicus XIII 1601. Aurelianum Henricus Rex Templum curat restitui 1601. Bironius capite plectitur, & fœdus cum Heluetijs: Mercurij obitus 1602. in Canadam missa Colonia 1604, 1605. Aruerniæ Comes datur carceri perpetuo 1605. Rex Pyta-

G

Hierosolyma.

Hispania.

Hispania sub Vandalis & Gothis

Latini imperant.

Longobardi.

Mediolanenses.

N

Normanni.

O

Ostrogothi.

ROMA.

S

Saraceni.

X

Z

FINIS.

L. D. O. M. V. Q. M.

PRIVILEGE DV ROY.

LOYS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, à nos amez & feaulx Conseillers, les gens tenans nos Cours de Parlement, Preuosts, Baillifs, Seneschaux & tous nos autres Iusticiers, & Officiers, qu'il apartiendra, salut. Nostre bien aymé IAQVES GORDON LESMOR de la Compagnie de Iesus, nous à faict dire & remonstrer, qu'il à cōposé vn Liure intitulé *Chronologia, annorum seriem, Regnorum mutationes, & rerum memorabilium sedem, annumque ab orbe cōdito, ad nostra vsque tempora complectens:* Lequel pour le bien & vtilité public, il desireroit volontiers faire Imprimer & mettre en lumiere par tel Imprimeur ou Libraire, qu'il voudra choisir. A ces causes & autres considerations à ce nous mouuans, desirant gratifier ledict Gordon, luy auons permis, accordé & octroyé: Et de nos graces speciale, plaine puissance, & auctorité Royalle, permettons, accordons, & donnons pouuoir de faire Imprimer par tel Imprimeur, ou Libraire, que bon luy semblera, le susdict Liure, auquel Libraire nous auons aussi permis iceluy Liure mettre & exposer en vente, & distribuer durant le temps de dix ans, à commencer du iour & datte que le dict Liure sera paracheué d'imprimer. Faisant defences à tous autres Imprimeurs & Libraires de nostre Royaume, & toutes personnes de quelque qualité qu'ils soient, de faire Imprimer, ny mettre en vente ledict Liure, durant ledict temps de dix ans, sans le congé, consentement, & permission dudit exposant, ou de l'Imprimeur ou Libraire, qu'il luy plaira nommer, sur peine de confiscation desdicts Liures, d'amende arbitraire, & de tous despens, dommages & interests. Voulons en outre, que cesdictes presentes, ou vn bref d'icelles, mises au commencement, ou à la fin dudict Liure, soient tenues pour signifiées, & venues à la cognoissance de tous, sans aucun empeschement, nonobstant oppositions ou appellations quelconques. Car tel est nostre plaisir. Donné à Paris le quatorsiesme iour de Feburier, l'an de grace mil six cens vnze, & de nostre regne le premier.

Par le Roy en son Conseil.

DE VERTON

LEdit R.P.I.Gordon à permis à Antoine Mesnier Imprimeur du Roy à Poictiers d'imprimer ladicte Chronologie, & pour ce faire luy à faict transport de son priuilege mantionè au priuilege cy dessus, & pour le temps y porté sans qu'auqu'vn autre le puisse faire que ledit Mesnier aux peines portées par le susdit priuilege. Faict à Poictiers ce 15. Feburier 1617. que ledict liure à esté acheué d'imprimer.

Signé IACQVES GORDON.

APPROBATIONES.

EGO Ioachimus Venerius Canonicus & Scholasticus Ecclesiæ Metropolitanæ Burdigalensis, Illustrissimique ac Reuerendissimi Cardinalis de Sourdis, Archiepiscopi Burdigalensis, Aquitaniæ Primatis Vicarius Generalis, R.P. Iacobi Gordoni Lesmorei Societatis Iesu Chronologiam perlegi, in qua non modo nihil doctrinæ Catholicæ repugnans, vel quod ad Regum, Rerumque publicarum detrimentum faciat, inueni; sed etiam eam doctrinâ & Theologis, & doctissimis quibusque vtilissimâ refertam agnoui, ipsamque studiosis omnibus perutilem fore iudicaui: vnde dignam censui, vt in communem doctorum vtilitatem in lucem prodiret, licentiamque typis mandandi Typographo concessi, Burdigalæ Kalendis Augusti, 1611.

LE VENIER *Vicarius Generalis.*

HVnc Chronologiæ Tomum à Christo ad annum 1613 productum, editumque à Patre Iacobo Gordono Lesmoreo Societatis Iesu legi; in quo, non modò nihil doctrinæ Catholicæ repugnans, vel quod ad Regum, Rerumuè publicarum detrimentum faciat, inueni: sed etiam diuinarum humanarumque literarum studiosis perutilem fore iudicaui, dignumque esse qui in lucem edatur, datum Pictauij 8. Augusti 1613.

F. PETRVS POILLEVERT, Doctor in Vniuersitate Parisiensi, & Ecclesiæ Pictauensis Ecclesiastes.

ACcuratam illam temporum ab Orbe redempto ad præsentem Seculi nostri rationem R.P. Iacobi Gordoni, dum legi, probaui; cùm perlegi, miratus sum. Opus in commune Reip. Christianæ commodum, emittendum in lucem censui. Augustoriti Pictonum 8. Aug 1613.

F. M. Le Heurt, Doctor Parisiensis, Fratrum Minorum Pict. Gardianus.

CVm R.P. Iacobi Gordoni Doctoris Theologi è Societate Iesu Chronologia, à condito orbis vsque ad Christum vnà cum quæstionibus ad eandem explicandam firmandamue institutis, nihil Catholicę fidei, Regni Gallorum priuilegijs, & bonis moribus aduersum contineat, sed sacrarum humanarumque literarum studiosis magnam lucem & vtilitatem allatura videatur; vtiliter admodum in lucem eam edi posse & debere censeo.

F.G. à Cruce. Theologicæ facultatis in Academia Burdigalensi Doctor Regens, & pro tempore Conuentus Ord. Fr. S. Augustini Prior.

EGo Claudius Campo-bonus Prouincialis Societatis Iesu in Aquitania potestate ad hoc mihi facta à Reuerendo admodum P.N. Claudio Aquauiua Generali Præposito, facultatem concedo, vt hoc opus Chronologiæ ab orbe condito ad nostra vsque tempora à P. Iacobo Gordono Lesmoreo Societatis nostræ Doctore Theologo compositum, ac grauium doctorumque hominum eiusdem Societatis iudicio approbatum, typis mandetur. In cuius rei fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Burdigalæ, Anno Domini 1613. Iunij 9.

C. *Campo-bonus.*

EGo Iacobus de Moucy Prouincialis Societatis Iesu in Aquitania, potestate ad hoc mihi facta à Reuerendo admodum P. N. Generali Prepostito, facultatem concedo vt hoc opus Chronologię ab orbe condito ad nostra vsque tempora à P. Iacobo Gordono Lesmoreo Societatis nostrę Doctore Theologo compositum, ac grauiũ doctorumque hominum eiusdem Societatis iudicio approbatum, typis iterùm mandetur. In cuius rei fidem hoc ipsum testatum dedimus. Burdigalę, Anno Domini 1616. Mens. Septemb.

I. *de Moucy.*

PRIORIS TOMI ERRATA.

Loca.		*Errata.*	*Emendatio*
Mundi anno	2658.	rege	regi
	2825.	larinorum	latinorum
	2958.		נער
	3599.	cœptas	captas
	3648.	natals	natalis
	3673.	πεμἤη	πέμπἢη
	3856.	nota	notat
	3894.	olym.997.	667
	3919.	39	3919
	3935.	restituendam	restituendum
ver. 20.	3959.	his	hic
	3977.	EEGIT	FECIT

Errata in quæstionibus.

Pagina	*Errata.*	*Emendatio.*
pag. 180. ver. 18.		לפני
vers. 22.		הצרים
		חלקת
		לאמקום
		ויקרא
vers. 23.	iammachon	Lammacom
pag. 261. ver. 16.	T. condita	Troia euersa.
pag. 278. ver. 10.	Baron.	vide

Errata Tomi posterioris.

In apparatu.

pag. 7. ver. 7.	quo ad senatu ab hoc	quo in senatu ad hoc
pag. 11. vers. 16.		

In Chronologia.

anno 9 ver. 4	Mortē. Hærodis	mortē Herodis
an. 18. ver. 11.	assumpsit	absumpsit
an. 54. ver. 1.	Κεγχρεαις	Κεγχρεαῖς
257 ver. 10.	nollunt	nolunt
305 sub finem ter	consilium.	concilium.
330 ver. 5.	ruthores	auctores
342 ver. 19.	cuius	(cuius
401	Marneum	Marnæum.
581.	& de Miscellæ lapsu in scribendo	dele.
715	Iraliam in	in Italiam
910	sub & Ioanne	sub ioanne
1191	Blanduinus	Balduinus
1257	ἀμνεςια	ἀμνηςία
1453	δή νημερα	δ' ἦν ἡμέρα
1580 B	æstnata bello	æstuat bello
ibidem C	sinullius	si nulli us
1603	filiam	filiam,

508, 570, 571, 574, 575, 576, 577, 581, 587, 602, 610 — ad hos annos dum agitur de rebus Longobardorum, citatur Miscella. sed adde, vel potius substitue Paulum Diaconum errore omissum, qui magis ex professo res Longobardorum complexus est.